



2A-a-8

10-



Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	8
Número	10
Tabla	
Reserva	100



2 400 50



M23 N 59M

139.

Por comision de los señores inquisidores corregi este libro conforme a la
Sentencia de la Santa y general inquisicion en granada a 22 de mayo año
de 1613. →

B-5506

HISTORIAE ALOYSII LIPO-

MANI EPISCOPI VERONENSIS

De vitis Sanctorum,

PARS SECVNDA.

SYNCERO LECTORI.

EN tibi, Candide Lector, altera pars historię R. P. D. Aloysij Lipomani de vitis Sanctorum, in cuius collectione, rectaque dispositione non minus quàm in priori parte, à nobis defudatum est. Ordinem verò quem in superiori & hic obseruamus. Vitarum enim omnium, quas posuimus, loca, & capita librorum vnde depromptæ sunt, in principio earum ex latere marginali transuerso assignauimus, vt tibi volenti locum originalem inuenire, facile occurrere possit. Scholia quoque in star locorum communium contra præsentis temporis hæreticos margini adscriptimus, ex quibus dignoscere poteris, eadem fidei dogmata, eisdemq; patrum traditiones, & consuetudines semper in Dei Ecclesia à sua primæua origine vsque in hanc diem viguisse. Et qui hoc calamitate in seculo his contraria docent, eos ab eius gremio recedere, & inter contumaces & rebelles Ecclesiæ filios annumerandos esse merito & certo iudicabis, Vale, & boni consule.

No anade nada el
Exp. del año de 1607.



Por comision de los
inquisidores corrigido
libro conforme a la cen-
tura del año de 1632.
en Granada 27 de Abril
1632. M. de Medina

Notione mag. G. expungar
conforme a la censura de 1640.

Por comision de los señores Inquisidores corrigido el libro conforme a la cen-
tura de la P. y General Inquisicion de Granada año de 1613.

+ Miguel Valquez

LOVANII

Apud Martinum Verhaffelt Bibliop. Iurat.
In Pingui Gallina. 1658.



IN SANCTISSIMO AC

BEATISSIMO DOMINO NOSTRO D.
Iulio Papæ I I I. Aloysius Lippomanus Episcopus
Veronenlis indignus æternam felicitatem D.



Um aliàs mecum ipse considerarem Pater beatissime, Ecclesiam Dei per
vniuersum terrarum orbem innumerabilium penè sanctorum Marty-
rum, Confessorum atq; Virginum solennia colere, & eorum orationibus
se se obnoxie commendare, desideraremq; eorum vitas & gesta perlegere,
vt ad eorum imitationem memetipsum erudire, & per quas semitas ipsi
ad regnum Cælorum peruenerunt, per easdem & ego incedere possem, paucas ex multis
certè reperi, quibus plena & indubitata fides adhiberi posset. Id an ex tot persecutionibus
quas retrò passa est Ecclesia, an ex scriptorum incuria, vel temporis antiquitate prouene-
rit, definire difficile admodum est, sed si ex his omnibus simul iunctis id enuisse dixerim-
us, haud profectò errabimus. Et licet pleriq; vitas sanctorum nostro etiam tempore des-
scribere aggressi sint, & libris eorum plena sint omnia, ac vera plurima, & sortasse om-
nia illos dixisse crediderim (de sanctis enim Domini, de amicis Dei, de seruis Iesu Christi
omnia facile credi possunt, cum mirabilis Deus in sanctis suis legatur, & timentium se
voluntatem facere) attamen quando id quod legitur nullum certum habet autorem, præ-
cipue cum de re antiqua agitur: vel si habet, de recentiorum numero est, non ita pleno,
iucundoq; animo suscipitur (nostra præsertim hac ætate, qua à sciolis quibusdam, etià quæ
diuinitus conscripta sunt, temerariè in controuersiam vocantur) ac si ab aliquo antiquo
patre virtutibus & doctrina conspicuo describeretur. Maxime enim autoritatis in huius-
modi est vetustas, & vinum vetus iucundius ac libentius bibitur quàm nouum. Pro-
pterea volès ego me ipsum nonnullosq; amicos meos super hos solatos, & in conscientia
rutos reddere: Tomum primum vitarum Sanctorum anno superiori edidi, quæ non à nobis
sed ab aliquo ex antiquis patribus, & magni in Ecclesia nominis viro essent descriptæ, vt
hoc in genere adesset nobis liber, qui hilari facie, & secura mente, vel ipsis Ecclesiæ im-
micis testibus legi posset. Adieci deinde scholia quædam in paginarum marginibus cõtra
nostri temporis hæreticos, quibus praua eorum dogmata, sanctorum dictis vel gestis con-
fodiuntur, vt quilibet facile videre posset, eadem semper fidei dogmata, semper eandem pa-
trum Traditiones in Dei Ecclesia viguisse. Post cuius libri editionem substiti parumper,
vt viderem quo is animo à viris Doctis acciperetur, & sciri possem, an ulterius in hoc
negotio mihi esset progrediendum, an verò quiescendum, & pes sensim retrahendus. Sed
cum postea intellexerim, & Parisiensem, & Louaniensem, ac Salamantinam Facultates,
necnon viros omnes doctos laborem hunc meum & industriam commendasse, necnò in
Consilio Tridentino nuperrimè celebrato, cui tuo munere Pater sanctissime, vna cum
alijs duobus reuerendissimis Dominis meis collegis indignus præeram, librum hunc pro affer-
tione eorum quæ dicebantur in medium afferri, ipse ego frequentissimè proprijs auribus
hauserim, amicorum etiam literis sæpius interpellatus fuerim, ne à suscepto semel negotio
desisterem, facile adduci potui, vt crederem conatum hunc nostrum probis ac literatis
viris non displicere, ac propterea his omnibus animatus, vela iterum laxaui, & ingeni-
oli mei debilem cymbam rursus in vastissimum pelagus duxi: alterumq; Tomum vitarum
Sanctorum in lucem nunc protuli, quem ex pluribus quàm primum illum, sanctorum
patrum voluminibus, quæ varijs in locis humiliter delitescabant, hausimus, multi in eo
etiam appositis sanctorum vitis à nobilissimis pariterq; doctissimis Græcis patribus des-
scriptis, varijsque bibliothecis, etiam ex insigni Vaticana Sanctitatis tuæ desumptis, quæ
partim ab amicis in nostri gratiam, partim nostra industria in Latinam linguam nunc pris-
tam, Pater beatissime, quæ magis obseruem, & admirer, etiam antequàm illuc euehereris
quò Dei benignitas, quæ profunda cordis tui, & secretiora illa excimia charitatis & pie-
tatis

eatu sua viscera seruans, se tanquam alterum David ex multis Isai filijs euexit, & in Petri throno sederes, & labantem penè Dei Ecclesiam tuis humeris quasi fulcires, & firmam ac solidam redderes, librum hunc, (Tomum, inquam, secundum Vitarum Sanctorum) benedictioni tuæ humiliter dico ac nuncupo, animi mei, & singularis erga sanctitatem tuam deuotionis æternum vgnus & monumentum: Quem pro tua in omnes mansuetudine & clementia, rogo ea charitate suscipere digneris, qua tibi Christi Vicario, & summo Apostolico per seruum tuum licet inutilem offertur.

DIUI EPHRAEM EDISSENAB EC
 clesie Diaconi in secundum librum vitarum
 Sanctorum Proœmium.

Est sermo eius de
 secundus in vo-
 lumine sermonu
 eius.

Segentes non agnoscimus, & audientes, nec quicquam auribus nostris percipimus. Si aliquis conficiens iter, homicidiū perpetratum repenit agnouerit, vultus eius illico immutatur, & cor eius pauore concutitur. Nos autem Prophetas & Apostolos legimus interfectos & lapidatos, & risus proferimus. Et quid dico Prophetas & Apostolos: ipsum Dominum verbum carnem factum pendisse in ligno, & propter peccata nostra peremptū esse audimus & legimus, & clara ceruice contemnimus & ridemus. Sol nō potuit ferre Domini nostri contumeliam, sed claritatem luminis sui conuertit in tenebras: nos autē a tenebris malitiæ nostræ conuerti nolumus. Velū tēplū quod nihil deliquerat, a semetipso scissum est: nos autē propter peccata nostra vt cor nostrum compungatur, studere nolumus. Terra tremiscens a facie Domini, sub pedibus nostris comouetur, vt nobis metum incutiat, & nec sic ob nostrā duritiā formidamus. Vrbes absorptæ sunt, & loca ab ira Domini desolata sunt, & nec sic trepidamus. Sol semel & iterum meridianis horis super nos obscuratus est, & nec sic corde pauemus. Bella Perfarum ac diuersarū gentium Barbarorum commota sunt, & regiones nostræ desolauerunt, vt nos metuens res Deum, poenitentiam ageremus: eum indigeamus vtq; poenitentia, non diuerim aut mensuram, sed temporum plurimorum, & nec sic conuerti volumus. Poenitentiam itaque agamus fratres, vt peccatorum nostrorum propitiatorē Deum habere possimus. Deprecemur eum, quia exacerbauimus eum, Humiliemus nos, vt nos exaltet. Desiteamus, vt letificet & consoletur nos. Proiciamus a nobis consuetudinem malam, & quasi vestimentum virtutem animi induamus. Quod si vnusquisq; se non emendauerit ab omni re iniqua, & a fordidis quoque cordis cogitationibus concupiscentiarum quoque malarum, nec non & ab ira furoris atque inuidia, a superbā quoq; ac vana gloria, odio & detractione, contradictione ac verbositate & inordinatis actibus: Et quid cuncta nunc per partes enumero? nisi ab omnibus quæ odit Dominus, auerſat semetipsum, & procul faciat, nequaquam in eo habitat Deus. Dicitio mihi: Si quis te in lacum cœni proiiceret, & ibi semper te esse cuperet, libenter hoc faceres: Si tu cum sis cinis & vermis, hoc sustinere non potes, quomodo vis impollutum Deum, qui cum sit sanctus, & in sanctis requiescat, vt in te, eum sis totus foetibus, & cœnoso horrore repletus, inhabitet. Vnde dilectissimi, mundemus nosmetipsos ab omni delicto, vt in nobis habitet Deus, & promissa eius consequi mereamur. Nec eius nomini sancto, quod inuocatum est super nos, inferamus iniuriam, ne propter nos nomen Domini nostri a perſidis blasphemetur. Parcamus nobismetipsis, & intelligamus, quia in nomine eius nostrum quoque consonat nomē, eod quod ipse Christus vocetur, & nos nihilominus Christiani. Deus noster spiritus est: efficiamur & nos ergo spirituales. Vbi enim est spiritus Domini, ibi libertas. Festinemus ergo libertatis huius consequi bonitatem.

VITA

**VITA SANCTI
 IGNATII MARTYRIS, PER
 EVSEBIUM EPISCOPVM
 Cæsariensem scripta.**

Ex li. 3. histo. ec
 clesiasticæ ca. 16.



SED & in nostra quoque tempora famæ celebritate vulgatus Ignatius apud Antiochiam post Petrum secunda successione Episcopatum sortitus est. Quem sermo tradidit, de Syriæ partibus ad urbem Romam transmissum, & pro martyrio Christi ad bestias datum. Quique cum per Asiam sub custodia nauigaret, singulas quasq; digrediens ciuitates, Ecclesie populos Euangelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, & obseruare se ab hæreticorum contagijs, qui tūc primum copiosius cœperant pullulare: & vt diligentius ac tenacius Apostolorū traditionibus inhererent, quas traditiones cautelæ gratia, & ne quid apud posteros remaneret incerti, etiam scriptas se asserit reliquisse. Denique cum Smyrnam venisset, vbi Polycarpus erat, scribit inde vnam epistolam ad Ephesios, eorumq; pastorem, in qua meminit & Onesimi: & aliam, Magnesiæ ciuitati, quæ supra Mæandrum iacet, in qua & Episcopi Dâmei mentionem facit. Sed & Ecclesie, quæ est Trallis scribit, cuius principem tunc esse Polybium designauit. In ea verò quam ad Romanam Ecclesiam scribit, deprecatur eos, ne se tanquā supplicis suis parentes, velint spe priuare martyrij: & his post aliquanta vtitur verbis: A Syria inquit, Romam vsque cum bestijs terra marique depugno, die ac nocte connexus & colligatus decem leopardis, militibus dico, ad custodiam datus, qui ex beneficijs nostris sauiores sinus Sed ego nequitijs eorū magis erudior. Nec tamē in hoc iustificatus sum. O salutare bestias, quæ preparantur mihi. Quando venient? quando emittentur? quando eis sui licebit carnibus meis quas & ego opto aciores parari, & inuitabo ad deuotionem mei, & deprecabor, ne fortē (vt in nonnullis fecerunt) timeant cōtingere corpus meū. Quibimō & si contabuntur, ego vim faciam, ego me ingeram. Date queso veniam, ego noui quid expediat mihi. Nunc incipio esse discipulus Christi. Faceſſat inuidia vel humani affectus, vel nequitie spiritalis, vt Iesum Christū merear adipisci. Ignis, cruces, bestie, dispersiones olisū, discriptionesq; mēbro, ac totius corporis pœnæ, & oia in me vnū supplicia diaboli arte quæſita cumulerunt, dū modo Iesum Christū merear adipisci. Hæc & multa alia his similia ad diuersas Ecclesias scribit. Sed & ad Polycarpū, velut Apostolicū virū, datis literis, Antiochenā eī Ecclesiā præcipuè cōmendat. Ad Smyrnos sanè scribēs, vtitur verbis quibusdā, vnde assumptis nescimus, quibus hæc de Salvatore proloquitur. Ego autem post resurrectionem quoque in carne eū scio fuisse, & credo. Nam & cum venisset ad Petrum, cæterosq; ait eis: Accedite & videte, quia non sum Dæmonium in corporeum. Qui & contingentes eum, crediderunt. Scit autē & Irenæus martyrium eius, & mentionem facit scriptorum eius per hæc verba. Sicut dixit (inquit) quidam ex nostris, pro martyrio Christi damnatus ad bestias: Frumentū, inquit, ego sum Dei: bestiarum dentibus molar & subigar, vt panis mundus efficiar Christo. Sed & Polycarpus horum memoriā facit in epistola quam ad Philippēs scribit per hæc verba: Deprecor, inquit, omnes vos, obedientiæ operam date, & meditari patientiam, quam vidistis in Ignatio & Rufo, & Sofimo beatis viris, præcipuè autem in Paulo, & in cæteris Apostolis, qui fuerunt apud vos: Sciens quod hi omnes non in vacuum, sed per fidem & iustitiam cucurrerunt, vsquequo peruenirent ad locum sibi a Domino præparatum: quoniam quidem passionum eius participes extiterunt, nec dilexerunt præſens seculum, sed eum solum, qui pro ipsis, & pro nobis mortuus est, & resurrexit. Et post pauca subiungit: Scripsistis mihi & vos, & Ignatius, vt si quis vadit ad partes Syriæ, deferat literas ad vos. Quod faciam, cum tēpus inuenero. Mitram vobis & Ignatij epistolas, & alias, si quæ sunt, quæ ad nos transmissæ sunt, ex quibus utilitatem maximam capiat. Continent enim de fide, & patientia instructionem perfectam secundum Domini preceptum. Ab hoc autem Ignatio Antiochiæ Syriæ tertio post Apostolū Petrū Episcopo, qui etiā cum ipsis vixerat a Apostolis, sumpsit initium, vt in Ecclesia Antiphonæ decantentur. Vidit enim Angelorum visionem, quomodo per Antiphonas sanctæ Trinitati dicerent hymnos. Iſque modum visionis Antiochenæ tradidisse probatur Ecclesie: & ex hoc ad cunctas transiit Ecclesias. Cū igitur iam damnatus esset ad bestias Ignatius, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dēribus bestiarum molar, vt panis mundus inueniar. Passus est anno vndecimo Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent, extra portam Daphnicam in cœmiterio.

¹ Quid dicent hic qui omnes tradidit ones ad humanas constitutiones coarctat, nec aliquid seruari debere assiduis clamoribus perserpunt, quod non sit in scriptura expressum? Habes hic Apostolorum traditiones, quibus sanctus in aris se naci? in herere debere fideles edocet. Et ne cauillaris loqui de traditionibus in scriptura expressis, dicit se non quid apud posteros maneret incerti eas scriptas reliquisse. Quibus verbis conuincit illas Apostolorum traditiones fuisse vsque ad hōrā illā sine scriptis. Adde quod de eisdē traditionibus nō scripsit Clemens Alexandrinus librum ex arauit, ut autor est Hieron. lib. de viris illustribus.

² Testimoniū hoc sumptū est ex Eusebio Max. ar. eorū, quod a se translatū ait asserit Hieron. in lib. de viris illustribus. Et in Mas. ca. 22.

Ex l. 10. Historie Tripartite c. 9.

³ Ecce decantatio Antiphonarum in Ecclesia vnde ortū habuerit. Ita ergo nunc honorū omnium subuersor, & si potes, eas de Ecclesia, & cantum tolle. Ex D. Hieron. in libro de viris illustribus.

¹ Vide si poenitentia quam sanctus Pater requirit, est tantummodo noua vita. Vt nostri hæretici garriunt.

² Et premissa eius ecclesiæ consequi mereamur.

Est epistola eius xv. ad Romanos missa.

x. Si per gratiam meruero. Ecce tota ratio omnium meritorum nostrorum cum Deo gratia eius. Alioqui merita nostra non essent merita, immo peccata et opprobria.

Deprecans Deum obtinui, ut videre merear dignos vultus vestros, sicut plurimum optabam promereri, vincens enim in Christo Iesu. Spero vos salutare, siquidem fuerit voluntas illius, qui dignum me faciat, usque in finem propositum meum consummare. Illa verò principia bonæ conuersationis sunt, siquidem per gratiam ! meruero sortem meam usque in finem sine impedimento percipere. Timeo enim dilectionem vestram, ne ipsa me lædatur: vobis enim facile est quod vultis facere, mihi autem difficile Deum promereri, tamē potero: si vos pepercideritis mihi occasione amicitiae carnalis. Nolo igitur vos homini placere, sed Deo, sicuti & complacuitis. Nec enim ego habui aliquando tale tempus, ut Deum promeruissem. Ergo si vos taceritis de me, ego efficior Dei. Si enim dilexeritis carnem meam, iterum forsitan absoluar. Multum enim mihi prestat, si me offeratis Deo, cum iam altare paratum est, ut in dilectione chorus effecti, cantetis Deo patri in Christo Iesu. Quoniam Episcopum Syriæ dignum me fecit Deus inueniri in Occidente, ab Oriente præmittens suam passionem, martyrem bonum, proficiscentē de mundo ad Deum, ut in ipso orari. Nunquam legistis aliquem, alios docuistis. Ego autē rogo, ut secundum illa firma quæ docti estis, ex omni virtute optetis mihi, ut non solum dicar, sed etiam inueniar Christianus. Si autē inuentus fuero, & dici possim, & tunc esse fidelis, quando mundo non cōparauero, nihil enim de iis quæ videntur æternum est. Quæ enim videntur, inquit, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt, nō solum in opere, sed etiam in magnitudine. Christianitas enim est, quæ oditur à mūdo, amatur à Christo, quia nō est ab hominibus, sed à Deo. Si enim essetis, inquit, de mūdo, mūdus quod suū erat diligeret. Nūc autē quia nō estis de mundo, propterea odit vos mūdus, sed ego elegi vos, manete in me. Ego scribo omnibus Ecclesiis, & omnibus mado, quia voluntariē pro Deo morior, si vos non prepedieritis. Rogo itaque vos, ut nō frustra sit in me dilectio vestra. Sinite me ut bestiarum esca sim, per quam possim Deum promereri. Triticum enim Dei sum, dentibus bestiarum molar, ut possim panis Dei mundus inueniri. Magis autē blandiamini bestiis ut mihi sepulchrum sint, & nihil de meo corpore relinquat, ut nō obdormiens grauis alicui inueniar. Non sicut Petrus & Paulus præcipio vobis, illi enim Apostoli sunt Iesu Christi: ego autē minimus, illi verò liberi sunt serui Dei, ego autem vsq; nunc seruus, sed si passus fuero, liberus ero Iesu Christi, & resurgam in eo liber. Nūc discō vincens nihil mundi concupiscere, aut aliquid vanum. A Syria Romam vsq; cū bestiis depugno per terram & mare, die ac nocte vincens cū decem Leopardis (hoc est, cū militari custodia) qui ex beneficiis peiores sunt, in iniusticiis aut eorum magis edoccor, sed nec in hoc quidem iustificor: vtinam fruar bestiis quæ mihi paratæ sunt, quas & opto mihi veloces esse ad meū interitum, & alluci, ut celerius me comedant, ne sicut in aliis terris sint, & eos non tetigerunt. Et si ipse noluerint, ego ipsis vim ingeram, ego vtgebo. Ignoscite mihi, ego scio quid mihi expediat. Nunc incipio esse discipulus, nulli emulor visibilibus & inuisibilibus, ut Iesum Christum merear adipisci: Ignis, crux, bestiarumq; constantia, abscisio, separatio, cōfractio, dissipatioq; me mbrorū, interitus totius corporis, & flagella diaboli omnia in me veniant, ut Iesum Christum merear 2 adipisci. Nihil me iuuat quæ sunt mūdi huius, neq; regnū tēporale, bonū est mihi mori in Christo Iesu, quam regnare in finibus terræ. Quid enim prodest homini si vnuersum mundū lucretur, animā verò suam perdat? Dominum namq; desidero filiū veri Dei, & patrē Iesu Christi, ipsum vtiq; quæro, & illū qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Ignoscite mihi fratres, ne mihi impedimēta imponatis ad vitā: Iesus enim vita fidelium, ut ne velitis me mori: quia vita mors est sine Christo. Dei volēs esse, mūdo nō placeā. Sinite me puram lucē percipere, illuc perueniens, homo Dei ero. Concedite mihi ut sim imitator passionis Dei mei. Qui enim vult in seipso habere, intelligat quod volo, & cōpatiatur, sciēs quid sit in me. Princeps enim mūdi huius diripere me vult, & in iudicio Dei mei dirumpere. Nemo ergo de presentibus vobis auxilietur ei, magis autē mei adiutores estote. hoc est Dei. Nolite dicere Iesum Christum, mundū honorantes. Facinus in nobis nō habitat, neq; si vos presens rogauero, cōsentatis mihi: his autē consentite, quæ scribo vobis. Vnius enim vobis scribo, desiderans mori pro Christo. Meus enim amor crucifixus est, & nō est in me: aqua autē illa viua manet in me, intrinsecus mihi dicens, veni ad patrē: nō comedam esca corruptionis. Neque voluptates huius mūdi desidero, panē Dei volo panē cœlestē. panē vitæ, qui est caro Iesu Christi filii Dei vitæ, qui natus in nouissimo ex femine David & Abrahæ: & potū volo sanguinem eius qui est dilectio incorruptionis & vita æterna. Iā nolo secundū hominē vivere, hoc autē erit, si vos volueritis: Christo crucifigor, quia iam ego non viuo, viuit verò in me Christus.

2 ut merear adipisci Iesum Christum.

Pca

Per modica scripta rogo vos, ne mihi obstitatis. Credite mihi, quia Iesum diligo, quoniam & ipse dilexit me, & seipsum tradidit pro me. Quid retribuam ei, pro omnibus quæ mihi retribuit? Ipse autem Deus & pater Domini Iesu Christi, & ipse Dominus Iesus Christus manifestauit nobis hæc omnia, quia verum dico, & vos simul eum deprecemini mecum, ut laborem consequar in spiritu sancto. Non secundum carnem vobis scripsi, sed secundum dispositionē Dei. Si autem passus fuero, dilexistis me. Sed si reprobus fuero, odio me habuistis. Mementote in orationibus vestris illius qui pro me reclusus est Ecclesiam, quæ est in Syria. Credite Domino dicenti. Ego sum pastor bonus, qui visitauit eam, & sit vestra in eo dilectio. Ego autem & erubescō ex ipsis dici. Non ego sum dignus esse vltimus aut purgamentum, sed miserabilis sum nūc, donec Deum merear adipisci. Salutat vos spiritus meus & dilectio Ecclesiarum 3 quæ me susceperunt sicut nomen Christi. Habentes enim me nō quasi transeuntem, viam meam aspicebant, & per ciuitatem me ducebant. Hæc igitur scribo vobis de Smyrna per Ephesos beatitudine dignos. Est autem mecum simul cum alijs Crocus, desiderabile mihi nomen ex ijs qui aduenerunt de Syria ad Romam in gloria Dei. Credo vos agnoscere quæ mihi mandastis adhuc proximē constituto. Omnes enim digni sunt Deo, & apud vos me oportet requiescere. Scripsi vobis hæc nono Calendis Septembris, incolumes estote usque in finem in patientia Iesu Christi.

3. Vides quod Ecclē que Ignatius susceperunt, visibiles sunt, & non sicut heretici dicūt inuisibiles.

VITA SANCTI IGNATII EPISCOPI
& Martyris, per Diuum Hieronymum Præbyterum
Stridonensem scripta.

Habetur in libro eiusdem de viris illustribus.

Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum Episcopus, commouente persecutionem Traiani, damnatus ad bestias, Romam vincens mittitur. Cumq; nauigans Smyrnā venisset, vbi Polycarpus auditor Ioannes Episcopus erat, scripsit vnā epistolam ad Ephesos, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallēnes, quartam ad Romanos, & inde egrediens scripsit ad Philadelphæos, & ad Smyrnæos, & propriē ad Polycarpum, commendans illi Antiochensem Ecclesiam, in qua & de Euangelio quōd nuper à me translatum est, persona Christi ponit testimonium dicens. Ego verò & post resurrectionem carne eum super vidi, & credo quia sit. Et quando venit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce palpate me, & videte, quia non sum dæmonij corporale. Et statim tetigerunt eum, & crediderunt. Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de Epistola eius quam ad Romanos scribit pauca ponere. De Syria vsque ad Romam pugno ad bestias, in mari & in terra, nocte dieq; ligatus cum decem leopardis, hoc est, militibus, qui me custodiunt, quibus & cūm benefeceris, peiores sunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina est, sed non idcirco iustificatus sum. Vtinam fruar bestiis, quæ mihi sunt præparatæ, quas & oro mihi veloces esse ad interitum & ad supplicia, & alluci ad comedendum me, ne sicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere. Quod si venire noluerint, ergo vim faciam ut deuorer. Ignoscite mihi filioli, quid mihi profit ego scio. Nunc incipio Christi esse discipulus, nihil de his quæ videntur desiderans, ut Iesum Christum inueniam. Ignis, crux, bestia, contractio ostium, membrorum diuisio, & totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantūm ut Christo fruar.

Cumque iam damnatus esset ad bestias, ardore patendi, cum rugientes audiret leones, ait: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mandus inueniar. Passus est anno vndecimo Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphnicā in cæmeterio.

VITA SANCTI IGNATII EPISCOPI
& Martyris, per Adonem Treuerensem Episcopum collecta.

Habetur in martyrologio eiusdem sub xvi. Calend. Ianuar.

Romæ natale sancti Ignatii Episcopi & martyris, qui tertius post Petrum Apostolum vincens mittitur. Vbi præfente Traiano, circumfidente Senatu, pilis plumbeis scapulae eius primum contusa, deinde vngulis latera eius dilaniata, & lapidibus asperis confricata. Qui post expansas manus eius, & igni repletas, post papyro oleo infuso & incenso latera eius adusta, post carbones pauimento aspersos, vbi sanctæ plantæ illius steterunt, post lectum flammantem, post dorsum eius vngulis discissum & dilaceratum, post aceto & sale plagas eius persusas, post vinculis ferreis beata membra illius alstricta, & pedes eius in ima carceris ligno conclusos, vbi tribus diebus ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens,

1. Vide cæmeteriorum vsus antiquissimum.

a ij manlit,

4
 1. Ecce quod sanctorum reliquias postuli praefertur, et ciuitates sancti fecantur atque illi strantur.
 2. Si Petrus in magna urbe crucifixus est, ergo subit et me contra scotos nostros.
 3. Vides quod etiam sanctorum martyrum reliquias a viris Christianis quandoque in Ecclesie cœmeteriis deponantur, ut noscatur cœmeteria placere Deo, et usum eorum antiquissimi esse.

XX.
 Decēbris.



MARTYRIVM SACROSANCTI
 Martyris Deiferi Ignatij Episcopi.
Per Simeonem Metaphrastem.
 V M Traianus sumpsit scepra Romanorum imperij, erat Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus, & nomine & re Deifer Ignatius. Nam magno quidē Petro succedit Euodus: Euodo autē Ignatius, sitque & morū eius & virtutis æmulator. Huic diuino Ignatio, cum esset adhuc planē puer, aiunt Christū adhuc versantem in mundo, ei intemeratas manus imposuisse: & ad populū intuentem, dixisse: Nisi quis seipsum humiliauerit vt hic puellus, non intrabit in regnū cœlorum: & quivnum ex talibus pueris suscepit in nomine meo, me suscipit, qualisnam futurus esset ætate proficiens Ignatius hinc ostendens: & Apostolicam illius doctrinam apertē indicans. Hic ergo diuinus Ignatius, simul cum Polycarpo qui Smyrnenis præerat Ecclesiæ, fuit discipulus Ioannis: Euangelistæ, & cum ad eū solū ventitasset, & omnem virtutis speciē, & eā maximē quæ decet Sacerdotem, diligenter exercuisset, Sacerdos deinde eligitur communi sententia omnium simul Apostolorum: & Antiochenus creatur Episcopus. Cum autem assumptisset Ecclesiam, & multo sudore & labore in ea seminasset, præconium pietatis, & zelum per omnia: Apostolicum & doctrinam ostendisset, & extitisset perfectus minister Christi mysteriorum, sit quoque postea Martyr, bestiis propter illū traditus, vt paulō altius repetens declarabit oratio.

Traiano enim Romanorū Imperatori, quā de Scythiis habuerat elato victoria, & non sustinenti suā hucusque sistere felicitatem, sed volenti eam ulterius producere, & Romanorum imperio multos alios subiungere, aduersus Christianos, seu aduersus pietatem bellum ei visum est optimū esse & expedire. Nam illo quidem modo putabat se soli prodesse reipublicæ: sic autem etiam Deos suos colere, & eos inducere vt opem ferant aduersus hostes. Grauem itaque ac difficilem persecutionem infert aduersus piā fidem: & proponit edicta per vniuersam terram quæ eius parebat imperio, vt vel essent cum eo omnes impietatis participes, vel adhuc manentes Christiani, afficerentur varijs supplicijs & acerbis mortibus. Contingat vt tunc Traianus versaretur Antiochiæ, vt qui esset expeditionem suscepturus contra Persas: & bellum ibi pararet. Hic ergo ei de diuino significatur Ignatio, quod & religionem teneret Christianam, & hominibus persuaderet, vt Christum tanquam Deū honorarent: idque cum iusserat à Pilato cruce condēnatus & morte, vt docent eius acta, & fert legē de seruanda virginitate, & de continendis diuitijs, & delictijs, & alijs quæ sunt in vita iucunda, & quod est omnium grauissimum, quod non oporteat putare esse Deos, & nullam Imperatorum ducere rationem. Hæc postquam audiuit Traianus, sancto statim accessit, cum vna etiam adesset Senatus: Tu ne es, inquit, qui diceris Deifer, qui nostrā iustā iudificaris: & omnem euertis Antiochiā, & omnes ducis post Christum qui à te prædicatur, & nec solo quidem Deos dignaris nomine? Diuinus autem Ignatius: Ego sum, inquit. Ille verò: Et quid sibi vult, inquit illud, Deifer? Cui Martyr: Qui Christum, inquit, circumfert in anima. Imperator autem Tu ergo, inquit, Christum in teipso circumfers? Certè, inquit, scriptum est enim: Habitabo in eis & inambulabo. Quid verò nos, non videmur tibi Deorum a se diuē meminisse, & eos semper in anima circumferre: eosque inducere ad opem ferendam contra hostes: & per eos omnia facere quæ sunt ex animi sententiā? Respondens autem diuinus Ignatius: Hei mihi, inquit, simulachra Gentium Deos nominas. Vnus enim Deus, inquit, verus qui celi & terræ & maris & omnium qui sunt in ipsis, est creator, Vnus Christus Iesus Dei filius vnigenitus, cuius regni non est finis. Quem si tu agnosceres o Imperator, & purpura ipsa & Diadema & thronus regius, firmiora essent & stabilliora.

Imperator

Imperator verò: Hæc, inquit, mittamus. Tu autē si velis, inquit, o Ignati, meque potētē rem facere gratissimā, & de cætero referri in numerū meorum amicorū, hac mente mutata, dijs nobiscū sacrificia: & statim, sciānt ipsi omnes, te magni Iouis conititū Pontificem, & patrē nominabo Senatus. Ad hæc diuinus Ignatius: Gratiarū quidem præbere o Imperator, omnibus quidem est pulchrum: maximè autem Imperatoribus: quod possunt ipsi amplius gratificari: sed eas quæ sunt omnino vtilijs: vtilis & conducibilis: eas verò quæ possunt lædere, & maximè animam, & vehementiorem ignis gehennam ei accendere, non is qui dat solum, sed etiam qui petit, & ipse misererrimus. Admirabilis autem o Imperator, & munifica est tua promissio. Quid enim meā feceris ad te maximi Iouis conititū Pontificem, & vocari patrem Senatus, qui sum Christi sacerdos, & ei quotidie sacrificio sacrificiū laudis, & iam totum meipsum propero immolare, & efficere complantatum eius mortis similitudinē? Imperator verò: Cuiā: inquit, festinas te ipsum imolare, ei ne qui à Pōtio Pilato in cruce fuit actus? Maximè, inquit, magnus Ignatius, ei qui peccatum crucifixus: & eius inuentorem destruxit diaboli, & omnē eius potentiam per crucem aboleuit. Rursus autem Imperator: Videris, inquit, mihi o Ignati, omnino recto carere iudicio & sana mente. Non enim tam apertē fuisses deceptus scripturis Christianorum, sed cognouisses omnino quantum sit bonum edictis parere Imperatoris, & dijs sacrificia offerre cū omnibus. Ad hæc sanctus vtens rursus maiore dicendi libertate: Etiā si me bestijs, inquit, cōsumperis: etiam si me cruce condemnaueris: etiam si gladio & igni tradideris, quæ sunt in tuā potestate, nunquam ego patiar dæmonibus offerre sacrificium: neque enim metuo mortem, neque desidero præsentia, quæ est in potestate vestra præbere fruenda: sed sola desidero futura: & à me omne adhibere studium; vt transeā ad Christum qui pro me est mortuus. Propter quæ volens Senatus Martyrē arguere ignorantia, Quid autē tu quog, dixerit, cōfiteris Deū esse mortuū? Quomodo verò qui subijt mortē, eamque execrandā, poterit prodesse alijs? Dij autē & sunt immortales, & dicuntur à nobis. Cū ex hoc occasione diuinus accepisset Ignatius, simul & irridēdi illorū deos, & eis aperiedi ianuā mysterij susceptæ carnis dispensationis, & sic deducēdi ad fidē Christi cognitionis, sic verba habuit: Meus Dominus & Deus Iesus Christus primum quidē propter nos homo factus est, & propter nostrā salutē: crucēque & mortem & sepulturā suā spōtē accepit. Ceterum rursus tertio die resurrexit, inimici diecā & prostrata potētia & ascēdit in cœlos vnde venerat, nos simul à lapsu peccati faciens resurgere: & rursus introducens in paradysum, ex quo malē fueramus eieciti, & nos donauit bonis maioribus, quā erant ea quæ præcesserant. Quod autem ex iis qui à vobis cēsentur dijs, vllus tale quid fecerit, nullus omnino asseruerit. Nam cū isti fuissent homines malefici & exitiosi, & multa fecissent ad damnum & exitium nostræ vitæ & status, paruum autem deorum opinionem & speciem, hominibus qui sunt à ratione paulō alieniores, circa vllam rationem præbuisent, contractis postea velis deceptionis, & scena ablata, deprehensi sunt id quod erant: vt qui cupirerit & vita excefferint, & morti immortalī traditi sunt propter multorum interitum. Iupiter quidem certè qui est vobis primus & maximus deorum, in Creta est sepultus: Æsculapius verò fulmine est percussus: Sepulchrum Veneris ostenditur in Papho: Et Hercules fuit ab igne consumptus. Nam cū tales sint, imò verò longē deteriores, ea eis obtigerunt quæ merentur.

Cū hæc dicta fuissent ab Ignatio, Imperator simul cum Senatu, timens ne si esset eius sermo prolixior, res quidem Gentilium labefactarentur, & vel non crederentur, vel haberentur ludibrio: & vera quidem floreret religio: & tolleretur nubes erroris quæ ei offundit tenebras, eum quidem coniecit in vincula, & in turrisima collocat custodia. Ipse autem cū tota nocte apud se cogitasset quoniam modo eum vlcisceretur pro meritis: & quoniam modo è præsentī eum vita subduceret, statuit eum feris tradere deuorandum, vt dilaniatus ab eis sanctus interiret. Visus est enim Imperatori hic mortis modus longē grauissimus. Cū hanc rem ergo Senatus mane comunicasset, ipsi quoque eius laudauerunt sententiam: sed consuluerunt, ne hæc bestiis obiectio fieret Antiochiæ: ne, aiebant, sic magis desideratum gloriosum apud suos eum reddamus Ignatium, martyricō fine à vita excedentem. Quā obrem dicebant, oportere eum Romam abduci vincitū, & illic tradi bestijs. Sic enim & prolixitate itineris grauius subijt supplicij: & simul Romanis quisnam sit ignorantibus, videbitur esse peremptus tanquā vnus ex maleficis: & nec minima quidē erit eius apud illos memoria. Cū hoc ergo placuisset, & in ipsam lata fuisset protinus sententiā, Imperator eū rursus producit è custodia, hoc est, eius postremum faciens periculum. Et primum quidem multis bonorum promissis crebrò sanctum deliniebat ac demulcebat: Deinde etiam rursus minis magis territans. Postquam autem eum vidit nec credere promissis, neque minas formidare, desperans omnino fore vt mutaretur, ad effectum deduxit ea quæ decreta fuerant: & cū iussisset prioribus grauiore ei imponi vincula, tradit eum cohorti militari: & mittit Romam, iubens

iubens, cum aduenisset ciuibus dies festus quo totus cōgregatur populus, eum tradi bestijs ad cōmunem theatri delectationem, vt conuenienter ei quod dicit D. Paulus, ipse quoq; feret spectaculum mundo, Angelis & hominibus. Martyr ergo cum vltimam illam accepisset sententiam, & Deo magno clamore, vt consentaneum erat, egisset gratias, cum magna voluptate & læticia sibi imponit vincula. Et Imperator quidem egreditur contra Perlas cum suo exercitu. Diuinus autem Ignatius cum Ecclesiæ prius bene esset precatus, & gregē suum Deo commendasset cum lachrymis, vinctus sequebatur milites. Deinde cū Seleuciam, nō cunctās, non flens, non se aliquid graue omnino pati præ se ferens, sed alacribus venisset pedibus, à militibus in nauem immittitur; & cum eis appellit Smyrnā. Hic salutat Polycarpum diuinū Apostolum, quem Smyrnenſi præfuisse Ecclesiæ, cum Ignatij fuisset condiscipulus, superius diximus. Eū ergo salutat, glorians & magnificē sibi placens, Igruſq; de vinculis. Quid enim ei poterat esse maiori ornamēto, quā aspici pati pro Domino, qui cum sic dilexerat? Deinde cum etiam maioriſ Episcopis & Præbyteris & Diaconis reddidisset eas quas par erat salutationes, quoniam multi concurrebant ex Ecclesiis Asiæ & ciuitatibus ad videndum illud spectaculum, & vt pulchro fruerentur fluēto quod fluebat ex illius lingua, ipse ea quæ par erat suadens, rogabat omnes, vt pro ipso orarent, vt per feras cito resolveretur ad eum quem desiderabat, & appareret ante illius faciem. Cū videret autē eos valde perturbatos, & quodāmodo pendentes ab illius anima, & nō ferendum damnū existimantes separationem eius ad mortē, de ijs qui sunt Romę timens ne ipsi quoq; similiter affecti nō sustinerent eū videre tradi bestijs, sed manus eis adferret quibus mandatū erat vt eū traderēt, & ei clauderēt apertā ianuā martyrij, statuit ad eos mittere, vt ij quoque pro eo orarent, ne eursus suæ exercitationis ei impediretur: sed per feras, sicut dictū est, cito resolveretur ad dilectū Dominū. Ope- repretium est autem illius quoq; meminisse epistolę, quæ sic habet ad verbum. Ignatius qui & Deifer, Episcopus sanctę Dei Ecclesię quę est Antiochię; Ecclesię quę misericordia est consecrata in maiestate patris altissimi, & Iesu Christi solius eius filij, dilectę & illuminatę, in voluntate eius qui voluit omnia, quæ sunt secundū charitatem Iesu Christi Dei nostri, quæ etiam præfider in loco regionis Romanorum, quam saluto in nomine Iesu Christi secundū carnem & spiritum vnitam omni eius mandato: impletam gratia Dei ad lætandum in Christo Iesu Deo. Cū Deum precatus, obtinuerim vt viderem spectabiles vestros vultus, vincus in Christo Iesu spero me vos salaturum, si Dei fuerit voluntas, vt dignus habeat qui sic sum vsq; ad finem. Meum enim ritē succedit vōrum, si gratiam fuero consecutus, vt sortem meam accipiam sine impedimētō. Timeo enim vestrā charitatem, ne ea me afficiat iniuria. Vobis enim facile est facere quod vultis, mihi autē difficile est Deum assequi, si vos mihi pepercideritis. Non enim volo vos hominibus placere, sed Deo, sicut etiam placetis. Non enim ego vnquam habeo aliud tempus Deum assequendi, neq; vos. Si silueritis à me, ego Dei efficiar. Sin vero carnem meā amaueitis, rursus ero currens. Potius autem mihi præbere vt Deo immoler: est enim ara parata, vt effecti chorus in charitate, canatis patri in Christo Iesu, quod Episcopum Syrię dignatus sit Dominus vt inueniretur in occidente, eum accersens ab Oriente. Pulchrum est à mundo occidere ad Deum, vt ad ipsum exoriamur. Nulli vnquam inuidistis, alios docuistis. Ego autem volo illa quoque esse firma ac stabilia quæ vobis mandata didicistis: Solum rogate, vt dentur mihi viues à domino, vt non solum dicar Christianus, sed etiam inueniar & diei possim, & tunc videbor esse fidelis, quando mundo non apparebo, nihil enim quod apparet est æternum. Quę enim cernuntur, sunt ad tempus: quæ autem non videntur, æterna. Ego scribo Ecclesiis, & mando omnibus, quod ego lubens pro Christo morior, si vos non prohibueritis. Rogo vos ne sit intempestiua vestra in me beneuolentia, finite me deuorari à feris, per quas licet Deum consequi. Sum Dei frumentum: & molor per dentes bestiarum, vt sim ei purus panis. Hęc dixit, & dimisit leonēs eum statim dilacerant & deuorant, à solis asperioribus illius osibus abstinentes, ei reuera impletis votis, vt bestia essent eius sepulchrum, & nihil reliquum esset eius corporis, vt pote quod Deus pluis faceret famuli precēs, & amorem ferre vsque ad finē, quā efficere vt non tangeretur à leonibus, vt suo nomini tribueret gloriam.

Postquā autem hæc euenerunt, & finem acceperant, qui Romę erant fideles, ad quos adhuc viuens diuinus scriperat Ignatius, postquā dimissum fuerat theatrum, conuenientes, eum offa, id cupientibus manibus sustulissent, & ea honorifice ac reuerenter composuissent, eum deposuerunt in loco insigni extra urbem, vicesimo mensis Decembris. Hęc postea deportata sunt in patriam martyris Antiochiam: & quæ intercedunt ciuitates duplicem accipere benedictionē, & prius quando Martyr vincus ducebatur Romam ex Antiochia, & nunc quando cum præclaris trophæis illine referebatur, tanquam apes sauum illum circumuolantes. Atq; dicitur quidē post martyricā eius consummationē, lugentibus illius priuationē iis qui Romę erant fideles, & nullā accipientibus doloris consolationē, & yacantibus

fiones, amputatio membrorum, tritura totius corporis, & Diabolo tormenta super me veniant, dummodo Iesum Christum assequar. Nihil mihi proderunt mundi iucunditates, neque regna huius seculi. Melius est mihi mori in Christo Iesu, quā regnū obtinere vsque ad fines terrę. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, & suę animę patiatur detrimentum? Illum quero qui pro nobis est mortuus.

Ignoscite mihi fratres, ne sitis mihi impedimento, quod minus viuam: neq; me velitis mori. Sinite me puram lucem accipere. Cū illuc enim venero, ero homo Dei. Permite mihi vt sim imitator passionis Christi. Si quis ipsum in seipso habet, intelligat quod volo, & mei moueatur commiseratione, cū sciat quæ me constringant. Princeps huius seculi me vult diripere, & corrumpere meam in Deum sententiam. Nemo ergo ex iis qui ad sunt ei opē ferat: Estote mei potius, hoc est, Dei, Ne loquamini Christum Iesum: mundū verò desideratis. Ne habitet inter vos inuidia. Nec sic ego quidē præfens vos rogem, parete mihi: iis autē parete potius quæ ego ad vos scribo. Ex iis enim quę scribo ad vos, mori cupio. Meus amor est cruci affixus: & non est in me ignis amans mundanę materię, aqua autē potius viuā & in me loquens, quę intus mihi dicit, Veni ad patrem. Non delector nutrimento corruptionis, neque voluptatibus huius vitę. Panem Dei volo, panem cœlestem, panem vitę, qui est caro Iesu Christi filij Dei, qui postea natus est ex semine Dauid & Abraham: & porum Dei volo, eius sanguinem, qui est charitas, in quam non cadit interitus, & vita perennis. Nō amplius volo viuere sicut homines, hoc autem erit si vos volueritis. Velitis ergo, vt vos quoq; Deus velit. Breuibis literis peto à vobis: mihi credite, Iesus verò Christus vobis aperiet qui est os nō mendax, quod vera dico petendo vt consequar. Non secundū carnem ad vos scribo, sed secundū Dei sententiam. Si passus fuero, mementote in oratione vestra Ecclesię Syrię, quę pro me, Pastore Deo vitur. Solus ipsam Iesum Christum visitabit, eiusq; curā geret, & vestra charitas. Salutat vos meus spiritus, & charitas Ecclesiariū, quę me susceperunt in nomine Iesu Christi, non tanquam transeuntem. Etenim quæ ad me non attinebant in via quę est secundū carnem, me deduxerunt in ciuitatem. Scribo autem hæc ad vos à Smyrna per Ephesos qui digni sunt qui beati iudicentur. Est verò mecum cum multis alijs Crocus quoq; nomen desiderabile eorum qui mecum conuenerunt à Syria ad gloriam Dei. Hęc ad vos scripsi nono Calend. Septemb. Valete perpetuō fratres in tolerantia Iesu Christi. Amen.

Sed est hæc quidem epistola. Ipse autē paulō post à Smyrna deductus à militibus, & cū appulisset Troadem & Neapolim, transit pedes per Philippos & Macedoniā, eas quę sunt in via inuisens Ecclesiis: & in eis docēs, exhortās, differens: fratres qui erant paulō simplices & imbecilliores confirmans, & efficiens vt omnes vigilarent & essent sobrij. Cū verò transisset Epyrum, & mare trāsmisisset Adriaticum & Tyrrenum, appellit Puteolos. Hospitio autem exceptus simul cum militibus ab ijs qui illic erant fidelibus, cū eos quoque valere iussisset in Domino, venit Romam, & sistitur ante præfectum urbis. Cū is ergo deiserum vidisset Ignatium, & literas accepisset imperatorias: dies autē aduenisset oportus, quando erat dies festus & celebris Romanorum, ducit eum in mediū theatrum, sicut iubeat improbum edictum Imperatoris. Cū ergo vniuersa ciuitas federet in teatro, cū ardenti spiritu & oculis iam spectaculum amantibus, vt pote quod iam fama vbique annūciasset, Syrię Episcopum cum feris esse pugnaturum, conuersus ille ad pōpulum cum quodā generoso & inflexibili animo, vt qui gloriaretur, & sibi placeret propter eam quæ pro Christo suscipi cernebatur ignominiam: Viri, inquit, Romani, & præsentis huius certaminis spectatores, non hæc mihi sunt vt luam pœnas alicuius maleficij, aut sceleratę alicuius actionis: sed vt Deum assequar: cuius quidem teneor desiderio, & quem cupio insatiabiliter. Sum enim eius frumentum, & molor per dentes bestiarum: vt sim ei purus panis. Hęc dixit, & dimisit leonēs eum statim dilacerant & deuorant, à solis asperioribus illius osibus abstinentes, ei reuera impletis votis, vt bestia essent eius sepulchrum, & nihil reliquum esset eius corporis, vt pote quod Deus pluis faceret famuli precēs, & amorem ferre vsque ad finē, quā efficere vt non tangeretur à leonibus, vt suo nomini tribueret gloriam.

Postquā autem hæc euenerunt, & finem acceperant, qui Romę erant fideles, ad quos adhuc viuens diuinus scriperat Ignatius, postquā dimissum fuerat theatrum, conuenientes, eum offa, id cupientibus manibus sustulissent, & ea honorifice ac reuerenter composuissent, eum deposuerunt in loco insigni extra urbem, vicesimo mensis Decembris. Hęc postea deportata sunt in patriam martyris Antiochiam: & quæ intercedunt ciuitates duplicem accipere benedictionē, & prius quando Martyr vincus ducebatur Romam ex Antiochia, & nunc quando cum præclaris trophæis illine referebatur, tanquam apes sauum illum circumuolantes. Atq; dicitur quidē post martyricā eius consummationē, lugentibus illius priuationē iis qui Romę erant fideles, & nullā accipientibus doloris consolationē, & yacantibus

2. Ecce quomodo ex ossibus sancti martyris ciuitates benedictionem accipiunt.

3 Nota vocantur sepulchralibus 3 hymnis & vigiliis, ipse in somnis apparens, & eos quasi amplectens, qui scilicet seiplos præbuerunt dignos illius consuetudine, luctum eis effecit facilem & leniorem, & doloris sedauit vehementiam. Alij rursus dixerunt, se vidisse eum sudore diffusentem, tanquam qui nuper respirasset à laboribus decertationis: & precantem salutem ciuitati & omnibus fidelibus. Hic quidem fuit exitus Deiferi Ignatij, hæc sunt certamina, hi sunt infani eius amores in Christum. Ei fert testimonium Irenæus Lugdunenſis Episcopus vir magni facientis, qui diuini Ignatij crebro meminit. Quin etiam Polycarpus, qui Smyrnenſis præerat Ecclesiæ, qui cum eo venturabat ad Ioannem Euangelistam & Theologum: & cum captiuus Romam duceretur Antiochia, eum, sicut diximus, salutauit, hæc alicubi scribens in suis epistolis. Rogo vos fratres, vt obediat, & omnem exerceatis tolerantiam, quam vidistis oculis, non solum in beatis Ignatio, Ruffino, & Zosimo, sed etiã in multis alijs ex vobis, & in ipſo Paulo, & iis qui cum ipſo crediderunt: quod ij omnes non in vanum cucurrerunt, neque in vanum laborauerunt: sed in fide & iustitia quæ est in Christo Iesu. Quam obrem sunt etiam in loco qui eis debetur à Domino, cum quo passi sunt: Non enim præsens seculum dilexerunt, sed Christum qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Sic ergo litus erat diuus Ignatius in sacris illorum animis, & cum desiderasset bestiarum ventres sibi sepulchrum efficere, in piorum virorum magis habitat animis. Imperator autem Traianus cum de diuino hoc Ignatio postea didicisset, & quam fortiter peregiſset hoc certamen martyrij, & quod ipse tulerat sententiam, à bestiis fuisset deuoratus, & multa etiam audiuiſset de Christianis qui erant in regione, quod scilicet nihil præter leges facerent, neque rem vllam agerent impiam: sed diluculo surgentes & Christum adorarent tanquam Dei filium, & 4 omnem exercebant abstinentiam in cibo & potu: & nihil tangerent ex iis quæ lex prohiberet: Cum ille, inquam, hæc audiuiſset, ductus est poenitentia eorum quæ facta fuerant, & dicitur tale decretum proposuisse, vt genus quidem Christianorum exquiretetur, & omnibus esset cognita: inuenti autem non interficerentur: sed neque magistratus gererent, neque susciperent vllam reipublicæ administrationem. Sic non vita solum Ignatij, sed iam mors etiam fuit multorum bonorum conciliatrix, gloriatio fidei quæ est in Christo: augmentum pietatis: adhortatio ad eos qui sunt ex Deo labores, & contemptio eius vitæ quæ est ad tempus: & continentia ab iis quæ sunt noxia, & studium vitæ puritatis: Gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi. Cum quo patri gloria, & sancto & viuifico spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

4 Christiani vsq; a principio omn abstinentiam exercebant in cibo & potu.

VITA SANCTI EVARISTI PAPAE

& martyris, per Damasum Papam scripta.

Habetur in Pontificali eiusdem.



VARISTVS natione Græcus, ex patre Iudæo nomine Iuda, de ciuitate Bethleem, sedit annos nouem, menses decem, dies duos. Fuit autem temporibus Domitiani & Neruæ Traiani, à consulu Valens & Veteris, vsque ad Gallum & Braduam consules. Martyrio coronatur. Hic titulos in vrbe Roma diuisit præbyteris. Et septem Diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter styllum veritatis. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, præbyteros sex, Diaconos duos, Episcopos per diuersa loca quinque. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, sexto Calend. Nouembrijs: Et cessauit Episcopatus dies decem & octo.

VITA SANCTI ALEXANDRI PAPAE

& Martyris, per Damasum Papam scripta.

Ibidem.

1 Ecce Missæ celebrationem etiã huius antiquissimi & sanctissimi pontificis. 2 Vides benedictionem ex asperſionis aquæ a tanto potissime institutum: quæ superſtitiosa esset, nequæ aqua vitæ sanctum eã ore diuiser.



ALEXANDER natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caputauri, sedit annos decem, menses septem, dies duos. Fuit autem temporibus Traiani, vsque ad Helianum & Veterem Consules. Hic passionem Domini miscuit in precatione sacerdotum, quando Missæ celebrantur. Martyrio coronatur. 1 Et cum eo Euentius præbyter, & Theodorus diaconus. Hic constituit 2 aquam asperſionis cum sale benedicti in habitaculis hominum. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, præbyteros sex, diaconos duos, Episcopos per diuersa loca quinque. Qui & sepultus est via Numetana, vbi decollatus est ab vrbe Roma non longè, miliario septimo, quinto Nonas Maias. Et cessauit Episcopatus dies viginti quinque.

VITA

VITA SANCTORVM MARTYRVM

Alexandri Papæ, & Euentij ac Theodoli presbyterorum, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in martyrologio eius. sub v. No. Mai.

ROMA via Numentana miliario octauo natale Alexandri Papæ, & Euentij, & Theodoli Præsbyterorũ, sub Traiano principe, iudice Aureliano. Qui Alexander Romanæ Ecclesiæ Episcopatum quintus post Petrum tenuit annos decem, menses duos, dies decem, & sanctitate incomparabilis, fide clarissimus, maximam partem senatorum vrbis conuertit ad Dominum. Hic constituit aquam asperſionis cum sale benedicti in habitaculis hominum, & passionem Domini miscuit in prædicatione sacerdotum, quando missæ celebrantur. Quipostmodum iubente Traiano principe ab Aureliano comite vtriusque militiæ, carceri mancipatus, post stupenda & diuina miracula, vbi per puerum, qui faculam ferebat ardentem, è carcere nocturno silentio per fenestram euectus ad domum Quirini Tribuni, vbi beatus Hermes præfectus sub custodia tenebatur, perducitur: & postquam sanata est filia ipsius Quirini, Balbina nomine, & ipse Quirinus conuersus Baptismi gratiam desiderauit: postque liberationem & baptismationem eorum, quos vinculis arctatos in carcere Quirinus ipse tenuerat, inter quos duos quoque sanctissimos præbyteros constrinxerat Euentium & Theodolum, qui de Oriente venerat: post ista omnia, & siqua sunt alia venerabiliter ab egesta, Aureliano comiti, Principe adhuc Traiano (siquidem Adrianus nondum imperabat) exhibitus est simul cum ipsis beatis duobus præbyteris. Primoque in ecclesiâ leuatus, & torquis vngulis, atque lampadibus attractus grauisimè fuit. Cumque nullas daret voces, dixit ei Aurelianus: Quare taces? Sanctus Alexander respondit: Quia tempore orationis Christianus homo cum Deo loquitur. Deposito autem Alexandro, iussit impius iudex applicari Euentium & Theodolum, & interrogauit beatum Alexandrum: Qui sunt isti? Beatus Alexander dixit: Ambo viri sancti, ambo præbyteri. Tunc conuersus ad beatum Euentium iudex interrogauit eum: Quando factus es Christianus? Cui beatus Euentius: Ante annos lxx. & annorum viginti 2 præbyter ordinatus fui, & nunc agò lxxx. & vnum annum ætatis, quem in carcere & vinculis compleui.

1 Hic duo habes contra nostri temporis Nouatores: vbi salis benedictio antiquissima est in Ecclesia, & a sanctissimo pontifice introducitur. A tercio, quod missæ celebratio non est nouitius inuentum, vt quæ est in portu etiam quinti a Petro & omni Pontificis fiebat.

2 Si annorũ viginti ordinatus iuit præbyter, nõ est verum omnes fideles ex quo esse sacerdoti est.

Erpostquam interrogauit etiam Theodolum, & in confessione manentem inuenit, iussit furnum incendi fortiter, & beatum Alexandrum, atque Euentium ligatos in medium præcipitari. Cum eis & beatus Theodolus sponte in flammis profiliuit, decantans cum ipsis, & pariter gratias agens: Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Quod cum nunciatum impio Aureliano esset, fecit Alexandrum punctis crebertimis per tota pungi membra, donec deficeret. Huiusmodi sine vir sanctus martyrium suum compleuit. Sancti autem duo præbyteri gladio consummati sunt. 3 Quorum corpora Seuera femina religiosa collegit, & beatum Alexandrum atque Euentium in vno sepulchro, sanctum vero Theodolum separatim in alio posuit via Numetana, in prædio suo, v. Nonas Maij.

3 Vides quod vbi que comendantur quibus sanctorum corpora colligunt. Neque quia sepelire mortuos opus est pietatis, & Deo valde gratum.

VITA SANCTI SIXTI PAPAE

& Martyris, per Damasum Papam scripta.

Habetur in Pontificali eiusdem.



SIXTVS natione Romanus, ex patre Pastore, de regione via lata, sedit annos decem, menses tres, dies viginti vnum. Fuit autem temporibus Hadriani vsque ad Verum, & Anniculum. Martyrio coronatur. Hic constituit, 1 vt ministeria sacra non tangerentur, nisi à ministris sacratis. Hic constituit, vt quicumque Episcopus euocatus fuerit ad sedem 2 Romanam Apostolicam, rediens ad parochiam suam, non susciperetur, nisi cum formatis salutationibus, pulus hymnum decantaret, 3 Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth, & c. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, præbyteros vndecim, Diaconos tres, Episcopos per diuersa loca quatuor. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, octauo Idus Aprilis. Et cessauit Episcopatus dies duos.

1 Quando audis hunc et alios Romanos Pontifices aliquid constituisse oportet scitari Ecclesiã posse facere constitutiones obligatorias in conscientia etiam extra casum

scandali. Nec enim verisimile est sanctissimos patres martyrio coronatos statuta cõdidisse, si condendi potestati non habuissent. 2. Ecce quomodo Romana sedes est Apostolica Ecclesia. 3. Licet hæc & hic similia que ad decentiam & ornatum pertinent, ab Apostolorum successoribus addita fuerint, Missæ tamen quantum ad tria substantialia instituta est a Domino nostro Iesu Christo.

VITA

16 ALOYSII LIPOMANI VERON.
VITA SANCTI THELESPHORI PAPAE
 & Martyris, per Damasum Papam scripta.

Habetur in Ponticali eiusdem.

2. Ne credas quas dragesmale tein. nūi celebre et solenne, quod teste duo Hieronymo et aliis sanctis patribus ex Apostolica traditione venit, ab hoc pontifice institutum fuisse, sed voluit, quod ipsum ieiunium per septem hebdomadas protraheretur, id est, a Dominica Quingagesime usque ad Pascha. Lege eius decretum.



THELESPHORVS natione Græcus ex Anachorita, sedit annos undecim, menses tres, dies viginti vnum. Fuit autem temporibus Antonini & Marci. Martyrio coronatur. Hic constituit, ut septem hebdomadas ante Pascha ieiunium celebraretur. Hic fecit, ut in natali Domini nostri Iesu Christi noctu missæ celebrarentur, cum omni alio tempore ante horæ tertiæ cursum nullus prælumeret missas celebrare, quia ea hora Dominus noster ascendit in crucem, & ut ante sacrificium hymnus diceretur Angelicus, hoc est, Gloria in excelsis Deo. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos octo, Episcopos per diuersa loca tredecim. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, Nonis Ianuarij. Et cessauit Episcopatus dies septem.

VITA SANCTI IGINI PAPAE
 & Martyris, per Damasum Papam scripta.



IGINVS natione Græcus, ex philosopho de Athenis, cuius genealogia non inueni, sedit annos quatuor, menses tres, dies quatuor. Fuit autem temporibus Veri & Marci, à Consulatu Magni & Camerini, usque ad Orphitum & Priscum. Hic clerum composuit, & distribuit gradus. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros quindecim, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca sex. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, tertio Idus Ianuarij. Et cessauit Episcopatus dies tres.

VITA SANCTI EPISCOPI ET MARTYRIS POLYCARPI,
 per Eusebium Cæsariensem Episcopum scripta.



NICETO Romanæ Ecclesiæ Præsidente, Polycarpum Romam venisse, atque habuisse sermonem cum ipso Aniceto de Paschæ die Ireneus refert. Sed & alia quædam de eodem Polycarpo scribit, quæ mihi dignum videtur corpori huic nostræ narrationis inferere.

Tertio igitur libro aduersus hæreses hæc de eo commemorat Ireneus: Polycarpus, inquit, qui non solum ab Apostolis eruditus est, neque solum conuersatus est cum his qui Dominum viderant, sed & ab ipsis Apostolis ordinatus est Smyræorum Ecclesiæ Episcopus, quæ nos quoque in prima græte nostra vidimus. Diu etenim permanit in vita, & longæua græte perdurans, nobilis viuendo, sed & mori edo nobilior extitit, quippe qui vitam martyrio consummavit. Docebat autem semper ea quæ ab Apostolis ipsis didicerat: & hæc Ecclesiæ tradebat, quæ sola vera ducenda sunt. Quorum testes sunt omnes Ecclesiæ quæ in Asia constitutæ sunt, & hi qui per tæpus etiam nunc in Polycarpi successione perdurant. Multo autem verior & fide dignior hic autor Ecclesiæ est, & veritatis testis, quam Valentinus & Marcion, & cæteri peruersæ mentis homines. Qui etiam sub Aniceto Romam perrexit, & multos ex supradictis hæreticis ad Ecclesiam Dei conuertit, hanc solum prædicans tenendam esse veritatem, quam ipse sciret se ab Apostolis suscepisse, quæ & tradebat Ecclesiæ. Et sunt adhuc etiam nunc, qui audierunt ab ipso, quod Ioannes Apostolus discipulus Domini apud Ephesum cum balneis lauandi gratia fuisset ingressus, & vidisset ibi Cherinthum, exilierit cõtinuè, & discesserit non lotus, dicens: Fugiamus hinc ne & balneæ ipse corrumpat, in quibus Cherinthus lauitur, veritatis inimicus. Idè etiam ipse Polycarpus, Marcioni aliquando eum occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos, respondit: Agnosco, agnosco primogenitum Satane. Tanta tunc Apostoli atque eorum discipuli in religione cautela utebantur, ut ne verbi quidè cõmunionem cum aliquo eorum qui à veritate deuauerat, habere paterentur. Sicut & Paulus dicit: Hæreticū hominè post vnam & alteram correptionem deuota, scies quia peruersus est huiusmodi, & peccat, cum sita semetipso dānat. Extat & Epistola Polycarpi ad Philippenses scripta perualida, ex qua formæ fidei eius ac prædicatiõis (si quis fortè salutis suæ sollicitudinè gerit) capere potest, Hacten Ireneus, Polycar.

Habetur in 4. li. historiæ Ecclesiæ sicæ Cap. 14.

2. Hæus tu qui cõtinuè conuersaris cum hæreticis, & nihilominus dicis esse bonū Christi animum. Hæc enim aduersa sibi esse videntur, nec vnam quam fecerit sancti viri.

Polycarpus verò in ipsa epistola quam ad Philipenses scripserat, vitur testimonij de prima Petri epistola. Sed enim Antonino, qui prius cognominatus est, vicesimo & secundo anno principatus exacto, Marcus Aurelius Verus, & Antoninus hlius eius cum Lucio fratre succedūt. Quo in tempore Polycarpus maximis persecutionibus Asiam quatentibus vitam martyrio finiuit. De quo planè necessarium duximus memoriæ tradere, maximè cum scripta extet epistola ex persona Ecclesiæ Smyræorum ad Ponti Ecclesiæ data, quæ de martyrij eius beato sine designat, Cuius exemplum infra scriptum est.

Ecclesia Dei, quæ est apud Smyrnam, Ecclesiæ Dei constitutæ apud Philomelium, & omnibus quæ vbique sunt, sanctis Ecclesiis Catholicis misericordia, & pax, & charitas Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi multiplicetur. Scripsimus vobis fratres, de martyribus, & de beato Polycarpo, qui velut signaculo quodam martyrij sui, finem persecutionibus posuit. Et paulò post describentes etiam ceterorum martyrum agones, talia quædam scribunt. Deterere etenim volentes inspectantem populum, nunc flagitijs usque ad interiora viscerum martyres laniabant, ita ut abdita corporis, & quæ natura in arcanis locauerat, nudarentur. Nunc autem marinas cochleas, quos murices vocant, & acuta quæque fragmenta in dorsum supinatis martyribus substernebant, in quibus omne tormenti genus & pene speciem consumetes, ad vltimum deorandos eos bestiis exponebant. Sed in his præcipue designatur vir fortissimus effloruisse Germanicus nomine, qui per gratiam diuinæ virtutis metum corporeæ fragilitatis excludit. Volente namque proconsule persuasionibus aggredi virum, & obicere ei primæ ætatis florem, debere eum lumetipsum miserationem capere; ille nihil moratus, sponte dicitur præparatam sibi bestiam prouocasse, veluti tardantes increpans poenas, & iniquè huius vitæ vltro velocem expectasse discessum. Verum cum ex huius tã insigni morte stupotem cepisset astantis populi multitudo, & totius Christianorum gentis mirari virtutem de contemnenda morte cæpissent, conclamant omnes: Tolle impios, Polycarpus requiratur. Sed cum ex acclamatione grauis perturbatio fieret, Corinthum quendam natione Phrygem nuper de suis regionibus aduentantem, accidit primò quidè bestias, cæteraquæ tormenta sponte lacerare, dehinc fractis animis cedere, ad vltimum etiam salutem segnitia perdere. Quæ res eum ad Martyrium procacia potius & temeritate, quam deuotione prolixisse declarat. Ipse namque se iudicij ingresserat. Vidus itaque exemplum euidentem omnibus dedit, cautius in rebus talibus & circumspectius agendum: quia non temeritas, sed fides & modestia coronatur. Sed de his quidè talia gesta sunt. Insignis autem vir Polycarpus, primò quidem cum audiret vulgus in se acclamationibus excitatum, in nullo penitus motus est, sed mansit impavidus. Tranquillus namque erat moribus, & serenus aspectu. Qui cum in eadè ciuitate vellet interitum permanere, acquiescens tñ deprecãtibz se familiaribus suis, ad agrum quendam ciuitati proximū secedit, atque ibi cum paucis die noctuque nihil aliud quàm in 2 orationibus permanet, pro pace Ecclesiarum, quæ vbique sunt, supplicans Deo: quod ei facere in omni vita sua moris perpetui fuit. Sed hic in oratione positus, ante triduum quàm comprehenderetur, visionem videt per noctem, cervical capitis sui flammis esse consumptum. Cumque euigilasset, post visum interpretatus est altantibus somnium suum, dixitque pro certo se ob Christum perignem vitæ exitum fortiturum. Imminente igitur quæstione, rursus fratrum charitate compullus, commigravit in alium locum. Quò non multò post inquisitores eius ingressi correptis duobus pueris, & altero ex his verberato, per indicium eius ad Polycarpum perueniunt, cum iam declinaret dies. Et ingressi ipsum quidè ostendunt in superioribus quiescentem. Vnde cum posset facilis ei transitus esse ad alteram domum, noluit, dicens: Voluntas Domini fiat, Quinimò & cum comperisset adesse comprehensores suos, in occursum eis progressus, læto admodum vultu ac placido compellere viros cepit cum ingenti oris gratia, ita ut illi mirarentur & stuperent, quid tantum studij fuerit, ut vir illius grauitatis & honestatis, in tam longæua ætate, & tanta vitæ autoritate positus, perquiri & comprehendi iussus sit. Sed ille nihil moratus, continuo apponi mensam hospitibus quasi hospitibus iuber, atque eis epulas largius ministrari, vnius horæ ac eis spatio orationis gratia impetrato. Orabat igitur 3 tanta Dei gratia repletus, ut admirarentur omnes qui aderant, & ipsi qui ad comprehendendum eum venerant, pœniterent, quod tam honestum virum ac Deo dignum, & ipsa ætate venerabile, rapere iuberentur ad poenam. Et post aliquanta eadem scriptura verbis ipsis talia coniungit ex ordine. Postea verò quàm finiuit orationem, memoriã faciens omnium quoscunque nosse potuit: maiorum minorumque, nobiliū & ignobiliū, & totius Catholicæ Ecclesiæ, quæ per orbem terræ est, instante iam hora, progreditur, & asino sedens ad ciuitatem ducebatur, cum esset dies magni sabbati. Pergenti occurrit ei præfectus pacis Herodes nomine, & pater eius Nicetas, qui leuantes eum secum in vehiculum, persuadere sedulo conabantur, dicentes: Quid enim mali est dicere deum Cæsarem, & immolare, & de cætero viuere securum? Hæc ille primò tacitus audiuit. Sed ubi perflitebāt

2. Ergo vigilie cum nocturnis orationibus laudabiles contra hostes nostros.

3. Hæus tu qui tantopere aduersaris orationibus, eas asserens suæ persuasæ & irrustratoris cum mille similibus inepsijs: quid dicis ad orationes sanctissimi Polycarpi?

perſitebant, ait ad eos: Quid multis opus eſt? Facturus non ſum quod dicitis, At illi, poſtea quam nihil ſe profeciſſe ſenſerunt, indignatione commoti, cum contumelia cum vehiculo deturbabant, ita vt pedem læderet præceps actus. Sed quaſi nihil fuiſſet iniurię, tota alacritate contentus, pergebat ad ſtadium quo duci fuerat imperatus. Cum verò tumultus ingens in ſtadio ex ingreſſu eius fuiſſet exortus, vox de cœlo de lapſa eſt: Fortis eſto ó Polycarpe, & viriliter age. Sed autorem vocis videre potuit nemo, auditus tamen ad plurimos venit. Interea animatur ad ſuorem tumultus populi videntis, quòd Polycarpus introducit. Cumq; eminus à Proconſule interrogaretur, ſi ipſe eſſet Polycarpus, ſe eſſe conſtitit. Ergo, inquit, habeto ætatis tuæ reuerentiã, & parce vltimã ſenectuti tuæ: Iura fortunam Cæſaris, gerens de prioribus pœnitudinẽ, & conclama etiam tu, Tolle ſacrilegos. Tum Polycarpus toruo vultu ad populũ, qui in ſtadio reſidebat, aſpiciens, eleuata ad cœli dextera, cum gemitu proclamauit, & dixit: Tolle ſacrilegos. Sed inſistente Proconſule, & dicente: Iura fortunam Cæſaris, & dic in Chriſtũ conuſia, & dimitto te, Polycarpus ad hæc: Octoginta, inquit, & ſex annis ſeruo ei, & nihil me læſit vnquã, quomodo poſſum maledicere & blaſphemare Regẽ meũ, qui ſalutẽ mihi dediſt? Cumq; rurſum vehementius virgeretur, vt fortunam Cæſaris iuraret: Si hanc, inquit, iactantiam quaeris, vt ego fortunam Cæſaris iurem, & quis ſim ignorare te ſimulas, cum omni libertate audi à me, quia Chriſtianus ſum. Si verò etiam rationẽ viã Chriſtianæ religionis accipere, ſtate diem, & audi. Proconſul dixit: Suade hoc populo. Polycarpus ait: Tibi quidem reſpondi. Docemur enim principibus & poteſtatibus ijs quæ à Deo ſunt, honorem deſerre, eum ſcilicet, qui religioni non ſit contrarius. Populo autem furẽti ſatiſfacere non eſt meum, Proconſul dixit: Beſtias habeo paratas, quibus obijcieras, niſi citò pœnitueris. At ille reſpondit: Adhibeantur, nobis enim immobilis ſtat ſententia. Nec poſſumus de bono ad malum per pœnitudinem commutari. Melius autem erat, ſi hi mutarentur ad bona, qui perſeuerant in malis. Tunc Proconſul: igni te, inquit, faciam conſumi, ſi tibi beſtiae contemnendæ videntur, nec propoſiti recipis pœnitudinem. At ille: Ignem minaris, inquit, hunc qui ad momentum incenditur, & paulò poſt extinguitur, quia ignoras futuri iudicij ignem æternũ, qui ad perpetuas pœnas præparatus eſt impioſi. Sed quid moraris? Adhibe vtrum voles. Hæc & multa alia his ſimilia dicens Polycarpus, confidentia ſimul & læticia replebatur, ita vt alacritatem vultus eius, reſponſionumq; conſtantiam Proconſul maximo ſtupore miraretur: Miſſo igitur Curione ad populum, iubet voce maxima proteſtari, Polycarpum tertio conſeſſum Chriſtianum ſe eſſe. Quo audito vniuerſa multitudo tam Gẽtilium quam Iudæorum Smyrnenſium ciuitatis cum ingenti furore acclamabant: Hic eſt totius Aſiæ Doctõr & pater Chriſtianorum, noſtrorum autem ſubuerſor Deorũ. Ipſe eſt qui multos docet, ne immolent, neue adorent Deos. Et poſt hæc verba acclamabant Philippo munerario, vt Leonẽ Polycarpo dimitteret. Qui reſpondit, non ſibi licere, quia iam ædificatio ſuã munus expleſſet. Tunc illi omnes pariter conclamãrunt, vt Polycarpus viam arderet. Oportebat enim viſionem eius, quam de ardente ceruicali vidit, impleri. Quæ cum dicto citius gererentur, iſtis populis ligna, vel de balneis, vel de publicis quibuſq; locis ſarmenta congregantibus, præcipuẽ Iudæis ardentius ad hæc ex more feruentibus, cum omni velocitate extructus eſt roguſ. Tum depoſitis ſenior indumentis, ac zona reſoluta, calceameta quoque pedibus tentabat educere, quæ nunquam niſi à religioſis quibuſq; fide & deuotione ſe metipſos inuicem præuenientibus reſolui conſueuerant. Ita namq; in omni etiam reliqua vita ſua venerabiliter ab omnibus colebatur. Vt ergo expedita ſunt, quæ ad ignẽ pertinebant, cum eũ vellent rogo impoſitum etiã clauis affigere, ait: Sinite me. Qui enim dediſt mihi ignis ferre ſupplicium, dabit & vt ſine clauorum affixione flammam immobiliter perferam. Tum illi omiſſis clauis, vinculis vſi ſunt ſolis. Quibus poſt tergũ manibus reuinctis, velut electus aries, & ex magno grege aſſumptus, acceptabile holocauſtum omnipotentĩ oblatuſ eſt Deo, has preces etiam in ipſa paſſione profundens. Deus dilecti & benedicti filij tui Ieſu Chriſti pater, per quem tui agnitionem ſuſcepimus, Deus Angelorum, & virtutum, & vniuerſæ creaturæ, ac totius iuſtorum generis, qui omnes coram te viuunt, benedico te, qui me in hanc diẽ atq; in hanc horam perducere dignatus es, vt particeps exiſterem, martyriũ, & calicis Chriſti tui, in reſurrectione vitæ æternæ animæ ac ſpiritus mei per incorruptionẽ ſpiritus ſancti, in quibus ſuſcipiar in conſpectu tuo hodie tanquam ſacrificiũ pingue & acceptabile: ſicut præparaſti & præſignatiſti, ita & feciſti. Verus es tu, & ſine mendacio Deus, propterea & in omnibus laudo te, & benedico te, & glorifico te per æternũ Deũ & Pontificem Ieſum Chriſtũ dilectũ filiũ tuum, per quem, & cum quo tibi cum ſpiritu ſancto gloria, & nunc, & in ſurra ſecula. Amen. Et cum Amen inſonuiſſet, oratione cõpleta ſubiijcunt ignẽ homines ignis æterni ignari. Cumq; flamma ingens reluxiſſet, vidimus miracula omnes nos, quibus ea Deus videre conſeſſit. Ex quibus & quamplurimi à Domino ad hoc referuati ſunt, vt annunciant

cete-

cæteris quæ viderunt. Flamma etenim in modum camerae curuata ſpecie, quaſi velum nauis vento ſinuante, ſupra corpus manentis ſtetit, quod corpus in medio poſitum non erat, vt caro ardens, ſed tanquam ſi aurum & argentũ in fornace candefceret. Tunc præterea odorem naribus hauſimus, tanquam thuris incenſi, vel precioſiſſimi ſagranſis vnguenti. Ad vltimum videntes ſcelerum miniſtri, igne corpus non poſſe conſumi, iuſſerunt propius accedere conſectorem, & corpus, cui ignis ceſſerat, mucrone transfodere. Quo facto tam largus profuſus eſt ſanguis, vt reſtingueret roguſ. Populus autem miraculi ſtupore diſceſſit attonitus, erga electos Dei tam inſigni eius fauore perſepto.

Hic ergo eſt admirabilis & electus temporibus noſtris magiſter Apoſtolicus, & propheticus Smyrnæorum Eccleſiæ ſacerdos, qui omne verbum quod locutus eſt, & impletum eſt, & implebitur in futuro. Sed ille emulus totius boni, & aduerſarius omnium iuſtorum, poſtquam vidit quòd & pro martyrii gloria, & pro vitæ egregiæ virtutibus coronatus eſt, & per mortem præmia immortalitatis indeopus, ſatiſlagere cœpit, vt reliquias eius ad ſepulturam noſtris deſiderantibus nemo concederet. Inſtigabatur ergo Nicetas Herodis pater, frater autem Dalcæ, adire Iudicem, & petere ab eo, ne humanum cõcederet corpus, ne forte, inquit, relinquentes illum qui crucifixus eſt Chriſtiani, hunc colere incipiant: Iudæis maxime iſta machinantibus, qui & noſtros intentis oculis obſeruabant, ne eum è flammis adhuc ardentibus raperent: ignorantem miſerrimi, quia neq; Chriſtum aliquando poſſumus derelinquere, qui mortem pro totius mundi ſalute ſuſtinuit; neq; alium quenquam colere, quoniam verũ Deum, & qui ſolus colendus ſit, ſouerimus. Martyres verò tanquam diſcipulos Domini diligamus & veneremur, quaſi integre fidem magiſtro ſeruantes & Domino, quorum nos quoq; in fide & perfeuerantia charitatis optamus eſſe participes. Vbi autem vidit Centurio tam obſtinatam Iudæorum contumaciam, poſtquam in medio ipſum corpus exuſſit, & ita nos poſtmodũ ambuſta oſſa prægioſiſſimis gemmis chariora, & omni auro probabiliora per ignem facta collegimus, ac (ſicut conueniebat) ex more condidimus. Quo in loco etiã nunc, præſtante Domino, ſolennes agimus celebrefque conuentus, maxime quidem in die paſſionis eius: ſed cum eorum memorias, qui prius paſſi fuerant, celebramus, vt ſequentium animi ad præceſſorũ viam exemplis inſignibus ſuſcitantur. Hactenus de beato Polycarpo, cum quo etiam alij duodecim ex Philadelphia venientes, apud Smyrnã martyrio cõſummati ſunt. Verũ in his literis, quas ad Florinum ſcripſit Irenæus Lugdunenſis Epifcopus, facit Polycarpi mentionem, cum quo etiam ſe conuerſatum eſſe deſignat, per hæc verba: Hæc, inquit, dogmata Florine, & quæ aſſeris, confidenter dico, quia non ſunt ſanx ſententiæ. Hæc dogmata non ſunt conſona eccleſiaſticæ fidei. Hæc dogmata ne illi quidem qui de Eccleſia pulſi ſunt hæretici, potuerunt aliquando cõmentari. Hæc dogmata impietatem docent. Hæc dogmata ſancti illi præſbyteri, qui ante nos fuerunt, nunquam præſulere, illi qui & Apoſtolos viderant, quos & tu noſti. Vidi enim te, dũ adhuc puer eſſem in Aſia apud Polycarpum, tunc quidem præclatẽ agentem, dũ adhuc eſſes intra palatium, & ſtudentem placere Polycarpo. Multo enim magis mihi illius temporis rerum geſtarum inhæret memoria, quam præſentis: quia hæc quæ à pueris diſtamus, cum anima ipſa coaleſcunt, & adhæret eũ. Vide etiã locum ipſum tibi dicere poſſum, in quo ſedes diſputabam: beatus Polycarpus, & inſeſſum illius, & vultum, ac totius vitæ modum, & ipſius quoque corporis habitum. Sed & diſputationes, quas habebat ad populum, & conuerſatione quæ fuerat ei cum Ioanne, quomodo narrare ſolitus erat, vel ceterorum, qui ipſum Dominũ viderant: & quomodo recordabatur omnia, ac recitebat verba quæ dicta à Domino, ab illis audierat: & de virtutibus eius ac doctrina. Et tamen omnia hæc cum ſcripturis conſona proferebat: quæ tunc ergo pro miſericordia Dei, quam mihi donare dignatus eſt, arteſtius & ſtudioſius audiens deſcribẽba, non in chartis, ſed in corde meo: quæque per gratiam Dei fideliter cuſtodio, & mecum ipſe ſine intermiſſione quodammodo rumino. Deum ergo teſtor, & in conſpectu ipſius tibi affirmo, quia ſi quid tale auდიſſet beatus & Apoſtolicus vir Polycarpus, exclamaſſet ſtatim, & aures ſuas obturauit, ac ſicut moris erat ei, dixiſſet: Deus bone, in quæ tempora me reſeruaſti, vt hæc audiam? Nonne etiam ipſum ſtantinũ locũ fugiſſet, in quo ſedens vel ſtans huiusmodi verba auდიſſet? Sed & ex epiftoſis eius, quas ſcripſit vel ad vicinaſ eccleſias, vel ad aliquos ex fratribus comonens & confirmandos eos, & cõhortans ad fidem, poſt ſententia eius euidenter agnoſci.

Hæc. Irenæus.

VITA



4 Si ſepultura curanda non eſt nec cadaver aliquando diger ceremoniam, vt ſomniant noua res iſti, ad quã diabolus rãtopera impulſit, vt reliquias ſanctiſſimi martyris nemo ad ſepulturam concederet.

5 Hic habes quòd ſolum Deum colimus, martyres autẽ vt veros ſeruos Dei & amicos veneramus & diligimus, quodque eorum oſſa venerari, peregrinari ad eorum ſepulcra, & ſolennes conuentus in die paſſionis eorum apud illos agere, non ſit vana nec ſuperſtitioſum recentis inuentũ, cuius contrarium aſſerunt modernũ heretici.

Ex eiſdem hiſtoriæ Eccleſiaſtice, lib. 5, cap. 20. 6 Legẽ, legẽ hæc verba, & conſuere: intra ſanctæ & ſtupendæ, quomodo ſanctus vir Dei ſpiritu aſſatũ tam a longinquo noſtri ſpiritus ſubuerſores alloquatur, & quaſi in eorum auribus verba ſaſcũt.

Denique in vno ex iis libris, etiam de semetipso volens, quis, vel vnde esset, offendere, hoc modo scribit. Imperatori Aelio Adriano, Antonino Pio, Caesari Augusto, & verissimo philosopho, & Lucio philosopho Caesaris proprio filio, ac Pij adoptiuo, amatori sapientiae, & sacro Senatui, atque omni populo Romano, pro viris ex omni genere hominum congregatis, & iniusto odio laborantibus, ac non digna patientibus, Iustinus Prisci filius Bacchiadis ex vrbe Neapoli Palaestinae, vnus pro omnibus hoc defero postulat.

Ibi Iem Cap. 12.

Sed interpellatus idem Imperator in Asia ab his qui vario iniuriarum genere affligebatur, tale rescriptum ad vniuersos Asiae populos promulgauit. Imp. Caes. Marcus Aurelius Antoninus Aug. Armenicus, Pont. Max. Trib. Pot. xv. Cos. iij. Vniuersis simul plebibus Asiae salutem. Ego quidem non ambigo, etiam diis ipsis curae esse, ne quis noxius lateat. Multo enim magis illis conuenit punire eos, qui ipsis immolare nolunt, quam vobis. Sed vos confirmatis eorum, quos persequimini, sententiam, qua de vobis habent, dicentes, vos impios & sine Deo esse. Vnde & oprabilius habet animam ponere pro Deo suo, & mortem libenter amplecti, quam vobis talibus acquiescere, & in vestrae religionis iura concedere. De motibus autem terrae, qui vel facti sunt, vel etiam nunc fiunt, absurdum non erit maiorem vestrum iusta commotione solari. Quoniam quidem cooperi, quod in huiuscemodi rebus, ad illorum inuidiam communes casus transferretis. In quo illi quidem maiorem fiduciam accipiunt apud Deum. Vos autem in omni tempore, quo de talibus ignoratis, caeteros quidem Deos negligitis, cultum vero immortalis Dei, quem Christiani colunt, expellitis & deurbatis, vsq; ad mortem cultores illius obseruantiae persequentes. Super quibus plurimi ex prouinciis iudices etiam venerabili patri nostro scripserant. Quibus rescriptum est ab eo, vt nihil omnino molestiae huiuscemodi hominibus generarent, nisi forte arguerentur aliquid aduersum Romani regni statum moliri. Sed & mihi ipsi de his quamplurimi retulerunt. Quibus ego paternam secutus sententiam, pari moderatione rescripti. Quod si quis persistit huiuscemodi hominibus absq; vilo crimine mouere negotia, ille quidem qui delatus pro hoc nomine fuerit, absoluat, etiam si probetur id esse, quod ei obicitur, Christianus. Is autem qui crimen obtendit, reus poenae ipsius, quam obiecit, existat.

Cap. 16.

Cum sanctis igitur martyribus, qui eo tempore pro beatis confessionibus coronati sunt, & vir mirabilis Iustinus, cum secundo iam librum pro religionis nostrae defensione conscripsit, temporis illius Iudicibus obtulisset, remunerationem linguae fidelis & eruditae, martyrij munus accepit, quodam philosopho, Crescente nomine, cane tam professione quam moribus, dolos viro insidiasq; tendente. Quoniam quidam saepe cum eo disputas, auditoribus mediis, non solum obtinuerat eum, verum & vehementius veritate sibi suffragante confuderat, vnde & victoriae suae palmam, martyrium percepit a Domino.

Hoc autem ita futurum, etiam beatus ipse verus philosophus veritatis in ea defensione, quam ab eo conscriptam supra diximus, aperte, sicut erat futurum, prophetica mente praedixit, his verbis: Nam & ego, inquit, spero me ab aliquo horum, quibus pro veritate obisto, insidias esse passurum: spero baculo aut claua feriendum: certe vel a Crescente hoc, non philosopho, sed φιλοκόμπος id est, non amatore sapientiae, sed amatore iactantiae. Neque enim dignum est, philosophum nominari eum, qui de his quae nescit, publice protestatur: & Christianos sine Deo esse, & impios dicit, ad gratiam & libidinem eorum, quos in errore positos, ipse maioribus laqueis erroris inuoluit. Si enim ignoratur ab eo Christi doctrina, & ea arguit quae ignorat, ne quisquis est, & imperitis multo nequior: quia & imperiti vel idcirco obseruant, ne disputare audeant de his quae ignorant, & de illis testimonium perhibere, quae nesciunt. Si vero legit quae apud nos scripta sunt, & aut non intellexit eorum virtutem, aut intellexit quidem, sed dissimulat, ne & ipse suspectus habeatur in talibus, multo nequior & detestabilior iudicandus est, qui imperiti vulgus captans fauorem, veritatis ac pietatis, quam probat, hostis existit & proditor. Nam & proposuisse me ei sciatis quaedam, ex quorum responsionibus nihil scire conuictus est. Et intantum vera sunt quae dico, vt putem vobis etiam questionis habitae inter nos disputationes allatas, ex quibus apertissimè dignoscitur, quae nostra sunt, penitus ignorare. Si vero necdum venerunt haec ad notitiam vestram, paratus sum rursum vobis audientibus disputare. Haec sunt beati Iustini verba, in quibus secundum ea quae praedixerat, per Crescentem insidias martyrio consummatus est.

Ibidem, cap. 16.

Tatianus quoque vir eruditissimus, in prima aetate sua cum magna admiratione oratoriam docens, ex qua non parum gloriae quaesierat, postmodum ad nostra se studia conuertens, liberos etiam ipse aduersus Gentes dignos memoria dereliquit, in quibus Iustini meminit, his verbis: Sed admirabilis, inquit, vir Iustinus satis recte profectus est, similes istos dicens esse Iatronibus. Et post aliquanta, cum de philosophis quaedam dixisset, addit etiam haec: Crescentens denique ille, qui obfedit urbem magnam, in puerorum quidem stupris omnes praeparat, in pecuniae autem cupiditate nullo inferior erat. Mortem vero cum caeteris contemnendam suaderet,

suaderet, ipse tam pessimam de eo opinionem gerebat, vt Iustinum tanquam vltimo malo traderet morti, pro eo quod veritatem praedicans, voluptuosos & deceptores philosophos arguebat. Plurima autem nobis hic vir studiorum monumenta dereliquit, quibus eruditae Cap. 18. eius animae, ac diuinis deditae disciplinis, indicia colligamus: in quibus emolumentum plurimum inueniri possunt ij qui amorem doctrinae & scientiae gerunt. Extat igitur eius liber hic (de quo superius memorauimus) ad Antoninum qui dicebatur Pius, & filium eius, ac Senatum, pro nostra religione conscriptus. Sed & secundus nihilominus defensionem nostrae fidei continens, quem scribit ad successorem supradicti principis Antoninum Verum, cuius tempora nunc coepimus explicare. Sed & alius liber est aduersum Paganos, in quo de singulis, vel nostris, vel Graecorum philosophis conferens, disputationem latissimam conscripsit. Ibi etiam de natura daemonum disserit quaedam, quae his inferere longum est: Sed & alius liber est aduersum Paganos, qui superscribitur Confutatio. Est & alius eiusdem monarchia, quem non solum de nostris libris, sed & de Graecorum voluminibus texuit. Est & alius, qui superscribitur Pfaltes: Et alius velut in subnotationu modo de anima, in quo diuersas quaestiones inseruit ex his quae apud Graecorum philosophos agitantur, quibus contradicturum se repromittit, & suam de huius sententiam in illius responsionis volumine prolaturum. Composuit etiam dialogum quasi cum Iudaeis, quem apud Ephesum cum Typhone Hebraeoru nobilissimo doctore habuit, in quo exponit, quomodo ipse per diuinam gratiam ad credulitatem verae fidei perductus sit, cum prius immensum studium erga philosophorum gesserit disciplinas, perquirenda veritatis amore detentus. Simulque refert de Iudaeis, quod aduersum Ecclesiam Christi insidias feralibus agant. Et pro his insinuat Tryphonem, dicens: Quia non solum non poenitistis pro his quae a vobis male gesta sunt, sed & viros aptos ad hoc elegistis de Hierosolymis, & misistis per omnem terram, qui circumirent, & dicerent impiam haeresim surrexisse Christianorum, simul & criminosa, quaedam diffamarent aduersum nos, quo scilicet per haec ignorant quae deterriti, confortia nostra vitarent: in quo non solum nobis ipsis, sed & aliis opprobria fingendo causa mortis exitistis.

Scribit autem, quod vsque ad sua tempora prophetae gratia in Ecclesia floruerit, Sed & Apocalypsim, I Ioannis Apostoli esse dicit. Prophetias etiam quibusdam vtitur testimoniis ad Tryphonem, conuincens eum de his, quod Iudaei absciderint haec de scripturis, & abstulerint: Sed & multa eius alia apud quamplurimos fratrum feruntur, quae ita probabilia ac digna veteribus iudicata sunt, vt Irenaeus ex ipsis inueniatur assumere, & in quarto aduersum haereses libro, de his hoc modo scribere: Et bene, inquit, Iustinus in eo volumine quod aduersum Marcionem scribit, profectus est, dicens: quia ipsi Domino nunquam acquiescerem, si alium Deum diceret praeter omnium creatorem: Et iterum in quinto eiusdem operis libro dicit: Et optime, inquit, Iustinus affirmat, quia ante aduentum Domini nunquam ausus est satanas blasphemare Deum, quippe qui nondum agnouisset damnationem suam. Haec autem nobis necessariò de opusculis Iustini dicta sint, ad inquisitionem librorum eius studiosos quosque fideles prouocantibus.

Iustinus martyr Apocalypsim, Ioannis Apostoli esse dicit.

VITA IUSTINI PHILOSOPHI ET

Martyris, per Suidam scripta, Alberto Lino Clerico Veronense Interprete.

Iustinus philosophus, & habitu philosophorum vtens, ex Neapolitanorum praefectura, quae est in Palaestina, Prisco Patre Bichij filio ortus est. Hic pro Christiana religione valde laborauit, adeo vt & Antonino cognomento Pio, atq; eius liberis, Senatuiq; Romano librum contra Gentiles conscriptum legendum tradiderit, opprobrium crucis minime erubescens. Scripsit & alium librum, quem Antonini successoribus, hoc est, Marco Antonino, & Lucio Aurelio comodato dedit. Alius quoque eius exrat liber contra Gentiles, in quo de fuga daemonu disserit. Et quartus liber similiter aduersum Gentiles, quem Confutatione inscripsit. Alius insuper de Dei monarchia: & alius quem Psalterem nominauit, & de anima alius. Nec non dialogus aduersum Iudaeos, quem quidem aduersum Tryphonem Iudaeorum Ephesi comorantium principem ex tempore composuit. Quinetiam insignia aduersum Marcionem opera edidit. Et alium librum contra omnes haereses, cuius in Apologetico, quem Antonino Pio tradidit, mentionem fecit. Caeterum quum hic Romae commoraretur, Crescentem fatuum illum Cynicum maledictis Christianos vexantem valde confudit, helluonem, luxuriosumq; & proteruum illum appellans, mortemque extimefcentem demonstrans. Ad extremum huius Crescentis oppugnatione atque insidiis, vt Christianus pro Christo martyrio est affectus.

ALOYSII LIPOMANI VERON. MARTYRIUM SANCTORVM

Iustini Philosphi, Charitonis, & sociorum, qui
Romæ falsi sunt.

Per Simeonem Metaphrasten.



VO tempore nefarij superstitionis idolorum propugnatores impia contra pietatem religionem seruantes Christianos, per singulas vrbes ac regiones edicta proposuerunt, vt quicumque Christiani deprehensi essent, idolis sacrificare cogentur: comprehensi Iustinus & qui cum illo erant, adducti sunt ad Romæ præsidem, Rusticum nomine. Quibus ante tribunal constitutis, Rusticus præses dixit Iustino: Age: esto diis obediens, & Imperatoris edictis.

illi autem Iustinus respondit: Nemo vnquam reprehendi, aut condemnari poterit, qui Saluatoris nostri Iesu Christi præceptis obediuit. Tunc Rusticus præfectus: In cuiusnam, inquit, eruditionis ac disciplinarum genere versaris? Cui Iustinus: omnium & disciplinarum genus discere conatus sum, omnemque eruditionem expertus, postremò veræ Christianorum disciplinæ adhæsi, quamuis illa non placeat his qui falsæ opinionis errore ducuntur. Tunc Rusticus dixit: Illane miserime, eruditione delectaris? Maximè, inquit, Iustinus, quoniam recto cum dogmate Christianos ipsos sequor. At præfectus: Qualenam est istud dogma? Respondit Iustinus: Rectum dogma quod Christiani homines cum pietate seruamus, hoc est, vt Deum vnum existimemus factorem atque creatorem omnium quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur, & Dominum Iesum Christum Dei filium consecramur olim à Prophetis prænunciatum, qui & humani generis Iudex venturus est, salutis præco, & magister iis qui ab illo bene didicerint. Ego quidem, vt homo, imbecillis sum, & longè minor, quàm vt de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere possim: Prophetarum munus hoc esse fateor. Illi enim huius ipsius, quem Dei filium esse dixi, in orbem terrarum aduentum multis antea seculis diuinitus prædixerunt. Quæsiuit Præfectus, quem in locum Christiani conuenirent. Cui respondit Iustinus, eò vnumquemque conuenire, quò vellet, ac posset. An, inquit, existimas, omnes nos in eundem locum conuenire solitos? Minimè res ita se habet, quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur: sed cum inuisibilis sit, cœlum & terram implet, atque vbique à fidelibus adoratur, & eius gloria collaudatur. Tunc Præfectus: Age, inquit, dicas quem in locum conueniatis, & discipulos tuos congreges. Respondit Iustinus: Ego prope domum Martini cuiusdam, ad balneum, cognomento Timiotinum, hæc tunc mansi. Veni autem in urbem Romam secundò, neq; alium quempia locum, nisi quem dixi, cognosco. At si quis ad me venire voluit, communicauit cum illo veritatis doctrinam. Ergo Christianus es tu, inquit, Rusticus. At Iustinus: Maximè, Christianus ego sum. Tunc Præfectus dixit Charitoni: An & tu Christianus es? Cui Chariton: Christianus ego sum, Deo ipso adiuuante. Quæsiuit Rusticus à Charitina muliere, num & ipsa Christi fidem sequeretur: Cui respondet illa se quoque, Deo dante, Christianam esse. Tunc Rusticus dixit Euelpisto: Tu verò quisnam es? Cui respondit: Seruus quidem Cæsaris sum, sed Christianus, à Christo ipso libertate donatus, & illius beneficio atque gratia, eiusdem spei, cuius & isti sunt, quos vides, particeps factus. Post hæc præfectus quæsiuit ab Hierace, num & ipse Christianus esset. Cui Hierax dixit: Certè Christianus & ego sum: eundem enim Deum colo atque adoro. An, inquit, Præfectus, Christianos vos fecit Iustinus? Ego, inquit, Hierax, & fui, & ero Christianus. Stans autem & Pæon dixit: Ego quoque sum Christianus. Et quisnam, inquit, Præfectus, te docuit? Respondit ille: A parentibus bonam hanc confessionem accepi. Post hunc Euelpistus dixit: Et ego Iustini quidem sermones magna cum voluptate audiebam, sed à parentibus stamen & ipse Christianus esse didici. Tum Præfectus: Et vbinam parentes tui sunt? In Cappadocia, inquit, Euelpistus. Quæsiuit Præfectus ab Hierace, vbinam gentium essent eius parentes. Cui respondit Hierax: verus pater noster Christus est, & mater fides, qua in ipsum credimus: terreni verò parentes mei mortui sunt. Cæterum ego ab Iconio Phrygiæ abstractus huc veni. Quæsiuit Præfectus à Liberiano, quidnam & ipse diceret, num Christianus esset, atque in Deos impius. Cui Liberianus: Et ego, inquit, Christianus sum: colo enim, & adoro solum verum Deum.

Tunc Præfectus conuersus ad Iustinum, dixit: Audi tu, qui eloquens esse diceris & putas te veram disciplinam tenere: Si à capite per totum corpus flagello cæsus fueris, per sua sum ne habes fore vt in cœlum ascendas? Cui Iustinus: Spero, inquit, me habiturum quod habent qui Christi dogmata seruauerint, si hæc ipsa quæ dicis, perpeffus fuero. Scio enim omnibus qui sic vixerint, diuinam gratiam conseruari, quoad totus mundus con-

1. vides disciplinam omnium studium non esse christianis inutile, nec a scholis hæreticis autumat. 2. Nota quod non sufficit christianas vivere, nisi etiam recta fidei dogmata sequaris.

summetur. Ad hæc præfectus Rusticus: Ergo futurum opinaris vt in cœlos ascendas, mercedem aliquam recepturus? Non opinor, inquit Iustinus, sed scio, & hoc tam certum habeo, vt nihil dubitem. Rusticus dixit: Veniamus deinceps ad id quod propositum est & nos inquit, qui rectè sentiat, pietatem deserit, vt in errorem, atque impietatem dilabatur. Præfectus Rusticus dixit: Nisi iusis nostris parere volueritis, cruciatus sine vlla misericordia patiemini. Iustinus autem: Maximè nos in votis habemus propter Dominum nostrum Iesum Christum cruciatus perpeti, ac saluari: hoc enim nobis salutem, & fiduciam conciliabit ante eiusdem Domini & Saluatoris nostri terribile illud tribunal, cui totus mundus diuino iussu assistet. Idem & reliqui omnes martyres dixerunt, hoc addentes: Fac citò quod vis: nos enim Christiani sumus, & idolis non sacrificamus. Hæc audiens Præfectus talè sententiam pronunciauit: Qui dijs sacrificare, & Imperatoris edicto parere noluerunt, flagello cæsi ad capitalem penam abducantur, quemadmodum leges præcipiunt. Itaque percussi sunt, & in Deum collaudantes, ad consuetum locum producti, post verbera securi percussus sunt, & in Saluatoris confessione martyrium consummarunt. Post hæc quidam fideles clam illorù corpora sustulerunt, & in loco idoneo illa condiderunt: cooperante gratia Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria in secula seculorum. Amen.

3. Sapienter hæc responsonem intellige, nos enim heretica postulat. Quoniam vel non de fide hic loquitur qua quis firmiter credit, & certo statuit eorum regnū se cōsecuturum, sed de firma, & certi a spe, qua illud expectare debet, si diuina mandata seruauerit. Hanc enim spem quilibet habere debet, si illam nullus. Quia imo ex scripturis ea improbat: Vel si de fide loquitur, de ea intelligit, que ex diuina reuelatione habetur.

VITA SANCTÆ FELICITATIS

Martyris, per D. Gregorium Papam scripta.



Sancti Euangelij, fratres charissimi, breuis est lectio recitata, sed magnis mysteriorū ponderibus grauida. Iesus etenim conditor & redemptor noster matrem se nosse dissimulat, & quæ ei mater sit, qui propinqui, non per cognitione carnis, sed per coniunctione spiritus, designat, dicens: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicumque fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis est, & qui sunt fratres mei? Quicumque fecerit voluntatē patris mei qui in cœlis est, nisi quod obsequentes iusionibus suis multos ex gentilitate collegit, & iudæam, ex cuius carne genitus est, non agnoscit? Vnde & mater eius cum quasi non agnosceretur, foris stare perhibetur, quia videlicet Iynagoga idcirco ab autore suo non cognoscitur, quia legis obseruationem tenens, spiritualem intellectum perdidit, & sese ob custodiam literæ foris fixit. Sed dum is qui voluntatem patris fecerit, foror & mater Domini dicitur, propter vtrunque sexum qui ad fidē collegit, mirum non est: mirandū verò valde est quomodo etiam mater possit. Sed sciendū nobis est, quia qui Christi frater, & foror est credendo, mater eius efficitur prædicando. Quasi enim parit Dominū, qui eū cordi audientis infundit: & mater eius efficitur prædicando, si per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur. Ad quam rem nobis idoneè confirmadum, adest beata Felicitas, cuius hodie festa natalitia celebramus, que credendo existit ancilla Christi, & prædicando facta est mater Christi. Septē quippe filios, sicut in gestis eius emedatoriibus legitur, sic post se timuit viuos in carne relinquere, sicut carnales parētes solent metuere ne mortuos præmittant. In persecutionis enim labore deprehensa filiorum corda in amore supernæ patriæ prædicando roborauit, & parturiuit spiritum, quos carne pepererat: vt prædicatione pareret Deo, quos carne pepererat mūdo. Cōsiderate fratres charissimi, in foemineo corpore virile pectus ad mortē stetit imperterrita, amittere se in filijs lumē veritatis timuit, si non fuisset orbata. Nunquid ergo hæc foeminā martyre dixerim? Certè Dominus cū de Ioāne loqueretur, dixit: Quid existis in desertū videre? prophetā? Vtiq; dico vobis, & plusquam prophetā. Et Ioannes ipse requisitus respondit, dicens: Non sum propheta, quia enim se plusquam prophetam nouerat esse, se prophetam negabat. Qui idcirco plusquam propheta dicitur, quia prophetæ esse officium, ventura prænunciare, non etiam ostendere. Ioannes verò plusquam propheta est, quia quem verbo prædixit, digito ostendit. Non ergo hanc foeminam martyre dixerim, sed plusquam martyre, quæ septem pignoribus ad regnum præmissis, toties ante se mortua ad penas prima venit, sed peruenit octaua. Aspexit mater & cruciata, & imperterrita filiorum mortē, spei gaudiū tribuit, adhibuit dolorē naturæ. Timuit viuentibus: gauisa est morientibus. Optauit nullum post se relinquere: ne si quem haberet superstitem, non posset habere confortē. Nemo ergo ex vobis fratres charissimi existimet, quòd eius cor morientibus filijs etiam carnalis affectus minimè pulsauerit. Neq; enim filios, quos carnē suam esse nouerat, sine dolore poterat morientes videre: sed erat vis amoris in-

ris interior quæ dolorem vinceret carnis, vnde & passuro Petro dicitur: Cum senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod non vis. Neque enim si plenissimè Petrus nollet pro Christo pati, potuisset, sed martyrium quod per inhumanitatem carnis noluit, per virtutem spiritus amavit. Qui dum per carnem ad pœnas trepidat, per spiritum ad gloriam exultat. Actum est, vt cruciatum martyrij nolendo voluisset, sicut nos quoque cum gaudiū quærimus salutis, amarum poculum luminis purgationis. Amaritudo quidem in poculo displicet, sed restituenda per amaritudinem salus placet. Amavit ergo iuxta carnē Felicitas filios, sed pro amore cœlestis patriæ mori etiam voluit quos amavit. Ipsa eorum vulnera accepit, sed in eisdem ipsa ad regnum præuenientibus excreuit. Rectè ergo hanc fœminā vltra martyre dixerim, quæ & toties in filiis est desiderabiliter extincta, & dū multiplex martyrium obtinuit, ipsa quoque martyrij palmam vicit. Fertur apud veteres mos fuisse, vt quisquis consul existeret, iuxta ordinem tēporum honoris sui locum teneret. At si quis posterior ad consulatum veniens, consul non semel, sed bis fortasse aut tertio fieret, etiam illos laude & honore transcenderet, qui non plus quàm semel cōsules extitissent. Vicit ergo beata Felicitas martyres, quæ tot ante se morientibus filiis pro Christo occubuit, quia ad amorem illius sola sua mors minimè suffecit. Consideremus fratres hanc fœminā, consideremus & nos qui membris corporis viri sumus, in eius cōparatione quid æstimabimus? Sepè nāque agenda aliqua bona proponimus, sed si vnus contra nos leuissimus sermo ab ore irriditæ eruperit, ab intentione actionis nostræ fracti protinus & consuli resiliimus. Ecce nos plerumque à bono opere sola verba reuocant. Felicitatem verò à sancta infertione frangere nec tormenta poterunt. Nos in aura maledictionis impingimus, hæc ad regnum etiam per ferrum exiit, nihilque quod obfisteret æstimauit. Nos ad præcepta dominica largiri nostra saltè superflua nolumus, hæc non solum Deo suam substantiam contulit, sed pro illo etiam propriam carnem dedit. Nos cum ex diuina iussione filios amittimus, sine consolatione lugemus: hæc eos mortuos plangeret, si non obtulisset. Cum ergo ad illud terribile examen districtus iudex venerit, quid nos viri dicemus, cum huius fœminæ gloriam viderimus, de debilitate mentis nostræ? Quæ tunc viris erit excusatio, quando hæc ostenditur, quæ cum sculo & sexum vicit? Sequamur ergo, fratres charissimi, districtam & asperam redemptoris viam. Vfu quippe virtutū ita iam plana facta est, vt per eam fœminis libeat ambulare. Despiciamus cuncta præsentia: nulla sunt etenim in hoc mundo, qua transire nō possint. Turpe sit diligere, quod constat citius perire. Non nos terrenarum rerum amor superet, non superbia inflat, non ira delaniet, non luxuria polluat, non inuidia consumat. Amore nostro fratres charissimi redemptor noster occubuit, & nos amore eius discamus vincere nos ipsos. Quod si perfectè agimus, non solum imminentes pœnas euademus, sed communi cū martyribus gloria remunerabimur. Nam quamuis occasio persecutionis desit, habet tamen pax nostra martyrium suum, quia & si carnis colla ferro non subdimus, spiritali tamen gladio carnalia nostra desideria in mente trucidamus, ipso adiuuante, qui viuunt & regnat. &c.

VITA DIVAE FELICITATIS MARTY-

ris, per beatum Petrum Chrysologum Archiepiscopum Rauennatem scripta.

Quoniam varios martyrum, multiplicè sue triumphos, quos persequutoris crudelitas toties illusa cumulauit, tempus nos dinumerare non patitur, ad illam tota nostri sermonis confugit oratio, quæ meruit filios tot habere, quot dies mundus accepit. Verè mater lumininum, fons dierum, quæ septenario corusco germenis sui toto orbe splendet. Beata quæ nō solum pro lege patitur, sed ipsius legis heptalissimum meruit mater sancta generare: heptalissimum fratres, qui non vnus & temporalis tabernaculi illustraret arcanum, sed Ecclesiam sempiternam sacro illuminaret incenso. Felix quæ meruit portare tot virtutū pignora, quot illa arca præceptorum volumina sacrata gestauit: & vt illa verbo, ita hæc doceret exemplo. Iam tunc eos fratres martyres genuit, quando eos partus sui septenario numero cōsecrauit, & mystico. Huc, huc sanctus Paulus veniat, qui adhuc parturit, donec Christus formetur in homine. Ecce mulier iterum atque iterum parturit, donec in virtutem mutetur infirmas, carò transcendat in spiritum, terra transferatur in cœlū. Ardebat, anhelabat, vt eos vno die sacros Martyres pareret, qui vix paruulos per annorū curricula generabat. Ecce mulier, ecce mater, quam vita filiorum fecit anxiam, mors securam. Beata, cui in futura gloria tot astant candelabra, quot germina. Beata, quæ tot præmisit ad regnum: beatorum quæ suū in seculo nil amittit. Discurrebat lætior inter cōfossa cadauera, quàm inter cunabula chara filiorū: quia intermis oculis tot cernebat braua, quot vulnera: quot tormēta, tot præmia: quot victimas, tot coronas. Et quid plura, fratres? Non est, non est vera mater, quæ nescit filios sic amare.

VITA

Est sermo 134. in opere homiliarum eius.

Vide & consideranda diligenter has voces, merita, braua, premia, & coronas, tu qui dicis nos nihil mereri apud Deum.

VITA SANCTAE FELICITATIS

Martyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in martyrol. eiusdē sub xi. Cal. Decemb.

Idem die Natale sanctæ Felicitatis matris septem filiorum martyrum, quæ iubete Antonino, decollata est pro Christo. Idem enim Imperator iniunxerat Præfæto vrbis Publio, vt eam compelleret cum filiis suis deorum sacrificiis inclinari. Qui blando alloquio ad sacrificium eam prouocans, minatur pœnarū interitum. Cui beata Felicitas: Nec blandimētis tuis resolui potero, nec terroribus frangi: habeo enim spiritum sanctum, qui me nō permittet vinci à diabolo, & ideo securus sum: quia viua te superabo, & si interfecta fuero, melius te vincam occisa. Deinde alia die sedit Præfæctus in foro Martis, iussitque eam adduci cū filiis suis, cui & dixit: Miserere filiis tuis iuuenibus bonis, & flore primæ iuuentutis floentibus. Beata Felicitas respondit: Misericordia tua impietas est, & exhortatio tua crudelitas est. Et conuersa ad filios suos dixit: Videte filij cœlū, & aspiciate vbi vos expectat Christus cum sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris, & fideles vos in amorē Christi exhibete. Audiēs hoc Publius, iussit eam alapis cædi. Tunc conuocans filios eius, cepit cum eis agere, vt sacrificarent. Ianuarius respondit: Stulta suades, nam sapientia Domini me confortat, & faciet me omnia tormenta superare. Statim Iudex iussit eum virgis cædi, & in carcerem recipi. Felix dixit: Vnus est Deus, quem colimus, cui sacrificium pię deuotionis offerimus. Vnde tu ne credas, aut me, aut aliquem fratrum meorum à Domino Iesu Christi amore recedere, & si immineant verbera, fides nostra nec vinci potest, nec mutari. Philippus dixit: Isti de quibus dicis, nec dii sunt, nec omnipotentes, sed sunt simulachra vana & misera, & insensibilia, & qui eis sacrificare voluerit, in æternum peribit. Syllanus dixit: Nos si transitorium timuerimus interitum, æternum incurremus supplicium: & quoniam verè nouimus quæ præmia sunt parata iustis, & quæ pœna sit constituta peccatoribus: idcirco Romanas leges contempnimus, vt iussa diuina seruemus. Alexander dixit: Ego seruus Christi sum, ore confiteor illum, corde teneo, incessanter adoro: infirma ætas quam vides, canam habet prudentiam. Vitalis dixit: Melius viuunt, qui verum Deum colunt, quàm qui demonia optat habere propitia. Martialis dixit: omnes qui non consentunt verum Deum esse, in æternum incendium eunt. Iudex gesta omnia scriptis Antonino innotuit. Quos ille iussit diuersis suppliciis interire, matre nouissimè consummata.

1 Si fides nostra nec vincit potest, nec mutari, confesso quens est eā fidem tenendā, quæ a serculo prædicatur, & quæ sancti præcedentes professi sunt, omnesque in toto mundo constitute seruat Ecclesie, & non quæ a paucis tenetur in angulis.

VITA SANCTORVM MARTYRVN

Geruasii, & Prothasii, per diuinum Ambrosium Episcopum scripta.



Ambrosius seruus Christi fratribus, per omnem Italiam in Domino æternā salutem. In diuinis voluminibus reus scribitur, qui nō studuerit dare gratis, quod ipse gratis accepit. Quicquid enim Ecclesie Domini profuturū erat, subtraxit: videtur: cum noluerit tradere omnibus quod ipse non celandū accepit. Vnde Psalmographus canit: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo. Veritatem tuam, & salutem tuam dixi: Non cœlaui misericordiam tuā in concilio multorū. Et pro hoc opere quasi vicissitudinem à Deo postulans adiecit: Tu autem Domine ne elonges misericordiam tuā à me. Quasi diceret Deo: Sicut ego feci alios misericordiā inuenire: ita ipse non patiaris longè fieri misericordias tuas à me. Aperiamus ergo, cur ista præmissimus: & vestros animos qui piè de Domino sentitis, & creditis, de inuentione sanctorum corporū ad lætitiā inuitemus. In diebus itaque: transactæ nuper quadragesimæ cum Dñs donasset mihi, vt ieiunantiū me faceret esse participē in oratione positū, ita me somnus oppressit, vt vigilas apertè, nec dormiēs integrè, viderē apertis oculis duos iuuenes ephēbos vestibus cædiuissimis, id est, collobio, & pallio indutos, caligulis calcia-
tos, manibus extēsis orātes. Nullā quidē grauedinē paties, loqui cū eis non poterā. Sed quia, vt dixi, pars in me homni incidebat, qui me ad eorū interrogationē verbum proferre nō sineret. Planè autē mihi euigilātū visio eorū elapsa est. Factū est proinde vt rogarem Domini misericordiā, vt si iudificatio demonū esset, absconderet: si verò esset veritas, plenius appareret. Ad impetrandū verò, quod posebā à Domino, augmētāui Ieiuniū. Similiq; modo carente gallo orātes mecū iuuenes apparuerūt. Tertia verò noctē, defecto ieiunio corpore nō dormienti, sed stupenti, cum quadā mihi tertia apparuerunt persona, quæ similis esse beato Paulo Apostolo videbatur, cuius me vultum pictura docuerat, in tantum vt ipse mecum illis tacentibus loqueretur, dicens: Isti sunt, qui monita mea secuti, respuentes prædia & diuitias,

1 Vide Ielunium quadragesimale.

2 Valet Ielunium ad impetrandum quod poposceris a Deo.

3 Cuius me vultum pictura docuerat. Ergo tempore Ambrosii pingebantur Apostolorum imaginē.

Est epistola eius
85. in lib. x. epist.
ad sororem suam.

4 Et in nomine
eorum ecclesiam
fabricabis. Licet
igitur ecclesiam
in honore dei
fabricare sub
inuocatione
sanctorum, non
tra novos hereticos.
5 Si sanctorum
corpora non
fuisse in
templum spiritus
sancti, quomodo
in eorum effusis
sepulchris tantus
odor fragrantis
6 Ecce quod
sancti euangelium
paupertate intel-
lexerunt, reale
licet, et cum
honorum omnium
temporalium
abdicationem, non
animam duntaxat,
sicut perperam
interpretantur
heretici nostri.

diuitias, secuti sunt Domini nostri Iesu Christi vestigia, nihil terrenum, nihilque carnale cupiscentes, in media hac Mediolanensi vrbe per decem annos in Dei seruitio perdurantes, ad hoc pertingere meruere, vt Christi martyres fierent. Quorum corpora in eo loco inuenies, in quo stas, & oras. Duodecim pedum altitudine terrae coopertabis archam inuenies, quam archam superius exaltabis, & in nomine eorum ecclesiam fabricabis. Cumque eorum nomina requirerem, dixit mihi: Ad caput eorum libellum scriptum inuenies, in quo & ortus eorum, & finis scriptus est. Conuocans itaque omnes per circuitum fratres, & Coepiscopos vrbium vicinarum, & referens vniuersa quae videram ipsis coram positus, primus ego terrae fossor accessi: caeteri vero Episcopi profecti sunt: & fodientes peruenimus ad archam, quam sanctus promiserat Paulus. Quam aperientes inuenimus quasi in ipsa hora positos sanctos, miro s' odore fragrant. Ad quorum caput libellum inuenimus, in quo erant haec per ordinem conscripta. Ego seruus Christi Philippus intra domum meam sanctorum corpora cum illo meo rapui & sepeliui. Quorum mater Valeria, & pater Vitalis sunt dicti: quos vno ortu geminos genuere: & vnum Prothasium, alium Geruasium vocauerunt. Cumque ab intestato Geruasius & Prothasius, hoc est, patre sancto Vitale martyre, & matre sanctae memoriae Valeria defunctis vtriusque, patrimonio successissent, domum propriam, in qua nati fuerant, & res vniuersas patrumque, & cellulas vauundantes, omne precium 6 pauperibus erogauerunt & familiae suae, quam ingenuam fecerant. Post haec autem Geruasius & Prothasius in vno se caenaculo concluderunt, & per decem annos lectioni & orationi adherentes, anno vndecimo conuersationis suae ad palmam martyrij idola respuentes, sub Aftasio principe in Mediolanensi ciuitate die Calendarum Iuniarum feliciter peruenerunt. Eodem tempore superueniente comite Aftasio, qui proficiscebatur ad bellum, quod a Marchomannis fuerat excitatum, occurrerunt ei cultores idolorum cum sacerdotibus suis, dicentes: Si vis laetus ad Augustos nostros reuerti, & victor, Geruasium & Prothasium diis nostris compelle sacrificare. Vehementer enim dii nostri de eorum contemptu commoti, responsa nobis dare contemnunt. Audiens haec Aftasius comes, iussit eos teneri, & ad se perducii. Cumque perducti fuissent ad illum, ait comes Aftasius: Hortor vos, & moneo, vt ad deorum nostrorum iniuriis commorantes ad immolandum eis deuoti studeatis insistere, vt expeditio mea vnanimiter celebretur. Beatus Geruasius dixit: Victoriam de caelo debes ab omnipotenti Deo requirere, non de simulachris mutis & vanis, quae oculos habent sine lumine, aures sine auditu, nares sine odoratu, os sine sermone, manus sine tactu, pedes sine gressu, & ventrem absque interioribus probantur habere, & sine flatu esse noscuntur. Tunc indignatus Aftasius comes iussit beatum Geruasium tam diu plumbatis tundi, quam diu exhalaret spiritum. Quo remoro, iussit sibi altare Prothasium. Cui & dixit: Miser vel tu viuere stude, & noli biothanasti fieri, sicut & frater tuus Geruasius. Cui beatus Prothasius respondens, ait: Quis est miser? Ego qui te non timeo: an tu, qui me timere probaris? Aftasius dixit: Ego te, miser homo, quomodo timeo? Beatus Prothasius dixit: In hoc probaris timere me, & laedi, si non sacrificauero diis tuis. Si enim non timeres te laedi a me, ad sacrificium idolorum non me compelleres. Ego autem te non timeo, contemno minas tuas, & omnia idola tua vt stercora reputans; Deum solum qui regnat in caelis adoro. Audiens haec Aftasius comes iussit eum sustibus caedi, & dum diu torqueretur, iussit eum erigi, dixitque ei: Prothasi, vt quid tam superbus, & tam rebellis existis? Vis perire, sicut tuum probasti perire germanum Geruasium? Beatus Prothasius respondit: Non tibi irascor Aftasi comes: nec ego nec ipsa iustitia, quoniam caecos tui cordis oculos attendo. Incredulitas enim quae in tuis sensibus regnat, non te permittit videre, quae Dei sunt. Na & Dominus meus Iesus Christus crucifigentibus se non maledixit, sed potius vt eis indulgeretur orauit, addens & hoc, quia nescirent quid facerent. Vnde & ego tui, comes Aftasi, misereor, quia nescis quid facias: age ergo quod coepisti: vt mihi possis occurrere cum meo fratre Geruasio hodie benignitas Saluatoris nostri. Tunc comes Aftasius iussit eum capite caedi. Cumque decollatus esset beatus Prothasius: Ego seruus Christi Philippus abstulimus cum filio meo furtim nocte sancta corpora, 7 & in domo mea, Deo solo teste, in ista archa faxea sepeliui, credena me orationibus eorum consequi misericordiam Domini nostri Iesu Christi: Qui cum patre & sancto spiritu viuunt, & regnat in secula seculorum.

7 Vide corpora
sanctorum defunctorum
sancta dici, et
quod orationibus
eorum, viuetes
misericordiam Domini
nostri Iesu Christi
consequuntur. Et
spondet heretici
ad haec non possunt.

Ex lib. 22. d. Au-
relj August. de
ciuitate Dei. c.

7 Miraculum quod Mediolani factum est, cum illic essemus, quando illuminatus est caecus, ad mulcorum notitiam potuit peruenire, quia & grandis est ciuitas, & ibi erat tunc Imperator, & immenso populo teste res gesta est, concurrente ad corpora martyrum Prothasij & Geruasij. Quae cum laterent, & penitus nescirentur, Episcopo Ambrosio per somnium reuelata, reperta sunt, vbi caecus ille depulsis veteribus tenebris diem vidit.

Domine sorori, vitae atque oculis praefere dae, frater. Quia nihil sanctitatem tuam soleo, eorum praeterire quae hic te gerantur absente, scias etiam sanctos martyres a nobis re-
pertos. Nam cum basilicam, dedicassem, multi tanquam vno ore interpellare coeperant,
dicentes, Sic in Romana Basilica dedices. Respondi: faciam, si martyrum reliquias inuenero;
statimque subit veluti cuiusdam ardor praesagij. Quid multa? Dominus gratiam dedit,
formidantibus etiam clericis iussi eruderari terram eo loci qui est ante cancellos a sancto-
rum Felicis atque Naboris, Inueni signa conuenientia, adhibitis etiam quibus per nos ma-
nus imponenda foret: sic sancti martyres imminere coeperunt, vt adhuc nobis silentibus ar-
riperetur vna, & sterneretur prona ad locum sancti 3 sepulchri. Inuenimus mirae magnitu-
dinis viros duos, vt prisca aetas ferebat. Ossia omnia integra, sanguinis plurimum, Ingens co-
cursum populi per totum illud biduum. Quid multa? Condiuimus integra, ac ordine, transtu-
limus vespere iam incumbente ad basilicam Faustae, ibi vigiliae 4 tota nocte, manus im-
positio. Sequenti die transtulimus ea in basilicam, quam appellant Ambrosianam. Dum tra-
serimus, caecus sanatus est. Talis mihi ad populum fuit sermo.

Cum tam effusam, tamque inauditam considerarem conuentus vestri celebritatem, & diuinae
gratiae munera quae in sanctis martyribus resulerunt, imparem me, fateor, huic muneri iudi-
cabam, nec fieri posse, vt sermone absoluerem, quod vix possumus animo intendere, oculis
comprehendere. Sed vbi sanctarum legi coepit series scripturarum, largitus est Spiritus san-
ctus qui locutus est in prophetis, quo dignum aliquo tanto 5 coetu, & expectatione vestra
martyrumque; sanctorum meritis proferamus. Coeli enarrant (inquit) gloriae Dei. Cum legitur
in Psalmis, occurrit quod non tam elementa materialia, quam caelestia merita dignum Deo
praeconium deferre videantur. Hodierna, tamen fortuita lectione patuit, qui caeli enarrat glo-
riam Dei. Aspice ad dexteram meam, aspice ad sinistram reliquias. 6. sacrosanctas, vide-
tis caelestis conuensationis viros, spectantes animi sublimis trophaea. Illi sunt caeli qui enar-
rant gloriam Dei. Haec opera manuum eius annunciat firmamentum. Non enim eos secula-
ris illecebra, sed diuini gratia operis ad firmamentum sacratissime passionis euexit. Multo-
que ante morum virtutumque; documentis annunciauit in his martyrium, quod aduersus lubricum
seculi huius stabiles permaserunt. Coelum erat Paulus, qui ait: Nostra conuersatio in caelis est.
Coeli erant Iacobus & Ioannes, denique; filij hominibus suspicantur, & ideo quasi caelum Ioannes
verbum apud Deum vidit, Ipse Dominus Iesus perpetui luminis erat caelum, cum enarraret
Dei gloriam, sed eam quam nemo ante conspexerat. Et ideo dixit: Deum nemo vidit vnquam,
nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris enarravit. Opera quoque manuum Dei si quaeris,
audi Iob dicentem. Spiritus diuinus qui fecit me. Et ideo aduersus diaboli tentamenta firma-
tus, quos offensae vestigium constantia reseruauit. Sed veniamus ad reliqua. Dies (inquit) dici
erudat verbum. Ecce veri dies, quos nulla caligo noctis interpolat. Ecce veri dies, pleni lu-
minis, & fulgoris aeterni, qui non perfunctorio sermone verbum Dei, sed intimo corde eru-
cunt. in confessione constantes, in martyrio perseverantes. Alius psalmus lectus dicit: Quis si-
cut Domine Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo & in terra? Respe-
xit sane humilia Dns, qui laetetur sub ignobili cespice, reliquias sanctorum suae Ecclesiae reue-
lauit, quorum anima 7 in caelo, corpus in terra. Suscitas a terra inopem, & de stercore erigens
pauperem. Quos videtis, vt eos cum principibus populi suicollocarit. Principes populi quos alios
nisi sanctos martyres aestimare debemus? quorum ia in numerum, diu ante, ignorati, Prothasius,
Geruasiusque; proferunt, qui sterile martyribus Ecclesiae Mediolanensem, iam plurimorum matre
filiorum, letari passionis propriae fecerunt & titulis & exemplis? Nec hoc abhorreat a vera
fide. Dies diei erudat verbum, anima animae, vita vitae, resurrectio resurrectioni. Et nox no-
cti indicat scientiam, hoc est, caro carni, quorum passio veram fidei scientiam omnibus indica-
uit. Bonae noctes, noctes lucidae, quae habent stellas. Sicut enim stella a stella differt in cla-
ritate, ita & resurrectio mortuorum. Non immerito autem plerique hanc martyrij resurrectione
appellant. Videre tamen vtrum sibi an nobis certi martyres resurrexerunt. Cognouistis, imo
vidistis ipsi multos a demoniis & purgatos. Plurimos etiam vbi vestre sanctorum manibus con-
tingerunt, his quibus laborabant debilitatibus absolutos. Reparata vetusti corporis mira-
cula, quo se per aduentum Domini Iesu Christi gratia terris maior infuderat, ymbra quadam
sanctorum corporum plerisque sanatos cernitis. Quanta oraria iactantur? Quanta indumen-
ta super reliquias sacratissimas, vt tactu ipso medicabilia reposcantur? Gaudent omnes ex-
trema

1 Vide antiquum
esse morem
ecclesiarum
quibus sanctorum.
2 Vide etiam quod
erat olim ecclesie
seu ara in nomine
sanctorum edificatae
3 Ecce quomodo
sancti vocat bea-
torum martyrum
sepulchrum.
4 Ibi vigiliae ton-
ta nocte celebratae.

5 Considera eorum
cursum ad sanctos
martyres, eorumque
merita.
6 Reliquias sacrosanctas
vocat, quas
nouum dogma
emortuas ossa
cupant.

7 Anima sanctorum
in caelo, corpus in
terra.

8 Vide si nos
omnia obseruatur
tempore diuini
Ambrosij, quae
et modo obser-
uantur in vniuersis

ratione sanctarum. Nam et eorum vestes tangebantur, et variata habitum, inducitur super eorum reliquias profertur, ad quorum etiam presertim de montes expellebatur, ad vultus eorum infirmi sanabantur, et ad contra tum vel extrema linea eorum homines salui fiebant. Quid dicit hereticus? 9 Sancti propius gnatores nostri sunt.

10 Ecce nobiles reliquias, et triumphales cruores.

11 Vide iterum sacrosantas martyrum reliquias. 12 Dies dominicus.

extrema linea contingere, & qui contigerit, saluus erit. Gratias tibi Domine Iesu, quod hoc tempore tales nobis sanctorum martyrum spiritus excitasti, quos Ecclesia tua praesidia maiora desiderat. Cognoscant omnes quales ego propugnatores requirā, qui 9 propugnare possint, impugnare non solent. Hos ego acquisivi tibi plebs sancta, qui prosint omnibus, nemini noceant. Tales ego ambio defensores, tales milites habeo: Quorum quod maiora, et tutiora patrocinia sunt. Horum etiam illis ipsis qui mihi inuident, opto praesidia. Veniant ergo & videant stipatores meos, talibus me armis ambiri non nego. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur. Helisaeum scripturā diuinā ferries refert: cum ab exercitu Syrorum esset oblesus, dixisse timentis serulo, ne timeret, quia plures (inquit) pro nobis sunt, quā contra nos, Et ut hoc probaret, petisse ut oculi Giezi aperirentur, quibus innumeros adesse vidit prophetae exercitus Angelorum. Nos & si eos videre nos possumus, sentimus tamen. Erant clausi isti oculi, quamdiu obruta sanctorum corpora delitescerant: aperuit oculos nostros Dominus, videmus auxilia, quibus sumus saepe defensi: non videbamus hęc, sed habebamus tamen, idque trepidantibus nobis, quasi dixerit Dominus: Aspice quantos vobis martyres dederim. Ita referatis oculis gloriam Domini speculamur, quæ est martyrum passioe praeterita, & operatione praesens. Euasimus fratres in mediocrem pudoris farcinam, patronos habebamus & nesciebamus. Inuenimus vnū hoc quo videamur praestare maioribus, Sanctorum martyrum cognitionem quam illi amiserunt, nos adepti sumus. Erunt nobiles 10 reliquiae sepulchro ignobili, ostenduntur caelo trophaea. Sanguine tumulus madet, apparent cruores triumphales, notae inuolatae, reliquiae loco suo & ordinatē repertae, auulsum humeris caput. Nunc senes repetunt audisse se aliquando horum martyrum nomina, titulumque legisse, perdidit ciuitas suos martyres, quæ rapuit alienos. Et si hoc Dei munus est, tamen gratiam quam temporibus sacerdotij mei Dominus Iesus tribuit, negare non possum, quia ipse martyr esse nequeo, hos vobis martyres acquisiui. Succedant victimae triumphales in locum vbi Christus hostia est. Sed ille super altare qui pro omnibus passus est: isti sub altari, qui illius redempti sunt passione. Hunc ego locū praedestinaueram mihi. Dignum est enim ut ibi requiescat sacerdos, vbi offerre consuevit. Sed cedo sacris victimis dexteram portionem, locus iste martyribus debebatur. Condamus ergo reliquias sacrosantas 11 & dignis ædibus inuehamus, totumque diem fida deuotione celebremus. Acclamauit populus, ut in Dominicum 12 differretur diem martyrum depositio, sed tandem obtentum ut sequenti fieret die. Sequenti die talis mihi ad populū iterum sermo fuit.

ITEM DE EORVMDEM IN-

uentione corporum per eundem D. Ambrosium scripta.

Est sermo 91. in 116. sermone eius dem.

13 Cōtinuata a populi celebritas diebus ac noctibus ad tumulos sanctorum.

14 Hoc idem faciunt per omnia hereticis nostris in portis, sed audi quae subiungit sanctus doctor.

15 Dicunt et modo aduersarij in ecclesia martyres torquere diaboli non possunt, nec aliquid liberare. Sed vide quo illis respondet, et impudente ac mendacis conuincas.

16 Adhuc imbric vestis quae ex reliquiis te guntur, coccus lumen accipit.

Hesternum tractaui vesiculam, Dies diei eructat verbum, prout nostri tulit captus ingenij. Hodie mihi non solum superiore tempore, sed praesenti quoque prophetae videatur scriptura diuina. Nam cum diebus ac noctibus continuatam 13 videam sanctitatis vestrae celebritatem, istos esse dies propheticis carminis, oracula declarare hesternum atque hodiernum, de quibus oportunitate dicitur: Dies diei eructat verbum: & istas noctes, de quibus aptissime disputatur, quia nox nocti indicat scientiam. Quid enim aliud hoc biduo, nisi verbum Dei intimo eructasti affectu, & scientiam vos habere fidei probauistis? Cui tamen celebritati vestrae qui solent, inuident. Et quia celebritatem vestram inuidis animis ferre non possunt, causam celebritatis 14 odore, atque amentiae in tantum prodeunt, ut negent martyrum merita, quorum opera etiam daemones consentent. Sed hoc non mirū. Siquid tanta est incredulorum perfidia, ut tolerabilior sit diaboli confessio. Dicebat enim diabolus: Iesu fili Dei viui, quid venisti ante tempus torquere nos? Et cum hæc audiret: Iudæi, ipsi tamen Dei filium denegabant. Et tunc audistis clamantes daemones, & consententes martyribus quod poenas ferre non possint, & dicentes: Quid venisti ut ante tempus nos tam grauiter torqueatis? Et Arriani dicunt: Non sunt isti martyres, 15 nec torquere diabolum possunt nec aliquid liberare. Sed vide quo illis respondet, et impudente ac mendacis conuincas. 16 Adhuc imbric vestis quae ex reliquiis te guntur, coccus lumen accipit.

Nonne simile illud est, atque illud quod in Euangelio legimus? Vnius enim potentiam laudamus autoris, nec interest vtrum opus sit, an munus, cum & muneret in opere, & operetur in munere. Quod enim 17 alijs faciendum donauerit, hoc in aliorum opere nomen eius operatur. Legimus ergo in Euangelio, Iudæos cum viderent in illo caeco sanitatis remedium, requisisse parentum testimonium. Intertogabant, quomodo videt filius vester? cum ille diceret, Caecus cum essem, modo video. Hoc & iste dicit. Caecus fui, & modo video. Interrogate alios si mihi non creditis, interrogate extraneos, ne altipulari mihi parentes putetis. Detestabilior istorum quam Iudæorum pertinacia. Illi cum dubitarent, vel parentes interrogabant. Isti occulte interrogant, palam negant, iam non operi increduli, sed auctori. Sed quero qui non credant, vtrum a martyribus possint aliqui visitari, hoc est, Christo non credere. Ipse enim dixit: Et maiora his facietis: an ab istis matyribus, quorum merita iam dudum vigent, corpora dudum reperta sunt?

Quero hic, vtrum mihi, an sanctis martyribus inuideant? Si mihi, nunquid a me aliqua virtutes sunt? Nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuident quod meum non est? Si martyribus (restat enim, ut si mihi non inuident, martyribus inuidere videantur) ostendunt alterius hdei fuisse martyres, quam ipsi credunt. Neque enim aliter eorum operibus inuiderent, nisi fidem in his fuisse eam, quam ipsi non habent, iudicarent. Fidem 18 illam maiorum traditione firmatam, quam daemones ipsi negare non possunt, sed Arriani negant.

Audiuimus hodie dicentes eos quibus manus imponebatur, neminem posse esse saluum qui patre & filium & spiritum sanctum negaret, qui trinitatis omnipotentem virtutem non crederet. Constitetur hoc diabolus, sed Arriani nolunt fateri. Dicit enim diabolus, si torqueatur, quemadmodum ipse a martyribus torquebatur, qui spiritus sancti deitatem negarit. Non accipio a diabolo testimonium, sed confessionem. Inuitus dixit diabolus, sed exactus & tortus. Quod nequiria supprimit, extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere nesciunt Arriani. Quanta perpessus fuit? & quemadmodum Pharaon, malis suis induratur. Dicebat diabolus, ut scriptum legimus, scio te quis sis: Tu es filius Dei viui. Dicebant Iudæi: Nescimus quis sis. Dicebant hodie, & superiori die vel nocte daemones, Scimus quia martyres estis. Et Arriani dicunt: Nescimus. Nolunt intelligere, nolunt credere. Dicunt daemones martyribus. Venistis perdere nos? Arriani: Non sunt daemorum vera 19 tormenta, sed ficta & composita ludibria. Audiui multa componi, hoc nemo vnquam fingere potuit, ut demoniacum se esse simularet. Quid illud quod ita exagitari eos videmus quibus manus imponitur? vbi hic locus fraudi est? vbi suspitio simulandi? sed non ego ad suffragium martyrum vsurpo vocem daemionorum. Beneficijs sacra passio suis comprobetur. Habet iudices, sed purgatos: habet testes, sed absolutos. Melior vox est, quam sanitas loquitur eorum, qui debiles aduenerunt. Mellior vox est quam sanguis emittit. Habet enim sanguis vocem canotam, quæ de terris ad caelum peruenit. Legistis dicente Domino, sanguis fratris tui clamat ad me. Et hic sanguis clamat coloris iudicio: sanguis clamat operationis preconio: sanguis clamat passionis triumpho. Satisfactum est petitioni vestrae, ut condendas hesternum in hodiernum diem differremus reliquias.

MIRACVLVM BEATORVM MARTY-

tyrum Gerasij & Prothasij, per D. Gregorium Turonensem Archiepiscopum scriptum.

IN vrbe Mediolanensi beatorum martyrum Gerasij Prothasijque, victricia corpora retinentur, quæ sicut ipsa passionis narrat historia, sub fossa latuerunt, quæ beato Ambrosio reuelata atque, ab eodem reperta in basilicam quam ipse proprio ædificauit studio, ostensis miraculis sunt sepulta, de quorum reliquijs, quia maxime Turonica vrbs senioris 1 Ecclesias continet illustratas, ædes per totum Galliarum ambitum dilatatae sunt. Sermo quadam vice de ijs quibusdam religiosis est habitus, qua de causa ante dictae reliquiae tam condensae fuerint per loca singula distributae. Et quæ super ijs quodam referente audiui, absurdum non putauit inserere lectioni, quia non continetur in historia passionis eorum. Aiebat enim, quod quando gloriola corpora translata in Ecclesiam fuerunt, dum in honore ipsorum martyrum missarum solemniter celebrarentur, cecidisse e camera tabulam vnā, quæ illis capitibus martyrum sanguinis elicuerit, de quo infecta sunt linteamina vel pallule, siue vela Ecclesiastica, beatusque, quor in illis collectus est, qui vsque adeo confluisse fertur, quoad usque linteamina, quæ suscipere sunt repleta. Ex hoc enim eorum reliquiae affatim collectae, per vniuersam Italiam vel Galliam sunt delatae. Ex quibus & sanctus Martinus, multa suscepit, sicut Paulini beatissimi narrat epistola.

1048.9.

17 Quod sanctis donat Deus ut sanctiant, hoc in eorum opere nomen eius operatur.

1048.14.

18 Fide illam habuerit sancti martyres maiorū traditione firmatam, quæ daemones ipsi negare non possunt. Hæc nec Arriani habuerunt, nec habent modo Liberiani, sed quæ ipsi adinueniunt.

19 Vide impias et nunc hereticorum voces: Non sunt vera miracula, sed ficta et composita.

Habetur opere eiusdem in gloria plurimorum martyrum edito, cap. 46.

2 Vides quod sancti eorum reliquijs ciuitates et Ecclesiae illustrantur.

prædicaretur, citò inuenitur ab ijs qui scrutabantur. Illi autem, cum iam eis euasisset manifestus, læti lætum sistunt ante Nerone. Quid ergo ille? Propositis ei tormentis, assentationibus aggressus est Nazarius, vt cum illis quidem ei terrorè attulisset, his autem eum emolliisset, persuaderet ei, vt transiret ad suam voluntatem. Nazarius verò erat omnino immobilis, vt qui ab his ad martyrium magis acueretur, non autem emoliretur. Et ideo maiori vtebatur constantia. Cum nesciret ergo Nero quid ageret, tunc eum cum puero tradidit in custodiam. Parum intercessit temporis, & Nerone quidem rursus sedes habuit tradita. Introductus autem fuit Nazarius cum puero, Et rursus similiter nunc quidè minis vehemens erat Nero, nunc autem suavis blanditijs, & promissis. Postquam autem vidit eum tanta esse constantia, desperas sic posse induci Nazarium, iubet eum inijci in profundum maris cum puero Celsio, vt nec eos quidem posset videre, quos ne volebat quidem viuere sic affectos. Sed erant omnino vera quæ dixit diuinus Esaias, tanquã de eis prænunciata: Si transferis per aquam, tecum sum: & non te concludent fluij. Et si transferis per ignem, non comburèris. Nam cum iam essent in profundo: & qui eos iecerant, crederent fore, vt à multis piscibus deuorarentur, magna contentione Angelica quædam virtus desuper aduolauit, & è profundo seruauit, & illos eos terræ reddidit, puero Celsio, propter ætatè adhuc imperfectã, nauis & fastidio pleno, vt est consentaneu. Sed precibus, & signo crucis & diuino osculo eum sanum reddidit Nazarius. Capit tanquam pisces hoc miraculo Neronis quoque seruos, qui ipsos in mare demiserant. Sanctu enim deinceps sunt secuti, & ita se ei adiunxerunt, vt prioris vitæ magna ducerentur poenitentia, & ægrè ferrent quòd non diu antè relicto Nerone animu illi adhibuissent. Terræ ergo cum puero redditus Nazarius, transiit eum ad ciuitatem, quæ dicitur Tenusa, & illinc profectus venit Mediolanum, rursus quoque priorè pergens dare doctrinã, & dulci potare nectare eos qui erant verè filij regni. Sed ciues rursus ei non permittebat liberè prædicare verã religionè. Sed eum cõprehenderunt, & eum Præsidi Anulino, qui ei prius multas impègerat alapas, tradiderunt, vel per illos, vt verius dicam, is qui fuit ab initio inuidus, & odio habuit homines. Ille autè iubet eum rursus ineludi in priori custodia. Nazario autem ipsa custodia erat multus regijs pretiosior, præti floridũ, nouus paradyfus. In eam enim ingressus, versabatur eum Geruasio & Prothasio, socijs certaminis: à quibus assidue ille, tanquã ab aliquibus fluminibus irrigatus, carpebat suauissimos flores illorum consuetudinis, vt propemodum gratias haberet Anulino, quòd eum rursus cõiunxisset eum ijs quos desiderabat. Cum eis ergo cõgressus, & magna accepit utilitatè, & ipse etiã vicissim intulit ea quæ erant vitia: & eos satis ad certamina, & puerum incitauit Celsium: quæ pueri quidè sermo, perfectum autem ostendit actio. Anulinus autè cum de Nazario singula exactè didicisset, mirabatur quem admodum potuisset effugere Nerone (sciebat enim quàm esset furiosus, & quàm ferus Nero) lupum agnus, vt aiunt. Hinc etiam de sancto Nazario, & eius socijs eum facit lictorem certiore, rogã quidnam iuberet, vt faceret sanctis. Ille autem cum audiuisset Nazarium adhuc esse superstitem, eadem inspirabat aduersus lictores, quibus iusserat vt eum in maris profundum inijcerent, & præ ira è sede exiliens, cum vociferatione currebat per regiam, clamans insidiatores, ingratos aduersus Deos, impios: & cupiebat eos inuenire, vt ipsos etiam interimeret simul cum martyribus, ignorans stolidus, quòd Deus potest nõ solum è mari seruare eum qui in ipso habuerit fiduciam, sed etiam ipsum mare exiccare. Testatur autem diuinus David dicens, eum posuisse fluuios in desertum: contra autem deserta in lacus aquarum. Cum eos ergo multum quaesuisset & non inuenisset, sic literis exponit suam aduersus sanctos sententiam. Quoniam ij qui ante nos ascenderunt in hanc excellam imperij sedem, non solum eos qui in maximos Deos erant impij, morte sua damnabant sententia: sed etiam, si inuenirentur aliqui, qui maleficijs & præstigijs multos corrumperent, par quoque in eos statuebant supplicium: nostra quoque decernit potentia, quòd isti quàm primùm vita priuentur, gladio capitibus eorũ amputatis: deinde eorum corpora obijciantur feris ad deuorandum, vt ne omnium quidem communem consequantur sepulturam. Sit ergo tibi curæ id quod in præsentia iussi exequi. Est enim mihi maior curæ honorare deos, quàm curam gerere reipublicæ.

Postquam hæ literæ venerunt ad Anulinum, iubet statim ad mortem duci Martyres. Illi autem inuicem inuicem crucis admodum læti exierunt, vt qui non ad mortem, sed ad vitã potius (quod verum erat) æternam vocarentur: & contendebant alius alium præuenire, & pulchro decertabant certamine, timentes ne Nerone suæ poeniteret sententiæ, & beatum finem non assequerentur. Postquam autem Domino confidentes, peruenerunt ad locum consumptionis, inuidens Christianis malignus beneficium, persuadet lictoribus, vt prius abigerent pios, qui illic aderant, ne omnino fruerentur sanctificatione sanguinis sanctorum, qui effundebatur: & sic martyrum capita amputarent. Sed sic quoque à spe decidit execrandus, & partum commodi accepit ex improbitate. 3 Pretiosæ enim sanctorum reliquie, Nazarij, in qua,

1 Nazarius Celsio pueru precibus, signo crucis & diuino osculo sanu reddidit.

2 Illi autè muniti figura crucis, vide quam antiquu sit in Ecclesia hoc signaculum.

3 Nota pretiosæ sanctorum reliquie.

& Geruasij cum socijs à Christianis quibusdam non sine Dei numine motis clam ablatè, depositæ sunt honorificè apud portam ciuitatis, quæ etiã vocatur Romana, quartodecimo mensis Octobris. Paulo post autè diuini martyres in somnis apparent euidã ex ijs, qui erant amici martyrum, iubentes, vt eorum corpora assumeret. Proprium est hoc sanctorum, & benignarum animarum, non vt ipsi glorificentur (quomodo enim, qui propter eã, quæ illic est, beatitudinem, contempserunt omnem quæ est hic gloria?) sed vt pjs ac religiosi proflessent inuentione. Ille autem visione valde lætatur, statim surgens, & cum veneratione illinc sanctas assumit reliquias, & domi suæ deponit. Nouit quod factum fuerat eius filia, quæ erat paralytica: nã aduentu martyru priorè recuperauit valetudinè. Atq; lætu quidem martyricarum reliquiarum thesaurus absconsus in ædibus, donec ad magnu Theodolium, qui ex Iberia, quæ nunc Hispania dicitur, duxit genus, peruenerunt sceptrã Romani imperij. Cum autem is post Dei hostem Valentem à barbaris in Thracia interfectum, esset constitutus Imperator, & in Deum erat pius, si vilius alius, & martyru lætabatur honoribus. Tunc quoque sacræ eorũ reliquie, tanquã thesaurus, reconduntur in Ecclesia Mediolanensi, Nazarij, in qua, & Geruasij, Prothasij, & Celsij, inclytorum Christi martyru. Quinam autem fuerunt administri in transfereendis, & deponendis his reliquijs? Ambrosius 7 ille virtute clarus, & qui tunc decorabat sedem Ecclesiæ Mediolanensis. Is primus est executus ministerium translationis, vt cui non illotis (quòd dicitur) manibus, sed valde mundis munda fuerint credita. Præterea autem vniuersus clerus, & omnes magistratus, linguis hymnos canentes, & quas manibus gestabant lampadibus ea illustrantes, quæ tamen magis miraculis resplendebant, quàm lampadibus. Nãm totoci quidem manu deducit ad eas vsq; reliquias, lucem statim aspexerunt, nec opus amplius habebant aliquo, qui eos manu deduceret: sed suos habebant duces oculos. Claudij, qui vix fuerant portati ab alijs, proprijs suis reuertebantur pedibus, pernicious ad currendum, & aptis ad saltandum. Leprosos, qui in templum venerant, domus aspexit mundos. Et quicumque à malignis detinebantur spiritibus, eos quoque licebat videre liberatos ab ijs qui ipsos vexabant: furiosaq; & amentia eorũ verba conuersa in gratiarum actionem: & communiter Christi Martyres laudibus celebrari, & glorificari ab omnibus. In eos cum magnus incidisset Theodosius, tunc enim agebat Mediolani, aduersus Tyrannũ, Maximum, inquam, decertans, cum accepisset partes sacrarum harum reliquiarum, pro quibuslibet spolijs, aut manubijs, aut potius pro quibuslibet armis, & munimentis, in urbem detulit regiam, ijs quæ ipse vidit 6 miraculis confirmatus, & aduersus Scythas socios inexpugnabiles assecutus Martyres. Antè hæc magnã itaq; ciuitatem eis excitat pulchrum & elegans 7 templum, & in eo sacras Martyrum reliquias deponit, tanquã thesaurum. Super millia, diuinus dicit David, auri, & argenti. Eæ præter alia, vnguentorũ quoque fontes emittunt abundantes, non solum corporibus salutaræ, sed eorum etiam qui hauriunt animas expurgantes: vt non solum habeant apud se martyres ea quæ acceperunt, sed alijs quoque sua bona cõmunicent. Sic Christus hic quoque eos glorificat, qui illum amauerunt. Talium certaminum tales dat remunerationes, quædam omnino proemia illius superterreæ beatitudinis. Cuius nobis quoque liceat esse participes gratia sanctissimi, & viuifici spiritus, nunc & semper, & in secula seculorum. A M E N.

4 Cur sanctorum reliquias honoras? vult Deus.

5 Vide celeberrimam reliquiarum sanctorum translationem, manu D. Ambrosij ministratè, vniuerso Clero & Magistratibus canentibus, & lampades gestantibus, innumeris etiam subsecutis miraculis.

6 Miraculis sanctorum fuit confirmatus? Magn? Theodosius, et eos in expugnabiles socios habuit: hæreticis autem nostris sanctorum miracula impudentissime negant.

7 Sanctis Imperator templum excitat, & in eo sacras martyru reliquias deponit, tanquã thesaurum, vnguentorum fontes emittens, & corporibus & animabus salutaræ. Habetur in pontificali. eiuſdem.

8 Vide quomodo etiã sancti Pontifices cumulabatur in cœmiterio, ubi martyrum corpora sepeliebantur.

VITA SANCTI ANICETI PAPAE

& martyris, per Damasum Papam scripta.

Anicetus natione Syrus, ex patre Ioanne de vico Humisa, sedit annis vndecim, mensibus quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus Veri & Marci, & consulatu Gallicani, & Veteris, vsq; ad Præsensem, & Rufinum. Hic constituit, vt clericus coman non nutritret, secundum præceptum Apostoli. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, præsbteros decem & septem, diaconos quatuor, Episcopos per diuersa loca nouem. Qui etiam obiit martyr, & sepultus est in cœmiterio 1 Calixti via Appia, decimoquinto Calendas Maias. Et cessauit Episcopatus dies decem & septem.

VITA SANCTI SOTHERIS

Papæ & martyris, per Damasum Papam scripta.

Sother natione Campanus, ex patre Concordio, de ciuitate Fundis, sedit annis nouem, mensibus septem, dies viginti vnum. Fuit autem temporibus Veri & Marci, à consulatu Rustici, & Aquilini, vsque ad Cethegum, & Clarum. Hic constituit, vt nulla monachapallam sacratam contingeret, nec incensum 1 poneret in sancta Ecclesia. Hic fecit ordinationes

Ibidem.

1 Ponere incensum in Ecclesia, antiquissima consuetudo est.

tionem tres per mensem Decembrem, præbyteros decem & octo, diaconos nouē, Episcopos per diuersa loca vndecim. Qui sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia, decimo Calendas Maias. Et cessauit Episcopatus dies vndecim.

VITA SANCTI BLEVTHERII

Papæ & Martyris, per Damasum Papam scripta.

Ibidem.

Ex hoc loco as-
perte cognoscit,
Ro. Ecclesia pro-
pter B. Petri sedē
curam habere su-
per omnes mundi
Ecclesias. Et ob id
ipse rex non misit
ad aliam Episco-
pum pro suscipiē-
da sede, nisi ad R.
pontificem, & ab eo mandatum accepit.
Noa dicit propter hæreticos, quod S. Pontifex dele-
tum eorum sustulerit a fidelibus, cum etiam anti-
quissimi patres
in certis diebus ex-
temporalibus illis seruauerunt, sed hoc fecit in
illius hæresis detestationem, quæ alios c. hos
mundos, alios
immandos esse agnerebat.

Eleutherius natione Græcus, ex patre Abundio, de oppido Nicopoli, sedit annos quindecim, menses tres, dies duos. Fuit autem temporibus Antonini Commodi, vsque ad Paternum & Braduam. Hic accepit epistolam à Lucio Britannico rege, vt Christianus efficeretur per eius mandatum. Et hic constituit, vt nulla esca vsualis, quæ tamen rationalis & humana est, quam Deus creauit, à Christianis maxime fidelibus repudiaretur. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, præbyteros duodecim, Diaconos octo, Episcopos per diuersa loca quindecim. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri, septimo Calendas Iunij. Et cessauit Episcopatus dies quinque.

VITA SANCTI VICTORIS PAPAE

& martyris, per Damasum Papam scripta.

Ibidem.

Ecce iterum Pa-
schalis iohannis
celebratio.

Victor natione Afer, ex patre Felice, sedit annos decem, menses duos, dies decem. Fuit autem temporibus Heij Pertinacis & Seueri, à consulari Commodi quinti & Glabronis, vsque ad Lateranum & Rufinum. Hic constituit, vt sanctum Pascha die dominico celebraretur, sicut Pius. Hic fecit sequentes clericos. Martyrio coronatur. Et constituit, vt necessitate faciente, vbicumq; inuentus fuisset, quicumque hominum ex gentibus veniens, siue in flumine, siue in mari, siue in fonte, siue in stagno baptizaretur, tantum Christianæ credulitatis confessione declarati, integer efficeretur Christianus.

Et fecit concilium. Et collatione facta cum præbyteris, ac Diaconis, accersitoque Theophilo Alexandria Episcopo constituit, vt à decimatercia luna primi mensis vsq; ad vigesimam primam, die dominica custodiat sanctum Pascha. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, præbyteros quatuor, Diaconos septem, Episcopos per diuersa loca numero duodecim. Qui sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, quinto Calendas Augusti. Et cessauit Episcopatus dies vndecim.

VITA SANCTI ZEPHERINI

Papæ & Martyris, per Damasum Papam scripta.

Ibidem.
Hæc presen-
tia clericorum ex
laicorum in ordina-
bus conferendis, de
antiquo Ecclesie
more ex instituto
requiritur ad hoc,
vt super promouē-
dis dignum habeat
testimonium, ne
indigni ordinentur.
Ibidem.
Hic habes insti-
tutionem ieiunij,
quod dicitur, quæ
suor temporij. Et
apposita dicitur
per in annos quæ
betuni post Pena
secosteniam erat
in Ecclesia ex tra-
ditione apostolica
vt habes ex D. Leon.
ni.
Audistis cœm-

Zepherinus natione Romanus, ex patre Habundio, sedit annis octo, menses septem, dies decem. Fuit autem temporibus Antonini & Seueri, à consulari Saturnini & Gallicani, vsque ad Præsentem & Strigatum Cæsules. Hic constituit, vt presentibus clericis, & laicis fidelibus siue clericis, siue leuita, siue sacerdos ordinetur. Et fecit constitutum de Ecclesia, vt patinas vitreas ministri ante sacerdotes portarent, dum Episcopus missam celebraret, & vt sacerdotes omnes altarent, dum sic missæ celebrarentur. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, præbyteros tredecim, diaconos septem, Episcopos per diuersa loca tredecim. Qui sepultus est in cœmiterio suo, non longè à cœmiterio Calixti via Appia, septimo Calendas Septembris. Et cessauit Episcopatus dies sex.

VITA SANCTI CALIXTI PA-

pæ & Martyris, per Damasum Papam scripta.

Calixtus natione Romanus, ex patre Domitio, de regione vrbis Rauennatum, sedit annos sex, menses duos, dies decem. Fuit temporibus Macrini & Heliogabali, à consulari Antonini & Alexandri. Hic martyrio coronatur. Hic constituit ieiunium ter in anno fieri frumenti, vini, & olei, secundum prophetiam. Qui sepultus est in cœmiterio Calepodij via Aurelia, milliario tertio, pridie Idus mensis Octobris. Hic fecit Ecclesiam sanctæ Mariæ trans Tyberim. Et fecit aliud cœmiterium via Appia, vbi multi sacerdo-

tes & martyres requiescunt, quod appellatur vsq; in hodiernum diem Cœmiterium Calixti. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, præbyteros sexdecim, diaconos quatuor, Episcopos per diuersa loca octo. Qui euit Episcopatus dies sex.

terlat Non ergo
sepellebantur in
gis sicut bestia.
vt modo faciunt
aliqui.

VITA SANCTORVM HIRENÆI,

Epipodij, & Alexandri Martyrum, per D. Gregorium Archiepiscopum Turonensem scripta.

Habetur i opere
ciuldè in gloria
plurimorum mar-
tyrum edito.
cap. 1.

Martyrio consummatus gloriosus Photinus Episcopus, qui Lugdunensi præfuit vrbis sacerdos, per certaminis nobilis meritum inuectus est cælo. Cui & merito & sanctitate condignus Hireneus successit Episcopus, per martyrium & ipse finitus. Hic in cripta Basilicæ beati Ioannis sub altari est sepultus. Et ab vno quidè latere Epipodius, ab alio verò Alexander martyr est tumulatus. De quorum monumentis si puluis cū fide colligitur, extemplum medetur infirmus. Magna enim claritas in cripta continetur, quæ vt credo, meritum martyrum signat.

1. Vides sanctos
per martyriū me-
neri cœlum i quid
ergo lateras corra
sanctorū merita.
2. Virantes hq; que
e sanctorū monu-
mentis pr. uenit
indictio sum. eos
cū Deo habitare,
et vitas eorū spū
didas extitisse.
Habetur in eius
martyrologio.
sub 4. Kal. Iulij
mirabilia que
ad sanctorū sequi
ebra cōtinuū spū
dore vite illorum
aperite cōstitur.

VITA SANCTI HIRENÆI EPI-

scopi & Martyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Apud Lugdunum Galliarum natale sancti Hirenæi Episcopi, qui beato Photino ptopè nagenario ob Christi fidem martyrio coronato, in locum eius successit. Quem etiam constat beatissimi Polycarpi sacerdotis & martyris fuisse discipulum, & Apostolicis temporibus vicinum. Postea verò per persecutione Seueri cum omni ferè ciuitatis suæ populo gloriosè coronatur martyrio. Sepultus est à Zacharia præbytero in cripta Basilicæ beati Ioannis Baptistæ sub altari. Cui ab vno latere Epipodius, ab altero Alexander martyr est tumulatus. Huius criptæ tam reuerenda est claritas, vt meritum martyrum signare credatur.

VITA SANCTI VRBANI PAPAE

& martyris, per Damasum Papam scripta.

Habetur in pono-
tical. ciuldem.

Vrbanus natione Romanus, ex patre Pontiano, sedit annos quatuor, menses decem, dies duodecim. Hic fecit ministeria sacra omnia argentea, & patinas argenteas viginquique apposuit. Hic sua traditione multos conuertit ad baptismum, & credulitatem: Tiburtium etiam & Valerianum nobilissimum virum sponsum sanctæ Cecilie, quos etiam vsque ad martyrij palmam perduxit. Et per eius monita & doctrinam multi martyrio coronati sunt. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, præbyteros nouem, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca octo. Qui & sepultus est in cœmiterio Prætextati, via Appia, octauo Calendas Iunias. Et cessauit Episcopatus dies triginta.

1. Si argentea
in sacris vasa De-
o displicent, vt
quida nunc mēto
untur, nō hæc sen-
cisset sanctissimæ
et fidelissimæ Pō-
stix.

VITA SANCTI PONTIANI PAPAE

& martyris, per Damasum Papam scripta.

Ibidem.

Pontianus natione Romanus, ex patre Calphurnio, sedit annos nouem, menses quinque, dies duos. Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Alexandri, à consulari Pompeiani & Peligniani. Eodè tēpore Pontianus Episcopus, & Philippus præbyter, in exilio ab Alexandro sunt deportati in Sardiniam, in insulam Bucinā, Seueri & Quintiano Cōsulibus. In eadem insula afflictus, defunctus est tertio decimo Kalend. Decemb. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, præbyteros sex, Diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca sex. Quæ beatus Fabianus adduxit cū clero nauigio, & sepeliuit in cœmiterio Calixti via Appia. Et cessauit Episcopatus à die depositionis vndecimo Calendas Decembris, dies tredecim.

Ibidem.

VITA SANCTI ANTHERI PAPAE

& martyris, per Damasum Papam scripta.

Antherus natione Græcus, ex patre Romulo, sedit annos duodecim, mensem vnum, dies duodecim. Martyrio coronatur, temporibus Maximini & Aphricani Cōsulium. Hic gesta martyrum diligenter à notarijs exquisiuit, & in Ecclesia recondidit. Pro-

c. iiii. pter

pter à quodam Maximo Praefecto martyr effectus est. Hic fecit ordinationem vnam per mensem Decembrem, & vnum Episcopum ordinavit in civitate Fundis Campaniae. Qui sepultus est in caemiterio Calixti via Appia, tertio Nonas Ianuarij. Et cessavit Episcopatus dies tredecim.

VITA SANCTAE CECILIAE VIR-

ginis & martyris, per Adonem Archiepiscopum Treurensem collecta.

Habetur in martyrologio sub x. Kaled. Decemb.



OMAE natale sanctae Ceciliae virginis. Quae sponsum suum Valerianum, & fratrem eius Tiburtium ad credendum Christo perdocuit, ac deinde ad martyrium incitavit. Hanc Almachius post martyrium eorum teneri fecit, & vt thura demonibus poneret impellit. Apparitores vero attendentes nimium decorem & prudentiam eius, rogabant eam, ne tale decus amitteret, & tantam pulchritudinem in mortem daret. At illa consilium pietatis eis sufficienter insinuans, & de gratia omnipotentis Dei eos informans, cum ad credendum Christo permotos cerneret, dixit eis: Ite, dicite infelici Almachio, quod inducias peto, vt hic intra domum meam faciam venire, qui vos omnes faciat vitae aeternae participes. Veniens igitur sanctus Papa Vrbanus, baptizavit plus minus quam quadringentos promiscui sexus homines. Inter quos vnus clarissimus vir erat nomine Gordianus. Iterum Almachius beatam Ceciliam sibi presentari iussit, & cum inseparabilem eam in confessionis fidei permanere videret, iubet vt ad domum sua duceretur, & ibi flammis balnearibus concremaretur. Vbi inclusa die integro & nocte, quasi in loco frigido integra perstitit sanitate, cum semper incendia lignis congestis ministrarentur. Quod audiens Almachius misit qui eam ibi decollaret. Quam spiculator tertio ictu percussit, sed caput eius amputare non potuit. Superiuit autem triduo. Tunc sanctus Vrbanus corpus eius auferens nocte, sepeliuit inter collegas suos Episcopos. Passa est autem beata virgo Marci Aurelij & Commodi temporibus.

Virgo honorabilis in loco sepeliri, quae inter sanctos Romae ponitur.

VITA ET MARTYRIUM SANCTAE

& gloriosae Christi martyris Ceciliae, & qui cum ipsa erant sanctorum Valeriani, Tiburtij, & Maximi.

Per Simeonem Metaphrasten.

XXII. No. uembris.



ERuatoris nostri & Dei a caelis descensus, conciliauit magna bona generi hominum. Na cum esset Deus ex Deo, & esset in forma Dei qui ipsum genuit impatibiliter, non rapinam arbitratu est se esse Deo equalis, sed ipsum exinaniuit serui formam accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliavit seipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis: vt eum deleret qui mortis habebat imperium, hoc est diabolus: & omnem manu ducens humanitatem eueheret ad caelos per pretiosam & diuinam suam doctrinam. Primi itaq; omniu eu secuti sunt sancti Apostoli: post Apostolos, Martyres: post Martyres, Confessores: post Confessores, Sacerdotes: post Sacerdotes, Virgines: post Virgines, Viduae: post Viduas, misericordes: & vt semel dicam, omnibus accedentibus aperta fuit Christi medicinae officina. Propterea quotidie clamat per sanctos suos Euangelistas: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Huius venerandam & suauissimam vocem cum audisset etiam Cecilia clarissima virgo & gloriosa, & in eum credidisset, abscessum Christi Euangelium semper circuferebat in pectore, & nec noctu nec interdiu intermitterebat diuina legere eloquia, & Deum orare. Hae ergo beata Cecilia Valerianum quendam habebat iuuenem sponsum, qui quidem iuuenis accensus amore virginis, diem statuerat nuptiarum. Cecilia autem in carne induta cilicio, extrinsecus aureis induta erat vestibus. Nam cum parentes & sponsus eius haec vellent, ipso corpore adeo erat eliquata, vt non posset celare cordis sui desiderium: & quod solius Christi seruatoris capta erat amore, significabat proprie enigmatibus. Non multo post aut venit dies in quo paratus erat thalamus: & cum esset symphonia instrumentorū, illa in corde suo soli Deo psallebat, dicens: Fiat Dñe cor meū, & corpus meum immaculatum in tuis iustificationibus, vt non pudore afficiar. Manens aut ieiuna tres dies a cibo abstinuit, ieiunans aut & orans, seipsum commendabat Domino, precibus Angelos Dñi inuocabat. Lachrymis precabatur Apostolos: & orabat omnes sanctas Christi ancillas,

Ecce vidua et gaudiens ieiunia. Ecce et sanctos vni: invocatio est lachrymis.

ancillas, vt eam confirmarent suis supplicationibus, castitatem suam commedans Domino. Postquam autem haec facta sunt, nox venit, in qua cum suo sponso, in separato cubiculo quietem nacta & silentium, sic eum est allocuta: Dulcissime & charissime adolescens, est mihi arcanum quod tibi aperiam, si tu iureiurando mihi affirmaueris te omnia celaturum. Ei autem irruit eius sponsus Valerianus, se id quod dicebatur nullis omnino infidiis proditum, neque id esse apertum quacunque cogereur necessitate. Tunc illa respondit, dicens: Volo te scire me Angelum Dei habere amicum, qui summo zelo corpus meum custodit. Is si vel minimum fuerit suspicatus, quod tu incesto me amore polluas, iram suam protinus in te accendet, & elegantis tuae iuuentutis florem perdet. Sin autem cognouerit, quod tu simplici & immaculato mei amore tenearis, & virginitatem meam integram & impolluta custodias, te sicut me diliget, & ostendet tibi suam gloria. Tunc Valerianus Dei nutu, timore affectus, dicit: Si vis, o charissima, vt creda ijs quae dicis, ostende mihi ipsum Angelum: & si intellexero eum esse verum Angelum, faciam quae hortaris. Si aut alium virum amas, & te, & illum ense occida. Tunc dicit ei B. Cecilia: Si vis meis parere consilijs, o charissime adolescens, & polliceris te esse expiaturum aeterno lauacro regenerationis, & credis in vnum verum Deum qui viuunt in caelis, potes eum contemplari. Dicit ei Valerianus: Et quis est qui me expiabit, vt ego videam Angelum? Respondit Cecilia, & dixit: Est senex in quodam loco qui pulchre scit purgare homines, vt efficiatur digni qui intueantur Angelos. Dixit ei Valerianus: & vbi quaeram ego eum senem? Respondit Cecilia: Vade ad tertium lapidem a civitate via Appia: ibi inuenies pauperes qui victum petunt a transeuntibus: ab eis enim sum curata, qui quidem sunt huius mei arcani participes. Eos tu quando videris, dabis eis meam benedictionem, dicens: Cecilia me misit ad vos, vt ostendatis mihi senem Vrbanum, quoniam ad ipsum habeo secreta ab eo responsa, quae ei reddam. Eum quando videris, narra quae cum tibi dixi: & quando te lustrauerit, induet te indumentis nouis & splendidis, cum quibus illico veniens in hoc cubiculum, videbis sanctum Angelum, qui tuus euadet amicus, & quacunque petes ab ipso, inuenies.

Tunc profectus est Valerianus, & conuenienter signis, quae accepit ab ipsa sancta Cecilia, inuenit sanctum Vrbanum Episcopum: qui cum secundo fuisset confessor, latebat occultus in sanctorum martyrum monumentis. Cui quidem postq dixit oia quae dixerat Cecilia, magno gaudio est affectus: & 3 genibus humi flexis, & manibus in caelum extensis, dixit cum lachrymis: Dñe Iesu Christe, pastor sancte & bone, Cecilia tua ancilla, tanquam multis laboribus exercita agna, tibi est dedicata: quandoquidem sponsum suum, qui perinde ac leo cohiberi non poterat, accepit: & erga te tanquam agnum reddidit mansuetissimum. Is enim nisi credidisset, ad nos non venisset. Aperi Domine ostium cordis eius verbis tuis, vt cum te agnouerit esse eius effectorem & Dñm, renunciet diabolo, & operibus eius, & dolis eius. Hec & his similia orante sancto Vrbano Episcopo, senex ante eum repente apparuit, indutus candidis vestimentis sicut nix, tenens in manibus tabellam aureis inscriptam literis. Quem cum vidisset Valerianus, stupefactus & cadens in terram, factus est tanquam mortuus. Tunc senex eum erexit, dicens: Lege o filij, contextu huius libri, vt dignus habearis qui purgeris, & videas Angelum, cuius conspectum tibi virgo Cecilia cum prompto animi studio est pollicita. Tunc Valerianus defixis oculis, cepit in eo legere. Erat autem haec scriptura quae erat in tabella: Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus & pater omnium, qui est super omnia, & in omnibus. Amen. Postquam ergo haec apud se legit, dixit ei sacerdos: Credis fili haec ita esse, an adhuc dubitas? Tunc Valerianus clamauit magna voce: Non est re vera aliud sub caelo, cui credi possit. Postquam ergo haec dixit Valerianus, ille senex ex oculis eius euauit. Tunc sanctus Vrbanus cum eu admonuisset, & catechismo instituisset, baptizauit eu in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: & cum eum docuisset omnem regulam fidei, dimisit ad Ceciliam ei iactis optime fundamentis. Cum autem venisset Valerianus in indumentis candidis, inuenit Ceciliam orantem in cubiculo, & Angelum Domini stantem prope eam, fulgentem penis flammis, & scintillanti specie duas coronas habentem in manibus resurgentes, rosasq; & liliis splendentes. Quarum vna quide dedit Ceciliae, alteram vero Valeriano, dicens: Has coronas corde immaculato & puro corpore custodite: eas enim ex paradiso Dei ad vos attuli. Hoc aut erit vobis signum: Nunquam marcescent a vobis, neque vnquam amittent suauitatem odoris, neq; vnquam poterunt ab alijs aspici nisi ab illis quibus sic placebit castitas, quomodo probatum est ea vobis placere. Et quoniam tu, o Valeriane, assensus es consilio castitatis, me ad te misit Dñs Iesus Christus, vt eam accipias quam voles petitione. Ille aut cum audisset, adorauit, & dixit: Nihil mihi est in hac vita dulcius, quam charissimi & vnici fratris praesentia. Quamobrem merito arguar impietatis, si me liberato ab errore simulachrorum, fratrem meum maiorem despexero in periculo interitus. Hanc vnam ex omnibus propono petitionem,

Orat sanctus genibus humi flexis, & manibus in caelum extensis.

Habet hic catechismum ante baptismum, & quod reciter baptizati nona veste induentur.

petitionem, & supplex contendo, vt fratrem meum Tiburtium, sicut me, dignetur liberare: & faciat nos ambos perfectos in confessione eius nominis. Cum hæc autem audisset Angelus, læto vultu ei dixit: Quandoquidem à Christo periisti, quod est honestius, is Deum sicut tu, colet. Quomodo enim te per ancillam Ceciliam lucrificet Dominus, ita per te fratrem quomodo tuum lucrificet: & cum ipso venies ad certamen martyrij.

His ergo finitis sermonibus, forma visionis angelicæ assumpta est in cælos: illisque in Christo lætantibus, vt in ædificatione sancta loquentibus, accessit Tiburtius frater Valeriani, & ingressus tanquam suam sponfam, osculatus est caput sanctæ Cecilie, & dixit: Valde miror, hoc tempore hic rosas & lilia olfaciens. Nam si ipsas rosas & lilia tenerem in manibus, ne sic quidem mihi possent præbere tam suauem odorem. Fateor vobis, o charissimi, ita ego ad me redi, vt putem me totum repente esse renouatum. Dicit ei Valerianus: Bonum odorem accepisti, o frater, cum ego rogarem eum vt acciperes. Te autem iam credente, accipies etiã amarantinam coronam incorruptionis, & lætari in ipsa rosea specie: & mente eum percipere, cuius in rosas sanguis floret, & in liliis cuius corpus dealbat & anima. Habemus enim coronas, quas tui oculi non possunt percipere, igne rosæ rubore & niuis candore resurgentes. Dicit ei Tiburtius: In somnis ne hæc audio, an veritate hæc dicis, o frater Valeriane? Respondit Valerianus: In somnis huc vsque viximus, o frater charissime. Nam iam Dei gratia & voluntate, sumus in omni veritate, & non est in nobis mendacium. Dixerim quos huc vsque colimus, re vera sunt mali demones & immundi. Dicit ei Tiburtius: Quomodo hoc cognouisti, o frater? Respondit Valerianus: Angelus Dei me docuit, quem tu quoque poteris intueri, si fueris mundus ab omnibus fordibus idolorum. Dicit ei Tiburtius: Si fieri potest, vt ego quoque Angelum Dei intuear, quænam est mora purificationis? Respondit Valerianus: Nulla, hoc autem mihi solum pollicere, quod omnia execranda, & abominanda simulachra abnegans, credis vnum Deum esse in cælis. Dicit Tiburtius: Nō intelligo quoniam scopo hæc mihi proponis. Dicit S. Cecilia: Vt intelligas esse formas testaceas, & gypseas, & lignæas, & æneas, & cuiusuis metalli, & nō dicas eos esse Deos, in quibus viuūt araneæ, & volucres stercorea egerunt, in quorum capitibus solent nidificare ciconiæ: quos faciunt condemnati, quando damnati propter maleficia mittuntur in metallum. Cum ergo initium accipiant ex condemnationis, quomodo existimari possunt, aut credi dij? Inter mortuos enim & simulachra nulla est differentia. Quomodo enim mortuus habet quidem omnia membra, spiritum autem & vocem non potest habere nec sensum: ita etiam hæc vana simulachra Deorum quidē habent nomina, cognoscuntur autem esse infœlicia, malaque & terreftria. Quæ quidem ostenduntur esse homines mortui, quoniam sunt eis etiam membra sicut hominum. Quadiu enim vixerunt, oculis aspexerunt, & auribus audierunt, & pedibus ambulauerunt, & ore locuti sunt, & manibus palpauerunt, & naribus olfecerunt, ceperunt tamen à morte: & in mortem eternam permanent, quod ostendatur nunquam vixisse vel potuisse viuere. Tunc dicit Tiburtius cum omni compunctione: Qui sic non credit, est brutum, & non venit in iudicium. Quamobrem ego quoque dico cum omni veritate, non esse alium Deum nisi Deum Christianorum: & me deinceps eum solum colere & adorare. Hæc cum diceret Tiburtius, sancta Cecilia deosculata est eius pectus, & dixit: Re vera hodie confiteor, te esse planè meum fratrem. Quomodo enim Dei amor tuum fratrem fecit meum coniugem, ita etiam simulachrorū contemptio fecit te meum esse fratrem. Quamobrem quoniam es paratus credere in Dominum nostrum Iesum Christum, vide citò cum tuo fratre, vt ipsam accipias purificationē per sanctum baptismum, per quem etiam dignus habebis Angelicas personas intueri, & omnium delictorum tuorum veniam inuenire. Tunc dicit fratri suo Tiburtius: Rogo te frater, vt mihi dicas ad quem me es deducturus. Valerianus respondit: Ad virum perfectum nomine Vrbanum, in quo est species Angelica ornata canicie, verus sermo, & insignis prudentia. Dicit ei Tiburtius: Tu illum dicis Vrbanum, quem Christiani dicunt esse suum Papam? Eum audio bis fuisse condemnatum, & rursus propter eam actionem propter quam fuit condemnatus, suam religionem cum metu latenter prædicare. Eum si contigerit inueniri, citra dubitationē vllam igni mandabitur: & nos quoque cum eo puniemur, si inuenti fuerimus ad eum ambulantes: & dum diuinitatem quærimus quæ latet in cælis, incidemus in iram quæ accenditur in terra. Dicit ei sancta Cecilia: Si hæc vita esset sola, & non esset alia, iure quæ hic sunt, timeremus perdere. Cum autem sit alia vita, quæ est hac multò melior & sublimior, & nunquam potest finire, cur timemus hanc perdere, quando per huius amissionem ad illam accedimus? Respondit Tiburtius: Nunquam antea audiui esse aliam vitam præter hanc. Dicit ei Cecilia: Nunc hoc certò scias o charissime, quod quadiu in hoc mudo viuimus, vitæ laboriosam & dolore plenam agimus in angustiis & afflictionibus: quando quidē inflammât humores, minuūt labores, valde exiccant febres, reuma asiduo inducit aër, cibi inflant, molesta sunt ieiunia,

ludi

ludi dissolunt, curæ contrahunt, perdit negligentia, diuicte abijciunt, expellit paupertas, elatos reddit iuuentus, incuruat senectus, deprimit imbecillitas, perturbat ira: & inter hæc omnia mors excindit cum minis: & sic imponit finem omnibus corporeis lætitijs, vt ab eo quod est esse recedens, non fuisse quidē putetur. Pro nihilo enim de cætero habetur quicquid non est. Illa autem via æterna hanc vitam caducam miseramque & breuem excipiens, cum æternis afflictionibus & tormentis datur malis & iniustis: lætitia verò æterna & exultatio præberet iustis. Ad hæc respondit Tiburtius, & dixit: Et quis est ille qui illic fuit: & illinc huc veniens, hæc potuit nobis annunciare, vt hæc possimus vera esse credere? Tunc surgens beata Cecilia constitit, & cum magna sic dixit audacia: Cæli, & terræ, & maris, & omnium volucrum quæ volât in aère, quadrupedumque & reptilium creator, ex se priusquam oia faceret, genuit filium: & produxit ex sua potentia Spiritum sanctum. Filium, vt faceret oia. Spiritum sanctum, vt viuificaret vniuersa. Omnia autē quæ facta sunt, cōstruxit filius ex patre genitus: & omnia quæ fuerant cōstructa, ex patre procedens Spiritus sanctus animauit. Dicit ei Tiburtius: Huc vsque dictum est, credi oportere vnum Deum esse in cælis. Quomodo autē nunc tres restatis esse Deos? Respondit sancta Cecilia, & dixit: Vnus est Deus in sua virtute, quem sic in sancta trinitate partimur, quomodo in vno homine inesse dicimus artem, memoriã, & intelligentiã, quoniam arte inuenimus id quod non didicimus, memoria tenemus quod docemur, intelligentiã cōprehendimus, si quid nos vnquam contemplari contigerit aut audire. Quidnam ergo faciemus? Num hæc tria in homine vna possidet intelligentiã? Si ergo homo in vna intelligentiã possidet nomen trium significatorum: quomodo non Deus omnipotēs, in vna & eadem diuinitate vim obtinet trinitatis? Tunc Tiburtius cum in terrâ cecidisset, cepit clamare, & dicere: Re vera, o charissima, nō mihi videtur lingua humana dare responsum: sed cōiicio Dei Angelum per os tuum esse locutum, & magnas egit gratias, quod citò vnum esse Deum in tribus personis ei apertè probauerit. Cōuerlus itaque ad fratrem suum, dixit: De vno Deo mihi fuisse satisfactum cōfiteor. Sed meam quæstionem sicut prius inceperã, vellem scire. Dixit sancta Cecilia: De ea mecū loquerē, quoniam breuitas temporis est fratri tuo impedimento, quominus reddat responsum. Me autē quæ Christi sapientia docuit à teneris vnguiculis, de quacunq; re me volueris interrogare, nō poteris inuenire imparatã. Dicit ei Tiburtius: Hoc nuper quæsiui, & nunc quoque quæro: Quisnam ex iis qui illic sunt huc veniens, ostendit nobis aliã vitã quam vos prædicatis? Sancta dixit Cecilia: Vnigenitū suū, filiū Patris per sanctã virginē Mariã misit in terrã, qui stans in sancto monte, magna voce clamauit, dicens: Venite ad me oēs populi, & ego dabo vobis vitã æternam. Concurrit autē ad eū omnis caro, omnis etas, omne genus hominum. Tunc dixit omnibus: Pœnitentiam agite propter vestrã ignorantiam: quoniam a propinquauit regnum Dei, quod tollet regnum hominū. Suū autem regnū vult Deus diuidere iis qui credunt: in quo ille existit sublimior. Illic ergo peccatores quidē cōsummabantur æternis doloribus, & igne qui nunquam terminabitur. Iusti autē accipient lucē æternæ gloriæ, & gaudij quæ nullum vnquam finem accipit. De cætero nolite o filij hominum, huius vitæ fugientē querere lætitiã: vt lætitiã illius vitæ æternam possideatis, quæ hanc vitam excipit. In hac enim vita breue tempus viuitis: in illa verò in omne æuum.

Cum hæc autem audissent omnes populi infideles, vna voce dixerunt: Et quis illic fuit, & cum illinc huc venisset, potuit docere vera esse quæ dicis? Tunc Dei filius dixit eis: Si ostendero vobis surrexisse mortuos, non creditis veritati? Vt autem dubitationis & suspensionis nullum remaneret vestigiū, cum populis profectus est ad sepulchra: & triduanis & quadriduanis & iam fœtentibus mortuis, quam amiserant vitam vt Deus reddidit. Transiit mare super fluctus ambulans non madefactis pedibus. Imperabat ventis, castigabat fluctus, & quæ excitabantur tempestates & tumultus sedabat. Cæcis visum reddebat, aridas ritans reddebat sanas, claudis ingressum, mutis vocem reddebat, & surdis auditum. Paraliticos verbo curabat: Leprosos dicto mundabat: Infirmis medebatur: Lunaticos restituebat, & demones fugabat. Sed eūm mente capti & impij Pharisæi & Pontifices ei inuidissent, propterea quod populi eis relictis eius sequebantur vestigia, sternerent vestes suas ante pedes eius, & clamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, in eū ira perciti Pharisæi, quidã Pilato Præsidi eū tradiderunt, vocantes eum Magū & impiū, & seditionē excitatū in populo, vt eum cruci affigerent. Hoc autē ille præsciens, pro mundi salute permisit se apprehendi, & illudi, iniurijs affici, flagris cædi, & occidi. Sciebat enim vt Deus, quod non aliter nisi per pretiosam inemeratã suã passionem, esset captiuum redditurus diabolum: malisq; & immundis spiritibus malas inferret pœnas. Propterea ergo ille fuit comprehensus, qui peccatum non fecit, vt liberaretur genus humanum, quod detinebatur vincum vinculo peccati. Qui est benedictus, fuit sub maledicto, vt nos à maledicto eximeret: sistiuit illusiones, vt nos liberaret ab illusionibus demonum qui versantur in hoc mundo. Spineã coronam accepit

in capite

Loquitur de Spiritu sancto Gregorius more, a patre procedente, Sed id nō re pugnat quinetiã a filio procedat, sic cu i saluator ait: ille de meo accipiet, et annūciabit vobis.

in capite, vt capitalem tolleret sententiam, quæ ex spinis peccatorum in nos lata fuerat. Fel in cibo accepit, vt dulcem primi hominis gustum, vnde mors in mundum fuit ingressa, commutaret. Potatus est aceto, vt acrimoniam, qua noster sanguis ebullit, in se sulcipiet: et hunc bibit calicem passionis, qui nostris debebatur vitiiis. Nudatus est, vt nostrorum parentum nuditatem quam palsi sunt cõsilio serpentis, niueis tegeter indumentis. In ligno fuit suspensus, vt ligni transgressionem, per passionem ligni crucis suæ aboleret. Mortem ad se venire admisit, vt secum luctantem fauciat: et regnum quod inuenit per serpente amitteret: et cū ipso serpente fauciat, per Christum fieret captiua. Quamobrem omnia elementa cū vidissent suum effectorem lublime actum in crucem, magno metu contremuerunt. Nam ex vna parte mota est terra, & ex altera fracta sunt templa & petra: fugit dies, Sol fuit cõterritus, & obscuratus textit tenebris vniuersum mundum. Luna suæ lucis splendorem nube cruenta operuit. Altra cœli luce respicientia omnia simul fuit mutata. Stridet terra, & veluti pariens, cæpit multos sanctos reddere ex sepulchris, qui quidem hoc dabunt testimonium, quod Seruatoris descensus ad inferos dissoluit regnum Diaboli: & mortuos morte affectit ignominia, & percussam vinxit, & subiecit pedibus seruatorum suorum. Illinc clarum est, quod pro nomine eius puniti gaudemus, & gloriamur in persecutionibus: quod hanc nostram vitam quæ ad tempus, & in quam cadit interitus, æterna, & quæ nunquam desinat vita excipit: quæ Dei filius cū surrexisset à mortuis, lucis ostendit Apollolis. Quibus aspicientibus allumpcus fuit in celos. Hoc ergo si in trium conuento ostendisset, intelligentium cogitationes non possent dubitare. Quamto autem magis, quod non solum duodecim discipulis, sed plus quam quingentis simul seipsum dignatus est ostendere, ne vestigium quidem relinquens vllius dubitationis. Illi autem qui in his rebus erant initiati, & in omnem mundum missi ad prædicandam, signis & magnis prodigijs confirmabant suam prædicationem. Nam & omnes infirmitates curarunt in eius nomine: fugarunt dæmones, & vitam reddiderunt mortuis. Nullam tibi arbitror remanere quæstionem, nisi vt hanc vitam animo & corpore despicias: & illam vehementer, & constanter inquiras: Nam qui credit in Dei filium, & eius adheret præceptis, quando morietur, eius corpus à morte nulla afficietur iniuria, sed à sanctis Angelis in vltis excipietur, & in locum paradysi abducetur. Hinc mors cum diabolo efficit, vt diuersis prauitacibus mentes hominum colliget: & in varijs non animaduertis necessitatibus occuper, & nunc quidem damni terrore afficit, nunc autem ad gulam excitat: & ex diuersis abstrahens studijs, de hac sola vita facit miseris homines esse sollicitos, vt ex corpore egredientes inueniant miseris & nudos, & nihil secum portantes præter peccata. Hæc tibi paucis exposui, & charissime, si quid autem tibi deesse existimas, rursus quære. Tunc Tiburtius ad eius pedes prouoluit, dixit cum gemitibus, stetuque & lachrymis: De hac vita de cætero si vel cogitatione exquiritur, vel animo agitauro, in illa vita nunquam inueniam. Habeat ergo insipientes lucrum presentis temporis. Ego autem qui in hodiernum vsque diem vixi sine ratione, absit, vt sine ratione de cætero vitam agam. Et hæc cū dixisset, ad suum fratrem cõuersus, dixit: Miserere mei frater dilecte, & abrupte tarditatem quam transegi in ignorantia: Quocirca vereor moras. Pondus ferre non possum, rogo te duc me ad hominem Dei, vt me perfecte purificatum, illius vitæ faciat participem. Tunc Valerianus deduxit fratrem suum ad sanctissimum Papam Urbanum, Cui postquam narrauit omnia quæ dicta & facta fuerant, benigno Deo agit gratias. Acceptum autem cum omni gaudio & exultatione Tiburtium cū a demonuisset, catechismo instituisse, baptizasset in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti: iussit secū esse, donec ea deponeret quæ retētis sunt illuminationis. Quæ quidem cū perfecta fuissent eius doctrina, post septem dies Christi militem restituit. Tantam autem gratiam à Christo est consecutus, vt etiam Dei Angelos videret quotidie: & quæcumque à Deo petebat, facile impetrabat. Sed quoniam longum esset omnia ordine exponere, qualia & quam multa fecit Dñs per eos ad mirabilia, conuertamur ad gloriosas eorum perpersiones. Tertius, qui etiam Almachius, cū esset præfectus vrbis, & sanctos Dei martyres occideret quotidie, iubebat eorum corpora relinqui insepulta. Tiburtius autem & Valerianus ad hoc operam quotidie adhibebant, vt sanctorum corpora ad sepeliendum componerent, & humi mandarent, elemosynis vacantes & diuino cultui. Cū ii ergo in eis versarentur, quomodo solent boni odio haberi ab improbis, eos malè criminantur apud Almachium. Præfectū vrbis, omnia referetes quæ per ipsos Dominus faciebat in egenos: & quod improbe ac maliciose quos ille iubebat occidi, isti mādabant sepulture. Itaque à militari cohorte cõprehensi, adducuntur ad Almachium Præfectum. Quos quidem Almachius his verbis est allocutus: Cū vos character nobilitatis gloria insignes reddiderit, cur propter nescio quā religionē vos ignobiles redditis & infelices? Nā vestras facultates, in nescio quas abiectas personas audio vos erogatas consumpsisse, & eos qui castigati fuerūt propter sua scelera, cum omni gloria mandare sepulture.

g Vides mortuos sepelire, fuisse opus sanctorum martyrum? Ergo res bona est, & Deo placens.

Quocirca licet suspicari vos esse initiatos iisdem mysterijs quibus ij, quos propter coniurationem mandatis sepulture. Respondit Tiburtius, & dicit Præfecto: Vtinam nos dignentur referre in numerum suorum seruatorum, quorum tu nos coniciis esse socios: qui quidem respuerunt id esse quod videtur, & non est: & inuenerunt illud quod videtur non esse, & est. Almachius Præfectus dixit: Et quid est quod videtur esse, & non est? Dixit Tiburtius: Omnia quæ sunt in mundo, quæ animas vocant ad mortem æternam per breuis temporis læticiam. Dixit Almachius Præfectus: Et quid est quod non videtur esse, & est? Tiburtius dixit: Vita quæ futura est iustis, & supplicium quod dabitur iniustis: ex vtraque enim parte cognouimus, verum esse ea ventura, & inausita distributione, quod oculis cordis nostri cognoscimus, id corporis nostri oculis spectandam referimus: vt in nostra conscientia quæ sunt bona malis obruemus rationibus. Dixit Præfectus Almachius: Non puto te mente loqui. Dixit Tiburtius: Non loquor mente mea, sed illum quem accipi in visceribus mentis meæ. Dixit Almachius Præfectus: Nunquid nostri quod dicis? Dixit Tiburtius: Et noui, & didici, & credo, quod omnia quæ à me dicta sunt, permanent. Almachius Præfectus dixit: Et ego cur non intelligo quod ago à quo hæc sunt condita? Tiburtius dixit: Quoniam homo beluinus non sentit quæ sunt spiritalis: Spiritus autem diiudicat omnia, ipse verò à nullo diiudicatur. Tunc ridens Præfectus iussit auferri quidem Tiburtium, coram eo autem sisti Valerianum, cui etiam dixit: Quoniam nō est frater tuus sani cerebri, tu poteris respondere sapientius. Dicit ei Valerianus: Fallitur aures tuæ, quoniam scopum nostræ orationis non potes intelligere. Dixit Præfectus: Nemo ita erat vt vos eratis, qui relictiis necessarijs numeris & responsis malos sequimini, quæ sunt iucunda respuentes, læticiam nihili facientes, & ea despicientes quæ data sunt ad vitæ alimentum, maxima benevolentia illud complectimini, quod saluti inuenitis contrarium, & iis quæ sunt iucunda inimicum. Ad hæc respondit Valerianus: Eudentes & ridentes, & in varijs delictijs luxuriosè vitam agentes, vidi hyemis tempore per campos transeuntes, in quibus campis stabant agricolæ plantantes, palmites insigentes, & spinosos rosarum ramos ingeniosè toto animo componentes, alij autem oliueta inserentes, alij verò radicibus imbecilla excindentes, & quæ sunt opera conuenientia magno labore peragentes. Tunc illi qui delictijs fruebantur & lætabantur, cõperunt eos qui laborabant ludificari, & dicere: Miseri & miserabiles, hunc qui vos affligit laborem deponite: & nobiscum lætantes vos delictijs explete & libidinibus: & cur tanquam insipientes duro labore dissoluimini: & vestra vitæ tempora negotijs quæ vos affligunt consumitis? Hæc dicentes, soluebantur in risum, & dabant plausum manibus, magnoque tono eos cachinnates irridebant. Hæc autē illis facientibus, pluuio hyemis menses tranquillissima tempora exceperunt: & ecce pulchrorum & variorū florum fragrantibus omne genus odoribus prata exornabantur, & molles botrorum series producebant palmites, & è vario genere arborū rami stillantes mille fructus producebant: in quibus animaduertimus vsque in hodiernum diem abundare simul & gratiam, & fructum & decorē. Tunc cū lætarentur illi qui existimabantur esse insipientes, cõperunt lugere ij qui existimabantur esse ciues, & qui erant gloriosi in sua intelligentia, perierunt in acri ratiocinatione: & tandem ducti poenitentia, inter se murmurantes & gementes dicebant: Hi sunt quos habuimus ludibrio, eorum laborem probrum existimabamus, eorum vitam nihili faciebamus tanquam miserabilem, eorum figuram iudicabamus esse indignam, & intelligentiam eorū sine honore. Ij autē inuenti sunt intelligentes, & nos quidē probamur tūc fuisse miserabiles, insipientes & stulti, quando neque nobis ipsis operabamur: neque ijs quæ operabatur, dedimus in opere auxilium: quidē cū essemus in delictijs, eos valde irrisimus, & ipsos credidimus esse insipientes, quos quidē nunc resplendentes animaduertimus & florentes. Ad hæc dixit Præfectus: Te quidē video esse sapienter hæc persecutum: sed ad meum responsum non videris respondere. Valerianus dixit: Dixisti nos esse stultos & insipientes, quod facultates nostras demus egentibus, profelytos excepimus, viduis suppeditamus quæ sunt necessaria, orphanis subuenimus, corpora insepulta tegimus, & cum maximo honore celebramus martyrum depositiones. Nos autem insipientes iudicasti & delirantes, quod cum iis qui lætantur non lætamur, nec in delictijs viuimus, nec nostras explemus libidines, nec illiberaliter sumus lasciuus & impudicus oculis, ostendentes nos esse liberos & ingenuos. Veniet tempus quo excipiemus millecuplos fructus nostræ afflictionis: & nobis lætantibus flebunt illi qui nunc efferuntur læticiis: est enim nunc tempus seminandi. Qui ergo in hac vita seminant quæ sunt ad tempus lachrymas, in illa beata & æterna vita merent gaudium sempiternum. Dixit Præfectus: Ergo & nos, & inuicti Imperatores luctum æternum habebimus: vos autem æternum gaudium possidebitis? Respondit Valerianus: Quid enim estis vos aut vestri Imperatores? Impleto enim vestro tempore morientes eō maiorem Deo estis reddituri rationem, quod vobis ab eo maior data fuit potestas. Dixit Præfectus Almachius: Quid in verbis voluendis immoramur? Aut Diis thus offert,

offerre, & illeſi recedite: aut malè eſtis & acerbè morituri: ambo reſponderunt & dixerunt: Nos non diſi, ſed Deo quotidie offerimus ſacrificia. Dixit Præſectus: Quis eſt Deus, cui dicitis vos veſtrum offerre ſacrificium? Sancti reſponderunt & dixerunt: Et quis eſt alius Deus præter ipſum? Cur de Deo nos interrogas? Eſt enim alius Deus præter vnum? Dixit Præſectus: Quem vnum eſſe dicitis, eius nomen requiro. Dixit Valerianus: Dei nomen non inueniris, etiam ſi poſſes volare pennis. Dixit Præſectus: Iouis ergo nomen, non eſt Deus? Dixit Valerianus: eſt nomen corruptoris & adulteri, quem etiam iuſſi: occiditorem veſtri autores memorant, & accuſatorem noſtræ oſtendunt ſcripturæ: Hunc tu Deum, miror quānam impudentia nominati, cum Deus dici non poſſit, niſi qui ab omni peccato alienus, qui eſt etiam plenus omni potentia. Dixit Præſectus: Ergo errat omnis mundus, & tu cum tuo fratre Deū verum cognouiſti? Dixit Valerianus: Innumerabilis multitudo Chriſtianiſmi accepit ſanctitatem. Imò verò vos pauci eſtis qui remanſiſtis tanquam ſciſſæ ex naufragio tabulæ, ad nihil aliud proficientes, niſi vt in ignem iaciamini.

Tunc iratus Præſectus iuſſit cędi virgins. Ille autem conſeſtim dum verberaretur, lætus cępit dicere: Ecce hora quam valde deſiderabā, & ecce dies omni ſeſto mihi iucundior. Dum beatus verberaretur, præco magna voce clamabat: Deos & Deas noli maledictis inceſſere. Ille autem ad populum clamabat, dicens: Viri ciues Romanorum, videte ne hæc plaga vos à veritate auertat, ſed ſtate fortiter, & deos lapideos & ligneos quos colit Almachius Præſectus in calcem conuertite. Nam omnes qui eos colunt erunt in aſſiſtione & ſupplicio æterno. Tunc qui cum Præſecto conſidebat Tarquinius, qui etiam dicitur eſſe Laccas, Præſecto dicit in ſecreto: Inueniſti occaſionem Domine mi, tolle eos quā primū eſt terra. Nam ſi tardaueris, & de die in diem traxeris, omnes ſuas facultates diſtribuent pauperibus, & eis ſupplicio affectis tu nihil inuenies. Tunc Præſectus cum ei placuiſſet illius conſilium, iuſſit licitoribus, vt eos abducerent vbi erat Iouis ſtatua: & iuſſit vt niſi ambo uelent imagini Iouis ſacrificare, ſimul ſubirent ſupplicium capitis. Tunc venerandi & glorioſi Chriſti martyres Valerianus & Tiburtius abducti ſunt à Maximo Præſecto cubiculario in locum qui dicitur Pagus. Qui quidem Maximus cępit eos deſere & dicere: O pretioſa & florens iuuentus, O vinculum magnæ fraternitatis. O par pulcherrimum & generoſum. Cur vos in malū & impium finem volentes vos ipſos proicere, & ad maximum tendere exitium, ita ſeſtinatis, ſāquam qui ad læticiam, & magnificam & lautam cœnam vocemini? Tunc dicit Tiburtius: Nos ſi non verè didiciſſemus aliam eſſe vitam æternam quæ vitam præſentem ſequitur, nõ gauderemus eam amittere. Dicit eis Maximus: Et quænam poteſt eſſe alia vita? Reſpondit Tiburtius, & dixit: Quomodo corpus induitur indumentis, ita etiam anima induitur corpore. Et corpus quidem, tanquam ſemen terreſtre, per libidinem in terrenam matricem immititur, genitum autem & nutritum, & lapſum in mortis interitum, & in puluerem conuerſum, tanquam Phœnix futuræ lucis ſpecie excitabimur. Anima verò ſic ſancta ſeruetur in paradysi delicias, vt florens in delitiis expeſtet tempus ſuæ reſurrectionis. Dicit eis Maximus: Vellem ego quoque hæc vitā reſpuere, ſi de iis quæ dicit poſſem fieri certior. Dicit ei Valerianus: Quoniam dicit tibi nihil ſuperere niſi vt probes vera eſſe quæ diximus: ea hora qua faciet Dñs nos corporis tunicam exuere, in glorioſa nominis eius conſeſione, aperiet Dñs oculos tuos, & faciet te aſpicere cum quanta gloria illa vita redditur, ſi omnino promittas nobis, quodd ex toto animo venies ad tui erroris poenitentiam. Tunc Maximus anathemate ſeipſum deuouit, dicens: Flammiſ ignis conſumar, niſi ab hac hora illum ſolum Deum conſitebor, qui facit vt poſt hanc vitam alia vita ſequatur, hoc mihi ſolum vos oſtendite quod eſtis polliciti. Ei dicunt ſancti martyres Tiburtius & Valerianus: Iube licitoribus vt nos in domum tuam abducant, & faciemus vt illuc ad te veniat purificator, qui hac nocte poſtquā fueris purificatus, faciet vt videas id quod tibi promiſimus. Cum autē Maximus iuſſiſſet licitoribus, abduxerūt eos in domum eius. Quorū prædicatione ipſe Maximus cū tota ſua familia & ipſiſ licitoribus, crediderunt in Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum. Tunc ſancta Cecilia venit ad ipſos noctū cū Sacerdotibus, & fuerunt omnes baptizati in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Cum autē exorſens matutinū nocti ſinem dediſſet, magno ſilētio facto dixit ſancta Cecilia: Eſtote forti & magno animo d Dei milites, abiicite opera tenebrarum, & induimini arma lucis. Pulchrū certamen certauiſtis, curſum peregiſtis, fidem cōſeruaſtis: de cętero proficiſcimini ad coronā iuſtitie, quā reddet vobis iuſtus Iudex: nõ ſolum aut vobis, ſed etiā omnibus qui diligūt aduētū ei. Locus aut qui dicitur Pagus, erat ſitus quarto lapide ab vrbe Roma, ad quē erat tranſeundū prope portā cępli, vt quicunq; illac tranſibat, niſi Iouis ſimulachro tuſ offerret, puniretur. Cum in eū aut locū veniſſent ſancti Tiburtius & Valerianus, pretioſum tuſ obtulerūt Deo adferētes ſuos accuſatores, & ſic flexis genibus fuere cęſi gladio, & amiſſo hoc caduco, & mortali corpore, æternam, & quæ non poteſt marceſcere, martij coronam accēpere.

Tunc

Tunc Maximus iurans dicebat: Vidi Angelos Dei tanquam ſolem reſplendentes, ea hora quæ gladio ſunt percuſi: & exeuntes eorum animas è corporibus, tanquam virgines è thalamo. Quas cum vniſ excepſſent Angeli, ſtrepitibus aliſ o ferebantur in cœlum. Hæc Maximo narante cum lachrymis, multi crediderunt in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & cōuerſi ab errore ſimulachrorum, ſeipſos tradiderunt ſancto Vrbanus ſuo magiſtro. Cum autem ad Almachium vrbi præſectum veniſſet fama, quodd Maximus cubicularius cū omnibus ſuis factus eſſet Chriſtianus, iuſſit eum tam diu verberare globis plumbeis, donec ſpiritum emitteret. Quem ſancta Chriſti martyri Cecilia cum poſuiſſet proximè ſanctos Dei martyres Tyburtium & Valerianum, deponit in arca, & iuſſit vt in arca eius inſculperetur phœnix ad oſtendendam eius fidem, qui ſe inuenturum eſſe reſurrectionem phœnicis exemplo admiferat. Faſta eſt autem poſt hæc inquilatio. Cępit enim Almachius præſectus amborum fratrum quærere facultates, propter quas volebat etiam quærere ſanctam Ceciliam, & Valeriani cōiugem, & iuſſit eam apud ſe ſiſti. Quæ quidem poſtquā omnia quæ ſuperſuerant ex eorū facultatibus fideliter diſtribuiſſet pauperibus, cępit ille vrgere, vt ea tuſ offerret. Tunc dicit miniſtris qui eam vrgebant vt hoc faceret: Audite me ciues & fratres: Vos eſtis miniſtri veſtri Præſidis: & videtur vobis quodd deſideratis eſſe alieni ab eius impietate. Mihi autem eſt glorioſum & valde deſiderandum, omnia pati grauiam pro Chriſti conſeſione. Nam cum hac vita nunquam ſtatui vllam habere amicitiam. Sed ne ſitis de noſtra ſoliciti iuuentute, quam omnis curæ eſtis expertem reddituri. Facite ergo quod ab iniquo Præſide eſt vobis imperatum. Tunc illi cęperunt lamentari & conuerti, quodd tam electa puella, & tam intelligens & nobilis cuperet interfici: & eam rogabant, dicentes, ne talem decorem amitteret, neq; talem ſpeciem conuerteret ad mortem. Quibus ſilentibus & dolore vexatis, ſic ſancta reſpōdit Cecilia: Hoc d fratres, non eſt perdere iuuentutem, ſed commutare. Dare lutum, & aurum accipere: dare tabernaculum breue & miſerabile, & magnam ſpacioſamque & amplam domum accipere, ex lapidibus pretioſis & auro edificatam: dare angulum tenebroſum, & locum accipere lucidum margaritis reſplendentem cœleſtibus: dare poſſeſſionem quæ perit, & accipere poſſeſſionem quæ non cognoscit finem, & ignorat mortem: dare lapidem miſerabilem quem pedibus conculcatis, & accipere lapidem pretioſum, qui forma reſplendet in regio diademate. Hodie ſi quis ſic offerat aureos, vt minimam nummorum quantitatem ex iis alacri animo prouentum accipiat: num vos quoque lubenter curreretis ad talem negotiationem: omnes parentes, & notos, & cognatos, dilectosque, & agnatos, & amicos vobiſcū faceretis currere? Si quis autem vos currentes auerteret, dicendo vos inutiliter omnes veſtros nūmos eſſe daturus: num eos eſſetis irriſuri vt ignorantes, & qui nihil cognocerent: vos autem læti curreretis, quodd cum pretioſo auro eſſetis permutaturi æs miſerabile, & non magni pretij? Et vos quidem pondus pro pondere gaudetis accipere. Deus autem non dat pondus pro pondere, ſed accipit ſimplum, & reddit centuplum: præterea verò vitam quoque æternam.

Cum hæc autem diſta eſſent à beata Cecilia, aſcendit ſupra petram quæ erat prope pedes eius, & dicit omnibus: Creditis ea quæ ego dixi vobis? Illi autem vna voce dixerunt omnes: Certè credimus in Chriſtum filium Dei eum eſſe verum Deum, qui te talem habet ancillā. Dicit eis ſancta Cecilia: Ite de cætero, & dicite infelicifſimo Almachio, quodd ego vnum domum peto, ne nimis acceleretis meam decertationem. Ego autem faciam, vt in domum meam veniat ſanctiſſimus Papa Urbanus: vt faciat vos omnes vitæ æternæ participes: & ſic Dei prouidentia ego quoque conſummabor. Tunc cum in eius domum veniſſet ſanctiſſimus Papa Urbanus, baptizauit plusquā quadringentos, diuerſi ſexus fortunæ & ætatis. Inter quos erat vir clarifſimus nomine Gordianus. Is cum Papæ precibus domum ſanctæ Cecilie vocauit ex ſuo nomine, vt in occulto ex illo die ex quo illic Chriſti peractum eſt baptiſma, fieret Eccleſia Dominica: adeo vt ſanctiſſimus quoque Papa Urbanus illic occultè habitaret: indies autem Chriſti redemptionis luca illic creſcerent: & Diaboli eſſent damna innumerabilia. Dùm hæc autem fierent, Almachius vrbi Præſectus iubet coram ſe ſiſti Ceciliam, quam interrogans ei dicit: Quod eſt nomen tuum d puella? Reſpondit ſancta: Cecilia. Dixit Præſectus Almachius: Quius es conditionis? Dixit Cecilia: Ingenua ex clarifſimis. Dixit Præſectus: Ego te rogo de religione, non autem de genere. Sancta dixit Cecilia: Interrogatio tua ſtultum cępit principium, quæ duo reſponſa videtur elicere ex vna quæſtione. Dixit Præſectus: Vidēnam eſt tibi hæc fiducia? Reſpondit ſancta: ex bona conſcientia, & fide non ſimulata. Dixit Præſectus: Ignoras quænam ſit mihi poteſtas? Dixit ſancta Cecilia: Ignoras tu quænam ſi tibi poteſtas. Nam ſi tu me rogaueris de tua poteſtate, veris verbis eam tibi aperiam. Dicit ei Præſectus: Dic ſi quid noſti. Sancta dixit Cecilia: Omnis hominis poteſtas eſt perinde ac vter vento plenus, quem ſi vna acu pupugeris, omnis tumor eius colli ſtaccet. Quinetiam ſi inuenitur in ipſo aliquid portare, inſectitur. Dixit Præſectus: Cępiſti à conſumelia,

o Vidit Maximus
sanctorū animas
ab Angelis ferrī
in cœlum.

d ij sumelia,

tumelia, & perseueras in contumelijs. Dixit sancta Cecilia: Non dicitur contumelia, nisi in eos qui pauca peccant non teneant moderatio. Quamobrem vel doce contumeliam, si falsum sum locuta: vel te ipsum castiga subeuntem iudicium. Dixit Almacius Praefectus: Ignoras quod Domini iniuncti Imperatores iusserunt, ut qui non negauerint se esse Christianos, puniantur: qui autem negauerint, dimittantur? Dixit sancta Cecilia: Sic vestri semper erant imperatores, sicut etiam vestra celsitudo. Nam quae ab ipsis procelis sententia, vos quidem testata est esse impios: nos autem esse ostendit innocentes. Si enim malum esset hoc nomen, nos quidem negauissemus. Vos autem ut nos confiteremur omnino coegissetis. Dixit Praefectus: Pro pietate sua hoc voluerunt statuere, ut sua benignitate, vitam donando vobis gratificentur. Dixit sancta Cecilia: Nihil est aequè impium, nihil verò tam innocentiae inimicum, quam reis omnia inferri supplicia, ad hoc ut suam iniquam testentur qualitatem, & de eorum in mysterio socijs grauissimam habere quaestionem. Vos autem quos innocentes cognoscitis, nominis solum accusatis. Sed nos qui sanctum nomen Christi cognoscimus, id omnino negare non possumus. Est enim melius mori feliciter, quam viuere inteliciter. Nos enim vera dicentes vos punimus, quibus est persuasum ut falsum audiat. Dixit Almacius Praefectus: Elige tu vnum ex duobus: aut sacrificia, aut nega te esse Christianam, ut delicti tibi detur venia. Tunc dixit ridens sancta Cecilia: O Iudicem pudore necessario affectum. Vult me negare, & esse me innocentem, ut ipse me faciat crimini obnoxiam. Si vis accusare, cur me adhortaris ut negem? Sin autem vis absoluere, cur non vis inquirere? Dixit Praefectus Almacius: Adsum accusator, qui testantur te esse Christianam. Si ergo quamprimum negaueris, impones finem eorum accusationibus. Sin autem nolueris negare, hoc tuae imputabis amentiae, quando in celata fuerit sententia. Dixit sancta Cecilia: Eorum accusatio est mihi desideranda, & punitio tua est victoria. Noli me ergo corrigere tanquam errantem: sed te ipsum increpa, qui existimas fore ut Christianam negem. Dixit Praefectus: Misera, nescis vitæ & necis potestatem mihi datam esse ab Imperatoribus? Cur loqueris cum tanta superbia? Dixit sancta Cecilia: Alio modo licet dicere superbum, & alio confidentem. Ego confidenter, non autem superbe sum locuta. Nam nos quoque valde reuicimus superbiam. Tu autem si non times audire veritatem, rursus docebo te nunc falsa esse locuta. Dixit Almacius Praefectus: Quidnam falsi es in nobis assecuta? Dixit sancta Cecilia: Hoc quod affirmas tuos imperatores tibi dedisse vitæ & necis potestatem: Dixit Praefectus: Ergo sum mentitus? Sancta dixit Cecilia: Re vera si iubeas, falsum te dixisse ostendam. Dixit Praefectus: Dic. Sancta dixit Cecilia: Dixisti tuos Imperatores tibi dedisse potestatem vitæ & necis: Cognosce itaque tibi solum esse datam mortis potestatem. Nam vitæ quidem potes à viuis tollere, mortuis autem non potes dare vitam. Dic ergo quod Imperatores te voluerunt esse ministrum mortis. Nam si tu amplius dixeris deprehenderis falsa dicere, & quæ non possunt consistere. Dixit Praefectus Almacius: Ne sis verbosa & mulier, sed de cæteris tuam deponere audaciam: & veni, & dijs sacrificia. Dixit sancta Cecilia: Nescio vbi nam tuos oculos amiseris. Nam quos tu dicis deos, ego & omnes qui sunt sanis oculis, videmus esse lapides, & aë, & plumbum. Dixit Praefectus: Contumelia afficiet religionem despectis philosophis? Non possum autem ferre deorum contumelias. Dixit sancta Cecilia: Ex quo es aperuisti, nullum verbum fecisti quod non te ostenderet iniustum, insipientem, & stultum. Sed enim quidnam hoc est quod externis oculis te esse caecum ostendis, quando quod omnes lapidem esse aspiciamus, & lapidem inutilem, tui Deum esse testaris. Do tibi, si iubes consilium, & cum tangens discere esse lapidem, si non nosti id aspiciens: est enim dedecus à toto te rideri populo. Omnes enim sciunt Deum esse in caelis: hæc autem, ut quæ sint formæ lapideæ, per ignem posse melius mutari in calcem: quoniam iam suo otio pereunt: & neque si simul pereant, neque si in ignem coiecti fuerint, sibi poterunt subuenire. Tunc valde iratus Almacius iussit eam reduci in domum suam, & illic balnei flamma torreretur. Cum autem esset in aëre balnei sui inclusa, & subus toto die & nocte magna vis ardentis ligni adhiberetur, tanquam in loco refrigerato illæsa permanisset, & salua Dñi gratia, adeo ut nulla pars omnino ex eius membris vel minimo sudoris signo fuerit humectata. Quod cum audiisset Almacius Praefectus, illuc misit ad ipsam, ut in ipsis balneis ei caput amputaretur. Quam speculator tribus percussit ictibus: & non potuit ei caput amputare. Sic autem eam sempiternato capite ferus & crudelis ille licitor reliquit, adeo ut omnes turbæ quæ per illam crediderant, sanguinem linteis tanquam spongijs hauserint. Tribus autem quibus superuixit diebus, non cessauit omnes quos aluit, & quos docuit confirmare, & corroborare in fide Domini. Quibus etiam distribuit omnia quæ habebat, & sanctissimo Papæ Urbano commendauit. Cui etiam dixit: Trium dierum mihi iam petiui terminum, ut tradam tuæ sanctitati, & hanc domum meam in seculum Ecclesie nomine consecres. Impletis autem tribus diebus, & Deum precante beata Cecilia, cum essent adhuc preces in ore eius, tradidit pretiosam & sanctam suam animam in manus

in manus Dei viuentis mensis Nouembris xxij. Tunc sanctissimus Papa Urbanus cum gloriosum eius corpus sustulisset noctu cum Diaconis, sepeliit ipsum inter alios suos Episcopos, vbi sunt omnes Confessores & Martyres depositi. Eius autem domum in æternum 7 cōsecrauit nomine sanctæ Ecclesie: & illic perpetuò peraguntur sancta Domini mysteria, vt que in hodiernum diem. In memoriam quidem Martyris: gloriam autem & laudem magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia nunc & semper, & in secula seculorum. AMEN.

VITA SANCTI FABIANI PAPAE

& Martyris, per Damasum Papam scripta.

Habetur in pontifical. eiusdem.



FABIANVS natione Romanus, ex patre Fabio, sedit annos quatuordecim, mensem vnum, dies vndecim, martyrio coronatur, decimo quarto Kalendas Februarias. Fuit autem temporibus Maximini & Aphricani, vsque ad Decimum Secundo & Gratum. Hic regiones diuisit Diaconis. Et fecit septem subdiaconos, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum in integrum colligerent. Et multas fabricas per cæmeteria fieri præcepit. Post passionem verò eius, Moyses & Maximus præbyteri, & Nicostratus diaconus, comprehensi sunt, & in carcerem missi. Eodem tempore superuenit Nouatus ex Aphrica, & separauit Nouatianum de Ecclesia, & quosdam Confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses vndecim. Et sic multi Christiani fugerunt. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, præbiteros viginti duos, diaconos septem, Episcopos per diuersa loca vndecim. Qui sepultus est in cæmeterio Calixti, via Appia, decimo tertio Kalendas Februarij. Et cessauit Episcopatus dies sex.

ITEM DE EODEM, PER BVSE

bium Episcopum Cæsariensem.

Habetur Histor. Ecclesiast. ca. 21.

TRadunt autem Fabianum, Anthero defuncto, cum de agro reuenteretur, vna cum amicis suis, & vniuersus Ecclesie populus pro Episcopo deligendo in vno coisset, atque alius de alio (ut fieri solet in talibus) conclamaret, nec tamè vulgi sententia certi aliquid obtineret, astitisse etiã ipsum inter ceteros, scire cupientem, qui rei exitus foret. Et subito per Dei providentiam columbam caelitus lapsam, figuram ferentem illius, quæ in sancti spiritus imagine super Iesum descenderat apud Iordanem, super caput astitisse Fabiani. Ad quod spectaculum cunctorum ora, oculosque conuersos, & omnes velut vno spiritu comotos, hunc esse Episcopatum dignum per Dei iudicium decreuisse, eumque continud cathedre impositum, & legitimo sacerdotio confirmatum. Quod alij super huius, alij super Zepherini nomine gestum tracent.

VITA SANCTORVM SEPTEM

germanorum dormientium, per Diuum Gregorium Archiepiscopum Turonensem scripta.

Habetur opere eiusdem in gloria plurimorum marum edito c. 95.



SEPTEM verò germanorum, qui apud urbem Ephesum requiescunt, hæc est historia. Tempore Decij Imperatoris, cum persecutio in christianos ageretur, septem viri apprehensi sunt, ductique coram principe. Horum nomina hæc sunt: Maximianus, Malcus, Martinianus, Constantinus, Dionysius, Ioannes, Serapion. Qui diuersis verbis tentati ut cederent, nequaquam acquieuerunt. Imperator verò pro elegantia eorum, ne in momento perirent, spatium tractandi indulget. At illi in vnam se speluncam condunt, ibique per multos dies habitauerunt. Egre diebatur tamen vnus ex eis, & comparabat victum, & quæ necessaria erant, exhibebat. Reperente autem Imperatore in eandem ciuitatem, isti petierunt à Domino, ut eos ab hoc periculo dignaretur eruere. Factaque oratione, prostrati solo obdormierunt. Cumque Imperator didicisset eos in hoc antro morari, nutu Dei iussit os speluncæ magnis lapidibus oppilari, dicens: Ibi intereat qui diis nostris immolare noluerunt. Quod dum ageretur, quidam Christianus in tabula plumbea nomina & martyrii eorum scribens, clausam in aditu cauernæ, priusquam oppilaretur, includit. Post multorum verò annorum curricula, cum, data Ecclesie pace, Theodosius Christianus obtinisset imperium, surrexit hæres immunda Sadeucorum, qui negat resurrectionem futuram.

Tunc

Tunc quidam ciuis Ephesus dum caulas ouibus secus montem ipsum facere destinat, ac lapides deuoluit ad coaptanda earum septa, ignarus quae celarentur inrorolum, patefecit ingressum speluncae, non tamen nouit arcanum, quod habebatur intrinsecus. Dominus autem immisit septem uiris spiritum uitae, & surrexerunt, putantesq; quod vna tantum nocte dimississent, miserunt puerum vnum, qui cibos emeret. Cumq; ueniens, supra portam ciuitatis uideret crucis gloriosae signaculum, audissetq; per Christi nomen iurare populum, oblituit, prolatisq; nummis quos à tempore Decij habebat, à mercatore comprehenditur, dicente sibi: Quia abiconditos antiquitus thesauros reperisti. At ille negans, deducitur ad Episcopum ac Iudicem ciuitatis. Cumq; ab his argueretur, compellente necessitate, absconditum mysterium reuelauit, deduxitq; eos ad speluncam in qua uiri erant. Cumq; ingrederetur Episcopus, inuenit tabulam plumbeam, in qua omnia quae pertulerant, habebantur scripta, locutusq; est cum eis. Nunciauerunt autem haec cursu rapido Imperatori Theodosio. At ille ueniens adrauit eos pronus in terra. Qui tali colloquio cum eodem vli sunt princepe.

Surrexit quaedam pessima haeresis, quae populum Christianum à Dei promissionibus conaretur auertere, vt dicat, non fieri resurrectionem mortuorum. Ergo vt scias, quia omnes, iuxta Apostolum Paulum, representandi erimus ante tribunal Dei, ideo iussit nos Dominus suscitari, & tibi ista loqui. Vide ergo ne seducaris, & excludaris à regno Dei. Haec audiens Theodosius Imperator glorificauit Dominum, qui non permisit perire populum suum.

Viri autem iterum prostrati in terram obdormierunt. Quibus cum Theodosius Imperator sepulchra ex auro fabricare uellet, per visum prohibitus est, ne faceret. Viri autem vsque hodie palliolis ferici, aut carpatinis cooperiti, in ipso leco requiescunt. Quod passio eorum, quam Syro quodam interpretante, in Latinum translulimus, plenius pandit.

VITA SANCTAE AGATHAE VIR-

ginis & martyris, per Adonem Episcopum Tuerensem collecta.



M Sicilia ciuitate Cathanensi natale sanctae Agathae virginis & martyris sub Quintiano Procōsule, Imperatore Decio. Qui consularis vir Quintianus cupiens multaria intēione ad eā pertinere, quodd esset nobilissimis orta natalibus, fecit eā arctari, & cuidam matrone tradi nomine Aphrodisie, quae habebat nouē filias turpissimas, vt mutaret animū eius. Quae vidēs mentē eius immobile, post triginta dies abiit ad Quintianum, & dixit ei: Facilius possunt saxa molliri, & ferrū in plumbi mollitiē verti, quā ab intentione Christiana mens istius puellae reuocetur. Iussit igitur eā Quintianus ad secretarium suū adduci, & sedens pro tribunali beatissimā Agatham interrogat: Cuius conditionis es? Respondit: Non solū ingenua, sed ex spectabili genere, vt ois parentela mea restatur. Cui dixit Quintianus: Si ingenua probaris, & nobilis, cur mortuus feruilem personam te habere ostendis? Cui beata Agatha: Quia, inquit, ancilla Christi sum, ideo me seruilem habere ostendo personam. Cūque in confessione Christi fortissimē quae fidei sunt profequeretur, iussit eam Quintianus alapis cedi, deinde constantius Christiū praeedicatē iussit ad carcerem trahi. Agatha autem laetissimē & glorianter ibat ad carcerem, & quasi ad epulas inuitata, ita gaudens agonē suam Domino precibus commendabat. Sequenti die iterum aspectibus Iudicis praesentatur. Quā iussit in eculeo ingenti suspendi, & torqueri. Tunc post talia Agatha Iudici respondit: Sicut qui videt quem diu desiderabat, aut sicut qui inuenit thesauros multos, ita & ego delector in his poenis temporalibus posita. Non enim potest triticum in horreo reponi, nisi theca eius fortiter fuerit conculcata, & redacta in paleas: ita anima mea non potest in paradysum Dei intrare cum palma martyrii, nisi diligenter perferceris corpus meū à carnificibus atretari. Iussa est deinde beata Agatha in mamilla torqueri, quā diu tortam fecit impius Iudex abscindi. Recipitur beata virgo iterum in carcerem, vbi neque panis, neque aqua ministraretur ei. Et ecce circa noctem mediam venit quidam senex, qui se medicum esse commemorabat, ferens diuersa medicamenta, quem anteedebat puer luminis portitor. Qui inter alia virgini dixit: Consideraui, inquit, & vidi, quia potest salutem tua mamilla suscipere. Cūque illa verbis senis non praerberet assensum, putans quodd carnale vellet ei adhibere medicinam, dixissetq; seni inter alia: Habeo Saluatorem Dñm Iesum Christū, qui verbo curat omnia, & sermone solo restaurat vniuersa: Subridēs senior, & me, inquit, ipse misit ad te: Nā & ego Apostolus ei⁹ sum, & in nomine eius scias te esse saluādā. Et sic ab oculis eius sublatus est. Post quatuor dies iterū reducta ad Quintianū est. Qui testas acutas & carbones iussit spargi, & illam nudo corpore supra eos volutari. Et ecce subito totus ille locus cōmotus est, & pars parietis cecidit, & oppressit duos, Consiliariū Iudicis, & amicū ei⁹. Quintianus igitur fugiens, quia ex vno latere terram motum, & ex altero latere seditionem populi

2 Vide saluife re crucis in igne supra ciuitatis portas insculpti soliti.

Habetur in eius martyrolog. sub Nonis februarii.

formidabat, iterum iussit eam in carcerem recipi. Quae ingressa expandit manus suas ad Deū, & dixit: Domine qui me creasti, & custodisti ab infantia mea, & fecisti me in iuuetute viriliter agere, qui tulisti à me amorem seculi, qui corpus meū à pollutione separasti, qui me fecisti vincere tormenta carnificis, ferrū, ignē, & vincula, qui mihi inter tormenta virtutē patientiā contulisti, te deprecor vt accipias spiritum meū modō, quia tēpus est vt me iubeas istud seculū derelinquere, & ad tuam misericordiam peruenire. Haec dicens beatū caelo misit spiritum. Cuius lacrum corpus auferens populi Christiani, posuerunt conditum aromatis in sepulchro nouo. Cū autem collocaretur, venit quidam iuuenis fericis vestibus indutus, quem sequebantur amplius quā centum pueri albai & pulchri, & introiuit ad locū vbi condebar corpus sanctae Virginis, & posuit tabulā breuem marmoream, vbi scriptum est: Mentem sanctam, spontaneam, honorem Deo, & patriae liberationem. Et tam diu ibi stetit idem iuuenis, donec sepulchrum cum diligentia clauderetur. Et ascendens non est vltius vilis in tota prouincia Siculorum. Vnde non dubitandū, quin Angelus Dei fuerit. Quintianus post hec iter arripuit, vt facultates B. Agathae inuestigaret, & vt teneret omnes de parentela eius, sed Dei iudicio in medio flumine interijt.

1 Ex his verbis habes quod seruare virginis est, ex Deo gratis praecipue prouenit, non autē ex nobis solū, quae tamen volenti nūa quem deest.
2 Ecce sanctae martyris sacrum corpus. Nec dicit cianeres mortuos.
3 Vide antiquum Ecclēse morem sepellendi sanctorū corpora cum odoramentorum suauitate.

MARTYRIVM SANCTAE ET

gloriosae Martyris Christi Agathae.

Per Simeonem Metaphrasten.

Februa. V.



Mperante illo tempore Decio iniquo Caesare: Quintiano autem praeside insulae Siciliae Italorum prouinciae, exijt ab eis iniquum & iniustum edictum, vt omnes Christiani, qui colebant veram & piam religionem, morti acerbe traderentur. Sancta ergo, magniq; & excelsi animi Agatha, quae nata quidē erat ex ciuitate Panormitana (erat autem insigni & claro genere orta) cū audiuisset hoc impium sermone iactatum esse decretū, illico patria, genere, gloria, & vniuersa quae ad tempus specie ac visione, atq; adeo ipsa quoq; vita contempta, ar-

mata fuit ad certamina pro Christo suscipienda. Quintianus autem Praeses cū audiuisset de sancta & generosa Christi Athleta Agatha, quodd formae pulchritudine superaret omnes sui temporis adulescentulas, quarebat quonam modo Dei virginem Agatham comprehendere, & ad se attraheret. Non cessabat itaq; quotidie improbam suā agitare cogitationem, donec ei liceret castrum suae libidinis ad effectum deducere. Quare venerandam & insignem Dei ancillam Agatham, eo praetextu, quodd esset Christiana, iubet comprehendī & ad se adduci. Erat autem beata Agatha vita & oratione ornata, & insigni pulchritudine, quae poterat eximia specie eos qui ipsam videbant subijcere. Quintianus verō Praeses cū esset uaser & malitiosus, captus amore virginis, oculum suum perturbabat. Similiter autem eius quoq; pecunias concupiscens, non cessabat asidue cogitare quomodo eam apprehenderet. His ergo modis, quos diximus, furore percitus Quintianus, iussit sanctam Agatham comprehendī à militibus. Milites autē Catana egressi, cū sanctam inuenissent Agatham, dicunt ei: Exijt aduersus te decretum à Caesare & Praeside, quonia neq; Dijs sacrificas qui honorantur ab Imperatore, neq; eos colis ritu patrio. Nunc ergo saltem pollicere te Dijs esse sacrificaturā, vt cū omni honore & gloria te adducamus ad praesidem Quintianum. Sancta autem Agatha superno auxilio & fide circumdata, aduersus Tyrannum praclare armabatur. Licetoribus verō festinantibus eam sistere Tyranno, ingressa in domum suam cū manus in caelum extendisset, dixit: Domine Iesu Christe, tu solus scis affectionem mei cordis. Tu sis mihi dux aduersus Tyrannum. Iam enim o Domine in te fidem & beneuolentiam. Tu sis mihi dux aduersus Tyrannum. Iam enim o Domine morte est à me affectus & conculcatus. Et nunc oro te Domine, ne glorietur his vir exitiosus & malitiosus, quodd polluerit meum corpus, in quo vixi huc vsque honestam & gloriosam vitam, sed festina, & vince diabolum, & eius ministrum Prehede. Ne dicat, vbi est Deus eius, tanquam sacrificium & oblationem meas accipiens lachrymas in odorem suauitatis. Quonia tu es Deus solus, & te decet gloria in secula. Amen.

1 Vide orationem cum manu ad caelum extensione.

Et cū ipsa haec esset precata, egressa est à ciuitate Panormitana, tanquam murus infractus & vallo circumdatus, promptoque & alacri animo iuit cum licetoribus, mente autem apud se cogitans pulchritudinem virtutis, haec dicebat: Primum quidem, per gratiam Christi decertauit vt conseruarem corporis castitatem, malumque, & mali autorem Diabolum, qui in genere hominum seminauit voluptates, vici & cōculcaui. Deinde etiā animam meam posui pro Christo: & spero, quodd cum perpetuo pudore afficiā & perdam. Sed o male diabole & inimice veritatis, non vides meū stadium, quodd cū sit immortale, exultant iusti simul & Ange-

Angeli, huius verò spectatorem immortalem, Dominum meum Iesum Christum filium Dei, qui itipatur innumerabilibus ordinibus Angelorum? Et hæc apud se dicens flebat. Ea autem proficiente cum militibus, soluta est corrigia huius calcamenti, & cum posuisset pedè suū supra lapidem, id ligauit. Deinde retro conuersa, cum neminem vidisset eam sequentem ex ciuibus qui eam deducebant, sed omnes eam reliquisse & recessisse: magno dolore affecta orauit Dominum, dicens: Domine omnipotens, propter meos ciues qui non crediderunt ancillæ tuæ, quæ est deceratura pro sancto tuo nomine, & me non sunt perfectè securi, ostende magnum miraculum hoc loco: & statim exorta est olea infernalis, quæ publica notabat ignominia mentes Panormitanorum. Ea autem ingressa Catanam, iussit Præles eam tradi cuidã matronæ nomine Aphrodisiæ, quæ habebat quinq; iuuenes filias, vt eam inducerent morum & verborum blanditijs, & mentem eius mutarent, vt persuasa dijs sacrificaret: & cœperunt, aliquando quidem eam laudando & honoãdo, incitare, magna ei pollicètes, aliquando vlrò minas intentantes, sperantes his escis attrahere sanctam Agatham ad cultum simulachrorū. Cum autem his fallacibus rationibus, eius fortem & constantem mentem conarentur ei auferre, ei respondens sancta Martyr Agatha, dicebat: Notum sit vobis, quod mens mea & cogitatio est fundata supra petram, quæ nunquam potest separari à Christi charitate: vestra verò verba ventis similia distantur, sermones vestri sunt pluuia, minæ vestræ sunt fluuij: & licet cum ijs in meam domum iruperitis, eam nequaquam labefactastis: est enim fundata supra Petram, quæ est Christus filius Dei viui. Dum ipsa autem hæc diceret, non intermittebat suum pectus irrigare lachrymarum inudatione. Nam quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita etiam desiderauit eius anima venire ad stadium decertationis, omne genus tormentorum prompto & lacri animo desiderans & studens ferre pro fide in Christum. Aphrodisia ergo videns immobilem & inuictam sanctæ Agathæ mentem, ad Quintianum accedens, dixit ei: Est facilis lapides molles & teneros facere, aut ferrum in plumbum conuertere, quàm mentem huius puellæ à Christi amore traducere. Ego enim & filia meæ noctu & diu nihil aliud fecimus, aliquando quidem monentes, aliquando autem etiam minas intentantes. Ego quidem ei obruli margaritas, mundumq; & vestem pretiosam, aurumq; & argentū, domoq; & suburbia, & mancipia: ea verò hæc omnia non pluris facit quàm terram calcat pedibus. Tunc iratus Quintianus, iussit eam duci in secretum, & sedens in tribunali dicit ei: Cuius es generis? Respondit sancta Agatha: non solum sum ex nobili & illustri genere, sed sunt etiam mihi cognati insignes diuitijs. Dixit Quintianus: Si es genere nobilis & illustris, cur moribus ancillæ personam suscipis? Sancta dixit Agatha: Rectè dixisti. Nā quoniam sum Christi ancilla, propterea me ostendo esse seruam. Quintianus dixit: Verè es libera. Quomodo ergo te affirmas esse seruam? Dixit Sancta Agatha: Nostra nobilitas & gloria est in eo, quod Christi annunciatu seruitus. Dixit Quintianus: Quid ergo nos non habemus libertatem, qui Christi seruitutem despuimus? Dixit sancta Agatha: Ad tantam deuenistis seruitutem & captiuitatem, vt vos non solum serui peccati efficiamini, sed etiam cultores abominandorum, & nullo sensu præditorum simulachrorum, honorem qui Deo conuenit, tribuentes lignis & lapidibus. Dixit Quintianus: Si quid insanè blasphemabis, de te poterunt sumi pœnæ, sed priuquam in mea tormenta incidas, dic quamam de causa recusas Deos colere. Dixit sancta Agatha: Ne dicas Deos, sed, dæmones: quorum faciem in æs cœuertitis, quorum marmoreos & è gypso effictos vultus inauratis. Dixit Quintianus: Elige tibi bonam mentem, & persuasa sacrificia. Sin minus, diuersa tormenta subibis cū damnatis: & cum ignominia affeceris dignitatē tuæ cognationis, tandem persuasa sacrificabis Dijs omnipotentibus. Dixit sancta Agatha: Sit sicut Venus Dea tua, vxor tua, & sis tu sicut Iuppiter Deus tuus. Hæc cum audisset Quintianus, iussit ei impingi colaphum, dicens: Ne ore arroganti Præsidem afficias contumelia. Sancta dixit Agatha: Quos dixisti Deos tuos non vis referri in eorum numerum? Dixit Quintianus: Hoc planum est te plurimorum tormentorum teneri cupiditate, cum per tuas contumelias vt ad ea descēda me horteris. Dixit Agatha: Miror te cum sis homo prudens, ad tantam venisse insipientiam, vt nolis euadere Dijs tuis similis, & esse particeps eorum vitæ. Si sunt ergo Dijs tui, & eos colis, ecce tibi bene sum precata: quomodo ergo dicis te fuisse à me affectam contumelia, quæ oprauit vt tua vita esset sicut vita illorum? Sin autem abijcis hæreditatem, ipsos mecum vocabis execrandos. Dixit Quintianus: Superba verba loqueris, aut dijs sacrificas, aut varia te ita expectas. Dixit Agatha: Etiãsi in me feras immittas, cum Christi nomen audierint, manuescent. Sin autem ignem inferas, Angeli mihi è cœlis rorem suppeditabunt. Quod si plagas & flagella, habeo spiritum veritatis, qui me liberabit ex tuis manibus. Tunc Quintianus caput mouens, iussit eã duci in tenebrosam custodiam, dicens: Apud te considerans ð Agatha, ducere pœnitentia, vt effugere possis mea tormenta, dicit sancta: Tu ipse ducere pœnitentia, vt possis effugere æternū supplicium.

Tunc

Tunc iratus Quintianus iussit eam trahi vsq; ad custodiam. Sancta verò Agatha cum plurima læticia ingressa est in custodiam, tanquam ad gaudium & exultationem, certamen ioum Domino commendans cum precibus. Sequenti autem die impius Quintianus iussit eam sitti tribunali, dicens ei: Considerasti ne de tua salute? Sancta dixit Agatha. Salus mea est Christus. Dixit Quintianus: Quouique ð misera, miseram producis cogitationem? Nega Christū, & incipe Deos colere, ne vita & ætate priuata immaturam mortem Deum qui te fecit, ne in æterna incidas tormenta, & quæ nunquam cessant supplicia. Tunc iratus Quintianus iussit eam suspensam verberari, & dicebat ei: Agatha corrige tuam cogitationem, vt vita tibi condonetur. Dixit Agatha: Tormenta tua gaudij thesaurum mihi recondunt, & exulto vt qui bonum audit nuntium: & qui vidit eū quem desiderabat, & vt qui inuenit multos thesaurus. Ita ego quoq; delector ijs quæ sunt ad tempus tormentis, quæ minaris te mihi intenta: turum. Fieri enim non potest, vt frumentum tuto in horreo conseruetur, priuquam fuerit nudatum palea. Similiter etiam anima mea non potest venire intra Paradysum, priuquam corpus meum varijs tormentis affectum fuerit à tuis ministris. Iratus itaque Quintianus iussit eius mamillam torqueri, & deinde eam amputari. Dixit autem sancta Agatha: Impie & crudelis Tyranne, non erubuiti hæc facere feminæ, & mamillam quam in matre tua suxisti, amputare. Sed tamen etiam illi externā mamillam abscidisti, habeo aliam in anima mea, quā non poteris excindere: est enim oblata Christo Deo meo à tenera ætate. Iratus autem rursus Quintianus iussit eam abduci in carcerem, iubens nulli ex medicis permitti ad eam ingredi: & nec panem ei dare nec aquam.

Ea autem ingressa custodiam circa mediã noctem, in senis similitudine, apparuit ei Apostolus Petrus, quem præcedebat puer ferens lampadem in manibus, plurima habens medicamenta, & se dicens esse medicū, & talibus verbis eum alloquens: Impius quidem Tyrannus flagellis in te vsus, nihil profecit, tua autem fortitudine & constantia eum magis tabescifisti. Quamobrem mamillam tuā non solum iussit torqueri, sed etiam fecit abscindi. Quare anima eius afficitur dolore in æternū. Cum autem ad essem in illa hora in qua hæc passa est, & animaduertens vidistis fieri posse vt tua mamilla sanaretur, ea de causa huc veni. Dicit ei sancta Agatha: Meo corpori nullam vnquam adhibui medicinam, & nunc turpe esse existimo, more, bonum qui ab inuente ætate est confirmatus interire. Senex verò respondens ei: Ego quoq; sum Christianus, & confidens te posse à me curari, ea de causa veni ad te. Sed ne me reuereris. Sancta autē respondens dixit ei: Et quomodo fieri potest, cum tu sis senex & longæuus: ego autem sum puella, & ostendam tibi corpus perditum tormentis? Sed sinam potius hæc vulnera mentem meam pungere, quàm quod mihi probro futurum esset, impudenter mea aperiam vlcera. Quamobrem ago tibi gratias venerande pater, quod sis dignatus ad me venire propter hanc corporis curationem. Scias verò quod medicamenta ab hominibus composita, corpori meo nunquam admouebuntur. Respondens autem senex dicit ei: Cur nõ finis me te curare? Dicit ei sancta: Quoniã habeo Dominum meum Iesum Christum qui solo nutu curat omnia, & verbo suo facit prostratos surgere. Ipse si velit, potest me quoq; conseruare, quæ sum indigna eius ancilla. Tunc senex subridens dixit ei: Ipse quoque me misit ad te, & ego sum eius Apostolus. Vide autem te ipsam quemadmodum sis curata. Hęc verò cum dixisset, euauit ab oculis. Tunc precans dixit sancta Agatha: Ago tibi gratias Domine mi Iesu Christe, quod sis mei recordatus, & ad me miseris tuum Apollolum, qui me corroborauit, & renouauit membra mea. Dum ipsa autem impleflet preces, aspiciens suum corpus, inuenit curata sua vulnera, & mamillam sanam redditam sicut prius. Iota verò nocte lux circumdedit custodiam, ad eò vt præ illuminatione custodes fugerint, & apertum carcerem reliquerint. Qui autem illic erant condemnati, cum vidissent quod factum fuerat, dicunt sanctæ Agathæ: Ecce portæ sunt aperte, & nemo est qui eas custodiat: egredere & fuge. Respondens autē sancta dixit eis: Absit vt ego priuer corona meorū certaminū, & custodes carceris conijciam in periculum. Habens enim adiutorem Dominum nostrum Christum filium Dei viui, ad finem vsq; permanebo in eius confessione qui me curauit, & est consolatus. Post quartum verò diem iubet Quintianus eam duci in iudicium, & dicit ei: Quouisque pergis adtersari edictis Imperatorum? Aut Dijs sacrificas, aut te grauioribus puniam supplicijs. Dicit ei sancta: Omnia verba tua sunt vana, edicta autem tua & Imperatorum tuorū sunt iniqua, quæ quidem ipsum quoque ærem polluant. Quamobrem dic mihi ð miser, & nullo sensu prædite: Quis vult ad auxilium inuocare lapides & ligna, quibus nullus adest sensus? Nō vides quod pro mamilla mea à te abscissa, aliam mihi fecit exoriri Dominus meus Iesus Christus? Furorē autem percitus Quintianus, dixit ei: Quis te curauit? Dicit ei sancta: Iesus Christus filius Dei viui. Dicit ei Quintianus: Rursus tu Christum nominas, quem ego nec volo quidē

2 Ecce quomodo
sancti in Dei lumine
ne sciunt que circa
nos aguntur,
et ex diuina virtute
interfunt a
gonibus quandoque
que nostris.

au.

temur, quia hoc iam ex eorum sine colligimus. Cadere enim nec in aperta persecutione poterant hi, de quibus constat, quia & usque ad finem vitae in occultata animi virtute perstiterunt. P E T. Ut aliter ita est: sed super indignos nos diuinæ misericordiae dispensationem miror, quia Longobardorum scuitiam ita moderatur, ut eorum sacerdotum sacrilegos, qui esse se fidelium quasi victores vident, orthodoxorum fidem persequi minimè permittat. G R E G. Hoc Petre facere plerumque conati sunt: sed eorum scuitiæ miracula superna resistunt. Vnde vnus narro quod per Bonifacium monasterij mei monachum, qui usque ante quadriennium cum Longobardis fuit, adhuc ante triduum agnouit.

Cum ad Spoletanam urbem Longobardorum Episcopus scilicet Arrianus venisset, & locum illic ubi solennia sua ageret non haberet, cepit ab eius ciuitatis Episcopo Ecclesiam petere, quam suo errori dedicaret. Quod dum valde Episcopus negaret, idem quo venerat Arrianus, beati Pauli Apostoli Ecclesiam illic cominus sitam, se die altero violenter intraturus professus est. Quod eiusdem Ecclesiae custos audiens festinus currit, & Ecclesiam clausit, seris munuit. Facto autem vespere lampades omnes extinxit: sed in interioribus abscondit. In ipso autem subsequente lucis crepusculo Arrianus Episcopus collecta multitudine aduenit, clausas Ecclesiae ianuas effringere paratus. Sed repente cunctas simul portæ diuinitus coccussæ abiectione longius seris apertæ sunt, atque cum magno sonitu omnia Ecclesiae claustra patuerunt. Effuso desuper lumine omnes quæ extinctæ fuerant lampades accensæ sunt. Arrianus verò Episcopus qui vim facturus aduenerat, subita cæcitate percussus est, atque alienus iam manibus ad suum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam vltius præsumperunt catholica loca temerare. Miro enim modo res gesta est, ut quia eiusdem Arriani causa lampades in Ecclesia beati Pauli fuerant extinctæ, vno eodemque tempore & ipse lumen perderet, & in Ecclesiam lumen rediret. Sed neque hoc sileam, quod ad eiusdem Arriani hæreseos damnationem in hac quoque urbe ante biennium pietas superna monstrauit: Ex ijs quippe quæ narro aliud populus agnouit, aliud autem sacerdos & custos Ecclesiae se audisse & vidisse testantur. Arrianorum Ecclesia in regione vrbis illius quæ Subura dicitur, cum clausa usque ante biennium remansisset, placuit ut in fide catholica introductis illic beati Stephani, & sanctæ Marthæ martyrum reliquijs dedicari debuisset, quod factum est. Nam cum magna populi multitudine venientes, atque omnipotenti Domino laudes canentes, eandem Ecclesiam ingressi sumus. Cumque in ea iam missarum solennia celebrarentur, & præ eiusdem loci angustia populi se turba comprimeret, quidam ex his qui extra sacrarium stabant, porcum subito intra suos pedes huc illucque discurrere senserunt. Quem dum vnusquisque sentiret, & iuxta se stantibus indicaret, idem porcus Ecclesiae ianuas petijt, & omnes per quos transit in admirationem commouit. Sed videri à nullo potuit, quamuis sentire potuisset. Quod idcirco diuina pietas ostendit, ut cunctis patefceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret. Peracta igitur celebratione missarum recessimus, sed adhuc nocte eadem magnus in eiusdem Ecclesiae rectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Sequenti autem nocte grauior sonitus excreuit, ac subito tanto terrore insonuit, ac si omnis illa Ecclesia à fundamentis fuisset euerfa, & protinus recessit, & nulla vltius illic inquietudo antiqui hostis apparuit, sed per terroris fontem quem fecit, innotuit quod à loco quem diu tenuerat, coactus exiebat. Post paucos vero dies in magna serenitate aeris super altare eiusdem Ecclesiae nubes cœlitus descendit, sub qua velamine operuit: omnemque Ecclesiam tanto terrore ac suauitatis odore repleuit, ut parentibus ianuis nullus illic præsumeret intrare. Sacerdos quoque & custodes, & hi qui ad celebranda missarum solennia venerant, rem videbant, ingredi minimè poterant, & suauitatem mirifici odoris trahebant. Die verò alio cum in ea lampades sine lumine viderentur, emissis diuinitus lumine sunt accensæ. Post paucos iterum dies expletis missarum solennijs, extinctis lampadibus custos ex eadem Ecclesia egressi, post paululum intrauit, & lampades quas extinctas reliquerat, lucentes reperit. Quos negligenter extinctis se credes, eas iam sollicitus extinxit, & exiens Ecclesiam clausit. Sed post horarum trium spatium regressus, lucentes lampades quas extinctas reliquerat, iterum accensas inuenit, ut videlicet ex ipso lumine aperte clarificeret, quia locus ille à tenebris ad lucem venisset. P E T R. Et si in magnis sumus tribulationibus positi: quia tamen à conditore nostro non sumus omnino despecti: restantur ea quæ auctore eius stupenda miracula;

2 *Haec hic lampadarum vltim in Ecclesia antiqua esse. ex tepla Deo dicata sancta esse, quæ non impune quis temerare præsumat.*

3 *To qui derides Ecclesiarum conuersiones cum missarum solennijs ac sanctorum reliquijs, necnon lampadas, vna accensionem in templis, vide quot ex quanta miracula hic contigere, ut saltem pudore victus lingua non tēperes in futurum.*

SANCTORVM HISTORIA. Pars II. 49
VITAE ET AGONES METRANI,

Cointhæ, Appolloniæ, Serapionis, & aliorum plurimorum sanctorum virginum, & martyrum, sub Deciana persecutione apud Alexandriam pro Christi nomine passorum, per Eusebium Episcopum Cæsariensem scripti.



Dionysius Alexandrinus Episcopus per Decianæ persecutionis tempus, sicut ex ipsius epistolis verisimè comperimus, in multis sæpe confessionibus satis clarus efficitur, & pro passionum tormentorumque diueritate magnificus. Denique refertur, in sectantibus se quibusdam respondiisse: Quid insectando laboratis? Caput meum, pro quo magnopere fatigamini, aultum ceruicibus sumite, & donum magnum ad tyrannum deferre. Sed & idem ipse ad Labianum Antiochenum Episcopum scribens, de his qui sub Decio apud Alexandriam agones martyrij desudauerat, hoc modo refert: Non ex præcepto (inquit) imperatoris apud nos persecutio sumplit exordium, sed anno integro principalia præuenit edicta minister dæmonum, qui dicebatur in ciuitate nostra diuinitus, superstitionum contra nos exagitans vulgus. A quo multitudo succensa, nihil aliud quam piorum sanguinem sitiebat. Primò ergo religiosum quendam senem Metranum nomine corripientes, iubent impia verba proferre. Quod ille facere cum recusaret, omne corpus eius membratim fustibus colliserunt, vultumque; & oculos acutis calamis terebrantes extra urbem cum cruciatibus eiecerunt, ibique; quod in eo supererat spiritus, lapidibus eiecerunt. Post hæc mulierem quandam nobilem Cointham nomine, ad idola perducetes adorare cogebant recusantem, inò potius execrantem, vincula pedibus innectentes, & per plateas totius ciuitatis trahentes, sædo horrendo; supplicij genere discerpunt. Dehinc omnes simul irruerunt per domos seruatorum Dei, diripientes & euercentes, atque hostili crudelitate cuncta sedantes, ita vt preciosioribus quibusque; direptis, si qua alia viliora repererant, in vnu congregata igni in plateis cremarent. Nostri tamen direptionem hanc bonorum suorum (sicut Apostolus de illis dixit antiquis) cum gaudio susceperunt. Sed & admirandam virginem longævæ ætatis Appoloniæ nomine cum corripuissent, dentes primo ei omnes effoderunt, cõgestis deinde lignis extruxerunt rogi, cõminantes viuam se eam incensuros, nisi cū ipsis pariter impia verba proferret. At illa vt rogi vidit esse succensum paululum quid in semetipsa molitur, repente verò se è manibus proripuit impiorum, atque in ignem quem minabantur, ipse profiliit, ita vt pertererentur etiam ipsi crudelitatis autores, quod promptior inuenta est ad mortem scemina, quam persecutor ad poenā. Serapionem quoque; domi suæ repertum, crudelissimis affecere supplicijs, ita vt omnes ei iuncturas membrorum prius soluentes, de superioribus eum præcipitaret. Nullum nostris iter erat per viam, nullius plateæ transitus indulgebatur, neque die neque nocte procedendi usquā libera erat facultas. Vt enim quis nostrorum apparuisset in publico, statim clamor vulgi & seditio nascebatur, vt vel pedibus traheretur qui visus esset, vel igni succenderetur. Verum cum hæc mala per dies singulos auergerentur, subito inter ipsos persecutores rabies quædam belli ciuili exarsit: & dum inter se seditionibus prælijque; decertant, interim nobis paululum licuit respirare. Sed non in longum venia fuit. Continuo namque; crudelissima principum mittuntur edicta, quibus tanta aduersum nos ferebatur immanitas, vt secundum quod prædictum est à Domino, si fieri posset, scandalizarentur etiā electi. Ex quo perterritis penè omnibus, quidam ex ipsis nobilibus se sponte impijs actibus ingesserunt. Alij conuenti tantummodo, nonnulli à domesticis proditi, ad sacrificia execranda, & ad immundas hostias properabant. Aliqui ex his pallentes & trementes, vt magis immolari ipsi, quam immolare idolis viderentur, ita vt etiā ab inspectante vulgo irriderentur, eò quod & ad moriendum, & ad sacrificandum iuxta meticulosi viderentur. Alij autem impudenter ad aras profliciebant, vt & affirmare niterentur, se nunquam Christianos fuisse. Hi erant de quibus prædixerat Dominus: Quoniam pecunias habentes difficile saluabuntur. Cæteri verò aut illos sequebantur in preces, aut certe vertebantur in fugam. Ex quibus nonnulli comprehensi, & in carcerem missi, alij ad primam statim iudicij faciem negauerunt fidem, aliquanti paululum supplicij toleratis ad vltimum deciderunt. Hi verò qui beati affecti sunt, tanquam columnæ fortissimæ, Domini ipsius spiritui confirmati, pro fidei suæ merito virtute à Domino percepta, admiranda Deo & Angelis martyrij sui spectacula præbuerunt. Quorum primus venerabilis Iulianus podagra contractus, ita vt neque incedere, neque stare posset, cum his qui eum in sellula portabant offerretur. Quorum vnus quidem statim negauit. Alius verò nomine Eunus, cum Iuliano sene in Domini Iesu Christi confessione perdurat. Qui iubentur, camelis impositi, per omnem circumduci ciuitatem, & flagris hinc inde verberantibus, populo inspectante lauari, usquequo finem vitæ in ipsis verberibus ponerent.

Ex li. 6. hist. Eusebii. cap. 30. & 31.

Sed vir quidam militaris cum assisteret, & quosdam volentes etiam mortuis illudere cadaueribus prohiberet, clamor repente aduersum eum totius vulgi extollitur. Offertur iudici fortissimus miles iam Domini, & nusquam se inferior factus, in confessione perflitens, capite pietate damnatur. Alius quidam vir nominis sui Macarius, gente Lybicus, quod multis verbis a Iudice ad negandum suaderetur, & eo maiore constantia fide suam profiteretur, viuis ad vltimum iubetur exuri. Epimachus quoque atque Alexander cum multo tempore & in vinculis, & in cruciatibus carceris toti, etiam frequenter diuersis supplicijs cōfēcti, perdurassent in fide, ignibus ad postremum consummi iubentur. Sed & mulieres cum ipsis quatuor: In quibus Amonaria sancta virgo: aduersum quam iudex summa contentione vrebatur, & immensis eam atque exquisitis cruciatibus affligebat, eo maxime, quod eius sententiam vincere cupiebat, quia laudabili voce decreuerat, nihil se prorsus eorum, quae sibi cōtra fas imperabantur acturam, quaeque Stratuci sui tenax, ad vltimū capite punitur. Secūda verō fuit virgo, Mercuria nomine. Annus venerabilis, & fecundissima in filijs, sed quos non praetulit Christo, Dionysia, & alia Amonaria. Quae dum nimia vtuntur constantia apud iudicem, & ille vinci erubesceret a feminis, inauditis tormentorū generibus toleratis, finem omni ferro caedente suscipiunt. Heron quoque, & Artinus, & Ildorus Aegyptij, cum puerulo annorū quindēdecim Dioscoro, iudici offeruntur. Et primō omnium puerulū Dioscorū tanquam aetate facile flecti, ante verbis, post etiam verberibus agit. Quē cum in nullo sibi cedere videret, ferocius eū cruciare contendit. Tū deinde ceteros varijs tormentis dilanians, cum pari modo constantia fidei videret armatos, tradi ignibus iubet. Dioscorum verō puerū, quod sibi constanter & sapiēter in omnibus respōdisset, admiratus differri praecipit, sperans eum pro aetate poenitentiam gesturum. Quod non tā tyranni miseratione, quā Domini prouidentia ita gestum est. Nunc enim nobiscum est Dioscorus, a Deo nobis concessus ad consolationem, & firmamentum populi sui. Nemesius quoque, etiam ipse Aegyptius, primō per calumniam quasi latro delatus est. Quo crimine abluto, post haec quod Christianus esset defertur. In hoc verō nulla a iudice moderatio referuatur, sed geminatis supplicijs excruciatū eū latronibus iussit incendi, ignorans quod crudelitate sua optimo martyri Saluatoris similitudinē detulit, qui pro salute humani generis vna cum latronibus pertulit crucē. Turma autem quaedam militū in vnū cōuenerat, inter quos Ammon, & Zenon, & Prolemæus, & ingenuus & grandæus Theophilus. Qui tribunalibus astantes, cum quidam Christianus a Iudice torqueretur, & iam penē ad negandum declinaret, dirumpebantur intra semetipsos, & vultu, oculis, ac nutibus, velut erigere conabantur illi, qui in supplicijs positus trepidabat. Interdū etiam manus protendere, ac rotius reliqui corporis motibus ac habitu diuerse inclinati, tanquam subleuare lapsantis animos gestiebant. Cōuersi verō ad eos, omnes, & quid de semetipsis profiterentur, ex eorum motibus agnoscentes, prius penē quam in eos vulgus clamoribus insiliret, ipsi in medium prorumpunt, ac sese Christianos esse testantur. Tunc verō versa vice ex eorum confidentia persecutoribus terror, nostris constantia animi accrescit: dum hi qui pro tormenta vinci putabantur, sponte se cruciatibus offerunt, & ab his quod illi pro terroribus inferebant, velut pro quadam specie voluptatis expetitur. Deo ita triumphante per sanctos suos. Sed nec Scirionis opus memorabile, fas est silentio praeterire. Is namque cum rem cuiusdam potentis sub mercede procuraret, iubetur ab eo idolis immolare. Recusans, cogebatur iniurijs: perflitens, rursus blanditijs mulcebatur. Cū verō vtrūque contemneret, praecura fude validissimi trāsuerberatus per media viscera, neci traditur. Quid verō memorem, quantae multitudines in desertis & in montibus oberrantes, fame, siti, frigore, languore, latronibus bestiisque consumptae sint? qui omnes imitati electos Dei prophetas, gloria martyrij coronati sunt. Denique & venerandus senex Chæremon (Episcopus hic erat vrbs Aegypti, quae dicitur Nilopolis) cum ad Arabicum montem vnā cum grandæua coniuge discessisset, nulli vltra apparuit. Et cum ad perquirendum eum plurimi fratrum frequentissimē processissent, perscrutatis omnibus locis, nec ipsos vltra quiquam, neque corpora eorum potuit inuenire. Haec autem non frustra commemorauit frater charissimē, sed vt scias quanta apud nos a sanctis martyribus ad Dei gloriam gesta sint. Et post pauca addit etiam haec, dicens: Isti igitur diuini martyres qui cum Christo in caelestibus sedent, & regni eius participes sunt atque iudices, qui cum ipso delapsis fratribus iudicant, isti (inquam) ipsi susceperunt lapsos, & poenitentiam conuersionemque eorum non respuerunt, scientes quod Deus noster, cuius ipsi erant martyres, non vult omnino mortē morientis, sed conuersionem eius & poenitentiam quaerit. Si ergo isti receperunt quosdam, & in Ecclesia statuerunt, in oratione quoque eis & in cibo communicauerunt, quid nos facere vultis fratres? Quid nobis agendum putatis? Nonne sequi nos eorum sententias & iudiciū cōuenit, atque erga eos quos illi miserati sunt non existere crudeles & truces? Non puto quod expediat nobis sententias eorum in irritum renouare, miserationes infringere, benefacta turbare, & recte religioseque instituta violare.

Hæc

Quo hic Episcopus copus haberet cōiugem grandæuā non te moueat, quia erat sub Ecclesia Orti, cui non fuit impostū iugū continentie ab vxoribus quae ante sacerdotium fuerant ductae, sed in voluntate nō in necessitate vniuersi iugue postquam uellet ne abstinere ab eis vel non. Vide bist. Tri. ca. 14. Vel in promotio ne sua de consensu vxoris promiserat continentiam, alios qui non fuisse ordinatus Episcopus. Lege synodū Arelatensem, 4. c. 2. & Terisiam can. 11.

Hæc Dionysius de lapsis faciens sermonem. Quo tempore Nouatus Romanæ Ecclesiæ præbyter, elatione quadam tumidus, spem penitus eis salutis ademerat, etiam si dignè poenitissent. Ex quo & princeps hæresos exitit Nouatianorum, qui ab Ecclesia separati, superbo nomine semetipsos καθερῶς, id est, mundos appellarunt. Ob quam rem Concilium sacerdotale celeberrimum in vrbe Roma congregatum est, Episcoporum quidem sexaginta numero, præbyterorum quoque totidem, cum diaconis plurimis. Præterea etiam per singulas qualque provincias de hac re magna deliberatione habita, decretis significatur, quid factu opus esset. Statuitur ergo, Nouatum quidem cum his qui eum mentis elatione tumidum sequerentur, quique ad inhumanam istam, & nihil fraternæ charitatis seruantem sententiam declinarent, alienum esse ab Ecclesia: eos verō, qui lapsi in certamine fuerant, fraterna miseratione curandos, & fomentis poenitentiae medicandos.

VITA SANCTI CORNELII PAPAE

& martyris, per Damasum Papam scripta.

Habetur in pontificali eiusdem.

Cornelius natione Romanus ex patre Castino, sedit annos duos, menses duos, dies tres, Martyrio coronatur. Sub huius Episcopatu Nouatus Nouatianum extra Ecclesiam ordinauit, & in Aphrica Nicostratum, Hoc factu confessores, qui se separauerant à Cornelio, cum Maximo præbytero qui cum Moysē fuit, ad Ecclesiam sunt reuersi, & facti sunt confessores fideles. Post hoc Cornelius Episcopus Centumcellis pulsus est, & ibi scriptam epistolam de sua confirmatione, missam à Cypriano (quam Cyprianus in carcere subscripsit, & dedit Celerino lectori) suscepit. Hic temporibus suis rogatus à quadam matrona Lucina, corpora Apostolorum beatorum Petri & Pauli à Catacumbis seuauit noctu. Primum quidem corpus beati Pauli Lucina posuit in prædio suo, via Ostiensis ad latus, aliās iuxta locū, ubi decollatus est. Beati verō Petri corpus accepit beatus Cornelius Episcopus, & posuit iuxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum Episcoporum in templo Apollinis, in Vaticano palatij Neroniani in monte aureo, tertio Kalendas Iulij. Post Cornelius ambulauit Centumcellis. Eodem tempore audiuit Decius, quod epistolam accepisset à beato Cypriano Carthaginensi Episcopo, qui misit Centumcellas, & adduxit beatū Cornelium. Quem iussit sibi cū præfecto vrbs in Tellude noctu præsentari. Cui ita dixit: Sic desinisti, vt nec Deos consideres, nec præcepta principum ac maiorum, nec nostras minas timeas, vt contra Republicam literas accipias & dirigas? Cornelius Episcopus respondit dicens: Ego de corona Domini mei literas accipi non cōtra Republicā, sed magis spirituale consilium ad animas redimendas. Tunc Decius iracundia plenus, iussit os beati Cornelij cum plumbatis cædi, & præcepit eum duci ante templum Martis, vt adoraret. Quod si non fecerit, dicens, capite trūctetur. Post hoc, id est, tertio nonas Martij, antequam passus est, omnia bona Ecclesiæ tradidit Stephano Archidiacono. Hoc factum est. Qui cum adorare non uellet, decollatus est in loco supradicto. Cuius corpus nocte collegit beata Lucina cum clericis, & sepeliuit in Crypta, iuxta cæmeterium Calixti, in prædio suo, via Appia, decimo octauo Kalendas Octobris. Et cessauit Episcopatus dies triginta quinque.

1 Cum tot sanctos martyres sepelire rit hæc beata mulier, sequitur quod sepelire mortuos, pietatis opus est, & Deo placens.

ITEM DE EODEM, PER

Eusebium Episcopum Casariensem.

In vrbe Romæ Cornelio Episcopatum gerente, & apud Carthaginem Cypriano, ambo- bus fide, virtute, pietate præstantibus, quaestio exorta est in Aphricæ magis partibus, si oporteret hæreticos rebaptizari. Cumque id à Cypriano & cæteris penē omnibus per Aphricam sacerdotibus oportere fieri decerneretur, Cornelius & cæteri omnes per Italiam sacerdotes huiusmodi decretum, manente sacerdotali concordia & resutarunt, statuentes antiquis à patribus super hoc traditam regulam debere seruari: continebat: Post abiectionem prauū in confessionem recti dogmatis sola eos manus impositione purgandos.

Habetur Hist. ecclesi lib. 7. ca. 2
2 Ecce quomodo rite baptizatus, et tiam sit hæreticus, non debet iterum baptizari.
3 Vides patrum antiquorum traditiones seruandas esse.

VITA SANCTI CORNELII PAPAE

& martyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in eius martyro. sub 18. Calend. Octob.
1 Vnus ex Ordinibus in Dei Ecclesia est Lectorum.

Romæ via Appia in cæmeterio Calixti, natale sancti Cornelij Papæ. Qui sub persecutione Decij cum præbyteris & diaconis Centumcellis exilio deputatur. Ad quem confortandum multi Christianorum veniebant. Quo tempore beatus Cyprianus scripsit ei de Celerino lectore, quanta pro fide & confessione Christi sustinuerit.

ALOYSII LIPOMANI VERON.

Decius Cæsar audito, quod multi ei scriberent, & de beato Cypriano, iussit eum sibi exhiberi. Exhibitus Decio interroganti, cur à Cypriano contra Rempublicam literas accepisset, respondit: Ego de corona Domini literas accepi, non contra Rempublicam. Iratus Decius iussit ut os eius cum plumbatis caderetur, deinde ad templum Martis, ut sacrificaret duceretur. Quod si contempnisset, illic capite puniretur, Cumque duceretur, vnus ex milicibus nominâ Cerealis, rogare cepit beatum Papam, ut visitaret vxorem eius, quæ annis quinque paralytica iacebat. Ingressus ante domum eius tenuit manum Salutis, & erexit eam, dicens: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & sta super pedes tuos. Quæ protinus erexit se clamâs, & dicens: Verè Christus es Dei filius. Et dixit beato Cornelio: Baptiza me per Christum te coniuato, Et currens impleuit vas aqua, & attulit ei. Tunc miserunt se omnes milites ad pedes eius, orantes se baptizari. Quos ut baptizauit, obtulit pro eis sacrificium laudis: & participati sunt omnes corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, Audiens hæc Decius, mitentis tenuit omnes eos, & iussit ut cum beato Cornelio ducerentur ad sacrificandum, & si nollent parère, capite plecterentur. Ducti autem extra muros portæ Appiæ, expuentes in templum decollati sunt vnâ cû beatissimo Papa, numero vigintiunus. Sed & Cerealis cû vxore sua, Salustia xviii. Kalendas Octobris. Eadem verò nocte venit beata Lucina cum 3 clericis & sapientia sua, & rapuit martyrum corpora, & sepeliuit ea in agro suo, in cripta, in cœmeterio Calixti. Huius beate Lucinæ rogatu idem beatus Cornelius corpora Apostolorum de Caracumba leuauit noctu, & posuit, Pauli quidem via Hostiensis, vbi decollatus est; Petri autè iuxta locum vbi crucifixus est, inter corpora sanctorum Episcoporum in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano Palatii Neroniani. iij. Kalendas Iulias.

VITA D. CYPRIANI EPISCOPI

& Martyris, per Diuum Gregorium Nazianzenum scripta.

Est oratio 19. in operum eius volumine.



PARVM defuit, quin Cyprianus nos effugisset (ô iacturam grauem) idq; vos tolerare oportuisset, quibus tamen vir hic præ cunctis alijs admodum mirabilis exiit, quem & annuis festiuitatibus & laudibus honoratis. Cyprianum, inquam, eius etiam ab obliuiois in alijs meminisse necessarium foret: si saltem optimorum præcipue memoria est habenda, & quorum recordatio sancta patretur ait & vtilis. Verùm cum vsura debitum reddemus, dummodo adeo, abundantes videamur, & non penitus indigetes simus, & pauperes: tamen valde pauperes existamus. Sed scio, quod nobis ob procrastinationem & inopiam parceris. Cumq; vir ille in omnibus magnanimis fuerit, & philosophus, vel solum ideo gratias agemus, quod haudquaquam nos fugerit: gratias autem agemus, quoniam id dignum est.

Exordium autem, tanquam ad bonum vestrum reuertatur, ac pulchras Dei mensuras, qui omnia pondere & mensura definit, & dirigit, ex quiete ad sermonem, ex martyris amore ad Martyres, ex remissione corporali ad conuiuium spiritale. Proinde desiderauimus vos ô filij, à vobisq; desiderabamur, id enim credo. Videte patris beneuolentiam, quod mihi accidit dico, quod verò vobis testor, tantisper que inter nos seiuicti fuimus, donec absentia desiderium cognosceremus, & illius sumeremus experimentum. Quem admodum pictores ad tabulas iterum sumus regressi. Quàm magnum memoriæ incentiuum est consuetudo, etiam per breuis, iis qui moribus præditi sunt gratiosis, ac Dei clementiam imitantur. Et cur cum Christi simus discipuli, qui se propter nos ad serui vsque formam exinanimus, ac cum peregrini rerum essemus cælestium, ad seipsum congregauit, inuicem amplecti haud deberemus & fouere? Spiritusque vnitatem in vitæ custodire vinculo? quæ legis, ac prophetarū caput exiit. Proinde vnicum beneficentiæ ac primum hoc est, vt ocyssimè in mutuos ruamus amplexus: nequaquam enim dilationem fert zelus: ne ijs qui desiderio laborant, tota vita dies est vnicus. Secundum autem, quod, & maximum est, ne post festum demum curramus, aut martyrum priuemus celebritate, nec non delictijs, & refrigerijs, quæ inde nobis proueniunt. Ego autem inter alia planè me segiorem esse fateor, & omne desiderium deposui, postquam me addixi Christo. Nec quicquam eorum me accollit, quæ alijs iucunda sunt, & appetuntur. Non diuitiæ deorsum trahentes, & rotantes, non voluptates ventris, ac fatietas iniuriæ parens: non vestitus mollis circumfluens, non gemmarum gratia splendens, non auditus præstigijs, non olfactus effœminans, non populi, & theatri plausus infansens, quos iam pridem appetentibus reliquimus: non quæcunque, gustus nostri primi, ob quem perimus, sunt factus: sed & magnam eorum ignauiam esse scio, qui his se vincere, ac animæ generosi-

Gregorius vir sapientissimus martyrum oblectatur bonoribus: at heretici nostri eorum gaudent ignominijs. Vide disparitatem fidelis et infidelis hominis.

generositate vilibus his corrumpi sinunt, rebusq; fugitiuis non secus ac stabilibus adhibent mentem. At ego in re hac admodum insatiabili sum, illamque amplector, & affectu hunc meum magnifico, vt martirem oblecter honoribus, ac certantium exultem sanguine. Aliorum sunt certamina, & victoriæ, mihi autem curæ sunt coronæ: Adeo gloriâ illam præripio, adeoq; recta facta mihi domestica facio. Proinde omnibus martyribus 2 festiuitates sunt peragendæ, omnibusq; promptè, & lingua, & auditus, & intellectus aperiendus, tã illis qui aliquid de istis dicunt, quàm qui audiunt, omniaq; minora, quàm illorū putanda sunt certamina. Ita enim res se habet, quod cum multa sint, quæ nos ad meliora producant, ac multa, quæ ad virtutè erudiunt, verbū, lex, prophetæ, Apostoli, Christi passiones ipsæ, martyris primi qui in crucè ascendit, ac me tecū deduxit, vt peccatum meum illic affigeret, de serpente triumpharet, lignum sanctificaret, voluptatè superaret, Adam rursum saluaret, imaginè ruinam minantè reuocaret: inter tanta tamen & talia nō minus nos martyres instruant, cum holocausta sint rationalia sacrificia perfectæ, oblationes acceptæ, veritatis præconia, mendacijs infamatio, legis ipsilateralè intellectus adimpletio, erroris dissolutio, malitiæ perfectio, peccati submersio, mundi expurgatio. Tuū autem Cypriane nomen, & opera plus mihi, quàm martyrum aliorū sunt venerabilia. Siquidem nulla inuidia erga martyres intligat, mirabiliterq; à virtute tua superior, ac memoria releuor, & tanquam numine afflatus, voluptate corripior, ac modo quodam martyrij particeps fio, certaminèq; communico, & totus ad te transmigro. Fortè propter sermonū domesticitatem, quibus tantum alios superas, quantum ea, quæ naturæ sunt rationalis bruta. Cooperatur autem haud scio quonam modo, amor inter conuenientes, non minus in rebus alijs, quàm inter sanguine iunctos, fortè etiam propter mutationem ingentem & admirandam, quæ sermone etiâ & exemplo melior exiit. Quoniam sol diu nubibus obrectus lætius splendet. Sed & ver post hyemis tristitiâ est acceptius, iucundior, & tràquillitas blâda, ac mare quietum post seditiones ventorum, & perturbationem aquarum, litoribus allidens. Hic Cyprianus, ô virt, quo vos, qui nostis, iucundiores reddamini ob memoriâ, qui verò ignoratis id quod pulcherimum est, ex nostris discatis narrationibus, nec non communem gloriâ Christianorum: Hic, inquam, ingens olim Carthaginis nomen, nunc autem orbis vniuersi, diuitijs clarus, potentia conspicuus, genere cognitus (magnum enim nobilitatis indicium, quod in Senatu clarissimus erat, & præcipuus) flos iuuentutis, naturæ statua, eloquentiæ princeps, tam illius quæ ac philosophiam, quàm quæ ad aliâ spectat doctrinam, idq; in quamcunque volueris partem, ita vt non minus in vnoquoq; varietas quàm subtilitas admirationi existeret: seu potius in singulis doctrinæ vniuersæ excellentia summa: vel vt manifestius distinguâ, alios quidem varietate, nonnullos verò sublimitate, quosdam etiam vtroq; omnes autem omnibus superabat. Sermonum equidem sermones sunt testes, quos multos ille & præclaros nobis suppeditauit, postquâ Dei clementia, qui oia facit, & in melius disponit studia, ad meliora transtulit, rationeque rationis defectum effugit. Ad ea verò quæ sequuntur, haud scio quo pacto sermone vti, aut qualis fieri debeam. Quomodo enim non longum extendere sermonem, illumq; penitus intempestiuum, si omnia Cypriani gesta recensere vellem? Quomodo autem nō magnopere presentes offenderè, si de his reticere? Vt igitur per viâ mediâ inter tepus, & audientium desiderium incedâ, ita mihi faciendū esse videtur, vt alia quidem scientibus relinquâ, quò ignorantes doceant, si salte sunt quidâ, vt vtrinque pariter, tam ij qui gesta illius docent, q̄ qui discunt, emolumentum quid capiant. Quandoquidè viri illius solū 3 meminisse, sanctificatio est, maximūq; ad virtutis exhortationè incitamentū est sermo. Breuiter igitur vnus aut alterius ex gestis eius mentione faciemus, præcipue illarū, quæ nec data opera possibile esset vt omitterentur. Prioris itaque vitæ eius meminero, & quæ salutis ei via, ac quæ vocatio mutatio præterea fuerit ad melius. Cæterū admodum ingenerosum foret, & pusillanimitū, si censeretur, quod pugil ob memoriâ iniuria afficeretur rudiorem, Nā hoc pacto nec Paulus ille magnus nobis esset laudandus, & Matthæus publicanus inter pessimos habendus esset: quem admodum & Cyprianus ipse. Hic enim priorū persecutionū suarū meminit, zeliq; immutationis, quo ex prioris vitæ cōparatione, magis benefactorem glorificaret. Ille autè in discipulorum numero publicani sibi nomen imposuit, tanquam aliquid, quod inter honoranda esset in signe. Cyprianus verò longo sermone sui ipsius malitiâ infamia notauit, quò & Deo confessione sacrificaret, ac multis qui se à prauitate cōuertunt, via ad sp̄e fieret meliorè. Quæ igitur prauitas? Et cōsiderate, qualis ac quàm magna. Dæmonum cultor erat, qui postea discipulus Christi: nec non persecutor amarulentissimus, qui magnus veritatis pugil euasit: sed & verbo & opere nostram perturbabat viam: quoniam ambobus excelebat, qui & ambobus postea 4 optimus fuit Christianus. Quantum verò malum fuit magia his omnibus conuincta? quæ inter reliqua eius operâ, notissima erat: nec non corporis insatiabilitas, quæ & eos qui inter alios sapientes sunt insanos reddere potest, ac deterius sapere cogit, non secus

Omnia martyribus peragende sunt festiuitates. At nostri sculi pseudo sapientes, vellent eas omnino tollere.

Nota maximum verbum, solū meminisse Cyprianū sanctificationem esse. Quid hic dicē hereticè?

Verbo & opere fuit optimus Christianus, quia verbo esse tantum, vt docet nostri notiores, non sufficit.

ac pullus indomitus rationem eripiens. Cæterum sermo nobis ad caput ipsum venit, verum non ideo quippiam ad priora Cypriani respiciens voluptatibus capiatur, sed posterioribus potius continens esse dicat. Virgo quædam erat nobilis & decora, ob corporis elegantiam, amore, propter motum verò præstantiam æmulatione digna. Nam & forma erat conspicua, animi autem virtute longè præstantior. Huius pulchritudo fama diuulgata iuuenem consensim amore lauciat. Audite virginis, & vnâ exultate: imò quæ sub matrimonij iugo estis castæ, ac castitatis amatrices. Siquidè narratio hæc vtrique ornameto erit. Virgo igitur illa ad eam formam eripio-speciosa, vt diuini David carmen illi congrueret, dum ait: Omnis gloria filia regis ab intra. Erat enim sponsa Christi electa. Pulchritudo singularis, & statua animata, alysum oblationis, templum inaccessum, hortus conclusus, fons signatus: at aliquid illi à Salomone quoque accinatur. Solo enim Christo erat referuata. Huius amore magnus captus est Cyprianus, vnde, & quomodo, ignoro: nam illa penitus turam se & decore obseruabat. Tangunt enim oculorum faces intangibilia etiam. Instrumentum enim sunt expeditissimè, & nulla fatietate implendum. Ac non solum captus est, sed & sollicitatus, quòd illam prædari sperabat, seu potius imprudentie. Proinde, is qui tale quid audebat, & audendum persuadebat, ille idem erat, qui sub initium contra primam creaturam in paradysum profertur, & medius inter Angelos stetit Iob exquirens, tandemque propter eandem audaciam à Domino destructus est, & interfectus, quòd eum tentare auderet, qui tentationi nequaquam subiacet. Siquidem Dei apparentia, secundus illi Adam visa est. Ac ideo illum est adortus. Ignorabat enim, cum hominem aggredere, quòd incidere in Deum. Quid mirum igitur, si per Cyprianum, etiam animam sanctam, & corpus non tangendum tentaret? Ille igitur tentabat, sed nullo vtebatur interuentione. Non muliercula aliqua iam pridem ad negotium tale apta, sed dæmone quodam & corporis & voluptatum amatore. Quoniam virtutes defestrices, & inuidia, admodum celeres ad ministerium sunt tale, ac multos ruinæ suæ socios quæruunt. Erat autem conciliatoris merces sacrificia, libationes, & per sanguinem, ac nidorem placatio. Talis enim merces debetur ijs qui talia largiuntur. At illa postquam malum sensit, ac infidias cognouit. Puræ enim animæ, ac Deo forma similes, celeriores sunt ad tentationem euitandam, quàm dæmon ad persequendum, licet valde sit versutus, conatusque versipellis. Quid igitur facit? & quid contra prauitatis molitur opificem? Oibus alijs omisit, ad Deum confugit, ac sponsum suum contra cupidinè execrandam protectorem facit: qui & Susanna liberauit, & Teclam saluauit: hanc quidè à senibus amarulentis, illam autem à proco Tyranno, & patre magis etià tyranno. Et quisin ille erat? Christus, qui & spiritus increpat, & eos qui in submersionis periculo erant, subleuat, & pedes per mare ambulat, & dæmonum legiones in profundum præcipitat, & liberat iustum ex lacu, leonibus pro cibo expositum, & manu extensione feras superantem liberat, & prophetam profugum à cæco deoratum, qui in viscibus etiam fidem seruabat, saluat etiam in flammâ pueros Assyrios, cum rogum Angelus refrigeraret, ac tribus se quartum adiungeret. Hæc & plura alia cum commemorasset, virginè Mariam rogauit, vt perlicitam virgini 7 opè ferret, ieiunijque & humi cubationis pharmacum obiecit, ac interim pulchritudinem tanquam insidiatricè tabefecit, quòd subtractione materiæ passionum flammam consumeret, simulque Deum humilitate placauit. Siquidè ex cunctis rebus nulla magis, quam aduersitate colitur, ac lachrymis clementiam retribuit. Cæterum noui, quòd reliqua narrationis desideratis, pro virgine enim anxij estis, nec minus pro amatore, ne desiderium amorum in malum definat. Sed confidite. Cupido enim fidei hospes efficitur, ac virginem sibijpsi desponsat amator. A Christo desponsatur, & cupidinum flamma est extincta, veritatis autem accensa. Qualiter, & quonam modo? Atqui narratio mihi dehinc suauiissima erit. Vincit virgo, vincitur dæmon: tentator ad amatorem accedit, victum sepe dicitur, contempus indignatur, ac contemporem vlciscitur. Vicio autem quænam fuit? In cultore ipsum immigrat, quòd malum malo perleretur, & rabie rabie medicamentum fieret. A virgine enim repellitur, non secus ac machina à muro firmo & generoso, ob verba, & orationes profugus, ac cum eo, qui illum miserat, iustam iniicit. Proh miraculi, rursus ad mittentem reuertitur, & tanquam Saul alterum suffocare nititur. Quid igitur amator insipiens, & obsessus moderatur? mali solutioem quærit: inuenit. Omnis enim qui angitur, ingeniosus existit. Et quænam fuit solutio? Ad virginem Deum confugit, quem admodum Saul ad cytharam, & pulsatione David, ad pastorem illius accedit: purgatur quæadmodum, à cupiditate propter plagam, ita & à spiritu maligno propter fidem in Christum, transfertur quæ desiderium. Diu tamen ei creditum non est, sed repulsam tulit. Res enim incredibilis videbatur, & admiranda. Cyprianum aliquando Christianis annumerari, etiam si oes homines Christi sequerentur fidem. Immutatur igitur: Argumentum verò conuersionis manifestum, quod publicè libros proposuit magicos, ac de malo thesauro, necnon infirmitate sua triumphum agit, prædicat stultitiam, splendidam ex illis concitat flammam, igni longam

5 Vide quasit
pre conijis riffer
ban: virgine. Est
ergo virginitas
res Deo gratissim
ma.

6 Ecce heretico
quò sancta virgo
recurrat ad Deum,
et facit sponsum
suum. Vm te sum
Christum pro, et
rem suis. Et cū hoc
recurrat ad San
ctum, sima eius gen
tricem Mariam, ro
gans vt iubi per
ciliari opè ferret.
Nec ob id iniuriã
fecit Christo, aut
minus de eo cõfisa
est, nec blasphemã
uit, ne: idololatram
uit, vt tu miser
garris. Vis videre
quod vtrunque
gratiã fuerit Deo?
Ecce securus in
stus effecit. Ipsa
virgo liberata est,
et præter id Ec
clesiæ columen
Cyprianum fecit.
7 Quid hic dicit
Gregorius? Virgo
Sact, inuocari opè
ferre postuit eos
implorantibus. Et
iunium & humi
cubatio proliue
ad obtinendu aliã
aliquid à Deo?
Qua igitur fronte
possum hæc ab hæc
relicis denegari?

deceptionem consumendam exponit, quæ vnica carnis flammæ nullam opem ferre poterat. A dæmonibus deficit, Deo redditur domesticus. O gratia quanta est? Deum malo amore & spiritu inuenit, Ouis sacra sit caula sacra: & vt ego a quodam audiui, minister etiã multis rogatus vt in humilitate ob arrogantiam philosopharetur priorem. Inde pastor factus est, & fere ex pastoribus optimus & probatissimus. Non enim Carthaginensium Ecclesiæ præfedit soli, seu Aphricæ, quæ ex illo, & per illum celebris in præsentem vsque diem est facta: sed & Hesperia vnuerfa, imò Orienti ferè ipsi ad finem vsque meridiei & Septentrionis, quocunque ille admiratione sua peruenit. Sic Cyprianus factus est pastor. Hæc signorū & potententorum Deus peregit. Hæc ille fecit, qui Ioseph per fratrum infidias in Ægyptum perduxit, ac illum per mulierem probauit, & frumenti distributione glorificauit, ac in somnijs instruxit, quòd illi in terra aliena fides adhiberetur, & à Pharaone honoraretur, paterque multorum fieret millium. Propter quos Ægyptus affligitur, mare scinditur, pane pluitur, sol sistitur, promissionis terra sorte diuiditur. Nouit enim sapientia diuina à longè etiam magnarum rerum iacere fundamenta, contrariaque contrarijs dispensare, quòd plus miranda exultat. Proinde ex Cypriani rebus pulcherrimis ad perfectæ laudis mensuram hæc sufficerent. Nunc autem omittat tot sunt & talia, vt si nihil ex prædictis ad laudem superesset, reliquis tamen omnes vincere posset. Nam vt media omittam, veluti pecuniarum contemptum, superbiam dissolutionem, corporis castigationem, & puritatem pristinis moribus contrariam, vestitus moderationem, sublimitatem in colloquijs, pariter & humanitatem, ita vt ex equo tenuitas abesset & contumacia, humi cubationes, vigilias: Nam licet tardius hæc didicisset, longè tamè præuenientes superauit. In sermonibus disceptatione, quibus virtutes omnes docuit, & dogmatum ignorantiam purgauit, ac hominū vitas ornauit, & principalis ac regie Trinitatis Deitatem truncatam, à quibusdam verò coarctatam, in pristinam dignitatem reduxit, in pietatis terminis, vnitatis, & connumerationis permanens. Hæc igitur propter multitudinem contraham, ac per vitæ illius dissolutionem orationem etiam dissoluam. Insaniebat contra nos Decius, ac omnes penarum formas excogitabat. Quædam igitur ex grauibus præsentia erant, alia verò in futurum expectabantur. Equè autem decertabat, vt & Christianos tolleret, & priores persecutores saeuitia superaret: seu potius, vt Christianos oes, aut Cyprianum solum tolleret, & coram tribunali sifteret. Quantum enim pietate & gloria virum præcellere nouerat, tantum etiam sibi victoriam splendidiorem & clariorem fore putabat si illum superasset. Solum enim hunc ex Christianis superesse, quem si vicisset, eadem opera eos philosophia ipsa, ac sermonibus, necnon lingua priuare posse. Inde ipsos qui illis essent muniti, mutos & ratione cassos seducere pulcherrimum stratagemata fore censebat: Nequaquam rectè se pie ita cogitans, seu potius contra rationem omnem, necnon consilia sua & conatus proprios. Quod quidem & res ipsa ostendit. Postquam enim Cyprianus aggressionem omnem ac tentationem viriliter ac generosè repulisset, non secus ac petra marina incurfiones aquarum, tandem in exilium à Decio est pulsus. Verum nequaquam illi curæ erat generositas sua, nec ideo oblectabatur quòd esset saluatus, neque corporis securitatem ignominia, aut animæ periculum quieti præferebat: sed potissima eius cura erat, ne despiceret illos qui eo tempore periclitabantur, cum non esset, qui eos ad certamina instrueret, & hortaretur. Siquidem non paruas sermo vires habet ad confirmandum animos eorum, qui iam virtutis stadio vestes ponunt. Ac ideo corpore quidem aberat, spiritu verò aderat, certantesque certando adiuuabat. Verum cum lingua opem ferre nequiret, scriptis tamen succurrebat. Et quomodo? Alipres factus est, licet exul esset, ad hortationesque conscripsit, & quæ pietati conuenirent, literis mandauit: ac ita solus ipse plures ferè per epistolas martyres fecit, quàm omnes alij, qui laborantibus assiscebant. Persuadebat enim non patriam, non genus, non opes, non potestiam, non aliud quid terrenum veritati præferendum esse, nec non virtutis præmijs quæ recondita essent ijs qui pro bono decertarent, illamque negociationem optimam esse, vt pauco sanguine regnum emeretur colorum, ac gloria sempiterna pro rebus acciperetur temporarijs: vnica enim patriam sublimibus esse, Hierusalem nempe, quæ mente percipitur, & non eas que paruis terminis circumscribuntur, ac multos incolas permutant. Vnicū præterea generis esse splendorem, vt imago conseruaretur, & primo exemplari assimilaretur, quantum illac pertingere conceditur ijs qui carne sunt ligati, & qui paruum boni diffluxum suscipere possunt: Sed & vnica esse potentiam contra malignam fortitudinem, & animæ in certaminibus pfo pierate vim inexpuugnabile & inuictam, quando malitia aduersus virtutem decertat, mundusque contra mundum, solubilis nepe cõtra permanere, & amarus agonothetes contra pugiles generosos, necnon Belial contra Christum instruitur. Propter hæc itaq; gladiū cõtendendum esse persuadebat, ignemque frigidum esse cõfendū, ac feras truculentissimas cicures esse putandū, famem verò supernas existimandas esse delicias, lachrymas autè domesticorum,

8 Vigilie et humi
cubationes.

necnon luctus, & vlulationes negligendas esse tanquam maligni illecebras, ac diuini itineris impedimenta. Hæc enim virilium generosorum, & prudentium intellectu animarum esse propria. Sed & exemplum propè erat, ille idem qui hæc dicebat ac scribebat, omniaque cõtemnebat, vt solum Christum lucrari posset. Cyprianus igitur cum ita sentiret, talibusq; cogitationibus armatus esset, pugiles quamplurimos ad certamina instruebat. At quam mercedem inde reulit? Largissimam & gloriosissimã. Martyr post omnes quos præmiserat, est factus, caputque illi ense est detruncatum, sic ad Christum deducitur, sic ad Christum transfertur: qui aut impietate abundauerat, longè tamen pietate iam maior, Cyprianus magnus persecutor, & coronæ susceptor, non minus mutatione, quam virtute admirabilis. Siquidem non tam magnum est typi seruare boni, quam pietatem induere nouam. Hoc enim consuetudinis est, illud verò consilij sani: & huius quidem exempla sunt multa, illius verò pauca. Proinde in enarrandis illius miraculis parumper adhuc sermoni indulgebimus, quò tanto gratificemur pugili: Tales igitur viri fuerit actiones, talisque certaminis modus. Postquam verò vitam finiuit, si ita loqui fas est, non potius rem illam, ad Deum profectionem, aut desiderij impletionem, seu vinculorum dissolutionem nominare oportet: miraculis etiam hic claruit, priori vita admodum dignis. Erat nomen Cypriani apud omnes celebre, & non solum apud Christianos, sed illos etiam, qui aduersæ partis erant, Probitas enim apud cunctos pariter venerabilis existit. Corpus verò latebat, eratque thesaurus ille apud mulierculam quandam pietate feruidam, idque tempore longo, siue quia Deus deuotam illam honorare voluerit, ac ideo illi martyrem concesserit: siue quia desiderium nostrum exercere destinauerit, num agrè latari essemus, si martyrum priuaremur reliquiis? Cum verò martyr Deus nequaquam ferret, vt omnium bonorum vnus solum priuatum esset, neque commune in illius gratiam damno alficere vellet, per reuelationem corpus publicauit, idque feminae cuidam tali honore dignè manifestauit, quò & mulieres sanctificarentur: ac quemadmodum Christum antea pepererunt, discipuli que ex mortuis resurrectionem annunciant: ita nunc quoque vna Cyprianum offerunt, altera verò ob communem vtilitatem exhibuit. Hoc ex illius bonis vltimum fuit? Ita igitur ille in medium processit admodum dignus ne vltra lateret. Quomodo autem corpus turto substractum sit, nequaquam explicare refert, quoniam sermo noster longè corporis honoribus melior est & sublimior. Et hæc apud vos dicta sufficiat. Haud enim scio, num plura restet dicenda. Nam si longum etiam sermonem extenderemus, nequaquam tamen dignè illius virtutes enumerare possemus, neque ea quæ vniuersis de viro illo præferunt. Hæc igitur breuiter percurramus, vt debitum illius honorem vel parumper deliberemus: reliqua verò à nobis ipsis adiiciantur, quòd & vos aliquando martyri offeratis, veluti daemones purgationem, membrorum dissolutionem, futurorum cognitionem: omnia potest Cyprianus, 10 & pulis curi fidei, quemadmodum norunt ij qui sunt experti, ac miraculum ad vos vsque transmiserunt, temporisque tradiderunt futuro. Quin potius maiora his offeratis, & qualia eos decent, qui illum ritè veneratur, corporis nempe exinanitionem, animæ eleuationem, prauitatis declinationem, virtutis incrementum: virgines carnis contèptum, mulieres ornatum virtutis magis quam corporis: Iuuenes contra animi passionem virilitatem, senes consilia sana, magistratus legum æquitatem. Qui in exercitu sunt mansuetudinem, eloquentes quod rationi cõuenit. Quin & ex nostris quid dicã, sacerdotes religionis, cultam, qui ex populo sunt obedienciam, qui in luctu consolationem, qui prosperè agunt timorem, diuites distributionem, pauperes gratiarum actionem. Omnes contra malignum & amarulentum persecutorem aciem instruant, ne apparens feriat, ne delitescens sagittet, ne sicut tenebræ impugnet, ne sicut Angelus lucis illudat, & ad perditionis sufforetur baratrum. Graue & oculis capi, ac lingua vulnerari, necnon auditu inescari, iraque seruidum succendi, ac gustu seduci, & tactu emolliiri, armisque salutis pro mortis vt armis. Opus est vt fidei muniamur scuto, & maligni insidias resistamus, vt cum Christo vincamus, & vnã cum martyribus deceremus, quo magnam illã vocem audiamus: Venite benedicti patris mei, heredes estote regni vobis parati, vbi lætanti cunctorum est habitatio, necnon eorum qui choream saltant indefinentem, vbi sonus est festiuitatis peragentium, voxq; exultationis, ac Deitatis illustratio perfectior & purior, quam ea qua nunc in enigmaris & vmbriis fruimur. His si Cyprianus veneratus fuerit, magis gaudebit quam omnibus rebus aliis. Hæc in vita adhuc presens docebat: ac nũc absens omnibus nostrã annuntiat voce. Quam nequaquã despicietis, si saltem tolerantia illius, necnõ pro veritate certamina, ac legatio hæc mea vobis curè fuerint. Proinde hæc tibi diuinum tu & sanctum caput, à me sine primitiã, hic tibi sermonem & certaminis honor, non oleaster Olympicus, non laurus ludicrum Delphicum, non pinus Isthmica, non aprum Nemum, quibus ephæbi remunerabantur infelices: sed sermo qui admodum peculiaris est cultoribus sermonis: Quod

9. vide quid dicat de corpore B. Cypriani, & quomodo per reuelationem Deus illud publicè eauerit, ne Ecclesie illius reliquijs priuaretur: quod facti cõtra inbonitates sanctorum ossa et reliquias.

10. O mirabile sanctissimi patris, & doctissimi viri dictum, cuncta aduersantium hæreticorum molimina destruxit. Oia potest Cyprianus? et puluis cõfide. Cõfundere qui negas sanctos aliquid posse, & eorum ossa cineres emori tuos ignominiose vocare non erubescis.

11. Heus tu qui negas, antiquos patres sanctos inuocasse, quid facit hic Gregorius? Et tu qui dicis esse dolorem patriã omisso Christo, ad sanctos res currere, et auxillium ab eis querere, nõne hoc totum facit hic sanctissimus Theologus?

Quòd si certaminibus & sermonibus tuis est dignus, hoc mihi sermonis erit præmium. Tu verò nos ab alto propitius respice, nostrumque sermonem ac vitam dirige, & sanctum ouile hoc pascet, aut vnã reges, ac reliqua, quantum possibile est, ad meliora dispone, molestosque lupos syllabarum, & verborum, venatores illos adige, ac sanctæ Trinitatis, cui nunc astas, splendorem nobis perfectiorem & clariorem gratificare: quam adoramus, quam glorificamus, de cuius non republica fumus: adorantes patrem in filio, filium verò in spiritu sancto, cui & paulò post assissemus sinceriores & illæsi in ipso Christo Dño nostro: Cui omnis gloria, honor, & Imperium in secula.

A M E N.

ITEM DE EODEM, EX DIVO

Augustino Episcopo.



ERMONEM à nobis debitum auribus & cordibus vestris exigit tam grata & religiosa solennitas, 12 qua passionem beati martyris celebramus: Tristis proculdubio tunc Ecclesia fuit, non dampnò cadentis, sed desiderio recedentis, semper cupiens videre præsentem tam bonum rectorem atque doctorem. Sed quos afflixerat sollicitudo certaminis, consolata est corona victoris. Et nunc non solum sine vlla tristitia, verum etiam cum ingenti læticia cuncta quæ tunc gesta sunt, legendo recolimus, de quæ illo gaudere nobis concessum est, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, sed expectamus hilariter redeuntem. Placet itaque vniuersam illam fidelissimam, & fortilissimam, & gloriosissimam martyris passionem cum exultatione recordari præteritam, quam tunc fratres cum solitudine sustinuerunt futuram.

Primo igitur, quòd pro fide confessionis Christi in exilium Curubini missus est, non sancto, Cypriano aliquid nocitum, sed multum illi præstitum ciuitati. Quo enim ipse mitteretur, vbi ille non esset, propter cuius testimonium mitteretur? Christus ergo, qui ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi in omni loco membrum suum excipiebat, quocumque furor inimici pellebat. O stulta infidelitas persecutis, si quæris exilium, quo Christianus iubeatur ire, prius si potes inueni, vnde Christus cogatur exire. De patria sua in alienam te arbitraris excludere hominem Dei, in Christo nusquam exulem, in carne vbique peregrinum. Sed iam considerare & commemorare delectat post illud quod Cyprianus non senserat, sed inimicus putabat exilium, quid ex hoc ordine passionis ipsius consecutum sit. Cum enim Cyprianus sanctus martyr, electus à Deo de ciuitate Curubitana, in quam exilio præcepto Aspasi Paterni proconsulis missus fuerat, regressus esset, in hortis suis manebat. Et inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut ostensum erat illi. Quid iam fremere persecutoris impetus aduersus cor semper paratum, accedente etiam Domini reuelatione firmatum? Quando enim desereret patientem, quem non est passus præoccupari nescientem? Iam ergo, quòd ad eum passioni exhibendum duo missi sunt, qui eum etiam secum in curritulum lenauerunt, in medioque posuerunt, & hoc diuinæ admonitionis fuit, vt gaudens recoleret ad eius se corpus pertinere, qui inter iniquos deputatus est. Cyprianus autem inter duos latrones ligno suspensus, ad exemplum patientiæ præbebatur. Cyprianus autem inter duos apparitores, ad passionem currum portatus Christi vestigia sequebatur. Quid illud, quòd quum in alium diem dilatus apud custodes esset, atque illuc se multitudo fratrum ac sororum congregans, pro foribus pernoctaret, custodi puellas præcepit, quanta intentione considerandum? quanta laude prædicandum? quanto præconiõ commendandum est? Vicina corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis, & cura tuendi Domini gregis vsque ad extremum vitæ huius diem mente sobria tenebatur. Nec excutiebat ab animo diligentiam fidelissimam dispensatoris manus tam proxima cruenti carnificis. Ita se martyre cogitabat futurum, vt esse non obliuisceretur Episcopum: magis curans quam rationem pastorum principi de comissis sibi ouibus redderet, quam quid infideli proconsuli de fide profectorum principi de comissis sibi ouibus redderet, quam quid infideli proconsuli de fide profectorum principi de comissis sibi ouibus redderet, quam quid infideli proconsuli de fide profectorum principi de comissis sibi ouibus redderet.

Præterea si Cyprianus rogatur, vt ab alto respiciat, grege Domini pascet, & ad meliora disponat, nonne conuincis, sanctos posse post mortem operam suam implorari, & cognoscere que circa nos sunt? Est sermo eiusdem in ordine xij inter eos qui nuper imprestati sunt ex Garrulitate multos Parisiensis, 12 Grata & religiosa solennitas, quæ passioni beati martyris celebramus.

Præterea si Cyprianus rogatur, vt ab alto respiciat, grege Domini pascet, & ad meliora disponat, nonne conuincis, sanctos posse post mortem operam suam implorari, & cognoscere que circa nos sunt? Est sermo eiusdem in ordine xij inter eos qui nuper imprestati sunt ex Garrulitate multos Parisiensis, 12 Grata & religiosa solennitas, quæ passioni beati martyris celebramus.

misericordissimus, & martyr fidelissimus confulebat, non sicut eum lingua subdola diaboli per os possessi à se impij iudicis monere videbatur, dicens. Confule tibi: quum enim eius immobilem mentem videret, quando ei dixit: Iusserunt te Principes ceremoniari: Responditq; ille: non facio: adiecit, & ait: Confule tibi. Ipsa est lingua subdola diaboli: etsi non huius qui nesciebat quid loqueretur, illius tamen qui per eum loquebatur. Loquebatur enim Proconsul non tam secundum principes homines, quorum iussa libimè iniùta iactabat, quàm secundum principem potestatis aëris, de quo Apostolus dicit: Qui operatur in filiis disidendiæ, quæ per huius quoque linguam operari Cyprianus nouerat, quod ipse nō nouerat. Nouerat, inquam; Cyprianus quum à proconsule audiret: Confule tibi, quod caro & sanguis diceret stolidè, hoc diabolum dicere subdole: atque intuebatur in vno opere duos, istum oculis, illum fide: nolebat eum iste mori, nolebat ille coronari: proinde circa istum placidus, circa illum cautus. Huic aperit respondebat, illum occultè vincebat: Fac, inquit, quod tibi præceptum est. In re tam iusta nulla est consultatio. Dixit: quippe ille: Confule tibi. Ad hoc responsum est: In re tam iusta nulla est consultatio. Consultit enim, qui consilium vel impertit, vel quaerit: sed proconsul non à Cypriano consilium accipere volebat, sed eum potius vt à se acciperet monebat. At ille: In re, inquit, tam iusta nulla est consultatio. Non adhuc consulo, quia non adhuc dubito: abstulit enim mihi dubitationem ipsa iustitia. Iustus autem vt securus moriatur in carne, certus viuut in fide. Præcesserant Cyprianum multi martyres, quos flagrantissimis exhortationibus suis ad vincendum diabolum accenderat, & erat vtrique iustum, vt veridicus loquendo præmiserat, patiendo intrepidus sequeretur. Ergo in re tam iusta nulla est consultatio. Quid ad hæc dicamus. Quid ad hæc exultemus tanta conceptione gaudiorum? In quid erumpat cor nostrum, & os nostrum, nisi ist ipsam venerabilis martyris vltimam vocè? Quum enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset, Tacitum Cyprianum gladio animaduerti placet: Respondit ille: Deo gratias. Habentes igitur de re tanta memoriam præsentis loci, festiuitatè 13 solennissimè diei; propositionem saluberrimi exempli omnibus mendullis nostris, dicamus & nos: Deo gratias.

13 Festiuitas solennissima dies sancti Cypriani.

PONTIVS DIACONVS CYPRIANI

vsque ad diem passionis eius cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vitæ & passionis Cypriani reliquit.

Ex D Hieronymo in libro de viris illustribus

PONTII MARTYRIS DE VITA PONTII

Cypriani martyris liber.



CYPRIANVS religiosus antistes, ac testis Dei gloriosus, tamen multa cōscripsit, per quæ memoria digni nominis superuiuat, & si eloquentiæ eius ac Dei gratiæ largâ fecunditas ita se copia & vberitate sermonis extendit, vt vsq; in finem mundi fortasse nō taceat, tamen quia operibus eius meritum etiã hæc prerogatiua debetur, vt exemplum suum in literas dirigatur, placuit summam pauca conscribere, non quò aliquè Gentiliū lateat tanti viri vita, sed vt ad posteros quoq; nostris incōparabile & grande documentū in immortalè memoriã porrigatur. Certè durū erat, vt cum maiores nostri plebeis & catechumenis martyriū cōsecutis, tantū honoris pro martyrii ipsius veneratione debuerint, vt de passionibus eorū multa, aut (vt propè dixerim) penè cuncta cōscripserint, vt ad nostrā quoq; notitiã, qui nondū nati sumus, peruenirent: Cypriani tanti sacerdotis ac martyris passio præteriretur. Qui & sine martyrio habuit quæ doceret: quæ quidem tanta atque tam magna & mira sunt, vt magnitudinis cōtemplatione detererent. Imparem me esse confiteor ad proferendum dignè pro merito in honore sermonem, nec posse sic prosequi facta tam grandia, vt prætant sunt, tanta videantur; nisi quòd numerosi ac gloriarum sibi met ipsa sufficiens, alieno præconio non eget. Accedit ad camulum quòd & vos de eo multum, aut si fieri potest, totum desideratis audire, concupiscētes ardore flagranti vel facta eius, & si interim vira verba tacuerunt. In qua parte si dixerò nos opibus facundia desici, minus dico: facundia enim ipsa deficit digna facultate, quæ desiderium vestrum pleno spiritu faceret: ita in vtrumque grauiter vrgemur. Ille nos virtutibus suis onerat, vos auribus fatigatis. Vnde igitur incipiam? Vnde exordium bonorum eius aggrediar, nisi à principio fidei, & natiuitate, cœlesti? Siquidem hominis Dei facta non debent aliunde numerari, nisi ex quò Deo natus est: Fuerint licet studia, & bonæ artes deuotum peccatus imbuerint, tamen illa prætereo: nondū enim ad vtilitatē, nisi seculi pertinebat. Postquam & sacras literas didicit, & mundi nube discussa, in lucem sapientiæ spiritualis emerit: quibus

ego interfui, si qua de antiquioribus comperi, dicam: Hanc tamen petens veniam, vt quicquid minus dixero (minus enim dicam necesse est) ignorantia: meæ potius, quàm illius gloriæ de-rogetur. Inter igitur i fidei suæ prima rudimenta, nihil aliud credidit Deo dignum, quàm si continentiam tueretur: Tunc enim posse idoneum fieri & peccatus & sensum ad plenam veri capacitatem, si concupiscētiã carnis robusto atque integro sanctimoniam rigore calcaret. Quis vnquam tanti miraculi meminit? Nondum secunda natiuitas nouum hominem splendore toto diuinę lucis oculauerat, & iam veteres ac pristinas tenebras sola lucis paratura vincebat. Deinde quod maius est, cum de dilectione diuina quadam iam, non pro cōditione natiuitatis, sed pro fidei festinatione didicisset, statim rapuit quod inuenit promerendo Domino profuturum, distractis 2 rebus suis ad indigentiam multorum pauperum sustentandã, tota prædia pretio dispensans, duo bona simul iunxit, vt & ambitionem seculi sperneret, qua perniciosius nihil est: & misericordiam, quam Deus etiam sacrificiis suis prætulit, quam nec ille qui legis omnia mandata seruasse se dixerat, fecit, impleteret: & præpropera velocitate pietatis, penè antè cepit perfectus esse, quàm disceret. Quis, oro, de veteribus hoc fecit? Quis de antiquissimis in fide senibus, quorum mentes & aures per plurimos annos diuina verba pullauerant, tale aliquis impendit, quale adhuc rudis fidei, & cui nondum forsitan crederetur, supergressus vetulatis ætatem gloriosus, & admirandis operibus perpetravit? Nemo metit statim, vt seuit: nemo vindemiam de nouellis scrobibus expressit: nemo adhuc vnquam de plantatis arbutusculis matura poma quasit. In illo omnia incredibilia incurrerunt. Præuenit (si dici potest) sensum, (res fidem non capit) præuenit, inquam, tritura semen, vindemia palmitè, poma radicem. Aiant Apostoli literæ, debere neophytos præteriri, ne stupore gentilitatis nondum fundatis sensibus adhærente, aliquid in Deum nouitas inerudita peccaret. Ille fuit primus & solus (puto) exemptus, plus fide posse, quàm tempore promoueri. Sed & si in Apostolorū Actibus Eunuchus ille describitur, quia toto corde crediderat, à Philippo statim tinctus, non consimilis comparatio. Illic enim & Iudæus fuerat, & de templo Domini veniens, prophetam legebat, & sperabat in Christo, etsi nondum eum venisse crederat: Hic de imperitiis Gentibus veniens tam matura cepit fide quanta pauci fortasse percellerint. Mora deniq; circa gratiam Dei nulla, nulla dilatio. Parum dixi. Præsbyterium 3 & sacerdotium statim accepit. Quis enim non omnes honoris gradus crederet tali mente credenti? Multa sunt quæ adhuc plebeis, multa quæ iam presbyter fecerit, multa quæ ad veterum exempla iustorum, imitatione consimili profectus promerendo Dominum totius religionis obsequia præstiterit. Nam & sermo ille de hoc fuerat vtitatus, vt si quem prædicatum Dei laudatione legisser, suaderet inquiri, propter quæ facta placuisset. Si Iob Dei testimonio gloriosus, dictus est verus Dei cultor, & cui in terris nemo cōpararetur, faciendum docebat quicquid Iob antè fecisset, vt dum nos paria facimus, simile in nos Dei testimonium prouocemus. Contemptis ille dispendiis rei familiaris, tantum exercitatus virtute profecit, vt nec temporalia dāna sentiret. Non illum penuria, nō dolor fregit, nō vxoris suadela deflexit, nō proprii corporis dura pœna concussit: permāsit in suis sedibus fixa virtus, & altis radicibus fundata deuotio, nullo diaboli tentantis impetu celsit, quo minus Dominum suum fide grata etiam inter aduersa benediceret. Domus eius patuit cuiuscumque venienti: nulla vidua reuersa est sinu vacuo: nullus indigens lumine non illo comite directus est: nullus debilis gressu, non illo baiulo vectus est: nullus nudus auxilio, de potentioris manu non illo tutore protectus est. Hæc debent facere, dicebat, qui Deo placere desiderant. Et sic honorū omnium documenta decurrens, dum meliores semper imitatur, etiam se fecit imitandum. Erat sanè illi contuberniū viri iusti & laudabilis memoriæ Ceciliani, & ætate tunc & honore præbyteri, qui eum ad agnitionem veræ diuinitatis à seculari errore correxerat. Hunc toto honore, atque omni obseruantia diligebat, obsequenti veneratione suscipiens, non tanquam amicū animæ, cœqualem, sed tanquam nouæ vitæ parentem. Denique ille demulsus obsequiis, in tantum dilectionis imense merito prouocatus est, vt de seculo excedens, arcesitione iam proxima commenderet 4 illi coniugem ac liberos suos, & quem fecerat de seclæ communionē participem, postmodum faceret pietatis hæredem. Longum est iter per singula, cuncta eius facta onerosum est enumerare. Ad probationem bonorum operum solum hoc arbitror satis esse, quòd iudicio Dei, & plebis fauore ad officii sacerdotij & Episcopatus gradū adhuc Neophytus, & vt putabatur, nouellus electus est: quauis in primis fidei suæ adhuc diebus, & rudi vitæ spiritualis ætate, sic generosa in dolens reluceret, vt etsi nōdum officij, spei tamen fulgore resplesceret, imminētis sacerdotij totā fiduciam polliceretur. Nō præteribo etiã illud eximium, quædam modum cum in dilectionem eius & honorem totus populus, aspiciente Domino, pressiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens, & indignum se titulo tanti hominis existimans, vt dignus magis fieret: magis enim dignus efficitur, qui quod meretur, recusat. Quo 5 tunc ardore plebs æstuans

1 Quid hic dicitur hereticus, qui totus carni deditus multo herculari an plebis semper habet? An ita te docuit S. Martyr Cyprianus?

2 Vide quomodo pauperis euangelica pro perfidione acquirenda, sit actualis rerum distraditio, ex precij illarum ad pauperum indigentiam sustentandum consilio.

3 Si Cyprianus statim post Baptismum presbyterium & sacerdotium accepit: nō ergo in baptismo factus est exterius sacerdos. Non etiã omnes fideles ex quo sunt sacerdotis, vt quidã nūc sentiuntur.

4 Quod Cecilianus presbyter habuerit uxorem et liberos, quos in testimonio Cypriano commemorat, nō faciat tibi argumentum, sacerdotes debere esse coniugatos. Nā cū ille esset de Ecclesia Occidentali, in qua teste Hieronymo, nulli pro mouetur, nisi viri: ergo: aut si est coniugatus, nisi de consensu uxoris promissat continentia, necessario cogimur credere, huc ante susceptum sacerdotium uxorem et filios habuisse, a qua tunc post presbyteratum abstinentia.

5 Quod hic dicitur de flagitatione populi, vt illi Cyprianus

Cyprianus dicitur episcopus, et quod in honorem eius tota plebs prostraret, ideo est quis antiquus Ecclēse mos fuit in ordinandis sacerdotibus populum conuocare, ut super eorum moribus et meritis prius ferret testimonium. Sed non propter hoc eligendi, aut ordinandi sacerdotibus, ius nullumquam fuit apud populum.

6 vides quod virgines olim habitū quendam sanctimoniam dignū gestabant? Cur ergo huiusmodi habitus nunc in nostris a quibusdam reprobis auditur.

zelians fluctuabat, spirituali desiderio concupiscens (vt exitus docuit) non tantummodo Episcopum habere, sed in eo quem tunc latente diuinitatis prælagio taliter flagitabat, futurum etiam martyrem requirebat: obsederat fores domus copiosa fraternitatis, & per omnes aditus sollicita charitas circumibat. Potuisset fortasse tunc illi Apostolicum illud euenire, quod voluit vt, per fenestram deponeretur, si iam Apostolo etiam ordinationis honore limilaret: Erat videre cæteros omnes suspensio anxio spiritu expectare venturum cum gaudio nimio excipere venientem. Inuitus dico, sed dicam necesse est: Quidam illi restiterunt, vt & vinceret, quibus tamen quanta lenitate, quàm patienter, quàm beneuolenter indulgit, quàm clementer ignouit, amicitiosos eos postmodum, & inter veteres necessarios computans, mirantibus multis. Cui enim non posset esse miraculo tam memoriosa mentis obliuio? Exinde quæadmodum se gesserit, quis referre sufficiat, quæ illi pietas, qui vigor misericordiæ, quæ tanta censura? Tantum sanctitatis & gratiæ ex ore lucebat, vt confunderet mentes intuentium. Gratiæ vultus & lætus, nec seueritas tristis, nec comitas nimia, sed admixta vtrinque temperies: vt esset ambigere, vereri aut diligere mereretur, nisi quòd & vereri & diligere merebatur. Sed nec cultus fuit dilpar à vultu temperatus & ipse de medio: non illum superbia secularis inflauerat, nec tamen proflus affectata penuria fordiderat, quia & hoc vestitus genus à iactantia minus non est, quàm ostentata taliter ambiciosa frugalitas. Quid aut è circa pauperes Episcopus faceret, quos cathemenus diligebat? Viderint pietatis antistes, seu quos ad officium boni operis instruxit ipsius ordinis disciplina, seu quos sacramenti religio communis ad obsequium exhibendæ dilectionis arctauit. Cyprianum de suo talem accepit cathedra: non fecit: statim denique pro talibus meritis etiam proserptionis gloriam coniecutus est. Nec enim aliud oportebat, quàm vt eum, qui intra secretam conscientiæ latebram religionis & fidei toto honore florebat, etiam publicè celebrata gentiliū fama titillaret. Potuisset quidem tunc pro velocitate qua semper omnia coniecutus est, etiam martyrij circa eum debita corona properare, maxime cum & suffragiis sæpè repetitis ad leonem postularetur, nisi per omnes ordines gloriarum transeundum illi esset, & sic ad summa veniendum, & nisi imminens ruina ope tam secundi pectoris indigeret. Finge enim tunc illum martyrij dignatione translatum: quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis ostenderet? Quis virginis ad congruentem pudicitiam disciplinam, & habitum sanctimonia dignum, velut frenis quibusdam lectionis Dominicæ coerceret? Quis doceret penitentiam lapsos? Veritatem hæreticos? Schismaticos vnitatem? Filios Dei pacè, & Euangelicæ precis legè? Per quem Gentiles blasphemii, repercussis in se iis quæ nobis ingerunt, vincerentur. A quo Christiani mollioris affectus circa amissionem suorū, aut quod magis est, fidei prauioris consolarentur spe futurorum? Vnde sic misericordiam, vnde patientiam disceremus? Quis liuorè de venenata inuidiæ malignitate venientem, dulcedine remedij salutaris inhiberet? Quis martyres tantos exhortatione diuini sermonis exigeret? Quis denique tot confessores frontium notarum secunda inscriptione signatos, & ad exemplū martyrij superstitiosè reueratos, incertino tubæ cælestis animaret? Bene tunc & verè spiritualiter contigit, quòd vir necessarius tam multis & tam bonis rebus, à martyrij consummatione dilatus est. Vultis scire secessum illum non fuisse formidinem? Vt nihil aliud excusam ipse postmodum passus est, quàm passionè vtique ex more vitaret, si & antè vitasset. Fuit verè formido illa, sed iusta formido, quæ Dominū timeret offendere: Formido, quæ præceptis Dei mallet obsequi, quàm sic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & fides diuinis admonitionibus mancipata credidit se, nisi Domino latebrā tunc iubenti paruisset, etiam in ipsa passione peccare. Puto denique etiam nunc aliqua de dilationis vtilitate differenda, tamen iam dudum pauca perstrinximus. Dum enim quæ videntur, postmodum subsecuta sciamus, sequitur, vt probemus secessum illum non hominis pusillanimitate conceptum, sed (sicut est) verè fuisse diuinum. Vastauerat Dei populum persecutionis infestæ insolens atque acerba grassatio, & quia omnes decipere vna fraude non poterat artífex hostis, quacunquē miles incautus prodiderat, di spari genere sæuendi singulos diuersa strage deiecerat, debebat esse qui posset laucios homines, & varia expugnantis inimici arte iaculatos adhibita medicinæ cælestis medela pro qualitate vulneris, vel secare interim, vel fouere. Seruatus est vir ingenij præter cætera etiam spiritualiter temperans, qui inter resultates collidentiu schismatū fluctus, Ecclesiæ iter medium librato limine gubernaret. Nō hæc oro, diuina consilia sunt? Hoc fieri sine Deo potuit? Viderint qui putant posse fortuitu ista cōtingere. Ecclesia illis clara voce respōdet, dicēs: Ego sine Dei nutu necessarios reseruari non admitto. Percurramus tamen cætera, si viderit. Erupit postmodum lues dira, & detestabilis morbi vastitas nimia, innumeros per diem populos ad suam quenque sedē obrupto impetu rapiens, continuat per ordinem domos vulgi trementis inuasit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium, exponere suos impiè, quā cum illo peste morituro, etiam mortem

mortem ipsam aliquis posset excludere. Iacebant interim tota ciuitate nō iam corpora, sed cadauera plurimorum, & misericordiam in se transeuntium, contemplatione sortis mutua flagitabat. Nemo respexit aliud præterquam lucra crudelia. Nemo similis euentus recordatione trepidauit. Nemo fecit aliter quod pati noluit. Quid inter hæc egerit Christi & Dei Pontifex, qui pontifices mundi huius tantò plus pietate, quantò religionis veritate præcesserat, scelus est præterire. Aggregatam primo in loco plebem de misericordiæ bonis instruit, docens diuinæ lectionis exemplis, quantum ad promerendum Deum profint officia pietatis. Tunc deinde subiungit, non esse mirabile, si nostros tantum debito charitatis obsequio foueremus. Eum perfectum posse fieri, qui plus aliquid Publicano vel Ethnico fecerit, qui malum bono iungens, & diuinæ clementiæ instar exercens, inimicos quoque dilexerit, qui pro persequendum se salute (sicuti Dominus monet & hortatur) orauerit. Orii facit Deus iugiter suum solem, & pluuia subinde nutriendis seminibus impertit, exhibens cuncta ista non suis tantum, sed etiam alienis. Et qui se Dei filium profiteretur, cur etiam non exemplū patris imitatur? Responderet nos decet natalibus nostris, & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit, sed probare potius in sobole traducem summi patris, æmulatione bonitatis. Multa alia & quidem magna prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur proluxiore sermone replicari. De quibus hoc tantum dixisse satis est, quòd si illa Gentiles pro nostris audire potuissent, forsitan statim credidissent. Quid Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est? Distributa sunt ergo continuò pro qualitate hominum atque ordinū ministeria. Multi qui paupertatis beneficio exhibere sumptus non poterant, plus sumptibus exhibebant, componentes proprio labore mercedem, diuitiis omnibus chariorem. Et quis nō sub tanto doctore properaret inuenire partem aliquam talis militiæ, per quam placeret & Deo patri, & iudici Christo, & interim sacerdoti?

Fiebat itaq; exuberantium operum largitate, quod bonum est ad omnes, non ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliquid, quàm Tobia incōparabili pietate signatū est. Ignoscat ille, & ignoscat iterum, & frequenter ignoscat, & vt verius dixerim, meritò cōcedat: tamen ante Christum plurimum licuit, plus aliquid licuisse post Christum, cuius tēporibus plenitudo debetur, necatos ille à rege & proiectos tantum sui generis colligebat. Iis tā bonis, & tā piis actibus superuenit exilium. Hanc enim vicè semper representat impietas, vt melioribus peiora restituat. Et (vt quid sacerdos Dei, Proconsule interrogante, responderit tacet) sunt acta quæ referam. Excluditur interim è ciuitate ille qui fecerat boni aliquid pro ciuitatis salute. Ille qui laborauerat, ne videntium oculi paterentur infernæ sedis horrore: ille, inquam, qui excubiis pietatis inuigilans (proh nefas) ingrata bonitate prouiderat, ne omnibus tetram ciuitatis facie relinquentibus, multos exules deserta Respublica ac destituta patria sentiret. Sed viderit seculum, cui inter pœnas etiā exilium cōputatur. Illis patria chara nimis, & cōmune nomen est cum parentibus, nos & parentes ipsos si contra Dñm suaserint, abhorremus, illis extra ciuitatē suam viuere gratis pœna: Christiano totus hic mundus est vna domus. Vnde licet in abditum & abstrusum locum fuerit relegatus, admixtus Dei sui rebus, exilium non potest cōputare. Adde quòd Deo integrè seruiens, etiam propria in ciuitate peregrinus est. Dū enim se à carnalibus desiderijs cōtinentia sancti spiritus abstinet, conuersationem prioris hominis, exponens inter ciues suos, aut propè dixerim inter parentes ipsos vitæ terrestri, alienus est. Accedit quòd est hæc talia pœna possent videri, in huiusmodi tamen causis atque sententiis, quas ob approbandæ virtutis experimenta perpetimur, non est pœna, quia gloria est. Sed esto sanè nobis pœna exilium, illis vltimum crimen & pessimum nefas, etiam ipsorum conscientia testis ascribat, qui possunt ignoscantibus irrogare, quod putant pœnā. Nolo nunc describere loci gratiam, & deliciarum omnium paraturam interim transeo. Fingamus locum illum situ fordidum, squalidum visu, non salubres aquas habentem, nō amoenitatem viroris, non viciniam littoris, sed rupes vastas, & syluarum inter inhospitas fauces desertæ admodum solitudinis, aua mundi parte summotum: Posset licet talis locus habere nomē exilij, quo Cyprianus sacerdos Dei venerat, nōnne (si hominum ministeria deficerent) vel aliter vt Helicæ, vel vt Danieli Angeli ministraret? Absit vt credat aliquis cui libet minimo, dūmodo in cōfessione nominis Christi cōstituto aliquid defuturū. Tātum abest, vt Dei Pōtifex illè qui misericordiæ semper rebus institerat, horum omnium opibus indigeret. Iā nunc, quod secundo posuerat loco, cum gratiarum actione repetamus, prouisum esse diuinitus, etiam pro animo tantū viri aptum & cōpetentem locum hospitij pro voluptate secretum, & quicquid apponi eis antè promissum est, qui regnū & iustitiā Dei querūt. Atq; vt omittā frequentia vifitanti fratrum, & ipsorū inde ciuium charitatē, quæ representabat oia, quibus videbatur esse fraudatus, admirabile vifitationē Dei nō præteribo, qua antistite suum sic in exilio esse voluit de secura passione securum, vt imminentis martyrij pleniore fiducia nō exulè tantummodo,

fed & martyrem possideret. Eo enim die quo in exilij loco mansimus (nam & me inter domesticos comites dignatione charitatis eius delegerat exulem voluntarium, quod utinam in passione licuisset.) Apparuit mihi, inquit, nondum somni quiete sopito iuuenis vltra modum eorum, qui cum me quali ad prætorium daceret, videbar mihi tribunali sedentis tum Proconulis admoueri. Is vt in me respexit, annotare statim cepit in tabula sententiam, quam nō sciebam: nihil enim de me solita interrogatione quaesierat. Sed enim iuuenis, qui à tergo eius stabat, admodum curiosus, legit quicquid fuerat annotatum: & quia inde verbis referre non poterat, nutu declarante monstrauit, quid in literis tabule illius haberetur. Manu enim expansa & cōplanata ad spatia modum, ictus solitæ animaduersionis imitatus, quod volebat intelligi, ad instar liquidi sermonis expressit. Intellexi sententiam passionis futuram. Rogare cepi & petere continuè, vt dilatio mihi vel vnus diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione disponerem. Et cum preces frequenter iterassem, rursus in tabula nescio quid cœperat annotare. Sensi tamen de vultus serenitate, iudicis mentem quasi iusta petitione cōmotam. Sed & ille iuuenis, qui iam dudum de passionis iudicio gestu potius quàm sermone prodierat, clandestino idem nutu concessam dilationem, quæ in crastinum petebatur, contortis post inuicem digitis, significare properauit. Ego quamuis non esset lecta sententia, eisi de gaudio dilationis acceptæ, læto admodum corde respicō, metu tamen imperationis incertæ sic tremebam, vt reliquæ formidinis cor exultans adhuc toto pectore pulsarent. Quid hac reuelatione manifestius? quid hac dignatione felicius? Antè illi prædicta sunt omnia, quæcunque postmodum subsecuta sunt. Nihil de Dei verbis imminutum, nihil de tam sancta promissione mutilatum. Singula denique secundum quod ostensa sunt, recognoscite. Dilationem peti crastini, cum de passionis sententia cogitaretur, postulans vt res suas die illo quem impetrauerat, ordinaret. Hic dies vnus significabat annum, quo ille post visionem acturus in seculo fuerat. Nam, vt manifestius dicam, eo die post exactum annum coronatus est, quo hoc illi ante annum fuerat ostensum. Diem autem Domini, etsi non annum in diuinis literis legimus: promissioni tamen futurorum debitum illud tempus accepimus. Vnde nihil interest, si sub diei significatione solus annus ostensus est, quia illud plenius debet esse quod maius est. Quòd verò nutu potius & non sermone prolatum est, representationi temporis seruat sermonis expressio. Solet enim tunc verbis quodcūque proferri, quoties quicquid profertur, impletur. Nam & verè nemo cognouit, quare hoc ostensum fuisset, nisi postquam eodem die quo viderat, coronatus est. Medio nihilominus tempore imminens passio pro certo ab omnibus sciebatur, passionis tamen dies certus ab eisdem omnibus quasi ignorantibus tacebatur. Sanè & in scripturis tale quid inuenio. Nā Zacharias sacerdos, promissio sibi per Angelū filio, quia nō crediderat, obmutuit, ita vt filij nomē scripturus potius quàm reaturus, nutu tabulas postularer. Merito & hic, vbi Dei nūcius passionē Antistitis imminetē nutu potius expressit, & fidem admonuit & sacerdotē. Dilationis autē petendæ ratio de ordinatione rerum, & de voluntatis dispositione veniebat. Quæ verò res illi, aut quæ voluntas ordinanda, nisi ecclesiastici status summa accepta dilatio est? Vt quicquid circa pauperum fouendorū curam supremo iudicio disponendū fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, imò verò propter hoc cantum etiā iudulgentia ab ipsis qui eiecerant, & qui occisurū erant, admissa est, quàm vt præfens præfentes pauperes nouissimæ dispensationis extremis, & vt plenius dixerim, totis sumptibus ministraret. Ordinatis ergo iam piè rebus, & sic voluntate disposita, proximabat dies crastinus. Iam de Xisto bono & pacifico sacerdote, ac propterea beatissimo martyre ab vrbe nuncius venerat. Sperabatur iamq; carnifex veniens, qui deuota sanctissimæ victimæ colla percuteret: Et sic erant omnes dies illi quotidiana expectatione moriendi, vt corona singulis possit adscribi. Cōueniebant interim plures egregij & charissimi ordinis & sanguinis, sed & seculi nobilitate generosi, qui propter amicitiam eius antiquā secessum subinde suaderent, & ne parum esset nuda suadela, etiā loca in quæ secederet offerebant. Ille iam mundum, suspensa ad Deum mente, neglexerat, nec suadelis blandientibus anuebat. Fecisset forsasse tunc etiā, quod à plurimis & fidelibus petebatur, si diuino imperio iuberetur. Sed non illa sublimis tanti viri gloria sine præconio transeunda est, qua iam seculo tumescente, & de fiducia principum, infestatione nominis anhelante, ille seruos Dei, prout dabatur occasio, exhortationibus Dominicis instruebat, & ad calcandas 7 passiones huius temporis, contemplatione superuenturæ claritatis animabat. Videlicet tanta illi fuit cupidō sermonis, vt optaret sic sibi passionis vota cōtingere, vt dū de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam. Ecce Proconsulius iussu ad hortos eius, ad hortos, in quā, quos inter initia fidei suæ venditos, & Dei indulgentia restitutos, pro certo iterum in vsus pauperū vendidisset, nisi inuidiā de persecutione vitaret cū militibus suis Princeps reperire subitauit, imò (vt verè dixerim) subitasse se credidit.

Vnde

7 Si bona agere
æternæ felicitatis
respectu, peccatū,
vel alias vitium
esset, non ad hoc
suos animaret S.
Cyprianus.

Vnde enim posset tanquam improuiso impetu mens semper parata subitari? Proceffit ergo iam certus expungi, quod diu fuerat retardatum. Proceffit animo sublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem. Sed dilatus in crastinum, ad domum principis à prætorio reuertebatur, cum subito per Carthaginem toram sparsus rumor increpuit, productum esse iam Talcium, quem præter celebrem gloriosā opinionem notitiam, etiam de commemoratione præclarissimi operis nemo non nouerat. Concurrerant vndique verum omnes ad spectaculum, nobis pro deuotione fidei gloriosum, Gentilibus & dolendum. Receptū eum tamen, & in domo principis constitutum vna nocte continuit custodia delicata, ita vt conuiuæ eius & chari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota sollicita, ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores principis excubabat. Concessit enim diuina tunc bonitas verè digno, vt Dei populus etiam in sacerdotis passione vigilaret. Fortitan tamen quaerat aliquis, quæ causa fuerit à prætorio reuertendi ad principem, & voluit hoc scilicet quidam de suo, tunc Proconsulē noluisse. Absit vt in rebus diuinitus gestis seigniciem siue fastidium Proconsulibus conquerat. Absit vt malum hoc intra conscientiam religiosæ mentis admittam, vt de tam beatissimo martyre ructus hominis iudicaret: sed crastinus dies ille, quem ante annum monitio diuina prædixerat, verè crastinus esse debebat. Illuxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille diuinus (quem si Tyrannus ipse differre voluisset, nunquam profusus valeret) dies de conscientia futuri martyris legitus, & discussis per totum mundi ambitum nubibus, claro sole radiatus. Egressus est domum principis, sed Christi & Dei princeps, & agminibus multitudinis mixta ex omni parte vallatus est. Sic autem comitatu eius infinitus exercitus adhebat, quasi ad expugnandam mortē manu facta veniretur. Eundi autem interfuit transitus Itadij. Bene verè & quasi de industria factum, vt & locum congruentis certaminis præteriret, qui ad coronam iustitiæ consummato agone curabat. Sed vbi ad prætorium ventum est, nondum procedente Proconfulē, secretior locus datus est. Illic cum post iter longum, nimio sudore madidatus sederet, (sedile autem erat fortuito linteo tectū, vt & sub ista passionis episcopatus honore frueretur) quidā ex necessariis, quondam Christianus res suas obtulit, quasi vellent ille vestimentis suis humidis sicciora mutare, qui videlicet nihil aliud in rebus oblati ambiebat, quàm vt proficiētis ad Deum martyris sudores iam sanguinos possideret. Cui ille respondit, & dixit: Medelas adhibemus quæ relis, quæ hodie forsitan non erunt. Mirum si contempsit laborem corpore, qui morem mente contemperat? Quid plura? Salutatio Proconfuli nunciata est. Producitur, admouetur, interrogatus de suo nomine, se esse respondit. Et hæc tenus verba. Legit itaque de tabula iam sententiam iudex, nam nuper in visione non legerat, sententiam spiritualem non temerè dicendam, sententiam Episcopo tali, & tali esse condignam, sententiam gloriosam, in qua dictus est sectræ suæ signiter, & inimicus Deorum, & qui suis futurus esset documento, & quòd sanguine eius inciperet disciplina sanciri. Nihil hac sententia plenius, nihil verius. Omnia quippe quæ dicta sunt, licet à Gentile dicta, diuina sunt. Nec mirū utique, cum soleant de passione pontifices prophetare. Signifer fuerat, qui de ferendo signo Christi docebat: inimicus deorum, qui idola destrueda mandabat: documento autē suis fuit, qui multis pari genere secuturis prior in provincia martyrij primitias dedicauit. Sanciri etiam cepit eius sanguine disciplina, sed martyrum, qui doctorem suum imitatione gloriæ consimilis æmulati, ipsi quoque disciplinam exempli sui proprio cruore sanxerunt. Et cum exiret prætorij fores, ibat comes militum turba: & ne quid in passione deesset, Centuriones & Tribunilatus texerant. Ipse autem locus in æquali est, vbi pati contigit, vt arboribus ex omni parte densatis sublime spectaculum præbeat, sed per enormitatem spacij longioris visu denegato, & per confusam nimis turbam pressuram personæ facientes, in ramos arborum resperant, ne vel hoc illi negaretur, vt ad Zachæi similitudinem de arboribus videretur. Sed iam ligatis per manus suas oculis, moram carnificis vrgere tentabat, cuius munus est ferrum: & labente dextera gladium vix trementibus digitis circuibat, donec ad perpetrandam pretiosi viri mortē clarificationis hora matura, Cæurionis manum, concessio desuper vigore firmatam, permisis tandem viribus expediret. O beatum Ecclesiæ populum, qui Episcopo suo tali, & oculis pariter & sensibus, & quod est amplius, publicata voce compassus est: & sicut ipso tractare semper audierat, Deo iudice, coronatus est. Quamuis enim non potuerit euenire, quod optabant vota communia, vt consortio paris gloriæ plebs tota pateretur, quicunque sub Christi spectantis oculis, & sub anribus sacerdotis ex animo pati voluit: per idoneum voti sui testem leuationis quodammodo literas ad Deum misit. Sic consummata passione perfectum est, vt Cyprianus, qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam sacerdotales coronas in Aphrica primus imbueret, quia & talis esse post Apostolos prior cœperat. Ex quo enim Carthagini Episcopatus ordo numeratur, nunquam aliquis, quamuis ex bonis sacerdotibus ad passionem venisse memoratur, licet

f ij

semper

semper Deo mancipata deuotio, dicatis hominibus pro martyrio depūctur. Cyprianus tamen etiā perfectam coronā Dño consummante, profecit, vt in ciuitate ipsa in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam sacerdotis cœlestis insignia glorioso cruore decoraret. Quid hoc loco faciā? Inter gaudium passionis, & remanendi dolore, in parte diuisus animus, & angustū nimis pectus, affectus duplices onerant. Dolebo, quòd non comes fuerim; sed illius victoria triūphanda est. De victoria triūphabo, sed doleo quòd comes nō sim. Verū vobis tamen & simpliciter confitendū est, quòd & vos scitis, in hac me fuisse sententia; multum, ac nimis multum de gloria eius exulto, plus tamen doleo, quòd remansi.

ITEM VITA SANCTI CYPRIANI

Episcopi & Martyris, per Aurelium Prudentium virum
Consularem descripta.

Habetur in peri.
Stephano ciuitate.



PVNICA terra tulit, quo splendeat omne quicquid vsquam est,
Inde domum Cyprianum. Sed decus orbis, magistrum.
Est proprius patriæ martyr: sed amore & ore nolter.
Incubat in Lybia sanguis: sed vbiq̃ lingua pollet.
Sola superstes agit de corpore: sola obire nescit:
Dum genus esse homini Christus linet, & vigere mundum:
Dum liber vilus erit: dum scrinia sacra literarum:

Te legat omnis amans Christum: tua Cypriane discet.

Spiritus ille Dei, qui fluxerat autor in prophetas,
Fontibus eloquij te cœlestis actus irrigauit.
O niue candidius linguæ genus. O nouum saporem,
Vt liquor Ambrosius cor mitigat, imbuit palatum,
Sedem animæ penetrat, mentem fouet, & pererrat artus.
Sic Deus interius sentitur, & inditur medullis.
Vnde bonum subitum terris dederis pater reuela.

Deerat Apostolicis scriptis opulentus executor:
Eligitur locuples facundia, quæ doceret orbem:
Quæque voluminibus Pauli famulata disputaret.
Quòd mage cruda homini præcordia perpolitā nosset,
Sive timoris opus, seu mystica, vel profunda Christi.
Vnus erat iuuenum doctissimus artibus sinistris,
Fraude pudicitiam perfringere, nil sacrum putare,
Sæpe etiam magicum cantamen, inire per sepulchra:
Quo genialis tori ius solueret æstuante nupta.
Luxuriæ rabiem tantæ cohibet repente Christus,
Discurit & tenebras de pectore, pellit & furorem.
Implet amore sui, dat credere, dat pudere facti.
Iamque figura alia est: quàm quæ fuit oris & nitoris.
Exiit tenui vultus cute, transit in seueram.
Deslua cesaries compescitur ad breues capillos.
Ipse modesta loqui, spem querere, regulam tenere,
Viuere iustitia Christi, & penetrare dogma nostrum.

His igitur meritis dignissimus vsque episcopale
Prouehitur solum doctor, capit & sedile summum.
Valerianus opum princeps erat, atque Gallienus,
Constituere simul pœna capitis Deum fatenti.

Millia terrigenum spurcissima iusserant sacrari.
Contra, animos populi doctor Cyprianus incitabat.
Ne qui ab egregiæ virtutis honore discreparet,
Neu fidei pretium quis fumere degener timeret,
Esse leuem cruciatum, & si modò conferat futura:
Quæ Deus ipse viris intermina fortibus spondit.

Merce 9 doloris emi spem luminis, & diem perennem.
Omne malum volucris nam tempore transuolare cursim,
Nil graue quod peragi finis facit, & quiete donat.
Se fore principium pulchræ necis, & ducem cruoris,
Seque caput gladio submittere, sanguinem dicare,

Qui sociare animam Christo velit: vt comes sequatur.

His verbis corda virum Christo calefacta præparauit
Ducitur ante alios Proconsul perfurente vincus.
Antra latent Tyriæ Carthagini abditis reposita,
Conscia tartareæ caliginis abdicata soli.
Clausus in his specubus sanctus Cyprianus, & catena
Nexus vtramque manum, nomen patris inuocat supremi.
Omnipotens genitor Christi decus & creator orbis
Christe parens hominis, quem diligis, & vetas perire:
Ille ego vipereis quem tu bonus oblitum venenis,
Criminibus variis tinctum miseratus abluisti:
Iamque tuum fieri mandas: sio Cyprianus alter.
At nouus ex veteri, nec iam reus aut nocens vt ante:
Si luteum facili charismate pectus expiasti:
Vise lubens tenebris ergastula cœca dissipatis:
Eripe corporeo de carcere, vinculisque mundi
Hanc animam, liceat fuso tibi sanguine immolari:
Ne qua ferum reprimat clementia iudicem tyranni,
Da quoque ne quis iners sit de grege, quem tuum regebam:
Neu sciat inuidia miscere, gloriam negare.
Ne cadat impatiens pœnæ, titubetque quis tuorum,
Incolorem vt numerum reddam tibi: debitumque soluam.

Vocibus his Dominum permouerat, inflebat inde
Spiritus in populum Carthagini: autor acrioris
Ingenij, stimulis vt pectora subditis calerent
Ad decus egregium discrimine sanguinis petendum,
Non trepidare docens, nec cedere, nec dolore vinci.
Laudis amore rapi: Christum sapere, & fidem tueri.
Fama refert foueam campi in medio patere iustam,
Calce vaporifera summos prope margines refertam,
Saxa recocta vomunt ignem: niueusque puluis ardet.
Vrere tacta potens, & mortifer ex odore flatus,
Appositam memorant aram fouea stetit summa
Lege sub hac: salis aut amicam, iecur & suis litarent
Christicolæ, aut mediæ sponte ruerent in ima fossæ.
Profluere alacres cursu rapido simul trecenti,
Gurgite puluereo mersos liquor aridus vorauit:
Præcipientemque globum fundo tenus implicauit imo.
Corpora candor habet, candor vehit ad superna mentes.
Candida massa dehinc dici meruit per omne seculum.
Lætior interea iam Thascius ob diem suorum
Sistitur indomiti Proconsulis eminus furori.
Dogmatis atque loci iussus genus edere: Christianus, inquit,
Trado salutiferi mysteria consecrata Christi.
Ille sub hæc satis est iam criminis, ipse confitetur
Thascius, ipse Iouis fulmen negat, expedite ferrum
Carnifices, gladio pœnam luat hostis idolorum.
Ille Deo meritis grates agit, & canit triumphans.
Fleuit abire virum moesta Africa: quo docente facta est
Cultior eloquio, cuius sibi docta gloriatur.
Mox tumulum lachrymans struxit: cineresque consecrauit.
Desine flere bonum tantum, io tener ille regna cœli:
Nec minus inuolitat terris, nec ab hoc recedit orbe,
Differit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat.
Nec Lybiæ populos tantum regit, exit vsque in ortum
Solis & vsque obitum: Gallos fouet, imbuit Britannos,
Præfider Hesperia, Christum ferit vltimis Iberis,
Denique doctor humi est: diem quoque martyr in supernis.
Instruit hic homines: illic pia dona dat patronus.

10. Quam multa
habet hic lectus cō
tra nauatōres nos
stri temporis. San
ctorum animas esse
in celo.
Sanctos scire et
curare que circa
nos aguntur.
Sanctos non posse
dici mortuos sed
vuentes.
Sanctos magnam
habere potestatem
post mortem.
Sanctos suis culto
ribus prodesse, et
beneficia cōferre.

Episcopi & martyris, per beatum Petrum Chrysologum Archiepiscopum Ravennatense scripta.

Est ferm. in ope re homil. eius.

11. Vides verè esse quod dicunt sancti patres, qui honorant sanctos, honorant Deum, & Dominum nostrum Jesum Christum. 12. Ecce quò in die natali sanctorum martyrum olim exultabant, et letabantur, sicut et modo sit convenientes ad eorum solennitates. 13. Si in die natali suorum melius et sublimius nascuntur martyres quàm prius, non debent ab aliquibus vocari emortui. 14. Cur festa annua sanctorum martyrum cum lætitia celebrantur.

Quoniam hodie in Deo in natali sancti Cypriani martyris convenimus, in quo merito certamine de diabolo triumphavit: & quia nobis virtutum suarum gloriosum reliquit exemplum: ideo exultare nos convenit, & lætari. Natalem ergo sanctorum cum auditis charissimi, nolite putare illum dici, quo nascuntur in terram de carne, sed de terra in cælum, de labore ad requiem, de tentationibus ad quietem, de cruciatibus ad delicias, non fluxas, sed fortes, & stables, & æternas: de mundanis risibus ad coronam & gloriam. Tales natales dignè martyrum celebrantur. Cùm ergo huiusmodi festiuitas agitur, noli estimare charissime, quòd in solis prandijs, & profusioribus epulis natales martyrum celebrentur: sed imitandum tibi proponitur, quod in memoria martyris celebras. Aspice ergo charissime, alacritatem populi circumstantis. In hac enim die aliquando turba altitè impiorum, cùm sanctus Cyprianus iussu tyranni feriretur, turbæ erant, malorum expectantiam chori, nunc multitudo fidelium ad collatum deo ta confluit: tunc turba seuièntium, nunc exultantium: tunc desperatorum, nunc sperantium. Idcirco ergo natales martyrum annua lætitia celebrantur, vt quod semel actum est, per omne æuum in memoria maneat deuotorum. Gestas res est charissime, ne te diceres ignorare: celebrantur annua, ne dicas oblitus sum. Ad hæc ergo imitanda vos animate charissimi, hanc magnanimitatis gratiam concupiscite: hoc perire dari vobis, quod ille meruit adipisci. Omnes enim cœlestia cupientes terrenorum bonorum laqueis irretiri non possant, quia cõuersationem suam in cœlestibus statuerunt. Sicut ait sanctus Apostolus: Nostra autem cõuersatio in cœlis. Dirigatur ergo nostri cordis desiderium ad habitationem cœlestem, vbi quum dispersus fuerit pasperibus thesaurus vester: illic erit & cor vestrum. Thesaurus autem bonorum omnium Christus est: qui vos cum patre, & filio, & spiritu sancto donis cœlestibus, & nunc, & in æternum cumularè & replere dignetur.

ITEM DE BEATO CYPRIANO

ex diuo Maximo Episcopo Taurinensi.

Est homil. r. in natali eius habita positaque in lib. homiliarum de sanctis.

In martyrio beatissimi Cypriani fratres charissimi, vniuersa nobiscum Christi exultat Ecclesia, quam in omne gaudium & cœlestis eruditione sermonis instruxit, & munere triumpalis sanguinis decorauit. Fuit enim in eo, sicut compertum habemus, & contra errores diaboli spiritalis sapientie plenitudo, & aduersum persecutiones mundi Christiani pectoris infatigata constantia. Quis non huiusmodi virum quantis valet præconis prosequatur, cuius eloquentia inspirata diuinitus & Ecclesias docuit, & seculum confutauit? Verè lic mirabilis, atque omnium vbi que studiis celebrandus, quem sanctitas sacerdotem, periticia doctorem, fides martyrem cõserauit. Preciosa, inquit Dauid, in conspectu Domini mors sanctorum eius. Videte charissimi, in quantum venerabilis Cyprianus etiam prophetica supergressus est laudem, cuius in conspectu Domini non solum mors, sed & vita exitit preciosa. Moriendo namque proprium Christo sanguinem dedit, viuendo nihilominus cohortatione fortissima, innumeros cælo martyres acquisiuit. Quid hoc clarius sacerdote, qui inter hominum turbas gloria cœlestis cõuersationis emicuit, atque inter Angelicos cœtus, & sua factus est & aliorum morte conspicuus.

Iustissimè hic cù Patriarcha Dauid cantauit Dño Deo suo, dicens: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deo viuo. Exultauit itaq; cor eius in Deo viuo: Cùm morientis ac morituræ seculi vanitate despecta, totù se diuinis incipauit obsequijs. Exultauit & cor ei in Deo, què de hoc mundo nõ miseri corruptione languoris, sed pñs pro religione supplicijs consecrata migravit. Hic est ille Euangelicus paterfamilias, proferes de thesauro suo noua & vetera, qui veteris nouiq; testamèti vnà atq; idipsum mysteriũ predicans, Ecclesia sChristi locupletissima disputatione ditauit. In corruptibilis atque indefessus illius est hodie thesaurus, qui pecuniam Domini sui numularijs scenerans, quotidie in corda fidelium cœlestiũ diuitiarũ sanctam conquirat vsurã. Quid igitur fratres, tanto speciosus viro, cuius hæc est regula & mensura sermonis, vt inter varias hominũ causas, motusq; diuersos, nũc affectione patris, nũc auctoritate doctoris consoletur humiles, superbos cõprimat, negligentes arguat, increpet infideles. Tantoque denique decore sacerdotium, vitamq; suam vir fidelissimus adornauit, vt doctrinã suã subsequenter confirmaret operibus, dominicam illam sententiam tenens: Qui docuerit & fecerit,

& fecerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Quam magnus hic, quamq; præcipuus in regno cœlorum est, quem in omnem gloriam sermo propheticus, vita mirabilis, & mors Deo deuota sublimat? Nec immeritò fratres tanto cum honore nominis eius memoria, per amplissima mundi spatia celebratur, quia per vniuersum orbem ad firmamentum fidei nostræ & passio eius, & doctrina profecit.

VITA BEATI CYPRIANI EPISCOPI

pi & martyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in eius martyro. sub 12. Calend. Octobr.

Apud Africam natale beati Cypriani Episcopi, Valeriano & Galieno Imperatoribus, Galerio Maximo Proconsule. Quibus agentibus & elaborantibus, comprehensus est ex præcepto Aspasi Paterni Consulis, & in exilium in ciuitate Cordubitana missus est. Habitauitq; ibi suspensa ad cœlũ mente, tantum ad calcandas passiones huius temporis, amore Christi animatus. Quòd conueniebant ad eum plures egregij clarissimi ordinis & sanguinis, sed & seculari nobilitate gloriosi, qui propter amicitiam eius antiquam secessum subinde suaderent, & ne parum esset nuda suadela, etiam loca in quæ secederet, ei offerebant. Post dies autem multos regressus de exilio habitabat in hortis suis. Et cùm illic moraretur, venerunt ad eum principes duo ex officio Proconsulis Galerij Maximi, qui Aspasio Paterno successerat, & leuantes eum in curriculo, duxerunt ad Proconsulem in locum, vbi pro reparanda sanitate debebat, collectusq; ab Astitore officij, successit in hospitium eius in Vnicum Saturni. Conuenit autem ad eum omnis populus fratrum. Quod cùm comperisset beatissimus martyr, præcepit custodiri puellas, quæ aduenerant audire verbum Dei, quoniam ante ostium manebant principis, ob amorem martyris gloriosi. Altera die xvij. Kalendas Octobris manè Galerius Maximus sanctum Cyprianum Episcopum offerri sibi præcepit, in atrio secutiolo. Cui inter alia cùm dixisset Proconsul: Iusserunt te sacratissimi principes cæremoniari: Sanctus Cyprianus dixit: Non faciam. Maximus Proconsul dixit, Consule tibi. Sanctus Cyprianus dixit: Fac quod tibi præceptum est: nam in re tam iniulta nulla est consultatio, Maximus proconsul dixit: Diu sacrilega mente vixisti, & nefarios tuæ conspirationis homines aggregasti, & inimicum te dijs Romanis, & sacris religionibus cõstituisti, nec tepij Imperatores ad festam cæremoniarum suarum euocare potuerunt: cùm sis nequissimi criminis author, & signifer deprehensus, eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregasti, vt sanguinis tui satientur disciplina. Et his dictis decretum ex tabella recitauit. Tacitum Cyprianum gladio animaduerti placet. Sanctus Cyprianus hoc audiens dixit, Deo gratias ago. Et cùm duceretur, populus fratrum plangens dicebat: Et nos cum eo decollemur. Et ita perductus duocentis marty post Prætorium in agrũ Sixti exiit se lacerna & birrho, & complians poluit ad genua sua, dehinc dalmaticam tulit, & diaconis tradidit, & stans in linea, sustinebat spiculatorum, cui & xxv. aureos dari præcepit. Fratres verò stentes linteamina & oraria ante eum ponebant, ne sanctus cruor desfluens absorberetur à terra. Qui cùm lacinijs manuales sibi ligar: non potuisset, Iulianus presbyter, & Iulianus subdiaconus ipsi ligauerunt. Ipse autem sibi manu propria oculos texit, & genua in terra posuit, orationemque ad Dominum fudit, & sic gladio percussus migravit. Corpus eius propter Gentilium curiositatem in proximo collocatum est: Sed ne à Gentibus tolleretur, nocte adueniente ex eodem loco, vbi positum fuerat, sublatum est. Et inde cum cercis & scholaribus, in ara cuiusdam Candidi procuratoris, in via Mapaliensi, iuxta piscinas, cum magno triumpho sepultum est. Post multa verò curricula annorum, gloriosissimo Carolo Francis imperante, contigit legationem Francorum ferentes illustres ac sapientia circumspectos legatos, transitum per Africam fecisse. Hi cum Carthaginem dirutam, & loca venerabilia sanctorum martyrum reuerentes, à Rege Persarum Aaron, qui excepta India totum penè tenebat Orientem, vidissent, facile sibi conciliato Principe, ac fauorem in re tali præstante, pro magno munere rogauerunt, vt ossa beati Cypriani eis ferenda permitteret. Quod ille non magni ducens, postulata concessit, vtque pio Imperatori, cuius gratiam omnium, qui in toto terrarum orbe erant Regum amicitia præponeret, ipsi ea ferrent, libenter assensit. Cumque venerabiles legati ingentia dona, martyrum scilicet reliquias ferentes (Nam & beati Sperati martyris membra, qui vnus fuit ex illis duodecim præclarissimis martyribus Scillitanis, caput etiam martyris gloriosi Pantaleonis secum cù 3 beatis ossibus Cypriani habebant) reuertentur, prosperis vli velis, tandem peruenerunt Arelaten. Vbi sacra martyrum membra signata interim relinquentes, legationem suam Imperatori renunciare festinauerunt: & inter alia de sanctorum reliquijs ab Africa deportatis eius animum attollunt. Vnde ille plurimũ lætus, eos tamdiu apud Arelaten digna veneratione seruare iussit, donec ipse magno aliquo opere

1. Habes hic data maticam & lineas vestes sacerdotas les.

2. Corpus sancti martyris cum cercis & scholaribus ac magno triumpho sepultum est.

3. Vide cù quantã lætitia Christianis regis legatis preciosa deseruit, martyrum scilicet reliquias, quas & beata ossa, & sacra membra nuncupant;

4. *Voluit optis
mus ex magno ope
re templum con-
dere, in quo sancto-
rum reliquias in-
genii cultu & or-
natu reponeret.
5. Et beata Mar-
tyrii ossa cum ho-
nore deportata, &
decentissima se-
pultura in meliori
Ecclesia ad defen-
sionem civium por-
taverit: profutura
reconlita.*

opere in regno suo templum conderet, vbi tam preciosum pignus ingenti cultu, & 4 ornato reponeret. Sed emergentibus causis, dum opus tardius construitur, occasionem nactus Leodradus venerabilis Lugdunenſis Episcopus, Imperatorem rogavit, ad civitatem suam deferre 5 beata ossa martyrum ei licere. Annuit Imperator. Et sic dum ocuus votum suum prius perficit: cum honore infra civitatem Lugduni deportata sunt: ibique in maiori Ecclesia beati Ioannis Baptista ad defensionem civium, Deo id misericorditer operante, sanctus Episcopus reliquias gloriosorum martyrum in praedicta Ecclesia post venerabile altare decantissima sepultura recondidit, ac posteris civibus suis profuturas honorabiliter commenda- vit. Referuntur autem cum beato Cypriano pafsi, Crescentianus, Victor, Rufula, & Generalis.

VITA SANCTI QUIRINI TRI-

buni martyris, per Adonem supradictum collecta.



ROMAE natale sancti Quirini Tribuni & martyris sub Traiano Imperatore, qui cum ex praeepto eius beatum Alexandrum Papam & Hermen praefectum in vincula coniecisset, haberetque filiam, cuius collum circumdederat, auditis exhortationibus beati Hermis in fide Christi, & visis signis, quae Dominus in martyribus suis Alexandro, & Herme operabatur, ipsam eandem filiam suam obrulit ad sanandum. Cui dixit Beatus Alexander: Tolle boiam de collo meo, & impone ei. Quod cum obedienter pater eius exequeretur, diuino nutu subito sanata est. Vocabatur autem ipsa Balbina. Atque ita pater eius Quirinus, & ipsa, cum vniuersi qui custodia tenebantur omniq; domo sua baptizatus est. Quod ut nunciavit Commentariensis Aureliano iudici, iratus iussit adduci Quirinum ad se, & dixit ei. Ego te quasi filium dilexi, tu autem irristi me deceptus ab Alexandro. Dixit ei Quirinus: Ego Christianus sum factus, vis occidere, vis sustigare, vis incendere, aliud non ero. Nam omnes qui erant in carcere feci fieri Christianos, & dimisi eos, & noluerunt vsquam ire. Iratus Aurelianus fecit, ei linguam abscindi, deinde in eculeo suspendi. Qui dum Aureliani non cederet iniurijs, iussit ei manus ac pedes abscindi, & sic eum decollari & canibus proijci, Sed Christiani corpus eius raptum, in via Appia sepelierunt, in 1 cimiterio Praetextati.

Habetur in eius martyrio. sub 4. Calend. April.

2. Nota corpus martyris raptum sepellerunt in via Appia in cimiterio Praetextati.

VITA SANCTI LVCII PAPAE

& martyris, per Damasum papam scripta.



LVCIVS natione Romanus, ex patre Porphyrio, sedit annos tres, menses tres, dies tres. Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Galli & Volusiani vsque ad Valerianum secundo, & Gallienum. Hic in exilio fuit relegatus, postea nutu Dei incolumis ad Ecclesiam reuerſus est. Hic praecipit vt duo praesbyteri & tres diaconi in omni loco Episcopum non desererent, propter testimonium Ecclesiasticum. Qui etiam a Valeriano capite truncatus est, Quarto Nonas Martij. Hic omnem potestatem Ecclesiae dedit Archidiacono suo Stephano, dum ad passionem pergeret. Hic fecit ordinationes duas per mensem decembrem, praesbyteros quatuor, diaconos quatuor. Episcopos per diuersa loca septem. Qui etiam sepultus est in cimiterio Calixti via Appia, & cessauit Episcopatus dies triginta quinque.

Habetur in pontificali eiusdem.

Habetur in Pontificali eiusdem.

3. Haec quomodo antiquitus etiam sacerdotes et Leuitae sacras vestes habebant, quibus in Ecclesiastico ministeria utebantur.



STEPHANVS natione Romanus, ex patre Iulio, sedit annos septem, menses quinque, dies duos: Martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Gallicani & Maximi, vsque ad Valerianum quarto, & Gallicanum tertio. Hic constituit Sacerdotes & Leuitas 1 vestibus sacris in vsu quotidiano non vti, & nisi in Ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes duas per mensem decembrem, praesbyteros sex, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca tres. Sepultus est in cimiterio Calixti via Appia, quarto Nonas Augusti, & cessauit Episcopatus dies viginti.

VITA

VITA SANCTI SIXTI PAPAE SE-

cundi & Martyris, per Damasum Papam scripta.



SIXTVS natione Graecus, ex philosopho de Athenis, sedit annum vnum, menses decem, dies viginti quatuor, Martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & Decij. Eodem tempore hic comprehensus est a Valeriano, & ductus vt sacrificaret daemioni. Qui, quia contempsit praeepta Valeriani, capite truncatus est, & cu eo sex Diaconi, Felicissimus, Agapitus, Ianuarius, Magnus, Vincentius, & Stephanus, octauo Idus Augusti. Et praesbyteri praesuerunt a consulatu Maximi, & Glabronis vsque ad consulum Tusci & Balsi 14. Calendas Augusti. Quo tempore fuit magna persecutio sub Decio. Et post passionem beati Sixti die tertio pafsi sunt Laurentius eius 1 Archidiaconus, & Subdiaconus Claudius, Seuerus praesbyter, & Romanus oliarius, & Crescentius Lector. Hic fecit ordinationes duas per mensem decembrem, praesbyteros quatuor, Diaconos septem, Episcopos per diuersa loca duos. Sepultus est in cimiterio Calixti via Appia, & sex diaconi eius in cimiterio Praetextati, via Appia, octauo Idus Augusti. Beatus vero Laurentius sepultus est via Tyburtina in Crypta in agro Verano, quarto Idus Augusti. Et cessauit Episcopatus dies triginta quinque.

ibidem

1. Habetur in ordine Ecclesiae sicut diuersos gradus: nempe, Episcopos, Praesbyteros, Subdiaconos, Oliarios, Lectores.

DE PERSECVTIONE SVB DECIO,

per B. Gregorium Archiepiscopum Turonensem scripta.

Svb Decio vero Imperatore multa bella aduersus nomen Christianum exoriuntur, & tanta strages de credentibus fuit, vt nec numerari queant. Babilas Episcopus Antiochenus cum tribus paruulis, id est, Urbano, Prilidano, & Epolono, & Sixtus Episcopus Romanae Ecclesiae, & Laurentius Archidiaconus, & Hippolytus, ob Domini nominis confessionem per martyrium consummati sunt. Valentianus & Nouatianus maximi tunc haeticorum principes, contra fidem nostram inimico impellente grassabantur. Huius tempore septem praesbyteri Episcopi ordinati ad praedicandum in Gallias missi 1 sunt, sicut historia passionis sancti martyris Saturnini enarrat. Ait enim: Sub Decio & Grato consulibus, sicut fideli recordatione retinetur, primum ac summum Tholosana ciuitas sanctum Saturninum habere coeperat sacerdotem. Hi ergo missi sunt: Turonensis Gratianus Episcopus, Arelatenſibus Trophimus Episcopus, Narbonae Paulus Episcopus, Tholosae Saturninus Episcopus, Parisianis Dionysius Episcopus, Auernis Aftremonius Episcopus, Lemouicinis Martialis est destinatus Episcopus. De his vero beatus Dionysius Parisiorum Episcopus, diuersis pro Christi nomine affectus penitentem vitam gladio imminente finit. Saturninus vero iam securus de martyrio, dixit duobus praesbyteris suis: Ecce ego iam immolor, & tempus meae resolutionis instat. Rogo, vt vsque dum debitum finem impleam, a vobis penitus non relinquer. Cumq; comprehensus ad Capitolium duceretur, relictus ab his solus attrahitur. Igitur cum se ab illis cerneret derelictum, orasse fertur: Domine Iesu Christe, exaudi me de caelo sancto tuo, vt nunquam Ecclesia de his ciuibus dignetur habere Pontificem in sempiternum: Quod vsquam nunc in ipsa ciuitate ita euenisse cognouimus. Ipse vero taurinis vestigijs alligatus, ac de Capitolio praecipitatus vitam finit. Gratianus vero, Trophimus, Aftremoniulq; & Paulus, aq; Martialis, in summa sanctitate viuentes, post acquisitos Ecclesiae populos, ac fidem Christi per omnia dilataram, felici confessione migrarunt. Et sic tam illi per martyrium, quam isti per confessionem, relinquentes terras in caelestibus pariter sunt coniuncti.

1. Vides ad Romanam Ecclesiam pertinere sollicitudinem omnium Ecclesiarum. Nam ideo hoc missi in Gallias, quia ipsa omnium regnorum mater est, & mater glifra.

VITA SANCTI SIXTI PAPAE

& martyris, ac sanctorum Felicissimi & Agapiti martyrum, per eundem Adonem collecta.

ROMAE via Appia in cimiterio Calixti natale sancti Sixti Papae & martyris, & in cimiterio praetextati sanctorum Felicissimi, & Agapiti diaconorum eiusdem, sub Decio Imperatore, Valeriano Praefecto. Qui tenuit beatissimum senem Sixtum Episcopum Romanum cum omni clero suo, & reclusit eos in custodia publica, & fuerunt ibi clausi multis diebus. Factum est autem, vt Decius Caesar, & Valerianus praefectus iuberent

Habetur in eius martyrio. sub viij. Idus Aprilis.

berent sibi beatum Sixtum Episcopum cum clero suo praesentari noctu intra ciuitatem in Tellude. Cui Decius Celsar dixit, scis cur tentus, & conuentione publica nobis praesentatus es? Respondit Sixtus: Scio, & bene scio. Decius dixit: Ergo si scis, fac ut vniuersi sciant, & tu viuas, & clerus tuus augetur. Beatus Sixtus respondit: Verè feci & facio, ut clerus meus augetur. Cui Decius: Ergo sacrificia Dijs immortalibus, & esto princeps sacerdotum. Ad hoc sanctus Episcopus: Ego semper sacrificauit, & sacrificabo Deo patri omnipotenti, & Domino Iesu Christo filio eius, & Spiritu sancto, hostiam puram & immacularam. Tunc ex praepcepto Decij duxerunt eum milites ad templum Martis, ut sacrificijs conuiuaretur. Sed contemnentem sacrificare recluserunt eum in custodia priuata cum duobus diaconis, Felicissimo & Agapito. Cumq; duceretur, his verbis beatus eum Laurentius Archidiaconus cepit compellere. Quò progredieris sine filio Pater? Quò sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueueras. Quid in me ergo displicuit tibi, pater? Num degenerem probasti? Experire certè vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisit dominici sanguinis dispensationem, cui consummandorum consortium sacramentorum creditisti, huic sanguinis tui colorum negas? Vide ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli, detrimentum magistri est. Quid, quòd illustrius prestantes viri discipulorum certaminibus, quam suis vincunt? Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum praemisit. Et tu pater ostende in filio virtutem tuam, offer quent erudisti, ut fecutus iudicij tui comitatu nobili peruenias ad coronam. Tunc beatus Sixtus ait: Non ego te derelinquo filii, nec desero, sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi senes leuioris pugnae cursum recipimus, te quasi iuuenem gloriosior de tyranno triumphis expectat. Mox venies: Flete desiste. Post triduum me sequeris. Inter sacerdotem, & leuitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem quaereris, qui consortiū passionis meae expetis. Totam tibi hereditatem dimitto. Quid praesentiam meam requiris? Helias Heliseum reliquit, & virtutem non abstulit. Et dixit beatus Sixtus ad beatum Laurentium: Accipe facultates Ecclesiae, vel thesauros, & diuide pauperibus quibus tibi videbitur. Accepta potestate beatus Laurentius, cepit peregrinos studiosè quaerere, & vbiunque sancti clerici, vel pauperes essent absconsi, & portans thesauros, prout cuius opus erat, ministrabat. Igitur post hoc beatus Sixtus reducitur in Telludem, ut audiretur, & cum eo diaconi Felicissimus & Agapicus. Et sedente Decio ac Valeriano, praesentatus est beatus Sixtus. Ad quem Decius iracundia plenus: Nos, inquit, consulimus sepe actui tuae, audi praepcepta nostra, & sacrificia. Respondit beatus Sixtus: Miser tu tibi consule, & noli blasphemare, sed age penitentiam de sanguine sanctorum, quem effudisti. Tunc monente Valeriano, iussit Decius, ut ducerentur ad templum Martis, & si nolent sacrificare, in eodem loco capite truncarentur. Educti ergo foras murum portae Appiae, dixit beatus Sixtus ad templum Martis: Destruat te Christus filius Dei viui. Cumque respondissent omnes Christiani: Amen: subitò cecidit aliqua pars templi, & comminuta est. Tunc beatus Laurentius cepit clamare: Non me derelinquas pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi, quos tradidisti mihi. Milites autem audientes de thesauris, tenuerunt beatum Laurentium Archidiaconum. Sanctos verò Sixtum, Felicissimum, & Agapitum duxerunt in cliuam Martis ante templum, & ibi decollati sunt viij. Idus Augusti: noctu autem venerunt 2 clerici, & maxima pars Christianorum, & collegerunt corpora sanctorum, & sepelierunt beatum Sixtum in cripta, in cœmeterio Calixti in eadem via. Sanctos verò Felicissimum, & Agapitum martyres sepelierunt in cœmeterio Praetextari. Decollati autem sunt cum eis & alij quatuor, ut in gestis Pontificalibus legitur, Ianuarius, Magnus, Vincentius, Stephanus subdiaconi. Passus est & cum eis beatus Quartus, ut scribit beatus Cyprianus. Hic beatus Sixtus apud Athenas natus & doctus, prius quidè philosophus, postea Christi discipulus fuit. Sedit in Episcopatu anno vno, mensibus decem, diebus viginetibus.

Ex his verbis clarissimis patet, quod in Calice rite consecrato verus Christi sanguis continetur.

Clerici cum maxima parte Christianorum collegerunt sanctorum corpora, et sepelierunt ea in cœmeterijs Calixti & Praetextari.

VITA SANCTI LAURENTII

Martyris, per diuersos autores scripta.

Est sermo. D. Augustini in festo eiusdem.



BEATISSIMI Laurentij martyris, cuius natalem hodie celebramus, passionem nosse vos credo: & quanta in persecutione pertulerit, dilectionem vestram scire posse non dubito. Tanta enim eius martyrij gloria exitit, ut passione sua mundum illuminauerit vniuersum: Illuminavit mundum planè Laurentius eo lumine, quo ipse accensus est, & flammis quas ipse pertulit, omnium Christianorum corda calefecit. Quis nolit ad horam vri Laurentij igne, ut aeternum gehennae non patiat incensum? Beati igitur Laurentij exemplo prouocamur ad martyrium, & accen-

accendimur ad fidem, incalescimus ad deuotionem: & si in nobis persecutoris flamma deest, fidei tamen flamma non deest. Non ardemus quidem corpore pro Christo, sed ardemus affectu. Non subiicit mihi persecutor ignem, sed subiicit desiderium Saluatoris. Esse autem Saluatoris ignem legimus in Euangelio, dicente eodem Domino: Nescitis quia veni igne mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur? Quo igne censu illi duo discipuli dixerunt: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Hoc igitur igne beatus Laurentius accensus flammarum non sentit incendium: & dum Christi ardet desiderio, persecutoris poenam non sentit. In quantum enim in illo fidei ardor fuerit, in tantum supplicij flamma frigidescit. Corporali enim beatus Laurentius laborat incendio: sed diuinus Saluatoris ardor materiam tyranni restrinxit ardorem. Quamuis enim in fauilla membra soluantur, fidei tamen fortitudo non soluitur. Corporis quidem detrimentum sustinet, sed lucrum salutis acquirit. Non enim fratres beatus Laurentius breui vel simplici passione perimitur. Nam qui gladio percutitur, semel moritur, qui in flammarum camino mergitur, vno impetu liberatur: hic autem longa & multiplex poena cruciatur, ut mors ei adit ad supplicium, & desit ad finem. Dicitur enim ab illo saeuissimo persecutore haec beata Laurentio constituta poena, ut ardentium exposita massa carbonum, insuper eum ferrea crate distentum lenta flamma consumeret, ut non tam inflammando citò interimeret hominè, quam diu exurendo torqueret: ita ut cum vnum latus exustum persecutor cerneret, aliud latus ignibus obijceret exurendum. Legimus Ananiam, Azariam, & Misaelm beatissimos pueros à rege in camino ignis inclusos, in poenarum suarum deambulasse flammis, & igneos globos pedibus conculcasse. Vnde & beatus Laurentius non minori est gloria praefendus. Siquidem illi in poenarum suarum flammis ambulabant, hic & in ipso supplicij sui igne discumbit. Illi vestigijs pedum conculcârunt incendia: iste laterum suorum diffusionem extinguit. Illi, inquam, stantes in poena eleuatis manibus orabant ad Dominum: hic autem prostatus in sua poena toto corpore Dominum deprecatur. Iterum ergo beatus Laurentius in dorsum supinus vertitur, & renes eius ignibus exuruntur, ut impleretur Psalmi propheta, quæ dicit ex persona Laurentij: Proba me Domine, & tenta me: renes meos, ut cor meum. Vre, inquit, renes meos, & cor meum. Duplice se postulat igne comburi. Nam si de solo mundi igne loqueretur, sufficeret renes tantum exurendos incendijs obtulisse: Cor autem nisi flama Christi non vrit. Atque ideo ad comprobendam deuotionem suam geminè sibi ignem postulat, ut luctamine habito ostendat in se plus posse amorem Christi, quam poenam tyranni. Oremus igitur fratres beatum Laurentium, qui dum fide sua persecutoris flammam vicit, ostendit nobis per ignem fidei gehennae incendia superari, & amore Christi diem iudicij non timeri. Nos verò, fratres dilectissimi, si ad consortium sanctorum martyrum peruenire volumus, de imitatione martyrum cogitemus. Debent enim in nobis aliquid de suis virtutibus recognoscere, ut pro nobis dignentur Domino supplicare. Si enim tormenta, quæ sancti martyres pertulerunt, sufferre non possumus, vel contra malas concupiscentias ipsis intercedebimus, & epugnemus. Et quia non desunt quotidiana peccata, non desunt etiam quotidiana remedia. Nemo se credat aliquam felicitatem, aut aliquod verum gaudium in hoc seculo possidere. Beatitudinem hic praeparare potest, possidere non potest. Duo sibi tempora ordine suo succedunt, tempus fendi, & tempus ridendi. Nemo se circumueniat, fratres, non est in hoc mundo tempus ridendi. Scimus, fratres, quod omnis homo gaudere desiderat: sed non toti ibi quærunt gaudium, vbi oportet inquiri. Verum in hoc mundo gaudium nec fuit, nec est, nec esse poterit. Sic enim ipse Dominus in Euangelio suos discipulos admonet, dicens: In hoc mundo pressuram habebitis. Et iterum: Mundus gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra verteretur in gaudium. Ac si in hac vita cum labore & dolore quod bonum est, auxiliante Domino faciamus, ut in futuro seculo bonorum fructus colligere cum gaudio & exultatione possimus. Dicit Dominus in Euangelio: Cui simile est regnum Dei? Et cui simile illud aestimabo? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & facta est arbor, & volucres caeli requieuerunt in ramis eius. Moeet fortasse sensus vestros, quare regnum Dei tam praclarum atque magnificum grano sinapis exiguo comparetur, & spei nostrae in se tam grande solatium rei viliissime simile esse dicamus, praesertim cum alibi idem Dominus discipulis suis dicat: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: Tollere, & iactare in mare, & fiet. Igitur si fides tanta est, quæ potest ab ipsis sedibus montium fundamenta transferre, necessariò & granum sinapis magnum est, ad cuius similitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerimus, non specie, sed virtute, & fidei non aequalitate oleris comparandum, sed vigore acrimoniae coaerandum. Nam si diligenter intendamus, inueniemus à Domino rectè hanc similitudinem comparatam. Sicut enim granum sinapis prima fronte speciei suae est paruum, vile, despectum, non saporem

1. Ut pro nobis dignetur Dominus supplicare. Ergo sancti martyres Deum pro nobis orant: quod est cõtra nostri tempora Non auctores. 2. Nota hereticæ, quod oportet hic cum labore et dolore quod bonum est facere, si vis in futuro seculo boni fructus colligere. Non ergo sicut inanis illa desiderata.

Et ser. 2. eiusdè in eodem festo

laporem præstans, non odorem circumferens, non indicans suauitatem: at ubi teri cõperit, statim odorem suum fundit, acrimoniam exhibet, cibum flãmei saporis exhalat, & tanto caloris feruore succenditur, vt mirum sit in tam friuolis tantũ ignem fuisse conclusum. Cuius etiam semen in cibum homines hyemis præcipuè tempore magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellat frigora, humores egerant, viscerum interna calefaciant, sæpè etiam ex hoc capiti adhibent medicinam, vt si quid inualidum, si quid ægrotum fuerit, sinapis igne curetur. Ita ergo & fides Christiana prima fronte videtur esse parua, vilis, & tenuis, nõ potèntiam suam ostendens, non superbiam præferens, non gratiam subministrans. At ubi diuersis tentationibus teri cõperit, statim vigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, vt & ipsa ferueat, & participantibus sibi ardere compellat. Sicut in sancto Euangelio duo ex discipulis dixerant, dum cum ipsis post passionem suam Dominus loqueretur: Nõne cor nostrum erat ardens in nobis in via, dum aperiret nobis scripturas Dominus Iesus? Ergo granum sinapis, membrorum viscera calefecit: fidei 3 autem vigor cordium peccata comburit. Et illud quidem asperum algorem frigoris remouet; hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis, inquam, granum humores decoquit corporum: fides autem libidinum fluenta consumit. Et per illud medicina capitis procuratur: per fidem autem spiritale caput nostrum, quod est Christus Dominus, sapius refouetur. Sed & fidei, iuxta comparationem sinapis, sancto odore perfruimur, sicut ait Apostolus beatus: Quoniam Christi bonus odor sumus Deo. Igitur sanctum mentem Laurentium grano sinapis possumus comparare, qui diuersis attritus passionibus, per totum orbem gratia meruit sui fragrare martyrii. Qui antè constitutus in corpore erat humilis, ignotus, & vilis: posteaquã vexatus, laceratus, exustus est, vniuersis per totum mundum Ecclesiis odorem suę nobilitatis infudit. Rectè igitur huic comparatio copulatur. Siquidè granum sinapis cum teritur, accenditur: Laurentius cum patitur inflammatur. Illud feruor attritionibus suę mouet: hic ignè plurima vexatione suspirat. Sinapis, inquam, in vasculo calido decoquitur: Laurentius in craticula flãmaram igne torretur. Ardebat itaq; extrinsecus beatus Laurentius martyr tyranni sæuentis incendijs: sed maior illũ intrinsecus Christi amoris flãma torrebat. Et quãuis Rex improbus ligna subijceret, incendia maiora supponeret, tamen sanctus Laurentius has flãmas fidei calore non sentit: & dum Christi præcepta cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. Nec enim potest in visceribus ignium tormèta sentire, qui sensibus paradysi refrigeria possidebat. Licet iceat ante pedes tyranni exusta caro, corpus exanime nihil tamen detrimenti patitur in ferris, cuius animus demoratur in cœlis. Extenditur ergo super flammaram ignitos globos, & versatur in latera: sed quantum plus pœnarum tormenta patitur, tantò amplius Christum Dominum pertimescit. Nouo admirationis genere alius illum torquet, & alij sæuentis tormenta proficiunt. Deuotiorum Laurentium saluatori supplicia atrociora fecerunt. Sanctum est, fratres, ac Deo placitum, vt natale beati Laurentij præcipua deuotione veneremur, cuius radiantibus flammis vitrix in hunc quoq; diem toto orbe Christi coruscet Ecclesia. Qui cum in sede gloriosissimi patriarchæ diaconatus fungeretur officio, puritate innocentis vitæ, fortissimeq; mortis triumpho, apostolice se consortio copulauit. Nec immeritò eum Apostolorum supparem prædicamus, cui & castitas animi Leuiticũ ministerium dedit, & plenitudo fidei martyrii contulit dignitatè. Quem venerabilis Xistus Romanæ vrbs antistes, cum impietatem sæuentis mundi per tormenta superaret, & regnis esset cœlestibus iam vicinus, videretq; eum paterna de morte tristissimũ, ita spiritu præscientiæ compellasse narratur. Noli fili, mœstus esse, post triduum me sequeris. Vnde apparet, charissimi, beatum Laurentium non de sacerdotis sui victoria habuisse tristitiã, sed doluisse, quia non etiam ipse mundum cum suo pariter sacerdotè vincebat. Noli (inquit) fili mœstus esse, post triduum me sequeris: hoc est, noli tristis esse, velut apud seculum derelictus. Nam nec te fides, vitæque tua tali morte priuabit. Nulla te de meo transitu, quo ego gaudeo, perturbet anxietas, quia mox & tu habiturus es de tua passione læticiam. Verè beati Laurentij gloria singularis, qui tantum de Deo suo consecutus est gratiæ, vt ei martyr de martyrio prophetaret, quem pro suorum prærogatiua meritorum antè victoriã lætificauit, quã pugna terreret. Ergo vt comperit ore sacerdotis & martyris, se quoque omnimodò assumendum, congregatis inopũ turbis Ecclesiasticũ censum religiosa liberalitate diuisit. Quã profundum, spiritalis viri, & quã cœleste consiliũ, vt & egenis consuleret, & multitudine consumente quæ dederat, inueniri non possit quod raperet persecutor: illam nimirum secutus sententiam: Disperdit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in æternum. Misericordiaz fuit, quòd alimoniam pauperibus dedit: iustitiæ autem, quòd vt vir prudentissimus procurauit, ne sanctorum substantiam auaris manibus sacrilegus occuparet. Iustitia, inquit, eius manet in æternum. Quomodo non hæc ei in æternum manebit iustitia, quod & sancto

3 Quæ hic dicitur de fide, intellige de facundia & seracitate per dilectionem operatur, nõ autè de inani illa Luce ratorũ, quæ sine operibus inanis est.

Est ser. D. Maximi Episcopi in festo s. Laurentij. 4 Sicut est & deo placitum, natale beati Laurentij præcipua deuotione venerari.

5 Prærogatiua meritorum Laurentij: ergo sancti habent merita, & merita sunt cum gratia Dei, vt hic aperte vides contra prophanũ dogma hereticorum nostri temporis.

impleuit opere, & gloriosissimo martyrio consecrauit: Hoc itaque dolore furor gentilis accensus, craticulam continuo parat ignitam, super quam cremandum Laurentium per membra discinderet, vt indignationis suæ flammam impijs ignibus vindicaret. Ardet profectò coris vitæibus fortissimus martyr, & vritur: sed regnum cœli, promissaque Dei fidei mente pertractans, refrigerio conscientie victricis exultat. Nec penalis flexus incendio est, cuius in pectore insuperabili sancti spiritus flamma feruebat. Aut nunquid cedere poterat momentaneæ corporis vitioni, cuius fides æternam gehennæ extinguebat ardorem? Superatis itaque flammaram ministris, omne mundanæ inaniæ refrigit incendium, & ad hoc vitæ diabolica profect intentio, vt & vir fidelis ad Deum suum gloriosus ascenderet, & crudelitas prosequentium cum suis ignibus confusa torpesceret.

Sicut patrum nostrorum, fratres charissimi, non incerta relatione didicimus, cum venerabilis Xistus Apostolicæ sedis sacerdotio fungeretur, & sanctissimo Laurentij Archidiaconi ministerio Romana floreret Ecclesia, inuidia ardente diaboli aduersus nomen & fidem Christi, flamma durissimæ persecutionis incanduit, atque vt perniciosus Dominicum gregem feralem bestiarum rabies infaciata lanicaret, nocendi artifex inimicus, per uigilias prius molitur custodiam pastoris eripere. Et ideo Xistum ante omnes summum Domini sacerdotem furor gentilis aggreditur, vt Ecclesiastica membra tam valido truncata capite, velut munimine prælidij cœlestis amoto, cruentus persecutor inuaderet. Sed magnus ille Xistus, qui commisisse sibi à Deo ouibus affuerat pastor in terris, aderat patronus è cœlo. Denique sanctum Laurentium, quasi iam pontificis sui solatio destitutum, ad subeunda supplicia manus pagana perquirat, quem mirabilis Xistus aduersus omnia sæuentis mundi mala vaticinio prophetici sermonis armauit. Nam cum idem Laurentius passionem paternam, vt piissimus filius inconsolabili mœre deseret, Xistus, & præscientia sancti spiritus edocente, futura dinoscens, ait illi: Depone omnem, fili, de mea morte tristitiã. Nec enim diu mea te contristabit absentia, post triduum me sequeris. Quo responso mens deuota percepto, indubitatam suscipiens optimo ab antistite Christi martyre veritatè, nihil magis præ oibus curat, quàm vt auaritia persequentis, quod de morte sanctorum cõtristabat Ecclesiã, de præda Ecclesiæ gaudiũ nõ haberet; inuenit vir prudentissimus, vnde acrius suum possit torquere tortorem. Omnem igitur Ecclesiæ censum, cunctaque sacri vasa ministerij, ne ea sacrilegus macularet aspectus, conuocatis inopum turbis, pia erogatione distribuit, vt futurus martyr in retributione cœlesti pariter & mercede sui sanguinis, & tantæ liberalitatis præmio ditaretur. Non dubitans & in semetipso se fidem Christo suo, & ecclesiasticas opes in pauperibus seruaturum. Propter quod protinus ad tribunal rapitur impiorum, vir simplicitate innocens, virtute fortissimus, nihil sanè aliud deferens iudicanti, quàm viuæ mentis constantiam, & illesã conscientie puritatè, deuotam Deo offerens animam, & castissimum tradens persequenti corpus ad pœnam, illud Euangelicorum seruans: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autè non possunt occidere. Excogitatur itaque in Laurentium ferale tormentum, vt qui meo mortis non mouebatur, acerbitate supplicij frangeretur: sed quem suarum confortabat multitudo virtutũ, non poterat vincere magnitudo pœnarum. Paratur ergo craticula igne succensa, quæ triumphalis martyris & animam fatigaret, & corpus exureret. Sed ignara verbi turba persequentium, & diabolicis obcœcata tenebris nõ videbat, quòd adustus illa membrorum fidelis animi esset æterna purgatio: & corpus, quod corruptentibus flammis præsens vita desereret, ad in corruptione viuendi dãnata morte transfret. Verè incõparabile salutaris fidei huius sacramentum, quo per tormenta beatitudo quæritur, & flammis refrigeriũ præparatur, vt ait patriarcha David, verbis martyriũ dicens: Transiimus per ignè & aquã, & induxisti nos in refrigeriũ. Transibat per ignem & aquam beatus Laurentius, cum hinc eum mortifera mundi flamma torreret, hinc cœlestis regni irrigi vitalis vnda perfunderet. Transibat per ignè & aquã, cum vim furètis incèdij, diuini fontis clementia tẽperaret. Ardebat ergo Laurentius, sed vincebat ignis ille, de quo ait Saluator: Ignè veni mittere in terrã, & quò volo vt ardeat? nõ nouum mirandumq; certamè, vnus eiusdemq; viri: & flammis corpus vrebatur, & ardētis fidei calore mens ignita feruebat: sicut loquebantur ad inuicem Evangelici illi viri dicentes: Nõne cor nostrũ erat ardens in nobis in via? Vbi ergo cor ardet, flammam mēbra nõ sentiunt: vbi Christi ignis operatur, diaboli necesse est vincatur incendiũ: & vbi Dei spiritus feruet, frigida fit flamma mortalium. Et hinc est, charissimi, quòd 7 triumphum beati Laurentij totus vbiq; mundus consona hodie deuotione concelebrat: hinc quòd insuperabilem fidè eius lætior Roma miratur, quia radiis æterni solis accensus, ignè seculi patienter sustinuit, & confidèter euasit. Beatissimi Laurentij, fratres charissimi, annua, semperque noua festiuitas Ecclesiam I Dei iugiter in gaudia lætitię spiritualis accendit, ad monens vniuersitatè credentiũ, vt sicut illi perfectæ deuotionis ardore furentibus nõ cessit incendijs, ita nos diuersarũ tribulationum

Est sermo secundu, ubi supra.

6. Beatus Xistus martyr aderat Laurentio patronus & cælo.

7. Triumphũ Laurentij totus vbiq; mundus consona hodie deuotione concelebrat.

Est sermo 3. ibi: 8. Annua semperque noua beatiss. Laurentij festiuitas, Ecclesiam Deo iugiter in gaudia lætitię spiritualis accendit. Celebratur ergo etiã iude D. Laurentij festũ

ignis, & malorum secularium flamma à Christi societate non moueat: vt ait ille mysteriorum celestium doctor, ac totius virtutis exemplum gloriosissimus Paulus: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et verè nullis presentium persecutionum potest inclinari periculis, qui semel promissa omnipotentis Dei aeterna largissimi Redemptoris præmia fide stabili, & inconcussa mente concepit. Neque enim potest arduum illud præcellumque bonorum immortalium iter debilis animus & fides clausa conscendere. Ideo & fortissimum martyrem incumbendum tormenta poenarum, & saeuissimi persecutoris superare flamma non potuit, quia longè ardentius veritatis radiis mens eius accensa feruebat. Vnde nec potuit de infatigabili eius peccatore calorem diuinitus infusum corpore, vt ille, & mortalium ministratus manibus ignis excludere. De hoc validissimo Christi milite illud credendum est dictum, quod ante multa annorum millia prænunciatum est per Prophetam dicentem: Et si transies per ignem, flamma te non comburet. Ecce enim beatus Laurentius transiit per ignem, quo non adustus inhorruit, sed illuminatus effulsit: transiit per ignem momentaneum atque terrenum, sed flammam gehennæ perpetuè exurentis euasit. Quid hoc beatus viro, qui miserantis Dei dispensante gratia arsit, ne arderet, vt ne videretur, exustus est? Qui si nullis esset ignibus ac suppliciiis traditus, fuerat quidem securitas libertatis, sed nulla extiterat gloria dimicantis. Ad hoc enim nos exemplis atque doctrinis in Ecclesia sua Christus erudit, non vt nihil mali patiamur in hoc mundo, sed vt mundum multimoda passione vincamus.

Cecinit quondam variis tribulationibus coartatus ille clarissimus prophetarum patriarcha Dauid, dicens: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Quæ sententia etià venerabili Laurentio cõuenire manifestum est, cuius cor tanta in fide Christi magnanimitate concaluit, vt despectis proprii corporis cruciatibus, insanissimum tortoris Luo, triumphatis eius ignibus, lætus illuderet. Verè in meditatione eius insuperabilis exarsit ignis, qui odio perfidie, & amore veritatis accensus, appositam sibi extrinsecus flammam aut non sensit, aut vicit. Propter quod, charissimi, exultemus, & lætemur in Domino, non dubitantes & persecutorem martyris pro ignibus, quos accendit, præparata impio incendia sustinere, & ipsum beatissimum martyrem pro flamma, quam pertulit, apud omnipotentem Deum incorruptæ lucis illuminatione fulgere.

VITA SANCTI LAURENTII MARTYRIS, per D. Ambrosium Episcopum Mediolanensem scripta.

Habetur libro 1. officiorum eius ca. 41.

NON prætereamus sanctum Laurentium, qui cum videret Sixtum Episcopum suum ad martyrium duci, flere cepit, non passionem illius, sed suam remanentem. Itaque his verbis appellare cepit: Quo progredieris sine filio pater? Quo sacerdos sancte sine diacono properas? Nunquam sacrificium sine ministro offerre consueueras. Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerem probasti? Experire certè, vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commisti Domini sanguinis consecrationem, cui consummandorum consortiū sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas? Vide ne periclitetur iudicium tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli, detrimentum est magistri. Quid, quòd illustres, & præstantes viri discipulorum certaminibus magis quam suis vincunt? Denique Abraham filium obtulit, Petrus Stephanum præmisit: Et tu pater ostende in filio virtutem tuam: offer quem erudisti, vt securus iudicij tui comitatu nobili prouenias ad coronam. Tunc Sixtus: Non ego te filii relinquo, ac defero, sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi fenestras pugnae cursum recipimus, te quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno triumphus. Mox venies, flere desiste, post triduum mme sequeris. Inter sacerdotem & Leuitam hic medius numerus decet. Non erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem quæreres. Quid consortiū passionis meæ expetis? Totam tibi hereditatem eius dimitto. Quid presentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum præcedant, fortes sequantur: vt vincant sine magistro, qui iam non indigent magisterio. Sic & Helias Helisæum reliquit. Tibi ergo commendo nostræ virtutis successione. Talis erat contentio, digna sanè de qua certarent sacerdos & minister, quis prius pateretur pro Christi nomine. In fabulis serunt tragicis, excitatos theatri magnos esse plausus, cum se Pylades Orestem diceret: Orestes, vt erat, Orestem se esse asseueraret: ille vt pro Oreste necaretur, Orestes ne Pyladem pro se pateretur necari: sed illis non licebat viuere, quòd vterque esset parricidij reus: alter qui fecisset, alter qui adiuuisset. Hic Laurentium sanctum ad hoc nullus urgebat nisi amor deuotionis, tamen & ipse post triduum, cum illuso tyranno impostus super craticulam exureretur: Assum est, inquit, versa & manduca. Ita animi virtute vincebat ignis naturam.

ADHVC

ADHVC DE EODEM, PRE eundem Ambrosium.

HOC maximum incensuum misericordie, vt compatiatur alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus iuuenemus, & plus interdum quam possumus. Melius est enim pro misericordia causas præstare, vel inuidiam perpeti, quam prætereunde inclementiam: vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui contregimus vasa mystica, vt i captiuos redimeremus, quod Arianis displicere poterat, nec tã factum displicere, quam vt esset quod in nobis reprehenderent. Quis autem est tam durus, immittis, ferreus, cui displiceat quòd homo redimitur à morte: scemina ab impuritatibus Barbarorum, quæ grauiore morte sunt: adoleicentula, vel pueruli, vel infantes ab idolorum contagiis, quibus mortis metu inquinabatur? Quam causam nos etiam non sine ratione aliqua gelsimus, tamen ita in populo prolecuri sumus, vt confiteremur, multosque fuisse commodius astruimus, vt animas Domino, quam aurum seruaremus. Qui enim sine auro militi Apostolos, & Ecclesias sine auro congregauit. Aurum Ecclesie habet non vt seruet, sed vt erogat, & subueniat in necessitatibus. Quid opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atque argenti de templo Domini Assyrii sustulerint? Nonne melius constat sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quam sacrilegus contaminata asportet hostis? Nonne dicturus est Dominus: Cur passus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum, vt ministrasses alimoniam, cur tot captiui deducti in commercium sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, vt vasa viuentium seruare, quam metallorum? His nõ posset responsum referri. Quid enim diceret? Timui ne templo Dei ornatus deesset. Responderet: Aurum & sacramenta non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorum, redemptio captiuorum est: Et verè illa sunt vasa preciosa, quæ redimunt animas à morte. Ille verè thesaurus est Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Tunc vas Domini sanguinis agnosco, cum in vtroque videro redemptionem, vt calix ab hoste redimat, quos sanguis à peccato redimit. Quam pulchrum, vt cum agmina captiuorum ab Ecclesia redimuntur, dicatur. Hos Christus redemit: Ecce aurum quod probari potest: Ecce aurum vile: Ecce aurum Christi, quod à morte liberat: Ecce aurum quod redimitur pudicitia, seruatur castitas. Hos ergo malui vobis liberos tradere, quam aurum seruare. Hic numerus captiuorum, hic ordo præstantior est, quam species poculorum. Huic muneri proficere debuit aurum redemptoris, vt redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinem Christi, non solum iruitillale, verum etiam diuinæ operationis impressisse virtutem redemptionis munere. Tale aurum sanctus martyr Laurentius Domino seruauit, à quo cum quæreretur thesauri Ecclesie, promissit demonstraturum se sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi essent thesauri quos promisserat, ostendit pauperes, dicens: In vno thesauri Ecclesie. Et verè thesauri, in quibus Christus est: in quibus Christi fides est: Denique Apost. ait: Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Quos meliores thesauros habet Christus, quam eos in quibus se esse dixit? Sic enim scriptum est: Esurui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me. Et infra: Quod enim vni horum fecistis, mihi fecistis. Quos meliores Iesus habet thesauros, quam eos in quibus amat videri? Hos thesauros demonstrat Laurentius, & vicit, quòd eos nec persecutor potuit auferre. Itaq; Joachim qui aurum in obsidione seruabat, nec dispesabat alimonie coparandæ, & aurum vidit diripi, & se in captiuitatem deduci. Laurentius qui aurum à Ecclesia maluit erogare pauperibus, quam persecutori recufare, pro singulari interpretationis viuacitate sacra martyrii accepit coronam. Nūquid dictum est sancto Laurentio: Non debuisti erogare thesauros Ecclesie, vasa sacramentorum vendere? Opus est, vt si quis fide sincera & perspicaci prouidentia munus hoc impleat, sanè si in sua aliquis deriuat simulamenta; crimen est. Sin verò pauperibus erogat, captiuum redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere, cur pauper viuat. Nemo potest quari, quia captiui redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei ædificatum est. Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulchris Christianorum, requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa Ecclesie etiam initiata constringere, conflare, vendere licet. Opus est, vt de Ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad vsum nefarios facili calicis ministerium transferatur. Ideo intra Ecclesiam primum quaesita sunt vasa quæ initiata non essent: deinde conuoluta postremò conflata, per minutas erogationes dispensata egentibus, captiuorum, quæque pretiis profecerunt. Quod si desunt noua, & quæ nequaquam initiata videantur, in huiusmodi vsum, quos supra diximus, arbitror omnia pie posse conuertri.

Habetur libro 1. officiorum ca. 28.

1. Vides q pro redemptio captiuorum & ecclesie vasa eroganda sunt? Quod tam sobrie intelligi, nempe cum non aliunde redimi possunt, hoc te docet paulo infra Ambrosius ipse.

2 Non credas hereticis sanctum videri hic detestari Ecclesie vasa aurea vel argentea, cum plurimi sancti viri huiusmodi ecclesie donauerint, quod non fecissent si Deo minime placere credidissent. Sed loquitur sanctus in casu pro postro, videlicet in necessitatibus pauperum, & cū illis subsidia desunt.

3. Vide forte et alium casum erogandi sacra vasa, cum videlicet est probabilis cõiectura quod perueniat in manus sacrilegorum tyrannorum, persecutorum Ecclesie. Quod tanquam iura eia videretur Ambrosius.

ITEM VITA SANCTI LAURENTII

Martyris, per diuum Leonem papam scripta.

Est sermo habitus per eundem in die natiuitatis eius.

CVm omnium dilectissimi, summa virtutum, & totius plenitudo iustitiae, de illo amore nascatur, quo Deus proximusque diligitur, in nullis profecto hic amor sublimis excellere, clariusque fulgere, quam in beatissimis martyribus inuenitur, qui Domino nostro Iesu Christo pro omnibus hominibus mortuo, tam propinqui sunt imitatione charitatis, quam similitudine passionis. Quamuis illi dilectioni, qua Dominus nos redemit, nulla cuiusquam benignitas possit aequari, quia aliud est pro iusto mori hominem sua necessitate mortuarum, aliud pro impiis occumbere à debito mortis alienum, multum tamen vniuersis hominibus etiam martyres contulerunt, quorum fortitudine ita eius largitor vltus est Dominus, vt poenam mortis, & atrocitatem crucis, nulli suorum veller esse terribilem, sed multis faceret imitabilem. Si ergo nullus bonus, sibi soli est bonus, nec cuiusquam sapientis, sibi tantum sapientia est amica, & haec verarum natura virtutum est, vt multos à tenebroso abducatur errore, qui earum clarus est lumine, ad erudiendum Dei populi, nullorū est vtilior forma quam martyrum eloquentia. Facilis ad exhortandum sit ratio, efficax ad suadendū, validiora & tamē sunt exempla quam verba, & plenius est opere docere, quam voce. In quo excellentissimo genere doctrinae beatus martyr Laurentius, cuius passione dies 5 hodiernus illustris est, quam gloriosa polleat dignitate, etiam persecutores eius sentire poterunt, quam illa mirabilis animi fortitudo, de Christi principaliter amore concepta, non solum ipsa non cederet, sed etiam alios exemplo suae tolerantiae roboraret.

4. Vides quod rebus plenius praedicatur quā verbis? Et instruere populum factis excellentissimum est genus doctrinae.

Quum enim furor Gentilium potestatum in excellentissima quaque Christi membra saueret, ac praecipue eos qui ordinis erant sacerdotalis, impeteret in Leuitam Laurentium, qui non solum ministerio sacramentorum, sed etiam dispensatione ecclesiasticae substantiae praemi-nebat, impius persecutor esorbuit, duplicem sibi praedam de vnius viri comprehensione promittens, quem si fecisset sacrae pecuniae traditorem, faceret etiam verae religionis exortem. Armatur itaque gemina face homo pecuniae cupidus, & veritatis inimicus: auaritia, vt rapiat aurum: impietate, vt auferat Christum. Postulat sibi ab immaculato sacrarii praesule opes ecclesiasticas, quibus avidissimus inhiabat, inferri. Cui Leuita castissimus, vbi eas repositas haberet ostendens, numerosissimos sanctorum pauperum obrulit greges: in quorum victu atque vestitu inamissibiles condiderat facultates: quae tanto integrius erant saluae, quanto sanctius probabatur expense. Fremit ergo praedo frustratus, & in odium religionis, quae talem diuitiarum usum instituisse, ardescens, direptionem thesauri potioris aggreditur, vt apud quem nullam denariorum substantiam reperisset, illud depositum, et quo sacratius erat diues, auferret. Renunciare Christo Laurentium iubet, & solidissimam illam Leuitici animi fortitudinem, diris parat vrgere supplicii. Quorum vbi prima nil obtinent, vehementiora succedunt. Laceros artus, & multa verberum sectione confisos, subiecto praecipit igne torreret, vt per craterem ferream, quae iam de feruore continuo vim in se haberet vrendi, conuerterent alterna mutatione membrorum, fieret cruciatus vehementior & poena productior. Nil obtines, nil proficis saeva crudelitas. Subtrahitur tormentis tuis materia mortalis, & Laurentio in caelos abeunte, tu deficis flammis tuis. Superari charitatis Christi flamma non potuit, & segnior fuit ignis qui foris vsit, quam qui intus accendit. Sauiisti persecutor, in martyrem sauiisti, & auxisti palmam dum aggeras poenam. Nam quid non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem transferunt triumphum, etiam instrumenta supplicij? Gaudeamus igitur dilectissimi gaudio spirituali, & de foelicissimo in clyti viri sine gloriemur in Domino, qui est mirabilis in sanctis suis, in quibus 7 nobis & praesidium constituit, & exemplum, atque ita per vniuersum mundum clarificauit gloriam suam, vt à solis ortu vsque ad occasum Leuiticorum luminum coruscante fulgore, quam clarificata est Hierosolyma Stephano, tam illustris fieret Roma Laurentio. Cuius oratione 8 & patrocinio adiuuari nos sine cessatione cō-

6. Nota Laurentio in caelos abeunte.

7. In sanctis suis Deus & praesidium nobis constituit & exemplum.

8. Oratione & patrocinio Laurentij adiuuari nos sine cessatione cōspiciamus.

fidimus, vt quia omnes, sicut Apostolus ait, quicumque volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur, corroboremur spiritu charitatis, & ad superandas omnes tentationes, constantis fidei perseverantiam mu-niamur: Per Dominum nostrum Iesum Christum viuentem & regnantem cum patre & spiritu sancto in secula seculorum.

AMEN.

PASSIO

Martyris, per Aurelium Prudentium Conf. Iarem scripta.

Antiqua sanctorum parens iam Roma Christo dedita, Laurentio victrix duce Ritum triumphans barbarum, Reges superbos viceras, Populosque fraenis prefferas. Nunc monstruosos idolis Imponis imperij iugum. Haec sola deerat gloria Urbis togarū insignibus, Feritate capta Gentium Donaret vt spurcum Iouem, Non turbulentis viribus Cossis, Camillis, aut Caesaris: Sed martyrj Laurentij Non incruento praelio. Armata pugnabat fides, Proprij cruoris prodiga: Nam morte mortem diruit, At semel impendit sibi. Fortē hoc sacerdos dixerat, Iam Xistus, adfixus cruci: Laurentium sientem videns Crucis sub ipso stipite: Desiste discehu meo Fletum dolenter funderē, Praecedo frater: Tu quoque Post hoc sequeris triduum. Extrema vox Episcopi Praenunciatrix gloriae Nihil fessellit, nam dies Praedicta palmam praestitit. Qua voce, quantis laudibus Celebrabo mortis ordinem, Quo passionem carmine Dignē retexens concinam? Hic primus ē septem viris, Qui stant ad aram proximi, Leuita sublimis gradu, Et caeteris praestantior, Claustris sacrorum praerarat, Coelestis arcanum domus Fidis gubernans clauibus, Votaque dispensans opes. Versat famem pecuniae Praefectus vrbis regiae, Minister infani ducis, Exactor auri & sanguinis. Qua vi latentes eruat Numos, operta existimans Talenta sub sacriis, Cumulosque congestos tegi. Laurentium sibi iubet: Exquirat arcam ditibus Malsis referam: & fulgidae Montes monetae conditos. Soletis (inquit) conqueri, Sauiere nos iusto amplius:

Cum Christiana corpora Plusquam cruentē scindimus, Abest atrocioribus Censura feruens motibus, Blandē & quietē effragito: Quod sponte obire debeas. Hunc esse vestris orgiis Moremque & arem proditum est: Hanc disciplinam foederis, Libent vt auro antistites. Argenteis scyphis ferunt, Fumare sacrum sanguinem, Auroque nocturnis sacris Adfate fixos cereos. Tunc cura summa est fratribus: (Vt sermo testatur loquax) Offerre fundis venditis Sestertiorum millia. Addicta auorum praedia Fœdis sub auctionibus Successor exhaeres gemit Sanctis egens parentibus: Haec occuluntur abditis Ecclesiarum in angulis: Et summa pietas creditur Nudare dulces liberos. Deprome thesauros, malis Suadendo quos praestigia Exaggeratos obtines, Nigrante quos claudis specu. Hos poscit vltus publicus, Hoc fiscus, hoc aerarium, Vt dedita stipendiis Ducein iuuet pecunia. Sic dogma q̄ vestrum est audio, Suum quibusque reddito, En Caesar agnoscit suum Numisma numis inditum. Quod Caesaris scis, Caesari Da: nempe iustum postulo, (Ni fallor) haud vllam tuus Signat Deus pecuniam. Nec cum veniret, aureos Secum Philippos detulit, Praecepta sed verbis dedit Inanis à marsupio. Implete dictorum fidem, Quae vos per orbem venditis Numos libenter reddite, Estote verbis diuites. Nil asperum Laurentius Refert ad ista, aut turbidum, Sed vt paratus obsequi, Obtemperanter annuit. Est Diues, inquit, non nego: Haberq̄ nostra Ecclesia Opumque, & auri plurimum: Nec quisquam in orbe ditor.

Habetur in peri. Stephano eiusdem.

9. Vide quod & ista pro sua assertione sentit se scripturam, quod & heretici faciunt, sed male tamē intellectis & interpretatis.

Is ipse

Is ipse tantum non habet
 Argenteorum ænigmatum
 Angustus arcem possidens;
 Cui numus omnis scribitur.
 Sed nec recesso prodere
 Locupletis arcam numinis,
 Vulgabo cuncta, & proferam
 Pretiosa quæ Christus tenet.
 Vnum sed orans flagito,
 Induciarum paululum,
 Quo fungar efficacius
 Promissionis munere:
 Dum tota digestim mihi
 Christi supellex scribitur.
 Nam calculanda primitus,
 Tunc subnotanda est summula.
 Lætus tumescit gaudio
 Præfectus, ac spem deuorat:
 Aurum velut iam conditum
 Domi maneret gestiens.
 Pepigere tempus tridui.
 Laudatus inde absoluitur
 Laurentius, sponsor sui,
 Et sponsor ingentis lucri.
 Tribus per urbem cursitat
 Diebus, infirma agmina,
 Omnesque qui possunt stipem
 Cogens in vnum, & congregans.
 Illic vtrisque obtutibus
 Orbes cauatos præferens
 Baculo regebat præuio
 E rrore nutantem gradum.
 Et claudus infraeto genu,
 Vel crure trunco semipes,
 Breuiorue planta ex altera,
 Gressum trahebat imparem,
 Est vlcerosus artubus,
 Qui tabe corrupta fluat:
 Est cuius arens dextera
 Nervos in vnam contrahat.
 Tales plateis omnibus
 Exquirat, assætos ali
 Ecclesie matris penur:
 Quos ipse primus nouerat.
 Recenset exin singulos,
 Scribens viritum nomina,
 Longo & locatos ordine
 Ad stare pro templo iubet.
 Præscriptus & iam fluxerat
 Dies, furebat seruido
 Index auarus spiritu,
 Promissa solui efflagitant.
 Tunc Martyr: assistas velim,
 Coramque dispositas opes
 Mirere: quas noster Deus
 Prædius in sanctis habet.
 Videbis ingens atrium
 Fulgere vasis aureis:
 Et per patentes porticus
 Structos talentis ordines,

It ille, nec pudet sequi:
 Ventum ad faciatam ianuam;
 Stabant cateruæ pauperum,
 Inculca visu exanima.
 Frago rogantum tollitur,
 Præfectus horret sic stupens,
 Conuersus in Laurentium,
 Oculisque turbatis minax.
 Contra ille, quid frendens (ait)
 Minitaris? aut quid displicet?
 Num sordida hæc aut vilia?
 Num despuenda existimas?
 Aurum quod ardentem sitis
 Effossa gignunt rudera,
 Et de metallis squalidus
 Poenalis excudit labor.
 Torrens vel amnis turbidus
 Voluens arenis implicat:
 Quod terrulentum ac sordidum,
 Flammas necesse est decoqui.
 Pudor per aurum soluitur,
 Violatur auro integritas,
 Pax occidit, fides perit,
 Leges & ipse intercedunt.
 Quid tu venenum gloriae
 Extollis, & magni putas?
 Si quæris aurum verius,
 Lux est, & humanum genus.
 Hi sunt alumni luminis,
 Quos corpus arctat debile,
 Ne per salutem viscerum
 Mens insolescat turgida.
 Cum membra morbus dissecat,
 Animus viget robustior,
 Membris vicissim fortibus
 Vis sauciatur sensum.
 Nam sanguis in culpam calens
 Minus ministrat virium,
 Si feruor effatus malis
 Elumbe virus contrahat.
 Si forte detur optio,
 Malim dolore asperissimo
 Fragmenta membrorum pati,
 Et pulcher intus viuere.
 Committe formas pestium,
 Et confer alternas lues:
 Carnis ne morbus foedior,
 An mentis, & mortum vlcera?
 Nostri per artus debiles
 Intus decoris integri,
 Sensum venusti innoxium
 Languoris expertes gerunt.
 Vestros valentes corpore
 Interna corrumpit lepra,
 Errorque mancum claudicat,
 Et cæca fraus mihi vider.
 Quemuis tuorum principum,
 Qui veste & ore prænitet,
 Magis probabo debilem,
 Quam quis meorum est pauperum.

Hunc

Hunc qui superbit serico,
 Quem currus inflatum vehit,
 Hydrops aquosus lucido
 Tendit veneno intrinsecus.
 Ast hic auarus contrahit,
 Manus recurvas, & volam
 Plicans aduncis vnguibus
 Laxare nervos non valet.
 Istum libido fetida
 Per seorta tactum publica
 Luto & cloacis inquinat,
 Dum spurca mendicat supra.
 Quid ille feruens ambitu
 Siti que honoris æstans,
 Meris ne anhelat febribus,
 Atque igne venarum furit?
 Quisquis tacendi intemperans
 Silenda prurit prodere,
 Vexatur & scalpitur,
 Scabiam que cordis sustinet.
 Quid inuidorum pectorum
 Strumas retexam turgidas?
 Quid purulenta & liuida
 Malignitatum vulnera?
 Tute ipse qui Romam regis,
 Contemptor æterni Dei,
 Dum demonum fordes colis,
 Morbo laboras regio.
 Hi quos superbus despicias,
 Quos execrandos iudicas,
 Breui vlcerosos exuent
 Artus, & incolumes erunt.
 Cum carne corruptissima
 Tandem soluti ac liberi
 Pulcherrimo vitæ statu
 In arce lucebunt patris.
 Non sorditati aut debiles,
 Sicut videntur interim:
 Sed purpurantibus stolis
 Clari, & coronis aureis.
 Tum si facultas suppetat,
 Coram tuis obtutibus
 Istos potentes seculi
 Velim recensendos dari.
 Pannis videres obstitos,
 Et mucculentis naribus,
 Mentum saliuus vuidum,
 Lipposque palpebra putri.
 Peccante nil est terrius,
 Nil tam leprosum, aut putridum,
 Cruda est cicatrix criminum:
 Oletque, vt antrum tartari.
 Animabus inuerfa vice
 Corrupta forma insigitur:
 Quas pulcher aspectus prius
 In corpore oblectauerat.
 En ergo numos aureos,
 Quos proximè sponderam,
 Quos nec saullis obruat
 Ruina, nec fur subtrahat.

Nunc addo gemmas nobiles,
 Ne pauperem Christum putes,
 Gemmas corufci numinis,
 Ornatur hoc templum quibus.
 Cernis sacratas 10 virgines,
 Mireris intactas anus,
 Primi que post damnum thori
 Ignis secundi nescias.
 Hoc est monile Ecclesie,
 His illa gemmis comitur,
 Dotata sic Christo placet,
 Sic ornat altum verticem.
 Ecce talenta fuscipe,
 Ornabis urbem Romulam.
 Ditabis & rem principis,
 Fies & ipse ditior.
 Ridemur, exclamat furens
 Præfectus, ac miris modis
 Per tot figuras ludimur:
 Et viuunt infanum caput?
 Impunè tantas furcifer,
 Strophas cauillo mimico
 Te nexuisse existimas,
 Dum scurra saltas fabulam?
 Concinna visa vrbantitas
 Tractare nosmet ludicris?
 Egon cachinnis venditus
 Acroma festiuum fui?
 Adeone nulla est austeritas?
 Censura nulla est falsibus?
 Adeon securim publicam
 Mollis retundit lenitas?
 Dicis, libenter oppetam,
 Votiuam mors est martyri:
 Est ista vobis (nouimus)
 Persuasionis vanitas.
 Sed non volenti impertiam,
 Præstetur vt mortis citæ
 Compendiosus exitus,
 Perire raptim non dabo.
 Vitam tenebo & differam
 Pœnis morarum iugibus,
 Et mors inextricabilis
 Longos dolores protrahet.
 Prunas tepentes sternite,
 Ne feruor ignitus nimis
 Os contumacis occupet,
 Et cordis intret abdita.
 Vapor senescens langueat,
 Qui suffus efflatu leui
 Tormenta sensim temperet,
 Semustulati corporis.
 Bene est quod ipse ex omnibus
 Mysteriarches incidit,
 Hic solus exemplum dabit
 Quid mox timere debeant.
 Conscende constratum rogam,
 Decum be digno lectulo:
 Tunc, si libebit, disputa
 Nil esse Vulcanum meum.

g iij

Hæc

Io Monile Eccl
 estia sacrata virg
 gines ex continen
 tes vidua.

Hæc fante Præfecto, truces
Hinc inde torrores parant
Nudare amictu martyrem,
Vincire membra, & tendere.
Illi os decore splenduit,
Fulgorque circumfusus est,
Talem reuertens legifer
De monte vultum detulit:
Iudæa quem plebs aureo
Boue inquinata & decolor
Expauit, & faciem retro
Detorsit impatiens Dei.
Talemque & ille prætulit
Oris coruscæ gloriæ,
Stephanus, per imbrem saxeum
Cælos apertos intuens.
Illuminatum hoc eminus
Recensens piatis fratribus,
Baptisma quos nuper datum
Christi capaces fecerat.
Ast impiorum cæcitas
Os oblitum noctis situ
Nigrante sub velamine
Obducta clarum non videt,
Ægyptiæ plagæ in modum,
Quæ cum tenebris Barbaros
Dannaret, Hebræis diem
Sudo exhibebat lumine.
Quin ipsa odoris qualitas,
Adusta quam reddit cutis:
Diuerfa utrosque permouet,
His nidor, illis nectar est.
Idemque sensus dispati
Variatus aura, aut adfcit
Horrore nares vindice,
Aut mulcet oblectamine.
Sic ignis æternus Deus.
Nam Christus ignis verus est,
Is ipse complet lumine
Iustos, & vitæ noxios.
Postquam vapor diuinus
Decoxit exustum latus,
Vltro è catasta Iudicem
Compellat affatu breui.
Conuerte patrem corporis
Satis crematam iugiter:
Et fac periculum, quid tuus
Vulcanus ardens egerit.
Præfectus inuerti iuber.
Tunc ille: Coctum est, deuora,
Et experimentum cape,
Sit crudum, an asium suauius.
Hæc ludibundus dixerat:
Cælum deinde suspicit,
Et congemiscens obsecrat,
Miseratus urbem Romulam.
O Christi numen vincum,
O splendor, & virtus patris,
O factor orbis, & poli,
Atque autor horum mœnium:

Qui sceptrâ Romæ in vertice
Rerum locasti, sanciens
Mundum Quirinali togæ
Seruire, & armis cedere:
Vt discrepantum Gentium
Mores & obseruantiam,
Linguaque & ingenia & sacra,
Vnis domares legibus:
En omne sub regnum Remi
Mortale concessit genus,
Idem loquuntur dissoni
Ritus, id ipsum sentiunt.
Hoc destinatum, quod magis
Ius Christiani nominis
Quodcunque terrarum iacet,
Vno illigaret vinculo,
Da Christe Romanis tuis,
Sit Christiana vt ciuitas:
Per quam dedisti vt cæteris
Mens vna sacrorum foret,
Confederentur omnia
Hinc deinde membra & symbolum,
Manufecit orbis subditus:
Manufecit & summum caput.
Aduertat abinuitas plagas
Coire in vnam gratiam,
Fiat fidelis Romulus,
Et ipse iam credat Numa.
Confundit error Troicus,
Adhuc Catonum curiam
Venerantur occultis focis
Phrygum penates exules,
Ianum bifrontem, & Sterculum
Colit senatus, horreo
Tot monstra patrum dicere:
Et festa Saturni fenis.
Absterge Christe hoc dedecus,
Emitte Gabriel tuum:
Agnoscat vt verum Deum
Errans Iulica cæcitas.
Et iam tenemus obsides
Fidissimos huius spei,
Hic nempe iam regnant duo
Apostolorum principes.
Alter vocatur Gentium,
Alter cathedram possidens
Primam, recludit creditas
Æternitatis ianuas.
Discede adulter Iuppiter
Stupro fororis oblite,
Relinque Romam liberam,
Plebemque iam Christi fuge.
Te Paulus hinc exterminat,
Te sanguis exturbat Petri,
Tibi id, quod ipse armaueras,
Factum Neronis officit.
Video futurum principem
Quandoque, qui seruus Dei
Tetrus sacrorum sordibus
Seruire Romam non sinat,

Qui templa claudat vestibus,
Valuas eburnas obstruat,
Necanda damnet limina,
Obdens ahænos pessulos.
Tunc pura ab omni sanguine
Tandem nitebunt marmora,
Stabant & æra innoxia,
Quæ nunc habentur idola,
Hic finis orandi fuit,
Et finis idem vinculi
Carnalis, erupit volens
Vocem secutus spiritus.
Vexere corpus subditis
Cercubicus quidam patres,
Quos mira libertas viri
Ambire Christum suaserat.
Repens medullas indoles
Afflat, & coegerat
Amore sublimis Dei
Odisse nugas pristinas.
Refixit ex illo die
Cultus Deorum turpium,
Christi ad tribunal curritur,
Plebs in sacellis rarior.
Sic dimicans Laurentius,
Non ense præcinxit latus
Hostile, sed ferrum retro
Torquens, in autorem tulit.
Dum daemon inuictum Dei
Testem læcesit prælio:
Perfossus ipse concidit,
Et stratus æternum iacet.
Mors illa sancti martyris,
Mors vera templorum fuit:
Tunc Vesta Palladios lares
Impune sensit deserit.
Quicquid Quiritum suauerat
Ornare nœnias Numæ,
Christi frequentans atria
Hymnis resulat martyrem.
Ipsa & senatus lumina
Quondam Luperci, aut Flamines,
Apostolorum 12 & martyrum
Exofculantur limina.
Videmus illustres domos,
Sexu ex vitroque nobiles
Offerre votis 14 pignora
Clarissimorum liberum.
Vittatus olim Pontifex
Accit in signum crucis:
Ædemque Laurenti tuam
Vestalis intrat Claudia.
O ter quaterque & septies
Beatus Urbis incolæ,
Qui te ac tuorum 14. comminus
Sedem celebrat ofsium.
Cui propter aduolui licet
Qui fletibus spargit locum,
Qui pectus in terram premit;
Qui vota fundit murmure:
Nos Vasco Hiberus diuidit
Binis remotos alpihus
Trans Cotianorum iuga,
Trans & Pyrenas ninguidos.
Vix fama nota est, abditis
Quam plena sanctis Roma sit:
Quam 15 diues vibanum soluria
Sacris sepulchris floreat.
Sed qui caremus his bonis,
Nec sanguinis vestigia
Videre coram possumus,
Cælum intuemur eminus.
Sic sancte Laurenti tuam
Nos passionem quærimus,
Est aula nam duplex tibi,
Hic corporis, mentis polo.
Illic inenarrabili
Allectus vrbi municeps
Æternæ 16 in arce curiæ
Gestas coronam ciuicam.
Videor videre illustribus
Gemmis coruscantem virum:
Quem Roma cœlestis sibi
Legit perennem consulem.
Quæ sit potestas 17 credita,
Et muneris quantum datum,
Probant Quiritum gaudia,
Quibus rogatus annuis.
Quod quisque supplex postulat,
Fert impetratum prosperè,
Pescunt, litantur, indicant,
Et tristis haud vllus redit.
Ceu præsto semper adies,
Tuosque alumnos vrbicos
Lactante complexus sinu
Paterno amore nutrias.
Hos inter, & Christi decus,
Audi & Poëtam 18 rusticum
Cordis fatentem crimina,
Et facta prodentem sua.
Indignus agnosco & scio,
Quem Christus ipse exaudiat,
Sed per patronos martyres
Potest medelam consequi.
Audi benignus supplicem
Christi reum Prudentium:
Et seruitutem corpori
Abtus vinculis seculi.

11 Ecce quomodo
populi cantabant
hymnos in honore
martyrum.
12 Senatus Romæ
exofculatur limi-
na sacrorum &
martyrum.
13 Ecce vota ad
tumulos sanctorum
14 Vide celebra-
tionem sepulchri Jesu
Christi & Lau-
rentii, invocationem
eius vide et fletu-
bus et protestatio-
ne, necnon votorum
nuncupationem.
15 Hæretice.
16 Sepulchra san-
ctorum sacra eis
uitas illustrat.
17 Anima Lau-
rentii in caelo cog-
nata.
18 Magna Sena
cæ Laurentii por-
tista. Inuocatur,
& quicquid peti-
tur, concedit.
19 Vides quomodo
audens recurre
immediate ad Chris-
tum, inuocat in-
tercessorem, &
quasi mediatorum
Laurentii, & per
eius patrocinium
spem consequi me-
delam cupit.

ITEM



ITEM ALIA VITA SANCTI LAURENTII

rentij Martyris, per beatum Petrum Chrysologum Archiepiscopum Rauennatem scripta.

Est sermo 215. in opere Homil. eius.

29 Hodiernus dies illustratur corone baptismi Laurentij.

20 Cuius merita nulla pars Romani orbis ignorat.

21 Vides in Laurentio non fuisse solam fidem, sed et spem, et charitatem.

22 Vides, quare habeamus merita a quo Deo, nempe quia opera nostra bona sunt dona eius.

23 Amenius, reuerentius, subinseramus voluntatem nostram, non ergo sufficit eligentis gratia, nisi implet labor, quis induat fructum.

24 Voluntas non presequitur, non preuenit gratiam Dei.

Habeatur in eius martyrio sub iij. Idus Augusti.

Laurentius signo crucis signatus super caput vidue.

Hodiernus 19 dies beatissimi martyris Laurentij corona illustratur: cuius egregij martyris merita 20 nulla pars Romani orbis ignorat. Passus est in ipso capite gentium, id est, in ipsa vrbe Romana. Ibi enim diaconus ministravit, & in ipso iuuentutis flore decorem iuuentutis suae sanguine purpurauit. Palsio eius insignis est, multumque mirabilis: hanc breuiter, Domino adiuuante, narrabo. Illo tunc archidiacono, beatus Sixus erat Episcopus: Cuius triumphus martyrij ante triduum fuit. Cum ergo sanctus Laurentius Episcopum suum Sixtum pergentem ad martyrium sequeretur, fide sultus, tristis affectu, non quia ab ille patiebatur, sed quia ab illo ipse deserebatur: respexit venerabilis senex venerabilem iuuenem, & ait illi: Noli esse tristis fili, post triduum me sequeris. Tunc ille ebibita propheta, iam corde paratissimus, ex spiritu ebrius, certum sperauit futurum, quod praedixerat ille qui nouerat. Deinde apprehensus, est adductus: & quoniam erat archidiaconus, apud illum esse vtique credebantur opes Ecclesiae, quas desiderabat persecutor, non tam avarus, quam furiosus oderat quem occidebat: sed amabat apud eum quod ille contemnebat. Erat autem sanctus Laurentius pauper opibus, diues moribus: non se negauit Ecclesiae habere diuitias, sed vt eas ostenderet, tridui dilationem petiit: deinde mandauit congregari agmina pauperum. Tunc deinde ipso die coronae suae praesentatus examini, tanquam demonstraturus quod ille quaerebat, demonstrauit quod habebat. Tunc ait persecutor: Vbi sunt Ecclesiae facultates? At ille manum extendens in pauperes, Haec sunt, inquit, Ecclesiae facultates. Verum dixit, sed amarum. Quid autem mirum, si veritas auxit odium. Iratum se dolens crudelis tyrannus, & avarus inimicus, qui forte mitiorem poenam cogitauerat, ferro interficere venerabilem iuuenem, parari flammis praecipit. Plus ardebat quam vrebatur, vrebatur in corde. Supplicium eius tanto erat grauius, quanto interius. Tunc oblata est torreda, & vt verius dicam, asfanda martyrio nobilis illa Laurentij craticula: astrictus est ferro, sed ille craticulam supplicij lectum quietis putabat: Supplicium dixit, secundum animum punientis, non secundum conscientiam patientis. Nullum est enim supplicium damnati, vbi non est poena peccati. Itaq; beatus martyr ostendens quam quiete, iaceret in illo ignito ferro, ait circumstantibus: Iam me versate, & si vna pars coeta est, vorate. Miramur patientiam, donum Dei miremur. Ibi fides non solum non arsit, sed & consolabatur ardentem. Quare fides consolabatur ardentem? Quia fidelem tenebat promittentem, vt fides non deficeret, vt spes non auerteretur, vt charitas inter poenas igneas corporales plus accenderetur, Dei dona erant. Fratres mei, nemo arroget potentiae suae, quod non dat nisi Deus. Merito Apostolus alloquens martyres, vt in Epistola eius hodie cum legeretur, audistis: Vobis (inquit) donatum est pro Christo, non solum vt credatis in eum, sed etiam vt patiamini pro eo. Ergo martyrum merita 22, velut Dei dona laudemus, amemus, 23, subinseramus voluntatem nostram: voluntas, 24, enim sequitur, non prauehit. Sed tamen non deest charitas, si non deest voluntas: ipsa enim ardens voluntas vocatur charitas. Quis est qui timeat volens? quis est qui amet nolens? Ferueat oratio, & festum martyris celebretur: Sed vt non sit inanis, qui celebrat, imitetur.

VITA SANCTI LAURENTII MARTYRIS

per Adonem Archiepiscopum Treuerensem collecta.

Romae natale sancti Laurentij Archidiaconi & martyris sub Decio. Cui beatus Sixtus omnes facultates Ecclesiae, & thesauros pergens ad coronam martyrij tradidit. Hic veniens in Cellum montem, vbi erat quaedam vidua, in viduitate triginta-duos annos habens, in cuius domo multi Christiani, & clerici absconsi manebant: tulit vestes & thesauros Ecclesiae, & cepit erogare, & pedes omnium Christianorum lauare. Ad cuius pedes Ciriaea vidua cadens, per Christum, inquit, te coniuo, vt manus tuas ponas super caput meum, quia multas infirmitates capitis patior. Beatus Laurentius factus signo crucis, posuit manus super caput viduae, & linteam de quo extergebat pedes sanctorum. Transiens autem in vicum, qui dicitur Canarius, inuenit multos Christianos in domo Narisci congregatos, & lauit pedes omnium, & dedit eis de thesauro. Erat in eadem domo homo caecus nomine Crescencio, qui cepit rogare beatum diaconum, vt poneret manum suam super oculos eius. Tunc beatus Laurentius lachrymans dixit: Dominus noster Iesus Christus,

Christus, qui aperuit oculos caeci nati, ipse te illuminet. Et facto signo 2 crucis aperti sunt oculi eius. Cum iam ergo duceretur beatus Sixtus cum duobus diaconis, vt martyrium suum consummaret, & beatus Laurentius clamaret adueniens: Non me derelinquas pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi quos tradidisti mihi, tentus est a militibus, & traditus Parthemio tribuno, qui nunciauit Decio, quod Laurentius, qui haberet thesauros reconditos, Archidiaconus Sixti in custodia teneretur. Qui gauisus fecit eum sibi praesentari, & auditum tradidit Valeriano Praefecto. Qui & ipse dedit eum in custodia cuidam Hippolito. Et Hippolitus reclusit eum cum multis. Erat autem ibi homo Lucillus nomine caecus, ad quem sanctus Laurentius: Crede, inquit, in filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, & baptizare, & illuminabit te. Respondit Lucillus: Ego semper desideravi baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc beatus Laurentius 3 catechisauit eum, & accepta aqua baptizauit, & illuminati sunt oculi eius. Hoc factum audientes multi caeci, veniebant ad beatum Laurentium, & ponebant manum suam super oculos eorum, & illuminabatur. Videns hoc Hippolitus, credit, & catechizatus, atque baptizatus est. Itaque ex mandato adductus est beatus Laurentius ante conspectum Valeriani. Qui dixit beato Laurentio: Iam depone pertinaciam, & da thesauros, quos apud te cognouimus esse reconditos. Cui sanctus Laurentius: Da mihi inducias bidui, aut tridui, & proferam tibi thesauros. Ab eadem die cepit colligere caecos, & claudos, debiles, & pauperes, & abscondit eos in domo Hippoliti. Valerianus autem nunciauerat Decio, quia promississet, datis sibi induciis, Laurentius thesauros. Copletis igitur tribus diebus, praesentauit se in palatio Salustiano. Et dixit ei Decius: Vbi sunt thesauri, quos pollicitus es praesentare? Beatus Laurentius collectam multitudinem pauperum introduxit in palatium, & voce magna dixit: Ecce isti sunt thesauri aeterni, qui nunquam diminuunt, nec decrepescunt, qui in singulis disperguntur, & in omnibus inueniuntur. Valerianus praefectus dixit: Quid variaris per multa? Sacrifica dijs, & obliuiscere artes magicas, in quibus confidis. Cui cum dixisset beatus Laurentius: Quare vos coarctat diabolus, vt Christiani dicatis, sacrificate demonijs? Decius iratus iussit eum expoliari, & caedi cum scorpionibus. Qui cum caederetur, dicebat: Ego quidem gratias ago Deo meo, qui me dignatus est coniungere seruis suis: Tu miser torqueris infania tua, & furore tuo. Tunc Decius: Leuate, inquit, eum, & date ante conspectum eius omne genus tormentorum. Et allatae sunt laminae ferreae, & lecti, & plumbatae, & cardi. Post vincula catenis, ductus est beatus Laurentius in palatium Tyberij, vt ibi audiretur de gestis. Et sedit Decius pro tribunali in basilica Iouis. Et praesentato Laurentio cum dixisset, sacrificata dijs, & noli confidere in thesauris quos habes absconditos: Beatus Laurentius liberè respondit: Verè & confido, & securus sum de thesauris meis. Vnde iracundia plenus Decius iussit eum nudum sustibus caedi. Qui cum caederetur clamabat ad Caesarem: Ecce miser vel modò cognosce, quia triumpho de thesauris Christi, & non sentio tormenta tua. Adhuc Decius fuit augere, & dare ad latera eius laminae ferreae ardentis iubet. Beatus vero Laurentius dixit: Domine Iesu Christe Deus de Deo, miserere mihi seruo tuo, quia accusatus, non negavi: Interrogatus, te Dominum Iesum Christum confessus sum. Et cum diuersimodè cum plumbatis caederetur, dixit: Domine Iesu Christe, qui pro nostra salute dignatus es formam serui accipere, vt nos a seruitio demonum liberares, accipe spiritum meum. Et audita est vox: Adhuc multa certamina tibi debentur. Porro extensus in castris, & scorpionibus grauissimè caesus est. Qui subridens, & gratias agens, dicebat: Benedictus es Domine Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui nobis donasti misericordiam, quam meriti non sumus. Sed tu Domine propter tuam pietatem da nobis gratiam, vt cognoscant omnes circumstantes, quia tu consolaris seruos tuos. Tunc vnus ex militibus nomine Romanus creditur Domino Iesu Christo, & dixit beato Laurentio: Video ante te hominè pulcherrimum stantem cum linteo, & extergentem membra tua. Adiuo te per Christum, qui tibi misit Angelum suum, ne me derelinquas. Leuatus igitur beatus martyr de castris, & solutus, redditus est Hippolito in Palatio. Veniens autè Romanus, & adferens vrceum cum aqua, misit se ad pedes beati Laurentij, vt baptizaretur. Qui 4 benedicta aqua, baptizauit eum. Quod factum audiens Decius, iussit eum sibi exhiberi cum sustibus. Ipse vero interrogatus cepit clamare: Christianus sum. Et iubente Decio, eductus foras muros portae Salariae decollatus est quinto Idus Augusti. Cuius 5 corpus noctu collegit Iustinus praesbyter, & sepeliuit in cripta in agro Verane. Decius autem Caesar perrexit noctu ad thermae iuxta palatium Salustij, & exhibitus est ei iterum sanctus Laurentius, & allata sunt omnia genera tormentorum, plumbatae, festes, laminae, vngues, lecti, barili. Et dixit beato martyri: Iam depone perfidiam artis magicæ, & dic nobis generositatem tuam. Cui beatus Laurentius: Quantum ad genus, Hispanus sum, nutritus Romae, & a cunabulis Christianus, eruditus omnem legem sanctam & diuinam. Et Decius illi: Sacrifica dijs, nā nox ista in te expēdetur eum.

2 Ecce signo crucis aperuit oculos caeci.

3 Vides quod semper catechismus baptismum praecedat. Cur ergo alii qui modo ei praeteriri volunt.

4 Qui benedicta aqua baptizauit eum.

5 Corpus martyris noctu collegit Iustinus praesbyter, & sepeliuit in cripta.

cum supplicijs. Ad hoc beatus Laurētius: Mea, inquit, nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Et cum caderetur lapide os eius, ridebat, & confortabatur, ac dicebat: Gratias ago tibi: Christe, quia tu es Deus omnium rerum. Allatus est autem lectus ferreus cum tribus costis, & expoliatus beatus Laurentius vestimentis suis, extensus est in cratem ferream, & allati sunt basilii cum prunis, & miserunt sub cratem ferream. Et cum furcis ferreis coartaretur desuper, Decio dixit: Ego me obtuli sacrificium Deo in odorem suauitatis: quia sacrificium Deo est spiritus contribulatus. Carnifices tamen vrgentes ministrabant carbones, mittentes sub cratem, & desuper comprimentes eum furcis ferreis. Dixitque sanctus Laurentius: Disce miser, quanta est virtus Domini Dei me: nam carbones tui mihi refrigerium prestant, tibi verò æternū præparant supplicium: quia ipse Dominus nouit, quia accusatus non negaui, interrogatus Christum confessus sum, allatus gratias ago. Et vultu pulcherrimo dicebat: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, qui me confortare dignatus es. Et eleuans oculos suos in Decium, dixit: Ecce miser allati vnam partem, regira aliam, & manduca. Gratias igitur agens, & glorificans Deum dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quia ianuas tuas ingredi merui. Et emisit spiritū. Manè autē, primo adhuc crepusculo, rapit corpus eius Hippolytus, & 6 conducit eum linteis, & aromatibus: hoc factum mandauit Iustino presbytero. Tunc beatus Iustinus & Hippolytus plorantes, & multum tristes, tulerunt corpus beati martyris, & venerūt in via Tyburtina in prædium matronæ viduæ Ciriacæ in agro Verano, ad quam ipse beatus martyr fuerat noctu, cui & linteum dedit, vnde pedes sanctorum exteferat, & illud ibi iam hora vespertina sepelierunt quarto Idus Augusti, 7 Et ieiunauerunt agentes vigilas noctis triduo cum multitudine Christianorum. Beatus autem Iustinus presbyter & obtulit sacrificium laudis, & participati sunt omnes.

6 Conducit corpus beati martyris linteis, & aromatibus diuinde sepelitur.
7. Ieiunauerunt agentes vigilas noctis triduo cum multitudine Christianorum.
8 Vide missam dici sacrificiū. Nam de alio non potest hic recte & commode intelligi, ut omnes de eo participarentur.

MATYRIVM SANCTORVM

Xisti Pontificis Romani, Laurentij Archidiaconi, Hippolyti, & aliorum.

Per Simeonem Metaphrasten.

X. August.



VM egrēias atque illustres martyrum virtutes elaborata oratio extenuare magis solet, quam augere, nihil enim adferre poterat, quod illorum facta exaggeret, non est quod ipsorum martyrum opera per se decora atque illustra, orationis artificio amplificare studeamus. Relicto igitur Rhetoricæ facultatis ornatu, ad eorum certamina simpliciter narranda veniamus. Xistus Romanæ vrbis Episcopus, Athenis genitus & eruditus, olim philosophus, postea Christi Discipulus perfectissimus, cum Decium Cæsarem Romam aduentare cognouisset, hæc secum dicebat: Omnes qui ante nos Christi fidem secuti sunt, multa & varia tormenta perulerunt, vt Ecclesiarum status integer atque incolumis ad nos vsque perueniret. Quin etiam Dominus noster Iesus Christus propterea crucem sustinuit, vt æternam nobis salutem conciliaret. Eodem modo & sancti Apostoli patientiam in certaminibus perferendis seruantes, salutem illam quam Dominus nobis conciliauit, tam ad suam, quam ad nostram vtilitatem conseruauerunt. Nihil igitur cogitandum, neque quicquam aliud agendum est, nisi vt piè & iustè viuamus: vel quod gloriosius est, pro pietate ipsa mortè oppetamus. Cum hæc & his similia prudenter sancteq; secum dixisset, vocauit ad se Laurentium Archidiaconum ciuem Romanum, tum moribus, tum habitu, & vitæ forma apud omnes celebrem, & Deo ipso dignum: cui cum Ecclesie vasa omnia comississet: Sint hæc, inquit, apud te, & diligentissime custodiantur, ita vt Imperatoris auarissimi cupiditas ea inuenire non possit. Tunc beatus Laurentius vasa illa omnia quæ accepit, Christianis quibusdam aurificibus vendidit, & pretium, quod ex illis percepit, egentibus distribuit. Cum igitur nefarius ille Imperator, & valde impius Decius in vrbem Romam ingressus fuisset, Abdiam, & Xenium ciues Romanos Christianæ fidei obseruantissimos, propter Christi nomen vincetos, diuersisq; cruciatis affectos, ab Orientis partibus in vrbem secū duxit ac statim venatores ad se accessit iussit, quibus præcepit, vt eos viros, quos diximus, feris deuorandos projicerent. Cum verò ad pallos alligati essent statim omnia vincula, quibus ligati fuerant, ex pedibus, & manibus soluta sunt, agrestesq; illæ feræ, quibus viri sanctissimi lanandi expositi fuerant, cum prope illos accessissent, tanquam oues mitissimæ, non feræ agrestes, sic ad illorum pedes se volutabant, vt omnes eam rem admirarentur, & gloriam Deo redderent. His rebus exarsit impius Cæsar, & gladiatoribus iussit viros illos interficere. Qui à gladiatoribus interfecti ex hac vita decesserunt. Illorum autem corpora Imperator longè ab amphitheatro projici iussit, & insepulta exponi, vt possent à canibus dilaniari. At Christiani homines nocte accedentes corpora illa

illa sustulerunt, eaque in cœmeterio Pontiani condiderunt. Post hæc impietatis fautor Decius Cæsar iussit sanctissimum virum Xistum Romanæ vrbis Episcopum ad se duci: quem præsentem his verbis affatus est Imperator: Habeas Xiste, senilis ætatis tuæ rationem, & dijs sacrifices. Cui beatus Xistus leni & sedata voce respondit: Isti quos tu dicis Deos esse, non sunt Dijs, sed effigies hominum sine voce, sine auditu, sine visu & incessu: non, inquam, sunt dijs, sed lapides ad humanum vsum à Deo concessi, vt marmore ipso parietes ornentur, viæ & plateæ sternantur, quiduis denique ex lapidibus ipsis fiat potius, quam dij creentur. His verbis in irâ concitatus Imperator, iussit Xistum Episcopum securi percuti. Abicissum itaq; fuit eius caput extra vrbis mœnia, in loco illo quem forum Martis appellant. Eius autem corpus Christiani sustulerunt, & pridie Idus Augusti in cœmeterio condiderunt. Deinceps Decius & Valerianus Christianæ religionis hostes atrocissimi pecunias Ecclesie diligenter inquirebant: quas sanctissimus vir Laurentius in pauperum vitam sustentandam coniecrauerat. Illi verò cum cognouissent Laurentium Archidiaconum thesauros Ecclesie custodire, iusserunt illum comprehensum duci ad locum quemdam qui vocatur Burtina. Qui verò ad capiendum Laurentium ab Imperatore missi fuerant, cum eum virum non cognoscerent, ab illo ipso querebant, vbinam Laurentium inuenire possent. Quibus ipse: Ego, inquit, vobis Laurentium monstrabo. His dictis, cum esset illic lacrum quoddam, in eum locum vir sanctissimus ingressus est, & flexis 1 genibus supplex ac plorans Deum precabatur, vt sibi opem ferret. Ad cuius rei significationem apertissimam, sacellum quoddam in eo loco erectum est, quod vsq; ad hodiernum diem extat. Completis igitur precibus, illinc egressus: En, inquit, ego ipse sum Laurentius. Quid est, quòd me queritis? Tunc illi comprehensum Laurentium ad Decium & Valerianum adduxerunt. Cui statim illi dixerunt: Vbinam sunt thesauri, & vasa Ecclesie, quæ apud te seruari cognouimus? Ad hæc sanctissimus Laurentius respondit: Ecclesie thesauri multi sunt, quos vt ferre valeam, date mihi vehicula & camelos, quibus tam multæ pecuniæ vehi possint. Eare Decius & Valerianus multum gaudentes, concessim iusserunt vehicula & iumenta parari, quibus thesauri portarentur. Laurentius igitur in plaustra, camelos, & reliqua iumenta, pauperes & mutilatos homines imposuit, illos nimirum, quibus cibaria suppeditare solitus fuerat. Quos cum obtulisset: En, inquit, hi sunt Ecclesie thesauri à me custoditi.

1. Flexis genibus supplex ac plorans Deū precabatur, vt sibi opem ferret.

Tunc Decius & Valerianus, furore accensi pro tribunali sedentes, Laurentium nudū virgis cædi iusserunt, & post plagas in carcerem detrudi. Hippolyto autem Tribuno præceperunt, vt ab illo Ecclesie thesauros exigeret. Cum verò in carcere conclusus esset Laurentius, multi ægrotantes, & varijs morbis vexati, ad ipsum veniebant, multiq; ab eo curabantur. Quo loco templum constructum fuit, & sacerdotes Deo consecrati, sanctum Laurentium pauperū & ægrotantium nutritorem appellabant. Hæc omnia Hippolytus admirans, ad Imperatores suos referebat. Qui ob id iracundia pleni, iusserunt ipsum etiam Hippolytum vna cum sancto Laurentio in carcerem conijci. Cum igitur ambo essent in carcere, rogabat beatum Laurentium Hippolytus, vt eum faceret Christianum. Cui sanctus Laurentius: Quanam, inquit, fide adductus, Deo meo vis credere? Respondit Hippolytus: Vidi ego virtutes quasdam, & miraculorum potentiam à te proficisci, quam ob rem Deo tuo seruire volo. Fac igitur, vt sim Christianus. Tunc illum baptizauit sanctus Laurentius in veram Christianorum fidem. Quod cum Decius & Valerianus audiissent, statim iusserunt beatum Laurentium ad se duci, & ab eo quaesuerunt: Cuiusnam hominis patrocinio confusus, neque deos, neque Cæsares sibi propitios habere vellet. Tunc sanctus Laurentius: Quisquis, inquit, idolis sacrificat, cum illis ipsis erit sempiterno igni obnoxius. Tunc iussit Valerianus ferream craticulam eius corpori parèam componi, vt igne subter eam strato combureretur. Composita itaque craticula, & igne vehementer inflammata, in eam Laurentium imposuerunt. Ille verò Deum laudabat, ita vt eius patientiam omnes admirarentur. Tunc Valerianus: Vbinam, inquit, est thesaurus, quem te ostensurum promissisti? Cum hæc fierent, Laurentij mater prope illum stabat, & ad Apostolicæ palæstræ gloriam filium adhortabatur. Beatus verò Laurentius ad eos orationem dirigens, à quibus comburebatur: Vna, inquit, corporis mei pars (vt opinor) iam combusta est, si vultis me comedere, en ego paratus sum. Discite, miseri, quanta sit Domini Iesu Christi virtus & potentia: presentes enim carbones non adserunt mihi dolorem, sed recreationem. Lætor autem valdè, quòd dignus effectus sim, qui Christi victima fieri possim. Delatus, fidem non negaui: interrogatus, Christum confessus sum, combustus, gratias ago. Hæc cum dixisset, fide munitus, presenti animo iussit ignem & ligna milites addere. Multo igitur igne accenso, & ipsius corpori subiecto, beato martyr Laurentius emisit spiritum. Cuius corpus struppit Hippolytus egressus è carcere illo ipso die: cuiq; multis aromaticis vnguentis martyris reliquias perfudisset, in occulto quodam loco illas repositit.

h Cùm

Cum verò Decius & Valerianus cognouissent beatum Laurentiū ab Hippolyto viro sanctissimo diligenter honoratum ac repositū, iracundia perciti, iusserunt illum in carcere conijci, ubi duos dies in ieiunijs & precibus consumpsit. Tertio autē die post martyriū beati Laurentij, Hippolytus aufugit à carcere, & in cuiusdā mulieris domū clam se coniecit: Cui dixit: Quæso mulier, domi tuæ me occultes, neq; cuiquā dicas, me apud te delitescere. Iuravit mulier, illum se nemini prodituram. Cum verò milites ipsi ad inquirendum Hippolytum venissent: Num, inquit mulier illa, Hippolytum vos quæritis? En apud me later. Eumque statim illis tradidit. Ducto igitur Hippolyto, Decius & Valerianus in tribunali sedentes, sic eum affati sunt. Num & tu magis factus es, qui Laurentij corpus iurripuisti? Maximè, inquit Hippolytus: feci quod dicitis, non ut magus, sed ut Christianus. His auditis, iusserunt ferreis virgis hominem verberari. Cui dicebant. Quidnā tibi aliquando per nos defuit, ut teipsum Laurentij traderes religioni? Vbinam ille est, cui salutem tuam credidisti? Veniat nunc, & libere te ab istis cruciatibus. Quòdnam malum, inquit Hippolytus, à vobis patior, vt sic ut dicitis, debeam à beato Laurentio liberari? Tunc Valerianus respondit: Virgis ferreis verberaris, & nihil mali te pati dicis? Ad hæc Hippolytus: Vobis, inquit, ita videtur, me graui supplicio subiectum esse, mortisque periculo expositum: at ego credo daturum mihi Deum, vt beati Laurentij martyris intercessionibus, qui me Christi seruum effecit, perpetua fruatur vita. His verbis statim exarserunt Imperatores, & veste exui (Christiano enim habitu indutus erat) atque in terra prostratum multis ferreis virgis cædi iusserunt, deinde extra urbem ad mortis supplicium duci, duosque ferocissimos equos parari, & eius viri pedes in eorum pedibus ligari, quosque ipsos dimitti per aspera & spinosa loca. Cum igitur sanctum illum martyrem ferocissimi equi multo impetu abreptum distraxissent, acutissimis quibusque lapidibus eius viri carnes lacerabantur, & terram sanguine multo aspergebant. Sanctus verò martyr, erectis in cælum oculis, ait: Domine Deus meus, suscipe spiritum meum. His dictis statim Domino Deo animam tradidit. Sequebantur Christiani quidam homines, qui dilaniatas illas carnes, & à sancti martyris corpore decedentes in vasis quibusdam diligenter collegerunt, easque, vt 3 mos erat, exequijs honorantes, in agro, qui vocatur Prætorianus, deposuerunt: cumque Deo ipsi gratias egissent, in sua quique loca reuersi sunt. Ita die tertio post obitum sancti martyris Laurentij, sanctus etiam Hippolytus dignus effectus est, qui beatorum martyrum corona donaretur: in Christo Iesu Domino nostro: cui gloria sit & imperium simul cum Patre, & sanctissimo ac vitam largiente Spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. AMEN.

2. Orat sanctus, erectis in cælum oculis.
3. Nata estque, vt mos erat, exequijs honorantes, etc.

Habetur in opere eiusdem in gloria plurimorum martyrum edito. Cap. 14.
2. Vide templum in honore S. Laurentij sicatū: vide etiam eius reliquijs consecratum.

2. Ecce quā clare ex aperte sanctum inuocat sacerdos, & quam cito inuocatus miraculo adfuit: quid ergo istas hereticæ sententias non esse inuocandos

MIRACVLA BEATI LAURENTII

martyris, per Diuum Gregorium Archiepiscopum Turonensem scripta.

Emplum erat in quodam loco beati Laurentij, & nomine, & reliquijs consecratum, quod per iniuriam longinqui temporis valde detectum erat, quod cum renouare loci incolæ vellent, sylvas adeunt, incisa leuigataque ligna trabes efficiunt, imponitque plaustris ad locum exhibent. Quibus per humum ad oriendū extensis, vna breuior est reperta. Statimque sacerdotis animum qui his insisteret dolor maximus attigit, & flens valde quid ageret, quò se verteret ignorabat. Tunc intuens robur breuius, ait: O Laurenti 2 beatissime, appositus igni gloriosifica te, semper pauperes fouens, ac reficiens, cogita paupertatem meam, quia non est exiguitati nostræ facultas qualiter hic alia exhibeatur. Illic cunctis attonitis trabes creuit, ita vt necesse esset partem magnam incidi. De qua industria plebs beneficicia perdere nephas putans, credens eam manu martyris tactam ac prolongatam, partem que superferuat frustatim deserpens, diuersas infirmitates sæpe submouit. Quod Fortunatus præbyter his versibus profecutus est.

L Laurentij merito flammis vitulibus vste
Qui feruente fide victor ab igne redi:
Cum tibi templa nouant breuiori robore plebes,
Creueruntque trabes, creuit & alma fides.
Stipite contracto sese mercede terendit,
Quantum parua prius postea cæsa fuit.
Crescere plus meruit succisa securibus arbor,
Et didicit sicca longior esse coma.
Vnde recisa fuit, populis fert inde salutem,
Si venit intrepidus, lumina cæcus habet.

Multò

Multò plures exinde scripsit versiculos, quos ego prætermisi, hos tātum pro testimonio virtutis scribens. Acta sunt autem hæc apud Briones Italię castrum. Nam vidi ego Ioannē, qui grauius dentium dolore laborans, acceptam de hoc ligno à sacerdote particulam faucibus immittens, dentem attigit, doloreque protinus caruit. Sed nec illud splendū putauit, quòd reliquię eius ab incendio hostilitatis ereptæ, à quodam homine in lenocinio delatæ sunt. Qui cum sepius admoneretur per visum vt eadem Aredio abbati deferret, nec iussuonem impleret, ipse cum coniuge & omni familia ægrotare cepit. Tunc necessitate cōpulsus, & eas viro sancto derulit, mox sanitati restitutus abcessit. Est etiam apud Mediolanensem urbem basilica Sancti Laurentij Leuitæ, ubi admirabili pulchritudine calix cristallinus habebatur. Acta verò quadam solennitate, dum per diaconum ad sanctum altare offerretur, elapsus manu in terram ruit, & in frustra comminutus est. At diaconus pallidus & exanguis, collecta fragmenta vasculi super altare posuit, non dissilus quòd eum posset virtus martyris solidare. Denique in 3 vigilijs, lachrymis atque oratione deducta nocte, requisitum calicem reperit super altare solidatum, quæ virtus cum populis nunciata fuisset, tanta animos deuotione succedit, vt à sacerdotibus peterent noua in eius honore solennia celebrari. Tunc Pontifex loci suspendit super altare calicem, & tunc agēs, & in posterum per singulos annos deuotissimè festa instituit celebrari.

3. In vigilijs, lachrymis & oratione deducta nocte.

VITA SANCTI DIONYSII PAPAE,

per Damasum Papam scripta.



Dionysius ex monacho, cuius generationem reperire non potuimus, sedit annos sex, menses duos, dies quatuor. Fuit temporibus Galieni, ex die vndecimo Kalendarū Augusti, Æmiliano & Basilio cōsulis, vsque in diem septimum Kalendarū Ianuarij, consulatus Claudij & Paterni. Hic præbyteris Ecclesijs diuisit, & cœmeteria Parochialiaque, & dioceses constituit. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos sex, Episcopos per diuersa loca numero septem. Qui etiam sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia, sexto Kalendas Ianuarij. Et cessauit Episcopatus dies quinque.

Habetur in Pontificali eiusdem.

VITA SANCTI FELICIS PAPAE,

& Martyris, per Damasum Papam scripta.



Felix natione Romanus, ex patre Constantio, sedit annos quatuor, menses tres, dies viginti quinque. Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Claudij & Aureliani, à consulari Claudij & Paterni, vsque ad consulatum Aureliani & Capitolini. Hic constituit supra sepulchra aut memorias martyrum, missas celebrari. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros nouem, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca quinq;. Sepultus est in cœmiterio suo, ubi & basilicam fecit via Aurelia, milliario ab vrbe Roma secundo, tertio Kalendas Iunias. Et cessauit Episcopatus dies quinque.

Habetur in pontificali eiusdem.

1. Aduerte, antiq; quū morem esse su per sepulchra, & memorias martyrum missas celeberrari.

VITA ET PASSIO SANCTI VINCENTII

centij Martyris, per D. Augustinum Hipponensem Episcopum scripta.



Vincentius passione quæ nobis hodie recitata est, fratres charissimi, enidenter ostenditur iudex ferox, tortor cruentus, martyr inuictus. In cuius corpore pœnis varijs exarato, iam tormenta defecerant, & adhuc membra durabant. Tot conuicta miraculis persistebat impietas, tot vexata supplicijs non cedebat infirmitas. Agnoscat ergo operata diuinitas. Quando enim corruptibilis puluis contra tam immania tormenta duraret, nisi in eo Christus habitaret? In his enim omnibus ille agnosendus, ille glorificandus, ille laudandus est, qui & in prima vocatione dedit fidem, & in supræ passione virtutem. Vultis nosse quia vtrunque donatum est? Audite Apostolū Paulum: Vobis, inquit, datum est pro Christo, nō solū vt credatis in eum, verum etiā vt patiāmini pro eo. Acceperat vtraque; hæc Beatus Vincentius Leuita: acceperat & habebat. Si enim non accepisset, quid haberet? Habebat in sermone fiduciam, habebat in passione tolerantiam. Nemo ergo de suo corde præsumat, quando profert sermonē, nemo de suis viribus confidat, quando suffert tentationem: quia vt & bona prudēt loquamur, ab illo est, non nostra sapientia: & vt mala fortiter perferamus, ab illo est, non nostra est

Habetur in sermone eius de Sanctis, Tom. 1. serm. 1.

h ij patientias

patientia. Recolite Dominum Christum suos in Euangelio discipulos admonentem: recolite martyrum regem cohortes suas armis spiritualibus intrudentem, bella monstrantem, adiutoria ministrantem, præmia pollicentem: quia cum dixisset discipulis suis: In hoc mundo pressuram habebitis: mox vnde territos consolaretur, adiunxit dicens: Sed videte, quia vici mundum. Quid ergo miramur pressuram habebitis, ut si premit, non opprimat: si oppugnat, non expugnet. Duplicem mundus aciem producit contra milites Christi. Blanditur ut decipiat, terret ut frangat. Non nos teneat voluntas propria, non nos terreat crudelitas aliena, & victus est mundus. Ad utroq; aditus occurrit Christus, & non vincitur Christianus. Si consideretur in ista passione humana patientia, incipit esse incredibilis: si agnoscatur diuina potentia, desinit esse mirabilis. Tanta grassabatur crudelitas in martyris corpore, & tanta tranquillitas proferebatur in voce, tantaq; pænaram asperitas sæuiebat in membris, ut miro modo putarem Vincentio patiente alium loquentem non torqueri. Et verè fratres charissimi, prorsus ita erat. Alius loquebatur. Promisit enim & hoc testibus suis Christus in Euangelio, quos ad huiusmodi certamina præparabat. Sic enim ait: Nolite præmeditari, quomodo aut quid loquamini: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Caro ergo patiebatur, & spiritus loquebatur. Et loquente spiritu, non solum conuincatur impietas, sed etiam confortabatur infirmitas. Clariorem nobis martyrem tot tormenta faciebant. Multiplici enim vulnerum varietate confossus non deserebat pugnam, sed acrius iterabat. Putares quod eum duraret flamma, non vreret, & tanquam figuli fornax lutum molle suscipiens, duram redderet testam. Poterat martyr noster dicere Daciano: Iam non vrer ignis tuus carnem meam, quia exaruit sicut testa virtus mea: & quomodo scriptum est veraciter: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Probatus atq; deoactus illo igne Vincentius: Dacianus verò arsit & crepuit. Si enim non ardebat, vnde cremabatur? Quid enim erat verba irascens, nisi sumus ardens? Ergo martyri nostro refrigerium in corde habenti, flammæ extrinsecus admouebatur: sed ipse facibus furoris accensus, tanquam clibanus intus ardebat, & habitatorem suum diabolum concremabat. Per furiosas enim Daciani voces, per truces oculos, & minaces vultus, & totius corporis motus ille habitator eius interior mouebatur, & per hæc signa visibilia, tanquam per signa sui vasculi, quod impleuerat crepantis rimula prouidebatur. Non tantum martyrem cruciabant plurima tormenta, quantum illum vastabat insania.

1. Si Christiani mortuorum corpora a superstitibus negligenda sunt, et cadauera exanimis nullis egere sepulture ceremoniis, ut dementes quidam dixerunt: cur omni potens Deus tanta cura seruauit martyris corpus, ut vel inuito Daciano, qui illud a feris deuorandum proijci mandauerat, conuenienti postea transferretur sepulture?

Hæbatur eodem loc. scem. 2.

2. Hæc & hic sanctos exhibere beneficia, quo magis noui hæretici: Hæc & in eorum solemnitatibus gaudendum esse, non ergo hoc est superstitio?

Sed iam fratres, illa omnia transeunt, & ira Daciani, & pœna Vincentij. Nunc autem pœna Daciano, corona verò manet Vincentio. Deniq; his præmissis futuræ videlicet retributionis finibus, etiam in hoc mundo martyrum gloriam demonstramus. Quæ hodie regio, quæue prouincia vlla, quousq; vel Romanum imperium, vel Christianum nomen extenditur, natalem non gaudet celebrare Vincentij diaconi? Quis autem hodie vel nomen Daciani audisset, nisi Vincentij passionem legisset? Quod verò tanta cura seruauit Dominus martyris corpus, quid aliud demonstrat, nisi gubernasse se viuentem, quem non reliquit exanimem? Vicit ergo Dacianum viuens Vincentius, vicit & mortuus. Viuens tormenta calcavit, mortuus maria transiit. Sed ipse inter vndas gubernauit cadauer extinctum, qui inter vngulas animum donauit inuictum. Non flexit flamma tortoris cor eius, non meruit aqua maris corpus eius. Sed in his & huiusmodi nihil est aliud, nisi pretiosa in conspectu Domini semper mors sanctorum eius. Cunctorum licet, dilectissimi, gloriosas martyrum passiones, quos distincta regionibus loca meruerunt, vna fides faciat omnibus indifferenter honore venerabiles: propria tamen sibi in hoc venerationis obsequio vendicant dignitatem, qui Ecclesiam Dei & documentis præ cæteris erexerunt, & patrocinij adiuuerunt. Inter quos iuste beatum Leuitam Vincentium, cuius confessione & morte Christi incredulitas prædicatum incunctanter agnoscimus, catholicis studijs celebramus. Qui ut fidelium deuotione Deo studiosius commendaret, altiori charitatis flammascens affectu, morti sese tandem fideliter obtulit, quo videlicet robur fidei in solidissima petra Christo fundatum sequacibus imitandum daretur: nec non & semen Apostolicæ predicationis per eum pluribus disseminatum opè suæ intercessionis tutum, ac perfectè summationis fruge refertum, in celestibus demum horreis cõderetur. Hunc ergo amplius propria veneratione, quem etiã peregrina mirantur, quatenus eis se largior exhibeat in beneficijs, quibus se amabiliore cognoscet in gaudijs, fiatq; in eius solennitate verior lætitiæ ambitus, de quo fidei creuit effectus. Huius deniq; spiritus, tanto virtutù munere claruit, ut sacri ministerij fultus officio, qui filium Dei Dñm nostrum secuturus esset in passione, eiusdem Christi calicem credentibus prius ministraret in salutem. Cuius haustu feliciter mente ebriatus, rabidi hostis atq; in Christum sæuientis insaniã interritus adijt, modesto sustinuit, securus irritis, scies paratus esse ut resisteret, nescies elatus esse quod vinceret: quia cuius amore spiritualibus armis pugnauit.

præmunitus resistebat, eius adiutorio quicquid pœnarum in illum ferientis ira excogitabat, insuperabilis fortiter patiendi vincebat. Ideo non hunc laminæ ignitiæ fartaginis, non cuculei, non vngulæ, ferreæq; manus, non vires panende cedentiũ, nec dolor scissorũ membrorũ, non foci fragor, & strepentis in patientis visceribus salis iniectio, Daciani quieverunt aliquatenus subdere iusioni, sed dum in tantum eius vecordia tumor excreveret, ut tantis passio-nis subactum doloribus aut vicisse, aut interemisse se lætabundus extolleret, suscepta spe frustratus, vnde victor visus est apparere, inde victus compulsus est erubescere: quoniã quod Dei martyri duriori vrgebatur pœna, eò ampliori confessionis exultabat constantia. Vnde ipsius passionis vel vltima præuidere, seu morari fratres euidentius placet, quatenus animaduertat sanctitas vestra, quòd diabolus suum perduxerit dolis ministrum, vel quomodo Christus suum in finem vsquequaque seruauerit famulum. Ex quo illud sanè erat mirabile, quia quantum iste extrinsecus multiplici pœnarum genere contritus ardebat, tantum intrinsecus exultante interiori homine dilatatur: quantumq; ille exterius iactantia temporalis potentie inflabatur, tantum interius despici se perpendens interiori vexatus homine præfocatur. Cõtemni igitur se videns sæuiebat, nec in quem iam vindictã inferret inueniebat. Videbat namque desauientium manus carnificum plus in eo inuenire vulneris, quàm corporis, solumque ingentem spiritum ei stultitiam exprobrare suam, quod prouocabat veritatis normã. Quapropter credens quòd causam confusionis auerteret, si personam quæ se spreuerat, absentaret, minusq; Dacianus erubesceret, si Vincentium populus non videret, iussit eum à publico remoueri. Sed nec sic quidem caret supplicio. Contusa quo iacebat testa subternitur, ut vis acuminis concisam molem discinderet, atq; reddita tormentis membra quæ secarent, obuia susciperent fragmenta. Fallitur tamen vincendi opinione cæca crudelitas: Nam diuina bonitas dilectum suum amplius in confessione comitata, insert nouam tennebris lucem, & tabernaculum splendidum obscurum reddit ergastulum. Fouebat laceros artus medica Dei manus, & venustiori pristinæ sanitatis augmento, fossi lateris damna supplebat. Insolita igitur huius luminis claritate percussus, obstupere custodes, quin & vocem Angelis hymnum Deo concinentibus, mens pallidi ianitoris expauit. Currit exanimis minister ad præsidem, quem grauius relatio nunciij, quàm ictus percussit gladij. Et cum nõ posset ex magnitudine rei tacere quod viderat, tremor iudicem occupat, dolor lacerat, furor inflammat: & ne in pœnis Vincentius vincens gloriam martyrij obtineret: Citius, inquit Dacianus, producat e carcere, ne dum insistimus rebellem punire, videamur eum potius victoria coronare. Profertur itaq; ex illo tetri carceris baratro, celesti quidè gratia pulchrior, & si adhuc esset passurus, robustior. Sed vbi desiderium ad regni vocationem tendentis nullo pœnarum vel mortis genere frangendum intelligit, iubet inuida mens leuioris strati fulcra substitui, ac blandiori eum requie cõfouerit, scilicet ut siamoto paululũ carnifice animã quietus exalaret, diceretur non esse occisus, sed mortuus: quasi non eum pœna peremerit, cum quo & pœna simul perierit.

Interea beatum Vincentiũ celestis aula suscepit, ac beatæ felicitatis munere donat. Ad cuius ingressum Angelici lætatur spiritus, omnesq; simul conciuies gratulantur sancti. Nosq; tibi gratias agimus Dñe Iesu, quòd anima tuo digna cõsortio, quæ pertinax tulit supplicium, mēdax fugit obsequium: & quæ fuit cõtenta persecutor quòd fureret, sit dedignata quod parceret. Cognito igitur sancto eius abscellu, iudex insanus, & quia Christus vicisset in Vincentio, nescius Dacianus illius sibi promittit cadaueris expositione vindictam, cuius gemit ex virtute victoriam. Feris namq; & canibus decepta furoris superbia absumendũ proijci mandat liætoribus, ut tali pastu eorum impleret ventrẽ, quorũ ipse gerebat mentem. Sed ut diuinis excrecentibus beneficijs maioris victoriæ Vincentio gratia conferatur, mittitur coruus, auis inimica cadaueribus, expositas corporis dapes seruatura ieiunia. Hinc, fratres dilectissimi, hinc aduertite distincta meritorũ obsequia. Helias quondam impias Achab vel Iezabelis manus cautè declinans, in deserto coruis ministrantibus pascur: assertor autè veritatis Vincentius Daciani rabie remptus, feris exponitur consumendus, sed coruo famulante seruatur illeçus. Obtinuit ergo Helias diuino nutu coruis præstantibus quo aleretur: præstitum est Vincentio, obsequente quoq; coruo, ne comederetur. Qui ut cœlitus se custodè designatũ ostenderet, aduertentes reliquas aues eminus non segni impetu perturbabat, inter quas immanem quoque lupum propius accedentem, veluti qui commissum thesaurum sacrilega audacia attaminare præsumeret, pennis & alis diuerberans procul abegit. Sed ille quòd non tam ad inferendam præsumeret, pennis & alis diuerberans procul abegit. Sed ille quòd non tam ad inferendam præsumeret, quam ad augendam miraculi pompã, quadam sui habitudine stupidus indicabat. O impudens furor, & stulta vesania, coruus obsequitur, lupus veneratur, Dacianus persequitur, nec erubescit velle se adhuc ferox perdere, quem mansuetata bestialis feritas satagebat protegere. Vnde ad occulendam martyris laudem non iam secretum, sed profundum

fundum elegit, credens sibi ad delitescendam eius gloriam non claustra fidem seruatora, sed maria, quasi non idem elementi Dominus esset, per quem dudum ei carceris abdita caelestis furore radiata micuissent. Datur nautis mergens corpus in fluctibus, vt ad auxilium salte aequora proficerent, cui ad vincendum Christi militem terra defecisset. Enauigatis itaq; magna ex parte freti gurgitibus, proiectum inter sorbentes vndas praepotens est Dei dextera consecuta, & quae spiritum intulerat in caelum, corpus mox retulit ad sepulchrum. Sic praedicator veritatis charissimae, nec tormentorum vincitur poenis, nec tenebrosi carceris superatur angustijs. Non bestijs dilaniatur, non profundo caelatur, sed littori redditur, praecoquio diffamatur, vt qui verè confessus fuerat nomen Deitatis, veritate sibi adesse experiretur diuinae suffragia bonitatis. Cuius gloriosam virtute vitam ita preciosae mortis gratia decorauit, vt quod viuendo docuit, moriendo constanter astrueret: eratque consequens quatenus ad eius visum nem per mortem attingeret, quem probabilis vitae conuersione semper attestatus fuisset, scilicet quod de contemptu praesentis vitae gloria surgit beatitudinis aeternae, praesente Domino nostro Iesu Christo, qui viuunt & regnat, &c.

Habetur in eius
peristephano.

VITA ET PASSIO SANCTI VIN-

centij Martyris, per Aurelium Prudentium virum
consularem scripta.

1. Vincenti mar-
tyr, prospera die
triumphalem tuum.

BEATE Martyr prospera
Diem triumphalem tuum,
Quo sanguinis merces tibi
Corona Vincenti datur.
Hic te extenebris seculi
Tortore visto & Iudice
Euexit ad caelum 2 dies,
Christoque ouantem reddidit.
Nunc Angelorum particeps,
Colluces insigni stola,
Quam testis indomabilis
Riuus cruoris laueras.
Quum te fatelles idoli
Praecinctus artis legibus,
Litare diuis Gentium
Ferro & catenis cogeret.
Ac verba primum mollia
Suadendo blandè effuderat
Captator, vt vitulum lupus
Rapturus, alludit prius:
Rex, inquit, orbis maximus,
Qui sceptrum gestat Romula,
Seruire sanxit omnia
Priscis Deorum cultibus.
Vos Nazareni assilite,
Rudemque ritum spernite,
Hec sacra, quae princeps colit,
Placate fumo, & victima.
Exclamat hic Vincentius,
Leuita de tribu sacra,
Minister altaris Dei,
Septem ex columnis lacteis.
Tibi ista praesunt numina,
Tu saxa, tu ligna, am colas,
Tu mortuorum mortuas
Fias deorum Pontifex.
Nos lucis auctorem patrem,
Eiusque Christum filium,
Qui solus ac verus Deus,
Daciane, consitebimur.

Hic ille iam commotior,
Audescit non felix, ait,
Ius hoc deorum & principum
Violare verbis asperis?
Ius & sacrum, & publicum,
Cui cedit humanum genus?
Nec te iuuentae feruore
Instans periculum permouet?
Hoc namque decretum cape,
Aut ara thure, & cespite
Precanda iam hunc est tibi,
Aut mors luenda est sanguine.
Respondit ille altrimsecus,
Age ergo, quicquid virium
Quicquid potestatis tibi est,
Palam reluctor, exere.
Vox nostra quae sit, accipe,
Est Christus, & pater Deus,
Serui huius & testes fumus,
Extorque si potes fidem.
Tormenta, carcer, vngulae,
Stridentisque flammis lamina,
Atque ipsa poenarum vitima,
Mors Christianis ludus est.
O vestra inanis vanitas,
Scitumque brutum Caesaris,
Condigna vestris sensibus
Coli iubentis numina.
Excita fabrilis manu,
Cauis recocta & follibus,
Quae voce, quae gressu carent,
Immota, caeca, elingua.
His sumptuosae splendido
Delubra crescunt marmore,
His colla mugientium
Perussa taurorum cadunt.
Adfunt & illic spiritus,
Sunt sed magistri criminum,
Vestrae & salutis aucupes
Vagi, impotentes, sordidi.

Qui

Qui vos latenter incitos
In omne compellunt nefas,
Vastare iustos cedibus,
Plebem piorum carpere.
Norunt & ipsi, ac sentiunt
Pollere Christum & viuere,
Eiusque iam iamque affore
Regnum tremendum perfidis.
Clamant fatentes denique
Pulsi à latebris corporum,
Virtute Christi & nomine,
Diuinae & iidem daemones,
His innotantem martyrem
Iudex profanus non tulit:
Conclamat, os obtrudite,
Ne plura iactet improbus.
Vocem loquentis claudite,
Raptimque lictores date
Illos reorum carnibus
Pastos, manuque exercitos.
Iam faxo ius praetorium
Conuictor sentiat,
Impune ne nostris sibi
Dijs destruendis luserit.
Tibi ergo soli contumax
Tarpeia calcetur sacra?
Tu porro solus obteras
Romam, Senatam, Caesarem?
Vinctum retortis brachijs
Sursum ac deorsum extendite,
Compago donec ossium
Diuisa membratim crepet.
Post hinc hiulcis ictibus
Nudate costarum abdita,
Vt per lacunas vulnerrum
Iecur resectum palpitet.
Ridebat haec miles Dei,
Manus cruentas increpans,
Quod fixa non profundius
Intraret artus vngula.
Ac iam omne robur fortium
Euiscerando cesserat,
Nisusque anhelus soluerat
Fessos lacertorum toros.
Alit ille tanto laetior
Omni vacantem nubilo,
Frontem serenam lumnat,
Te Christe praesentem videns.
Quis vultus iste pro pudor?
Dacianus aiebat furens.
Gaudet, renidet, prouocat,
Tortore tortus acrior.
Nil illa vis exercita
Tot noxiorum mortibus
Agone in isto proficit,
Ars & dolorum vincitur.
Sed vos alumni carceris,
Par semper inuictum mihi
Cohibete paulum dexteris,
Respiret vt lassus vigor.

Præcicca rursus vlcera
Dum se cicatrix colligit,
Refrigerati sanguinis
Manus resuscans diruat.
His contra Leuitas refert,
Si iam tuorum perpicias
Languere virtutem canum:
Age ipse maior carnifex.
Ostende quo pacto queant
Imos recessus scindere,
Manus & ipse interfere,
Riuosque seruentes bibe.
Eras, cruenta, si meam
Te rere poenam sumere,
Cum membra morti obnoxia
Dilancinata interficis.
Est alter hic intrinsecus,
Violare quem nullus potest,
Liber, quietus, integer,
Exors dolorum tristium.
Hoc quod laboras perdere
Tantis furoris viribus,
Vas est solutum ac ficitile,
Quocumque frangendum modo.
Quinimo nunc enitere
Illum secare, ac plectere
Qui perstat intus, qui tuam
Calcet tyranne insaniam:
Hunc hunc laceffe, hunc discute
Inuictum & insuperabilem,
Nullis procellis subditum,
Soli que subiectum Deo.
Haec fatur, & stridentibus
Laniatur vncis denuo.
Cui praeter ore subdolo
Anguina verba exsibilat.
Sit tanta callum pectoris
Praedurat obstinatio,
Puluinar vt nostrum manu
Abomineris tangere:
Saltem latentes paginas,
Librosque opertos detege,
Quo secta prauum seminans
Iustis cremetur ignibus.
His martyr auditis, ait,
Quem tu maligne mysticis
Minitaris ignem literis,
Flagrabis ipse hoc iustus.
Rompheza nam caelestium
Vindex erit voluminum,
Tanti veneni interpretem,
Linguae perurens fulmine.
Vides fauillas indices
Gomorrhoeorum criminum,
Sodomita nec latet cinis,
Testis perennis funeris.
Exemplar hoc serpens tuum est,
Fuligo quem mox sulphuris,
Bitumen & mistum pice
Imo implicabunt tartaro.

h iij

F26

His persecutor faucibus
 Pallet, rubescit, astat,
 Insana torquens lumina,
 Spumalque frendens egerit.
 Tum deinde cumfatus diu,
 Decernit, extrema omnium
 Igri grabato & laminis
 Exerceatur quaestio.
 Hæc ille sese ad munera
 Gradu citato proripit,
 Ipsosque pernix gaudio,
 Pœnæ ministros præuenit.
 Ventum ad palæstram gloriæ
 Spes certat & crudelitas,
 Luctamen anceps conferunt,
 Hinc martyr, illinc carnifex.
 Serrata lectum tegula
 Dente in frequenti exasperat,
 Cui multa carbonum strues
 Viuum vaporat halitum.
 Hunc spontè conscendit rogam
 Vir sanctus ore interrito:
 Ceu iam coronæ conficius,
 Celsum tribunal scanderet.
 Subter crepante aspergine
 Scintillar excussus salis,
 Punctis que seruens stridulis
 Sparsum per artus figitur.
 Aruina posthinc igneum
 Impressa cauterem lauit,
 Vis vnderoris fumidi
 In membra sensim liquitur.
 Hæc inter immotus manet
 Tanquam dolorum nescius,
 Tenditque in altum lumina:
 Nam vincla palmas presserant.
 Sublatus inde fortior,
 Lugubre in antrum truditur:
 Ne liber vsus luminis
 Animaret altum spiritum.
 Est intus imo ergastulo
 Locus tenebris nigrior,
 Quem saxa meris formicis
 Angusta clausum strangulant.
 Æterna nox illic latet,
 Expers diurni syderis.
 Hic carcer horendus suos
 Habere fertur inferos.
 In hoc barathrum conijcit
 Truculentus hostis martyrem,
 Ligno que plantas inserit,
 Diuaticatis cruribus.
 Quin addit & pœnam nouam
 Crucis peritus artifex,
 Nulli tyranno cognitam.
 Nec fando compertam recte,
 Fragmenta testarum iubet
 Hirta impolitis angulis
 Acuminata, infornia,
 Tergo iacentis seruerent.

Totum cubile spiculis
 Armant dolores anxij
 Insomne qui subter latus
 Mucrone pulsent obaio.
 Hæc ille versutus, vasa
 Meditatus arte struxerat,
 Sed Belzebalis callida
 Commenta Christus destruit.
 Nam carceralis cœcitas
 Splendore lucis fulgurat,
 Duplexque morsus stipticis
 Ruptis cauernis discilit.
 Agnoscit hic Vincentius
 Adesse quod sperauerat,
 Tanti laboris præmium,
 Christum datorem luminis.
 Cernit deinde fragmina
 Iam testularum mollibus
 Vestire semet floribus,
 Redolente nectar carcere.
 Quin & frequentes angeli
 Stant, ac loquuntur cominus,
 Quorum vnus ore augustior
 Compellat his dictis virum.
 Exurge martyr inclyte,
 Exurge securus tui,
 Exurge, & almis cœtibus
 Nostris sodalis addere.
 Decursa iam satis tibi
 Pœnæ minacis munia,
 Pulchroque mortis exitu
 Omnis peracta est passio.
 O miles inuidiosissime,
 Fortissimisque fortior:
 Iam te ipsa læua & aspera
 Tormenta victorem tremunt.
 Spectator hæc Christus Deus
 Compensat æuo intermino,
 Propriaque collegam crucis
 Larga coronat dextera.
 Pone hoc caducum vasculum
 Compagne textum terrea,
 Quod dissipatum soluitur,
 Et liber in cælum veni.
 Hæc ille, sed clausas fores
 Interna rumpunt lumina,
 Tenuisque per rimas nititur
 Lucis latentis proditor.
 Hæc cum stuperet territus
 Obsessor atrii liminis,
 Quem cura perniox manserat
 Seruare ferale domum:
 Plallentis audit insuper
 Prædulce carmen martyris,
 Cui vocis instar æmulæ
 Conclaua reddit concanuum.
 Pavens deinde introspicit,
 Admota quantum postibus
 Acies per arctas cardinum
 Intrare iuncturas potest.

Vernare

Vernare multis floribus
 Stramenta testarum videt,
 Ipsumque vultus nexibus
 Obambulantem pangere.
 Implentur aures turbidi
 Prætoris hoc miraculo,
 Flet victus, & voluit gemens
 Iram, dolore, dedecus.
 Exemptus, inquit, carcere,
 Paulum benignis fortibus
 Recreatur, vt pastum nouum
 Pœnis refectus præbeat.
 Coire toto ex oppido
 Turbam fidelem cerneret,
 Mollire præsulum totum,
 Siccare cruda vulnera.
 Ille vngularum duplices
 Sulcos pererrat oculis,
 Hic purpurantem corporis
 Gaudet cruorem lambere.
 Plerique vestem lineam
 Scillante tingunt sanguine,
 Tutamen vt sacrum suis
 Domi referunt posteris:
 Tunc ipse manceps carceris,
 Et vincularum ianitor,
 Vt fert vetustas conscia,
 Repente Christum credidit.
 Hic obseratis vestibus,
 Densæ specum caliginis
 Splendore lucis aduenæ
 Micuisse clausum viderat.
 At verò postquam lectuli
 Martyr quietem contigit,
 Æger moratum tadio,
 Est mortis incensus siti.
 (Si mors habenda huiusmodi est,
 Quæ corporali ergastulo
 Mentem resolut liberam,
 Et reddidit auctori Deo:
 Mentem piatam sanguine,
 Mortis lauacris inclytam,
 Quæ semet ac vitam suam
 Christo immolandam præbuit)
 Ergo vt recline mollibus
 Reiecit auleis caput,
 Victor 3 relictis artibus
 Cœlum capessit spiritus,
 Cui recta celsa tramite
 Referatur ad patrem via,
 Quam fratre cæsus impio
 Abel beatus scanderat.
 Stipant euntem candidi
 Hinc inde sanctorum chori,
 Parique missis carcere
 Baptista iohannes vocat.
 At Christiani nominis
 Hostem coquebant irrita
 Fellis venena, & liuidum
 Corefferata exulserant:

Sæuire inermem crederes
 Fractis draconem dentibus,
 Euasit exultans, ait,
 Rebellis, & palmam tulit.
 Sed restat illud vltimum
 Inferre pœnam mortuo,
 Feris cadauer tradere,
 Canibusque carpendum dare.
 Iam nunc & ossa extinxero,
 Ne sit sepulchrum funeris,
 Quod plebs gregalis excolat,
 Titulumque figat martyris.
 Sic frendit, & corpus sacrum
 Profanus, ah dirum nefas,
 Nudum negato regimine
 Exponit inter carices.
 Sed nulla dirarum fames,
 Aut bestiarum, aut alitum,
 Audet trophæum gloriæ
 Fœdare tactu squalido.
 Quin si qua clangens improbè
 Circumuolaret eminus,
 Trucis volucris impetu
 Depulsa vertebat fugam.
 Nam Coruus Helicæ datus
 Olim, ciborum portitor,
 Hoc munus implet sedulo
 Et irremotus excubat.
 Hic ex fructibus proximis
 Insectus alarum sono,
 Oculosque pennis verberans
 Exegit immanem lupum.
 Quis perfidorum credere
 Ausit, rapacem belluam
 Tauris paratam congregi,
 Celsisse plumis mollibus?
 Ibat malignum murmurans
 Leui volatu exterritus,
 Prædamque visam fugerat
 Custodis imbellis minis:
 Quis audienti talia,
 Daciane, tunc sensus tibi?
 Quantis gementem spiculis
 Figebat occultus dolor?
 Quom te perempti corporis
 Virtute victum cerneret,
 Iphis & impar ossibus,
 Vacuisque iam membris minor?
 Sed quis, tyranne pertinax,
 Hunc impotentem spiritum
 Determinabit exitus,
 Nullus ne te franget modus?
 Nullus: ne vnquam desinam,
 Nam si ferina immanitas
 Mansuescit, & clementia
 Coruus voraces mitigat:
 Mergam cadauer fluctibus,
 Insana nunquam naufragis
 Ignoscit vnda, & spurcum
 Nescit profundum parcere:

Aut

4. Ecce quò imple
 etas est desunctio
 rum corpora non
 sepellire.

3. Spiritus Vincen
 tij victor cælum,
 capessit.

Aut semper illic mobilis
 Incerta per ludibria
 Ausiris fereretur flantibus,
 Squamola pacens agmina:
 Aut sub fragolis rupibus
 Scabri petrarum murices
 Inter recessus scepeos
 Discissa rumpent viscera,
 Et quis virorum sternuè
 Cymbam peritus pellere,
 Remo, rudente, & carbaso,
 Secare qui pontum queas?
 Rapias palustris è cespite
 Corpus, quod intactum iacet,
 Leuique vestum lembulo,
 Amplum per æquor auferas.
 Sed complicatum sparteus
 Claudat cadaver culleus,
 Quem fune connexus lapis
 Præceps in altum deprimat.
 At tu per vndas emices
 Rorante præceps palmula,
 Donec relictum longior
 Abscondat aspectus solum.
 Hæc iussa quidam militum,
 (Eumorphio nomen fuit)
 Violentus, audax, Barbarus,
 Furoriferuens arripit.
 Funale textum conserit
 Suto, quod implet corpore,
 Emenus & multum freti,
 Inter procellas excutit.
 O præpotens virtus Dei,
 Virtus creatrix omnium,
 Quæ turgidum quondam mare
 Gradiente Christo strauerat.
 Vt terga calcans æquoris
 Siccis mearet passibus,
 Plantas nec vndis tingeret
 Vasti viator gurgitis.
 Hæc ipsa virtus iusserat
 Rubrum salum dehiscere,
 Patente dum fundo aridum
 Secura plebs iter legit.
 Necnon & ipsa nunciubet
 Seruire sancto corpori
 Pontum quietis lapsibus
 Ad curua pronum littora.
 Saxum molaris ponderis,
 Vt spuma candens innatat,
 Tantiq̄ue custos pignoris
 Fiscella fertur fluctibus.
 Cernunt stupentes nauitæ
 Vestam remenso mar more,
 Labi retrorsum leniter
 Æstu secundo, & flamine.
 Certant & ipsi concito
 Pontum phaselo scindere,
 Longè sed artus præuolant.
 Telluris ad mollem sinum.

Sancti pro nostris
 peccatis orant ad
 thronum Dei.

Prius relatos denique
 Humus quieta suscipit,
 Quam pulsa summis nifibus,
 Carina portum tangeret.
 Felix amœni littoris
 Recessus ille, qui sacra
 Fouens harenis viscera
 Vicem sepulchri præbuit.
 Dum cura sanctorum pia
 Deflens adornat aggerem,
 Tumuloque corpus cre litum
 Vitæ referuat posteræ.
 Sed mox lubacis hostibus,
 Iam pace iustus reddita,
 Altar quietem debitam
 Præstat beatis ossibus.
 Subiecta nam sacrarijs,
 Imamque ad aram condita
 Cœlestis auram muneris
 Perfusa subter hauriunt,
 Sic corpus. Ast ipsum Dei
 Sedes receptum continet,
 Cum Macchabæis fratribus,
 Secto Isaia proximum.
 Simplex sed illis contigit
 Corona panarum, quibus
 Finem malorum præstitit
 Mortis supremus exitus.
 Quid tale sector ausus est?
 Truncata nunquid corporis
 Segmenta post ferram seris
 Obiecit, aur vndis dedit?
 Num Macchabæi martyris
 Linguam tyrannus erutam,
 Raptamque pellem verticis
 Auibus cruentis obtulit?
 Tu solus ô bis inelyte,
 Solus brauij duplicis
 Palmam tulisti, tu duas
 Simul parasti laureas.
 In morte victor aspera,
 Tum deinde post mortem pati
 Victor triumpho proteris
 Solo latronem corpore.
 Adesto nunc, & percipe
 Voces precantum supplices,
 Nostris reatus & efficac
 Orator ad thronum patris,
 Per te, per illum carcerem
 Honoris augmentum tui,
 Per vincla, flammæ, vngulæ,
 Per carceralem stipitem:
 Per fragmen illud testium,
 Quo parta creuit gloria,
 Per quem trementes posteri
 Exosculamur lectulum:
 Miserere nostrarum precum,
 Placatus vt Christi suis
 Inclinet aurem prosperam,
 Noxas nec omnes imputet.

Si ritè

Si ritè solennem 6 diem
 Veneramur ore, & pectore,
 Si sub tuorum gaudio
 Vestigiorum sternimur.
 Paulisper huc illabere
 Christi fauorem deferens,
 Sensus grauari vt sentiant
 Leuamen indulgentiæ.

Sic nulla iam restet mora,
 Quin excitatam nobilis
 Carnem resumat spiritus,
 Virtute perfunctam pari.
 Vt quæ laborum particeps.
 Commune discrimen tulit,
 Sit & coheres gloriæ
 Cunctis in æuum seculis.

6. Si ritè veneramur
 solennem diem
 eu Vincentij.

VITA SANCTI VINCENTII ET

Anastasi martyrum, per eundem Adonem collecta.

IN Hispanijs natale sancti Vincentij Leuitæ & martyris. Qui cum sancto Valerio Episcopo suo à Cæsaraugusta ciuitate Valentiam vsque grauibus nexu catenis, iubente Datiano, perductus est. Ibi que fame & igoallore carceris diu maceratus, tormentis eculei & vngularu horrida laceratione vexatus, à grabato etiam ferreo diuissimè vstulatus, aruinæ guttis, & crepitanti sale resperus est. Post hoc in teterrimo carcere missus est, diuaticisq̄ue in neruo cruribus, super acutissima testarum fragmenta proiectus est. Vbi nocte lux ingens apparuit, & virtute Dei solutus martyr, inter Angelos, à quibus visitari meruit, hymnum canebat ita vt ipse custos carceris crederet Christo. Mane autem factò cum iussisset eum Dacianus in lecto mollissimo reclinari, vt aliquantulum recreatus acius denuo torqueretur, insatigabilem spiritum Christo reddidit. Tunc Dacianus corpus eius in campum proijci, & feris atque auibus iussit exponi. Sed mox corpus diuinitus ad custodiam eius datus, non solum alias aues arcebat, sed mox & immanem lupum à sancto corpore repulit. Quod cum Daciano nunciatum eiet, iussit eum insutum culeo, in profundum maris cum grauisimo saxi pondere immergi. Sed prius virtute Dei super vndas innatans ad litus delatus, & arenis conditus eit, quàm remiges portum tangere potuissent: Inde autem cum se sanctus martyr cuidam fidei anui reuelasset, cessante persecutionis rabie, à Christianis reuerenter sublatu, & in Ecclesia conditus est, ad aquas Saluias. Natale sancti Anastasi martyris, & monachi de Perseide. Qui post plurima tormenta carceris, verberum & vinculorum, quæ in Cæsarea Palestina perpeffus fuerat, à Persis postremò in Perseide multa pœna affectus, atque ad vltimum decollatus est à rege eorum Cosrohe cum alijs lxx. Reliquiæ corporis eius primo Hierosolymis ad monasterium suum, deinde Romam delatæ, venerantur in monasterio ad aquas Saluias.

Habetur in eius
 martyrolog. sub
 xi. calend. Febr.
 bruatij.

1. si sepultura nei
 gligenda esset, non
 fuisset cornu a deo
 missus ad tutandū
 martyris corpus.

2. Vides quod san
 cti martyris reli
 quie in monaste
 rio apud aquas
 Saluias venerantur.

MARTYRIVM SANCTI VINCENTII.

Per Simeonem Metaphrasten.



istoriam, quam sanctissimus martyr Vincentius de hoste reportauit, maximè probatam fuisse ex hoc ipso intelligi potest, quòd bonarum rerum inimicus diabolus eorum certaminum, quæ martyr ille sustinuit, ac perpeffus est, venerandam memoriam silentio interim obruendam curauerit. Sed nos ordine singulas res, vt gestæ sunt, in apertum proferemus, certissimamque earum rerum fidem sequentes, inuolatam Martyris confessionem, & tolerantem constantiam vsque ad extremum spiritum seruata, simulque incredibilem iudicis immanitatem narrabimus.

Is cum Christianorum vastationem, vt quiuis alius, sciret, in Hispaniam profectus est, vt illius prouinciæ administrationem gereret, quæ à Romanis Imperatoribus commissa ei fuerat. Erat iudex ille Græcus, scelere, furore, & diaboli peruersitate, arteque compositus, & malitiæ illius minister valde idoneus: vocabatur autem Dacianus. Cum igitur ad eius regionis urbem omnium primam venisset, cui nomen erat Augusta, tanquam lupus quidam vorandi sanguinis multum appetens, simplicissimas Christi oues adortus est. Nam etfi earum synceritas, constantia, & firmitas Christianæ fidei testimonium præberet, ab illis tamen furorẽ suum non temperabat, sed cum esset sacrilegus, & Græcæ superstitionis amâtiissimus, summam in Christianos acerbiter exercerebat. Itaque cum magistratum iniisset, se omnia ex animi sententia consecuturum arbitrabatur, si furoris, & infaniæ, quæ illum exagitabat, manifesta indicia ostenderet: nefariæ enim crudelitatis, & noui furoris rabie accendebatur. Quamobrem sui spiritus seditatem, ac vehementiam, quàm primum potuit, effundere cœpit, Episcopos

Episcopos, & omnes clericos, ac viros sanctos iniqua diaboli tentatione inuadens: quanquam potius factum id fuit, vt qui probati essent, manifesti fierent. Hæc cum ita se haberent, Vincentius in Leuitarum ordine constitutus sub Valerio Episcopo magnæ exultationis & modestiæ viro, animi alacritate multa erectus, ad celeberrima illa, & salutaria certamina properabat. Eiusmodi autem tentatio multis quidem videbatur perniciofa, sed non viris Deū verè amantibus: quippe qui futurum sperabant, vt tali certamine propolito beati efficerentur, siquidem rectè factis consecrati fidei coronam allequerentur. Itaque artificiosus ille, & animo, ac sententia multiplex Dacianus, existimans fieri posse, vt Christiani homines quos non poterat cruciatibus ad sententiam suā perducere, itinervis longitudine, & corporeis ærūnis delatigati, afflictiq̄ eius voluntati se subijcerent, mandauit sanctos viros, Valerium Episcopum, & Vincentium Diaconum multis cum iniurijs duci in vnam quādam illius provinciæ urbem, Valentiam nomine, quos statim iussit in carcere quodam obicuro, & malè olenti conclusi, maximiq̄ cruciatibus affligi, fame, inedia & catenarum angustijs & ferreis quibusdam ponderibus à collo ad manus vique protensis, toto (vt summatim dicam) eorum corpore mortiferis calamitatibus afflicto. Sed quamuis tot tantæq̄ue calamitates illorum corporibus adhiberentur, omnia tamen viri sanctissimi tormēta, vt res leuissimas perferēbant, ad futura illa bona, quibus compensandi essent, animos erectos, intentosq̄ue habentes. Cum verò peruersus ille, & deprauatæ mentis homo Dacianus existimaret, eos viros defatigatione, atque ærumnarum iugo nimium grauatos esse, ac vereretur, ne forte, si eorum res obliuisceretur, antea mortem illi obirent, quam ipse propriam illorum sanguine fundendo, & membris lacerandis sæuitiam exerceret, iussit illos educi è carcere. Opinabatur enim, eò quòd diuturno carcere vexati, & à lumine, communiq̄ue hominum cōluerdine remoti fuissent, nihil virum amplius reliquum habere. Nolebat autem illos mori, priusquam cruciatibus afflicti essent, quandoquidem futurum sperabat, vt multiplici, ac diuturno cruciatu eos flecteret. Cum igitur viri illi sancti educti è carcere ante tribunal Iudicis steterissent, corporibus & viribus integros, aspectuq̄ue ipso multò hilariore, quam antea fuerant, Dacianus Præfex amens factus, & stupore percussus, atque insania excœcatus fuit, eorum videlicet, qui à Deo feruati fuerant, robur, & vires obstupescens. Cum verò ab illis se vincinon patere, & ab impuri spiritus peruersitate ageretur, ad carceris custodem conuersus: Cūrnā, inquit, cibo, & potu homines istos recreasti? Cur ita pingues fieri curasti? Mox feroci quadam voce fremens, & orationem suam ad sanctissimum Episcopum conuertens, ait: Quidnam tu de te ipso dicis, Valeri, qui per religionis speciem, ac simulationē Imperatoribus aduersaris? Opinabatur enim impius ille, facile fieri posse, vt si caput ipsum, hoc est, Episcopum abscederet, reliqua etiam membra, clericum videlicet & populum facillimè demoliretur. Sed benignissimus Deus, qui superbos homines ex alto, & sublimi gradu in imum præcipites detruddit, & humiles infimo in loco iacentes in altum extollit, voluit superbum, & nefarium illum hominem nō ab Episcopo, sed ab inferioris gradus illius cleri viro superari, vt se imbecilem esse cognosceret, neque quicquam se contra Episcopum facere posse, quippe qui à Leuita longè inferiore, tūm ordine, tūm dignitate victus, prostratusq̄ue fuisset. Etenim beatus martyr Vincentius sancto spiritu plenus excitatusq̄ue, & victoriæ coronam iam iam comprehendens habens, dum Episcopus Valerius quieto & sedato animo responderet, Vincentius sic eum allocutus est: Curnam, o pater, ita furas, vt qui metu detenti sunt, & contra canem istum sic musitas? Clama voce magna, & Christi potentiam adiutricem implora, vt huius Tyranni rabies voce libera, & cum autoritate prolata refrenetur, & eius contra sancta Christi mysteria ferocitas comprimatur. Hic enim ille est, o pater, pestifer serpens, qui aduersus hominis primò formati gloriam, quæ in omnes homines transitura erat, inuidia excitatus se armauit. Nam cum ea gloria ipse frui non posset, statim insatiabili quadam pendore omnium hominum cupiditate accensus est, & contra illos maximè inuidiam exercuit, quos benignus Deus mori sempiterna morte prohibuit. Hic ille est, quem diuini nominis inuocatione sæpè ab humanis corporibus nos expulimus. Itaque si viribus suis confidit, omnes pugnatæ machinas in me commoueat: videbit enim me tormentis cruciatum plus quàm se cruciantem valere, & quò magis putabit me afflicto iri, eò grauius ipse affligetur. Quamobrem omnino gaudeo exultoque, quòd diabolus maximis de rebus conuincendus sit. Ad hæc ille diaboli minister Dacianus aduersus Christi fidem magis magisq̄ue inflammatus est, quippe quòd seipsum valde contemni animaduertit. Itaque diaboli ministros sic affatus est: Abducite hinc Episcopum: at istum, qui ad iudicij & imperatorum cōtumeliam huc venit, ante nos sistite, & cum ipsius durum ac pertinacem animum reprimendū tormenta & cruciatibus adhibete. Hæc cum diceret, maxima quæque supplicia contra martyrem excogitabat quidem, sed illud tamè se cum animo reuoluebat, quòd quicquid, quamuis asperum & acerbū inferret, fortis ille martyr

pro

pro nihilo facerè videretur: Fortasse, inquit, futurae gloriæ causa omnia sibi perferenda proposuit. Excogitauit igitur tormentorū machinas diabolus: sed quas in viros illos iustos penas se illaturum cogitabat, eas ipse, vt nolebat, passurus erat. Sed quidnam ait iniquus ille? Agite, inquit, suspendite hominem istum in ligno, eiusque membra discerpite, ac totum corpus contundite, vt priusquam alijs cruciatibus affligatur, se laceratum & consumptum videat. Cum igitur Martyr ipse multis horis dilaniaretur, sic eū Dacianus alloquebatur: Quid ais, Vincenti? An non vides, quàm miseris modis corpus tuum miserabile dilaniatum sit? Tū illi subridens Vincentius: Hoc, inquit, est, quod ipse toto animo expetebam: itaque nemo mihi vnquā, credas velim, oprabilior te ipso fuit, neq; animæ meæ beneficiū maius contulit: nam licet hostili animo id facias, tamen summum beneficium in me confers. En vt ad sublimiora ascendo. En vt cœlestes res attingo. En vt Imperatores tuos magis contemno. Tu igitur ab ista tua crudelitate ne desistas: mihi enim eò cumulatiorem victoriam adferes, quò maiora tormenta perferendo, te ipsum superabo. Esto, quæso, in me magis, magisq̄ue concitatus, & nefarij tui spiritus perueritate quantum vis debacchare, ne quo modo gloriam meam imminuas, & nostris laudibus damnū adferas. En ego Christi serus paratus sum omnia sustinere pro nomine eiusdem Domini mei Iesu Christi. Quibus autem minis & cruciatibus me vexandum esse opinaris, illis tu ipse acerbis vexaberis. His verbis auditis Dacianus furore quodam & rabie inflammatus, & clamores præ insania tollens, lignis ac virgis carnifices verberabat, quòd segnes essent in martyre cruciando, magisq̄ue contra carnifices, quàm contra virum illum sanctum excandescēbat, domesticos & familiares suos plusquam martyrem verberans. Cum autem Iudex ipse in suos magis fureret, tunc athleta Vincentius (Eius autem nomen si quis Græcè interpretetur, inueniet idem valere, ac si Nictorem, hoc est, victorem, dicat) in ligno pendens, sceleratum iudicem sic affatus est: Quid ais Dacianè? En penas recipio ab his qui me cruciant, & tu contra tuos homines vltorem te mihi præbes. Hæc cum martyr diceret, Iudicem ipsum magis magisq̄ue cruciabat. Quamobrem cœpit plus furere, & clamare, & dentibus fremere, vltra modū se magis quàm martyrem crucians. Ad hæc carnifices ipsi, cum in eo lacerando essent defatigati, tanquam exanimati iam torquerant, eorumque manus tanquam mortuæ, circa martyris latera obriugerant: cumque expalluissent, sudore multo totum eorum corpus irrigabatur: omnibus denique membris dissoluti erant. Itaque eos videre licebat cruciatibus magis affectos, quàm martyrem, ac propemodum mortuos: quinetiam Dacianum ipsum ore pallido exanimem, tremementem, oculis caligantem, & tanquam morte correptum, atque immobilem factum, rursum in compositum, insanientem, & contra carnifices vociferantem: Quidnam vos agitis? An non mihi notæ sunt manus vestræ? Sæpè homicidarum sæuitiam à vobis prostratā cognoui. Frequenter latronum, & parricidarum ferocitatem manibus vestris expugnastis, & veneficorum arcana in intimo eorum corde latentia sæpenumerò extraxistis: quique nefariè intemperantiam suam effuderunt, eorum intestina dilaniastis: atque (vt summatim dicam) quifnam ita inexpugnabilis fuit, qui cum in manus vestras inciderit, non facillè interfectus fuerit? Quid igitur est miles mei, quòd hominem istum scelestum magna cum temeritate Imperatores nostros contemnentem, reprimere non possumus? Saltem nos moueat dedecus, & turpitudine, ne quid grauius dicam. Alios negantes crimina, & mortem ipsam irridentes, nondum morte illata perterrefecimus: & istius debacchantis, atque imperatores ipsos, leges, & Deorum iura reprobantis, linguam procacem continere non possumus? Ad hæc hilari vultu beatus Vincentius subridens respondit: Hæc in re diuinum illud oraculum impletur: Videntes non vident, & audientes non audiunt. Tūc omnium hominum crudelissime Tyranno cogis me illum Deum negare, quem vniuersarum rerum opificem, at Salvatorem esse testor? Hunc ego verum Deum esse confiteor. Atqui meritò cruciatibus afficiendus essem, si vanum aliquid aut falsum dixissem, si Imperatores deos esse affirmassem. Tu verò diutius me crucies in huiusmodi confessione permanentem: neque credulitatem istam exercere contra me desinas: ita enim probatissimam Christianorum veritatem magis cognoscere poteris, si tamen parumper impurus spiritus à te discesserit. Hæc cum sanctus martyr Vincētius diceret, & Iudex se irrideri putaret, magis magisq̄ue insaniebat, toto pectore anhelans, & collo intumescens, totoq; vultu immutatus, & ab oculis radios instar scintillarum emittens: qui turbato aspectu sanguinis colorem præ se ferente tunc æstibat, cum carnifices ipsos non solum martyris latera, sed totum corpus & intestina, compages quoq; corporis & iuncturas ita dilacerare videret, vt non amplius posset carnifices accusare, quod negligentes forent. Itaque stupore afficiebatur, quòd illius athletæ animum ita magnum & excelsum videret. Cum verò acerbis, atque immitis ille Tyrannus à martyre se victum cognosceret, pestifer homo alia quadam via Vincentium aggressus est, credens fieri posse, vt misericordia &

lenitate

lenitate viri iusti mentem ac voluntatem alliceret. Aiebat igitur: Miserere, Vincenti, iuuentur tuae neq; aetatis florē in primis annis decerpi patiaris, atq; longioris vitae spatium ne tibi praecidas. Parce tibi. Ne committas, vt cruciatu maiore lacereris. Saltem serō sapias, & respicias tandem, ne reliqua tormenta patiaris. Cū hęc iudex dixisset, beatissimus Martyr Vincentius à Spiritu sancto edoctus, dolos praesensit. Itaq; his verbis vsus est: Non displicet mihi cruciatus quos adferre studeo, sed illud me perterrefacit, quod misericordiae verba te simularem audio. Exerceantur igitur contra me tormenta omnia, & multiplices cruciatus quantumuis graues adferantur, ac si quid prodigiosis & maleficis viribus tuis confusus, inuenire contra me poteris, ne desistas pestiferam illam immanitatem tuam in me inferre. Experire Christianorum vires, neq; ablineas à verberibus & tormentis, non à ferro, igne atque incendio: sic enim in omnibus his te victum fatebere, magisq; erubesces. Cū hęc audiens Dacianus valde cruciaretur, & athletae illius constantiam sibi dedecori esse non pateretur, cohorti hęc iussit: Ducatur iste ad iudicium, & legum examen, & his poenis ac supplicijs subiiciatur, quibus paritidae, scelerati & nefarii homines sunt obnoxij, vt cū eius animus cruciatus graues diutius ferre paratus sit, membra ipsa omnium generum tormentis cōsumantur. Quādiu enim iste supererit, fieri non potest, vt ego victoriā compos fiam. Hęc ait Dacianus. Athleta verò ille fortissimus aduersarium his verbis alta voce insequēbatur: O me beatum, & verē felicem atque hilarem factum, quandoquidem istae tuae calumniae & minae, meae sunt perfectissimae laudes. His verbis Dacianus ad insaniam concitatus, statim iussit crucem cōponi, & in illa Vincentium suffigi, ac membratim caedi. Cū igitur crux ipsa in terra defixa esset, Martyrem in ligno suspenderunt nefarii homines, & satellites diaboli, Daciani iussa exequentes. Postea verò eundem multa cum celeritate è ligno detraxerunt. Qui cū à vinculis solutus esset, & in terra vir sanctissimus constitisset, Spiritus sancti ope adiutus, seipsum à carnificibus abstraxit, & ad crucem illam cucurrit: in quam cū insiliret, hostem ipsum perterrefecit. Itaque eos, à quibus cruciatur, & tormenta cum labantur, in crepans: Cūnam, inquit, tardiores, & in meipso ad tormenta ducendo facti estis imbecilliores? Agite, quā celerrimē vestri principis crudelitatem exequamini, vt in omni re quamprimum se ridiculum faciat. His verbis nefarium iudicem ferociorem factum tanquam iaculis quibusdam confodiebat. Quamobrem magis magisque in Martyrem exardescens, grauiora in eum tormenta excogitabat. Statim igitur Beatus Vincentius torquebatur, diuersisque flagellis, & ferreis vnguib; assidue lacerabatur, atque eius latera continuis flammis comburebantur. Denique membra ipsa ita distenta distractaque sunt, vt totus eneruatus esset. Deinde cū ferreas virgas carnifices in igne diu tenentes ignitas effecissent, mox in eiusdem Martyris pectus eas coniecerunt, quoad candentibus illis virgis combureretur. Corporis enim superficies ac pellis flamma illa comburebatur, vulneraque vulneribus addita renouabantur, & lacerationes lacerationibus nouis augebantur: Alij carbones accensos in eius corpus iniicientes, diurnis flammis ipsius membra comburebant, in quo cū nullae amplius superessent carnes, flammae ipsae deinceps intestinas vsque partes penetrabant, & cū superioribus vulneribus additae essent, nouo cruciatu Martyris corpus affligebatur: cuius etsi nulla pars sana relicta esset, nihilominus tamen mens ipsa cruciatus illos fortiter perferens robustior efficiebatur, idque non immerito: diuino enim praesidio, quod humana cogitatione comprehendi non potest, vndique communiebatur. Dacianus verò insania multa & furore agitatus, pergebat illam tormentorum copiam inferre, nimirum expectans contrariam Martyris confessionem audire. Interea cohors militaris constantia Martyris percussa, reulit Daciano carnifices ipsos defatigatos esse, & in tormentis infligendis ad extremum spiritum redactos: athletam verò illum, multiplicem tormentorum copiam ac certamen egregie superasse. Tunc Dacianus spe deceptus, & tenebris mentis oppressus: Heu, inquit, victi sumus: sed quamuis tam multis cruciatibus eius mens victa non sit, cū fortiter corpus ipsius flammis pertulerit, nihilominus tamen demus operam, vt eius animus talibus crucietur poenis, quibus nullum remedium adhiberi possit. Exquire igitur locum omni ex parte obscurum, ac tenebrosissimum, vt sempiterna quadam nocte puniatur. Locum verò illum, in quo eius corpus constituendum est, testis fractis sternite ex vtraque parte acutissimis, & aculeatos angulos habentibus, vt compungatur, & in quamcūq; partem latera sua conuerterit, dilaceretur. Posthac vt membrum nullum remissionem habeat aut recreationem, sed totum eius corpus assidua tormentorum renouatione affligatur, super huiusmodi testas hominem istum prosternentes pertrahite, vt membratim variē laceretur, & animum ac spiritum emittat, is, qui contra nostros Imperatores certamen suscepit: Deniq; concludite ipsum in loco illo tenebrosissimo, & illic derelinquite, vt ne minimam quidem lucis partem oculis suis aspiciat, neq; quisquam illuc accedat, omnisque consolationis ratio ac spes ab eo remoueatur, Ianuas ipsas

vndique

vndiq; claudite, & vinctibus eas communite, hocq; diligenter curate, vt, quamprimum ani mā efflauerit, mihi referatis. His ita factis, vt nefario impij Daciani edicto praecipitum fuerat, & eo in loco Martyre incluso, aduentante nocte, statim custodes ipsi alto sopore oppressi sunt. Itaq; quod Dacianus contra sanctum Martyrem excogitauerat, id ipsum in sanctissimi viri incunctitatem, ac gloriam conuersum fuit. Terribilis enim & illustris Angelorū cohors accessit athletam curans, & à langoribus eripiens ac recreans, ita vt locus ille obscurus, & nocturnae tenebrae nouo quodam & admirando lumine illustratae sint. Repente igitur custodes experrecti, existimabant Martyrem ipsum è carcere aufugisse. Itaq; illis valde perturbatis ac metuentibus, dixit vir sanctissimus: Nolite, quaeso, milites, turbari, neq; clamare, aut metu aliquo affici: nunquam enim ego aufugerem, ne repositas mihi coronas amitterem. Sed quā celerrimē potestis, huc introite, & videte seruum Dei per angelicum ministerium admirabili quadam consolatione recreatum, vt quo loco vos obscurissimas tenebras reliquistis, illic coeleste lumen aspicientes gaudeatis. His verbis athleta ille vsus est. Postea verò quā Daciani satellites ingressi sunt, eos exhortatus: Abite, inquit, & Domino vestro renunciate, quali & quanta luce ego hic perfruar: itaq; si quid potest acerbius excogitet, & ad meas laudes illud accumularet. Cū igitur custodes omnia quae in carcere viderat, Daciano retulissent, repente ille exanimatus expalluit, & secum pessimē agi animaduertit, quandoquidem Martyris lacerationes & vulnera in eius ipsius ignominiam ac dedecus conuertebantur. Quamobrem acerbitate quidē magna contra Christi athletā Vincentiū commouebatur, sed mitius tamen se gerere simulabat. Itaq; dicebat: Quid est quod amplius pugnemus, cū maximē ab hoc homine victi sumus? Gestetur igitur in lecto aliquo, & stragulis delicatissimis: non enim patiar, vt in cruciatibus moriatur. Tollant ipsum in lecto positum homines aliquot hilares, & exultantes. Sint & alij, qui eius vestigia, & dilaniatum corpus totum exoculenter: quinetiam sanguinem ex vulneribus defluentem colligentes, ad suae valetudinis recuperationem illum adhibeāt. Talium virorum satellitio vtatur probatissimus Christi minister Vincentius, dignus certē qui ab inimicis etiam colatur, non totum ab inimicis & Christianis obseruetur. Hęc versutae mentis homo Dacianus faciebat, multum animo perplexus, quippe qui modō infirmitatem suam confitebatur, modō gloriosi martyris Vincentij tolerantia, ac fortitudinem laudibus extollebat. Quādiu verò doloso animo talia machinabatur, proinde Deus, cuius bonitas omni ex parte perfecta est, vt Tyrannus ille omni spe deceptus superaretur. Ipsius enim Martyris animam victicem ex caduco, & fragili corporis tabernaculo ad coelestem regionem traduxit. Quare diabolus valde confusus fuit. Equidem non tenerē factum arbitror, vt sanctissimus vir eo tempore mortem obiret, quo Dacianus ipse curatione illa, vel insidijs potius Martyrem aggredi volebat, Dicturus enim fuisset, eius cura & studio athletam Vincentium seruatum esse. Cū igitur victorem Martyrem obijisset Dacianus accepisset, cepit vltra modum insanire, & ait: Si viuum hominem istum superare non potui, saltem mortuum superabo. Non amplius superest in eo spiritus, qui mihi aduersetur, neq; hominis mortui membra mecum amplius pugnare poterunt. Projiciatur igitur in capum eius cadaver, neq; arborum folijs, aut alia re contegatur: sed feris & volucribus in escam propositum sit, quicquid enim contra mortuum istum efficere poterō, non omittam, vt careat funere ac sepultura. Itaq; pretiosissimae Martyris reliquiae nefario tyranni edicto proiectae sunt, illis assidente easque custodiente carnifice, pessimique illius Daciani amicis quibusdam. Nemo autem Christianorum religiosi martyris corpus à Tyranno petere audebat, vt scilicet optabilem illum martyrem secum habere posset. Coruus autem quidā, ales, inquam, ille ignauissimus, & maximē legnis è propinquo loco aduolauit, & sanctum illud corpus custodire cepit, qui nigris pennis, & colore atro, tanquam pulla quadam veste indutus, quodammodo luctum praeferebat, aliasque volucres grandiores volatu magno illuc irruentes impigre persequens, è loco facile abigebat. Quinimò lupum quendam repentino cursu ed venientem ita repulit, vt ille terga vertens, non corui quidem impetum, sed iacentis illius sancti corporis aspectum extimescere praese tulit, ac stupore percussus repente subterfugerit. Equidē feram illam Angelica praesentia perterrefactam illinc aufugisse arbitror. Vetere historia nobis traditum est, beatum Eliam Israelitarum impietatem fugientem, eum desertis locis & speluncis prauam eorum hominum, qui tunc erant, consuetudinem permutasse, eoq; tempore quotidie manē ac vesperī Prophetam illum à coruo sibi oblatum cibum accepisse. Et nunc igitur diuino iussu, quemadmodum & olim, coruus excitatus Vincentio martyri congruentem operam curamque adhibebat.

Quo miraculo percussus Dacianus clamare cepit: Heu quidnam hoc est? Ne mortuum quidem hominem istum superare possumus? Quinimò quod maiore acerbitate in eum vrimur, eo efficitur gloriosior? Quoniam igitur feri non potuit, vt in terris consumeretur, in

i ij alcum

1 Nota praefatio
me martyris reliquias.

2 Mira res, irra-
dionalis avis san-
cti martyris reli-
quias veneratur,
& defendit: noui
autem haeretici illa
las deboneant et
aspernantur.

aleum mare demergatur, vt huius victoriæ magnificentiam mare ipsum obruat, ne quotidie omnibus ridiculus fiam. Deijciatur autem quemadmodum parricidæ solent, in vtre ex bouis pelle confecto inclusum, saxiq; magnis illigatum eius cadaver in altum mare demergatur: tumq; nauæ ipsi multum maris spatium tranarint, in vndas profundissimas istius hominis cadaver deijciant, vt si quod Vincentij membrum reliquum est, illud pisces consumant & deuorent. Itaq; pretiosæ Martyris reliquæ, sicut Dacianus iusserat, conclusæ sunt. Cùm verò athletæ, & martyris corpus ita conclusum fuisset, mox venit cum nautis homo quidam, Eumorphius nomine, pelsum moribus, & animo sacrilego, qui promiserat tyranno illi, nautas se adhibiturum, qui ad execrabile scelus committendum idonei, eius voluntati facillè obtemperaturi essent. Itaq; nauæ illi pretiosissimas Vincentij martyris reliquias in scapham coniecerunt, & eò vsq; altum mare nauigârunt, vt littorâ, & montes oculorum aciem fugerent, cûq; id facerè vellent, quod iussi fuerant, sanctas reliquias in mare proiecerunt, & hilari vultu ad Dacianum reuertebantur, quasi læti illius nunciij præmium relaturi essent, impijs & incompositis vocibus, atq; irrisionibus vtentes, exultantesq; eò quòd Vincentij corpus perditum fuisset. Sed priusquam in aridam terram reuersi essent, qui Martyris corpus in mare proiecerant, illud ipsum quod proiectum fuerat, Christi manu ad terram appulsum fuit, quodq; arbitrabantur in altum, & immensum pelagus demersum fuisse, illud cùm ante oculos suos expositum vidissent, quasi debitum sepulchri honorem postulare, stupore & metu correpti, illis ipsis reliquias derelictis, abierunt. Iam verò sanctus martyr Vincentius vno cuidam in somnis reliquias suas ex alto mari in terram expositas esse significauit: quin etiam locum, in quo reliquæ ipse positæ erant, eidem patefecit. Quoniam verò Præsidentem timens vir ille ad martyris reliquias inquirendas sequebamur, & parum alacrem se præbuit, ille ipse martyr in somnis apparuit femine euidam viduæ, quæ vt ætate prouecta, ita & morum sanctitate prædita erat. Illam cùm similiter admonuisset, eidem signa quædam eius loci patefecit, in 3 quo sanctum illud corpus iaceret, quòd videlicet lateret sub arena, quam lenis, & tranquilla vnda in reliquias illas sanctas sic infuderat, quasi arena ipsa Martyris sepultura deseruaret. Sepultus igitur fuit generosus Christi athleta primùm in litore sub arena. Mox anus illa, femina valde religiosa, & vidua, quam supra diximus, perlustrabat littora, inquirens signa illa, quæ in somnis ei patefacta fuerant: cumq; inuenisset quod quærebat, & martyris reliquias in ædem illis dignè tulisset, eas 4 sanctè ac religiosè condidit. Itaq; sumptuosè exequijs adhibitis sacra illæ reliquæ Deo ipsi dedicatæ sunt in illius templi ara, quod sancti martyris Vincentij nomine appellatum fuit. Hæc est sanctissima martyris confessio, hæc illius certamina, qui martyrium suum compleuit in gloriam Christi Dei nostri, nunc, & in secula.

A. M. E. N.

Tanta cura circa martyris corpore sepeliendum diuina prouidentia exhibitæ sepulchra non negligenda, sed curanda esse, fidelis adnotet.
 A. Nota B. Martyris reliquias sancte & religiosè conditas. Nota etiam sumptuosas exequias illis adhibitas. Nota demum, tempore sancti Vincentij nomine appellatum.

VITA SANCTI GRISOGONI MARTYRIS, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.



ROMÆ natale facti Grisogoni martyris. Qui per biennium iussu Diocletiani coniectus est in vincula, vbi multa perpeffus sanctæ Anastasiæ alimonij fouebatur. Cùm igitur beatam Anastasiam zelans vir eius Publius custodibus adhibitis clausisset, vt nec per cuiuscunq; fenestram aditum aspectaret, ad hunc confessorum Christi Grisogonum, qui eam in Christo erudierat, talia scripta dirigit: Sancto Confessori Christi Grisogono, Anastasia. Licet pater meus cultor fuerit idolorum, mater tamen Fausta Christianissima semper vixisse probatur & casta. Hæc me inter ipsa cunabula fecit fieri Christianam. Post cuius excessum sacrilegi iugum mariti suscepit; Cuius, Deo miserante, thorum, mentita infirmitate, declinans, diè noctuq; Domini nostri Iesu Christi amplector vestigia. Cùm iste patrimonium meum, ex quo illustratur, cum indignis, & turpibus idololatriæ exhausti, me quoq; velut magnâ, atque sacrilegam custodietam grauissimè mancipauit, vt vitam me corporalem amittere suspicer. Nihil enim superest, nisi vt emissio spiritui, morti succumbam, in qua mortelice gloriæ de confessione Domini nostri Iesu Christi, tamen in eo mens mea valde conteritur, quòd opes meæ, quas ego ex affe deo t voueram, alienis ad Deo, & turpibus inseruiunt. Et ideo deprecor te homo Dei, vt instantè Dominum depreceris, vt aut ad fidem suam venturum si præuidet Publium, sinar viueret: aut si præuidet eum in hac incredulitatis peruersitate mansurum, iubeat eum dare locum suis cultoribus. Melius est enim ei exhalare spiritum, quàm Dei filium denegare, & eum consentientes impedire. Et enim Omnipotens testis est Christus, quoniam si liberata fuero, sanctorum vestigijs adhærebo, & curas omni sollicitè exercebo, vt ceperam. Vale vir Dei, & memento mei. Cùm hæc Epistolam legisset Grisogonus, oratione facta cum multis confessoribus

Vides nota est antiquis patribus fuisse in usu.

ribus, ita rescripsit. Fluctuati tibi inter procellas & turbines mundi, citò super vndas deambulans Christus adueniet, & diaboli aduersum te stantem spiritum, vno iussione suæ sermone compefctet. Patienter, & quasi in medio mari posita, crede ad te Christum esse venturum, & ad temetipsam conuersa exclama cum propheta dicens: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus. Geminu diuini muneris probatur indicium, cùm tibi & terrena reddetur & donabuntur cœlestia. Deus enim beneficium suum ad hoc extremitatibus protrahit, vt non sit nobis vile quod prestat. Vide ne turberis in hoc, quod piè uiuenti tibi inferantur aduersa. Non enim deciperis, sed probaris. Non est tuta defensio, quem per hominem putas posse constare. Audi scripturam dicentem: Maledictus homo, qui ipse suam ponit in homine. Et benedictus homo, qui spem suam ponit in Deo. Caue fortiter, vigilanter, strenuè vniuersa peccata, & à Deo solo quære solatium, cuius iussa conseruas: citò enim ad te placidum tempus conuertetur, & quasi post noctis tenebras, floridè diei lumen aspicies, atq; post glaciale frigus hyemis transfueris, aurea tibi tæpora, & serena succedent, vt omnibus, qui pro Christi amore affliguntur, præbeas temporalem lætitiã, per 2 quam sine dubio consequeris æternam. Vale in Domino, & ora pro me. Hanc epistolam legens Anastasia, fortiores fidei vires accepit, tantò de virtute patientiæ gloriari incipiens, quantum prius de oppresse infidelissimi viri se cauefabatur affligi. Igitur beata Anastasia cùm ita in custodia stringeretur, vt vix ei panis quadra daretur, æstimans se in ipsa tribulatione deficere, scripsit epistolam. Beato martyri & confessor Christi Grisogono Anastasia, Finis venit corporis, memento mei, vt egredientem animum me ipse suscipiat, pro cuius amore ista sustineo, quæ ex ore huius vetulæ recognoueris. Ad hæc sanctus Grisogonus talia remisit scripta. Grisogonus Anastasiæ. Semper est vt lumen tenebræ antecedit. Sic etiam post infirmitatem salus reuertitur, & vita post mortem promittitur. Vno fine concluduntur & aduersa huius mundi, & prospera, ne vel tristibus desperatio, vel lætis elatio dominetur. Vnum mare est, in quo nauiculæ corporis nostri velificant: & sub vno corporis gubernatore animæ nostræ nautico funguntur officio. Quorundam igitur naues fortissimis carinarum nexibus iunctura lignorum etiam in tranquillo vicinum morti consciunt cursum. Propè est enim vt pereant qui non cogitant qualiter ad salutis portum pertingant. Tu autem o Christi irreprehensibilis famula, Crucis Christi trophæum tota mente constringe, & te ipsam ad opus Dei præpara. In quo eius desiderijs dum parueris, cū martyrij palma ad Christum pertinges. Igitur Diocletianus Aquileiæ partibus positus, interficiens Christianos, iussit sibi adduci Grisogonum. Cui cum diceret: Accipe Præfecturæ dignitatem, sume etiam consularum generis tui, tantùm vt adores Deos. Beatus Grisogonus respondit: Vnum Deum mente adoro, corde colo, synceris actibus veneror: istorum aut Deorum vestrorum simulachra, quia omnino dæmonum thecas noui esse, execror, atque abijcio. Tunc iussu Diocletiani ductus est ad aquas gradatas, & ibidem decollatus. Corpus eius in mare proiectum, post modicum in possessione, quæ dicitur: Ad saltus, inuentum est. Quod sanctus Zoilus 3 senex præbyter collegit, & in locello subterraneo in cubiculo suo posuit. Cui etiam caput eius reuelatum est, ita recens, quasi eadem die fuisset abscissum, quod corpori eius compaginauit. Passus est autem beatus Grisogonus viij. Calendas Decembris: v. Calendas eiusdem mensis conditus. Sanctus verò Zoilus tricesimo die passionis eius, apparente sibi sancto Grisogono, perrexit ad Dominum.

2 Ecce quòd pro temporalium bonorum elargitione, æterna vite præmia consequimur.

3 Commendatùs sanctus vir de sepulchra martyris quia sepelire mortuus, opus est charitatis.

VITA SANCTAE ANASTASIAE

Martyris, per eundem Adonem collecta.



DIE xxv. Decembris Natale sanctæ Anastasiæ, quæ tempore Diocletiani primò diuam & immitem custodiam à viro suo Publio perpeffa est. In qua tamè à Grisogono confessor Christi multum consolata, & confortata est. Deinde à Præfecto Illyrici in grauissima æquè ac diutina custodia macerata. In qua duobus mensibus resecta est cœlestibus escis per sanctam Theodoten, quæ martyrium prius passa est. Deinde nauis imposita cum ducentis viris & septingentis feminis, vt demergeretur in mare, perlata est ad Insulas Palmarias, vbi per manus & pedes extensa, & ligata ad palos fixas, circa media eius ignis accensus est, in quo martyrium consummavit. Et omnes qui cum illa venerant, varijs interfectionibus martyriū celebrârunt. Inter quos omnes vnus erat Euthicianus nomine, innocentissimæ naturæ. Qui sublatis sibi cum diues esset, oibus facultatibus tacuit, nihil cogitans, nihilq; metuens, nisi hoc, ne diuitias fidei perderet. Quotiescunq; deniq; fuisset auditus, quotiescunq; interrogatus, nihil aliud dicebat, **Christe**

Habetur in loco vbi supra, sub viij. Cal. Ianuæ.

2 Vide sancte
martyris honoris
scam sepulturam.
Vide aromatum
odoramentis con-
ditū eius corpus.
Vide demū in bo-
norē sancte Ege-
clesiā fabricatā,
omniāque hæc ab
Apollonia matros
na Christiana.

XXVIII.
Octob.



VITA ET MARTYRIUM SAN-

ctę Martyris Anastasię Romanę.

Apud Simonem Metaphrasten.

ITERIS mandatum est, duas fuisse Anastasias, ambas quidem genere cla-
ras, longè autem clariores confessione fidei, & eis patriam fuisse Romam ve-
terem. Quarum altera quidem viro pietate non bono breui tempore coniun-
cta matrimonio, cum nullam cum eo tori habuisset consuetudinem, sed adhuc
conseruaret pulchrum florem virginitalis: marito interea morte amisso, vixit
deinceps in casta viduitate, & virtutum exercitatione, totis manibus paternas opes effundens
in egenos: & lubenter veniens ad eos, qui propter Christum patiebantur, & carceres propter
eos diligenter perscrutans, & omnibus modis eorum curam gerens, & sanie abitergens, &
facile faciens ferre dolores, & adhuc quidem viucentes, doctrinis, consilijs, monitis confirmas,
mortuorum autem corpora splendide componens, & mandans sepulturę pulcherrimum &
funebrem ornatum illis præbuit, donec seipsam quoque eis præbuit, vt quę per ignem fuerit
oblata in holocaustum, & sursum ad Deum lata sit in odorem suauitatis. Altera autē vitam
elegit monasticā, & quietā, omnino expers nuptiarum, & quę ex eis oriuntur tumultu: sed
cū pulchrū iugū Domini subiisset, & leue eius onus portasset: deinde etiā forti, & excelso ani-
mo suscepit certamina pro pietate: & duplici ornata fuit corona, virginitalis, inquam, & de-
certationis. Cuius ab incunte ætate educatione, & exercitationem, & maxima illa propter
Christū certamina vult ab initio persequi oratio. Ipsa ergo relicis parētib; & necessarijs, &
ijs oibus quę pertinent ad hæreditatē, in quodam monasterio vicesimo anno ætatis seipsam
collocat: in quo docta, & inscripta à sacrosancta Sophia (Sic enim vocabatur magistra) dignos
etiā fructus, talibusque feminibus, ac tali doctrinæ conuenientes & producebat, & erat produ-
ctura. Inuidus autem & malignus hæc sine inuidia ferre non poterat. Sed primum quidem
ipsius domesticis eā aggreditur copijs, & ex carne eius in eā hostē excitat, contendens vehe-
mentē illā & intentam soluere exercitationē. Cū autē illa inimici machinis facile repulsi-
set, nec ea ratione ab eo capi, & expugnari possit, is se rursus ad alias contulit insidias: & ip-
sam quidē deserit ad suos, & impietatis ministros, quibus valde erat curę perscrutari eos qui
Christi sectabatur religionem. Illi verò statim currentes ad Præsides (is autē erat Probus, Dio-
cletiano tunc administrante imperiū) ipsi indicant eā neque deos, neque Imperatorē colere: sed
quendā Christū prædicare Deū verū, vitamque solitariā, & coniugij expertē ei quę versatur in
societate, & coniunctione præferre, insolitā quandā viuendi formam ostendunt virginibus.
Cū ergo statim Probus theatrum cōgessit frequentissimū, iuber beata adduci Anastasiam.
Cumque venissent ministri ad sacrū illud monasteriū, cum ipsis vestibus, & clauibus fractis
ianuis, maximo impetu ingressi, nominatim querebant Anastasiā. Eius autem magistra So-
phia cūm repentinam illam aspexisset irruptionem, & causam nō ignorasset, sed rem statim
vt erat, coniecisset: à militibus postulauit hanc gratiam, vt parum expectarent. Quę cūm la-
chrymans accepisset Anastasiam, & eam statuisset ex aduerso arę, secretò & Deū testem ad-
hibens eorū quę dicebat: Ego quidem, inquit, ò iucundissima filia, cūm te puellam accepis-
sem, nihil à primo die hoc vsque tempus prætermisi pro viribus, quod pertineret ad te insti-
tuendam in ijs quę ad Deū pertinent. Tunc autem cū iam perueneris ad ætatem plenu-
dinis Christi, vade ad ipsum exultans. Te enim ei hodie despondeo, & offero, & trado. Ecce
iā est paratus thalamus, & qui te vocat, est verax: & adsum nuncijs gaudij, vt te accipiat Christi
sponsam, & deducat ad Regē in superna tabernacula. Vade ergo per arctā, & angustā viam,
donec, per martyriū pro ipso susceptum, in latitudine statuas pedes tuos. Nam iustus est, ò filia,
non solū pro Christo pati, sed etiā sæpè, si hoc fieri possit, mori propter illū. Si enim cūm esset
Dñs, mortuus est propter nos, quomodo nō oportet nos, cūm simus serui, prompto & alacri
animo imitari illius mortē? Verūm nec mors quidē est, ò filia, propter Christū decessus, sed
læticia, gaudiū, voluptas, splendor, pulchritudo, lux longè hac luce dulcior & pulchrior. Om-
nia illic ab interitu libera: omnia firma ac stabilia: omnia perpetua, & nunquā definitura. Ne
aspexeris, ò filia mea, ad acerbitatē Tyrannorū, & grauitatem suppliciorum. Ipse enim Chri-
stus sponsus tuus tibi aderit, dolores alleuans, & eripiens à necessitatibus. Quòd si etiam con-
cesserit, vt tu malorum aliquid perpetiaris, quo tuā tolerantiam efficiat tuę fidei probationē:

at non

2 Vide hic confus-
tatum quorundā
aperum menda-
ciū, ante tempora
Hieronymi non
fuisse monasteria
virginum.

at non in finem deseret & despiciet: sed, te adhuc laborāte, extinguetur quidem dolorū acer-
bitas: exorietur autē tibi consolatio & lux: & vita te amicit, & gloria circumdabit. Ad hæc
virgo: Optandum quidem est, inquit, ò mater, & orandum, vt quod à diuino proficitur au-
xilio, ne ad tantam tyrannorum crudelitatem & insaniam deficiam. Nam spiritus quidem est
promptus, caro autem infirma: sed roga communem Dominum, & ei supplica, vt mittat ad
me virtutem ex alto, per quam potero resistere tam grauib; quę infliguntur malis: & stu-
debo mater mea, illius confirmata virtute, tua monita perpetuò conseruare, neque vllū eorū
negligam, aut eius obliuiscar. Cū hæc virgo diceret, & magistræ tam dulcia & iucunda fa-
ceret promissa, irruerunt repente milites, & eam tanquam agnam, à matre auellentes, impo-
nunt ei ferreum collare, & lectam adducunt ad Præsides. Illa autē ei stans ex aduerso, mēte mul-
tò magis Christo astabat suo sponso: & toto animi intuitu ad eum aspicebat: & in eius spe-
ciem & pulchritudinem desigebat oculos intelligentiæ. Atque stupebant quidem quotquot
aderant, & corporis eius pulchritudinem, eiusque moderationem, & vultus dignitatē. Pro-
bis autem eam primum rogauit, quod esset ei nomen. Martyr autem: Vocor, inquit, Anastas-
ia. Deus enim me fecit surgere, vt te, & patrem tuum hodie pudore afficiam. Probus verò
videns virginem in principio tam asperè respondisse, statuit eam aggredi blāditijs, & sic mol-
lire asperitatem illius & duritiem, nesciens qualem frangere animum, & qualem circa fidem
adamantem putaret se posse conterere. Dicebat itaque: Tibi consulo, ò filia, vt ea eligas quę
sunt tibi vilia, & magnis dijs te adiungas, & eis vnā nobiscum sacrifices. Sic enim viro quidē
iungeris matrimonio, cuius erit in ciuitate maxima autoritas: addentur autē tibi quoque pe-
cunię, aurum, argentum, vestes, multitudo mancipiorum: erisque splendida & insignis. Apud
te ergo considera, id consilij capiens, quod & tuę conueniat pulchritudini, & animi nobili-
tati, neque velis irę nostrę facere periculum, nec discere quantum sit malum impietas. Ego
enim tuę pulchritudinis tanquam eodem ortus sanguine, & tuus pater secundum carnem
(deos testor) curam gerens, suggero quę sunt profutura. Quòd si tu his non parueris, & neque
meis cesseris suasionibus, necesse erit, vt meam deinceps tantam experiaris lauitiam, quan-
ta nunc benignitate frueris, & mansuetudine: quo tempore etsi ducaris pœnitentię, nihil for-
tasse tibi proderit. His verbis auditis Martyr, statim est recordata maternarum, sapiens suę
magistræ, admonitionum. Et statim respondens: Mihi quidem, inquit, ò Iudex, & sponsus, &
diuitiæ, & vita est Christus. Mors autem propter ipsā subeunda est mihi vita longè pretio-
sior, propter quem non aurum, non argentum, non aliquid aliud ex ijs quę sunt in terra iu-
cunda, mihi iucundum fuit existimatum: illum enim solum, illiusque consuetudinem magni-
facio, qua sum fruitura. Ignis autem, & ensis & ferrū, & membrorū abscissiones, & plagę, &
flagella, & si quid aliud à vobis excogitatum fuit ad cruciarum, ea sunt mihi voluptates potius,
quam tormenta, in illum solum desigenti oculos, & non ea solū pati pro illoipienti, sed
etiam, si fieri possit, mori milites. Ne simules ergo te misereri speciei mei corporis, quę flac-
cescit non minus quàm flores agrī, sed fac potius id quod est in tua potestate, aut sitū est in
morum tuorum crudelitate. Nam ego quidem ligneos, aut lapideos Deos nunquam colerim.
His ad iram Martyr incitat Præsides. Et primum quidem plagas eius genis infligit. Deinde
etiam dirumpit tunicam, illam pulchritudinem, quę vel ipsa erat Angelis reuerenda, totam
nudam ostenturum, absque vllō velo aut operculo, vt vel maiori pudore afficeret virginem,
quę turbæ & hominum oculis non erat assuea, vt quę præter thalamum, & quietem nihil
nouerat. Sic, inquit, oportet te tanta affici turpitudine, & dedecore ante omnium oculos.
Sed respiciens ab ea, quę te tenet, amentia, ad deorum accede benignitatem: nec velis mi-
dere tantam pulchritudinem miserè ante tempus efflorescentem & marcescentem. Nemo
enim te, si non pareas, potuerit à meis manibus eripere: sed te minutatim dissectam feris
gressibus apponam exedendam. Hoc velim sit tibi persuasum. Martyr autem: Mihi, inquit, ò
Præsides, non est turpitude, aut dedecus esse nudatam vestibus: sed maximus potius ornatu
& elegantissimus. Nam veteri homine exuta, notum inquam in iusticia & veritate. Non me
ergo, sed te potius oportet propter hæc erubescere, quòd, tanquam vestem, indueris impie-
tatem, & ingressa sit tanquam aqua, tuā viscera, & sit tanquam oleum in tuis oisibus. In-
terea autem capta vehementiori amore decertationis, & timens ne Præsides emollitus, iam
in medio certamine eam excluderet à stadio, hæc quoque adiecit: Credulissime Iudicium
minaris te mortem mihi esse allaturum: ad hoc sum tibi præsto: hoc enim est mihi planè
optandum, Quòd si etiam me in membra dissectueris, & linguam amputaueris, & dentes, ma-
nus, & vngues, tunc me afficies maiore beneficio. Me enim totam, quantacunque sum, deo
beo Creatori, & hoc mihi semper est in votis, vt ipse glorificetur in omnibus meis membris,
& sistam ante eius tribunal omnia mea membra nitenia ornatu confessionis. His Anastasia
obstupescit cum theatro iudicem. Qui missis adhortationibus, processit ad supplicia.

Et

Et primum quidem eam pronam à quatuor viris extensam, & quibusdam palis humi fixis alligatam iubet tolli sublimem: & infernè quidem ignem oleo, & pice, & sulfure, & famentis vehementer accensum eius sublemi visceribus, à tribus autem rursus desuper hominibus simul vno imperu eius dorsum virgis cedi. Hæc quidem sic se habebat, & executioni mandatum fuit, quod iussit Præses. Cùm ea ergo diu sic pateretur, & dorsum quidem flagellis desuper laceraretur, viscera autem infernè conflagraret, & venæ minuerentur in cinerem, & crederet ac consummeretur sanguis, supplicio vel ipsis auribus grauem afferere dolorem, Martyr (ò verè generosum propter Christum animum, & superiorem naturæ necessitatibus) solis precibus, & Deo erat intenta: & quæ sunt à seculo admirabilia in memoriam, & os redigens (erat enim valde exercitata etiam in intelligentia diuinarum scripturarum) oratione, veluti quodam rore, extinguebat illum ignem dolorum. Quamobrem defessa illa bellua in hoc genere supplicij, eam iubet extendi super rotam. Et fuit quidem iussus statim mandatus executioni, & rota accepit virginem, insignis cruciatus & malorum fucellio, quæ secundum contendebat obscurare priora. Deinde cùm illa per quandam verteretur machinam, ossa quidem confringebantur, nervi autem & musculi contrediebatur. Et rota (proh dolor) forma corporis excedebat à compage naturali. Illa autem eum rursus inuocabat, qui eius exaudiebat orationem, & poterat eam defendere in tempore afflictionis, & eripere à manu inimicorum, dicens: Deus deorum, Deus virtutum, Deus salutis meæ, à quo est patientia mea, in quo confidit anima mea, turris fortitudinis meæ, & refugium meum, ipse de nunc quoque auxilium ex afflictione, Deus qui accingis me virtute, Deus, Deus meus, ne elongeris à me, quoniam defecit in dolore vita mea. Quoniam terræ adhæsit venter meus, & ossa mea tanquam cremum aruerunt. Hæc precata (ò celerem visitationem, ò velocissimum euentum) statim quidem relaxatur à graui illa machina, ne plagæ quidem, nec ignis vestigium ostendens in corpore. Quod quidem cùm deberet obsistere iudicem, & dicere nubem impietatis quæ eum detinebat, ille ne minimum quidem potuit intueri ad eam, quæ illa fecerat miracula, virtutem, neque cor ad eam conuerteret, sed erat adhuc crassus & stultus, & adhuc implicatus illa ebrietate incredulitatis, & infania, ac caligine. Cùm eam igitur rursus in ligno sustulisset, ferreis ipsam vngulis laniat crudelissimè. Illa autem rursus ad Deum tollit oculos: & statim fuit tantum adepta auxilium, ut cùm defessi essent satellites à continuo labore, ea effecta fuerit perinde, ac quæ nullum dolorem sentiret penitus. Propter quæ Præses in summâ adductus dubitatione, cùm neciret quid ageret, & gestum & habitum subinde mutabat, sed sepe frequenter exiliebat, nec ipse se poterat amplius continere, nec manere in eo, quo par est, ordine, & moderatione. Cùm autem propter dubitationem à se adeo discessisset, & fureret, ei etiam tale quid suggerit, qui cùm eo seorsum loquebatur diabolus: & iuber Martyri vbera amputari nouacula. Res est autem grauisissima mamillarum amputatio, & quæ potest afferre acerbissimos dolores, maximè cùm cor sit situm in ea parte. Sed martyr, quæ vehementiori affectione amoris in Christo tenebatur, id quod est minus contenebat. Tyrannus autem rursus insignè fortitudinem contendens iuperare immo dicis supplicij, ei euellit ipsos vngues. Sed illa tanquam nullum doloris habens sensum, adhuc vehementius Deo agebat gratias, quod digna esset habita, quæ fieret ei conforsis, & socius perpersionum. Porro autem deos quoque Tyranni afficiebat contumelia, eos tenebras, errorè, & demones, & si quid aliud fert ad animæ interitum, nominans. Quæ quidem ille audire non sustinens (Quæ enim est omnibus iucunda lux, est inimica oculo ægrotanti) iubet mediam ei linguam excindi extractâ à gutture, cùm ea autem vna quoque dentes excuti, & pro ore libero tales stultus reddit remunerationes. Ipsa verò nihil de sua remittens constantia, neque se molliat aut delicate gerens, tam diu distulit amputationem, quam diu cùm vocis instrumento possit vltimas preces Deo fundere. Cùm ei ergo, ut par erat, egisset gratias, & deinde rogasset ut bono fine terminaret martyriū: deinceps autem, pro iis quoque, qui ægrotantibus ad eam accesserunt intercessisset, & vocè est cœlo audiisset, quæ confirmabat data fuisse quæ petebat. Agens inquit carnifici, fac quæ sunt imperata: & linguam porrigit Martyr, quæ diuina semper meditabatur & loquebatur: & ferrum eam (proh dolor) mediam excindit protinus. Deinde amens dentes quoque excutit, sitque ei os fons sanguinis, qui sponsæ Christi totam vestem effudit purpureâ, atque adeo quauis regia purpura pretiosiorè. Quo tempore dicitur cùm parū defecisset, aquam petiisse, & accepisse. Qui autem præbuit, fuit vir quidam, Cyrillus nomine, cuius adeo non erat pietas manifesta, ut talis quidem putaretur ab impiis, alioqui autem, quod ad animæ ardentem afflictionem, fidelissimus, & in primis pius. Atque ille quidem magnâ accipit mercedem pro poculo aquæ frigide, & re adeo vili emit coronam martyrij. Nam cùm accepisset Probus quod non solum fractus naturæ misericordia, & quod miseretur membrorum illorum amputationis: sed potius propter fidei societatem, & quod non sustineret videre sic aqua indigentem cõmunis Domini ancillâ maximè germanâ, martyri potum præbuisse, Dominicum in hoc im-

hoc implens mandatum, mortis eum auferit supplicium. Deinde verò fert etiam vltimam in martyrem sententiam, & eam condénat, ut vitam gladio finiat. Quod quidem cùm factum esset, & ante ciuitatem sacrum illius caput fuisset amputatum, corpus quidem aliquandiu iacuit humi neglectum, intactum tamen, atque adeo à cœli, & terræ aubibus, ac bestiarum custoditum: ut quæ quodammodo reuerentur quæ pro illorum creatore acceperat stigmata & iniurias. Deinde Sophiæ, quæ eam erudierat & educarat, Dei nutu admirabiliter redditur eius planè effectus orationis & requies maternorum viscerum. Cùm enim virgo comprehensa duceretur ad martyrium, pro ea quidem animo angebatur eius magistra Sophia, timebatque; & contemisebat, tanquam non illi deinceps, sed ipsa in suis membris esset subitura martyrium: ne forte emollita acciperet miserabile illud damnum coronarum. Ideoque à pronâ humi iacens, in igne orationis, & calidis lachrymarum fluxibus Deum rogabat, supplicabat, obsecrabat, ne superaretur martyr à suppliciis. Postquam autem Anastasia iam pulcherrimum finem imposuit martyrio, & transit ad supernos thalamos, & ad firmam illam ac stabiliam, quæ desideratur, bonatunc accedens Angelus Domini magistrâ Sophiam à metu liberat, & à curis: & quod maximè optabat & erat ei auditu longè iucundissimum, eius auribus instillans renunciat, nempe virginis consummationem. Præterea autem eam quoque deducit ad reliquias: & quod desiderabat cõsequi, & quemadmodum optabat videre, ei tradit reliquias tali ornamento confessionis & tali amictu ornatas martyrij. Atque illa quidem statim circumsula reliquiis, easque totas complectens, & vnum quodque membrum valde exosculans, & præ gaudio ac desiderio calidas in eas effundens lachrymas, dicebat: Filia iucundissima, filia mihi charissima, filia quam ego in exercitatione, in silentio & in laboribus pulchrè educaui, ago tibi gratias, quod materna præcepta non contempsisti, quod quæ pollicita fueras obseruasti, & steritisti promissis, nec es oblita monitorum: sed astitisti Christo sponso tuo, vestimento virginis induta, variata stigmatibus martyrij, circumdata corona ex lapidibus pretiosis: & nunc habitas in loco tabernaculi admirabilis, in domo gloriæ Domini, ubi est habitatio lætantium. Propterea rogo te chara filia, & mater spiritalis (Sic enim te à inuocare est mihi conuenientius) sis mihi in hac breui & caduca vita bona nutrix senectutis, & pro me ad æternam vitam transmigrante intercedas, cõmunem mihi placans Dominum. Hæc illa filiorum amans, piaque ac religiosa anus, quæ sciebat, ita ut oportet filias parere, & educare, cùm dixisset martyri, & eam senilibus amplexa esset, & composuisset manibus: egeret autem manu quæ ei inferiret in transferendis reliquiis, ut quæ esset, sicut diximus, vetula, & ipsi potius esset opus manu & baculo: nullaque ipsi earum transportandarum suppeteret ratio, & ideo staret apud se ægrè ferens, & animo anxia, repente duo à quidam viri aduenientes, & forma & moribus reuerendi, sanctis manibus subiectis reliquiis, eisque cùm ipsa sublatis, prope urbem Romam splendidè & honorificè deposuerunt. Ad gloriam Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi, cum quo, & cum sancto spiritu illi sit honor, & potentia in secula seculorum. Amen.

VITA SANCTI VALENTINI

Episcopi & Martyris, per Adonem Treuerensẽm collecta.

Romæ natale sancti Valentini Interamnenis Episcopi, qui tentus à paganis, ac virgins castus, & post diuinam eadem custodię mancipatus, cum superari non posset, medio noctis silentio eiectus de carcere decollatus est iussu furiosi Placidi vrbis Præfetti. Tunc Proculus, Ephibus, & Appollonius discipuli eius, transferentes corpus eius ad suam Ecclesiam Interamnæ vrbis, nocti sepelierunt. Vbi cùm quotidianis à vigiliis incubarent, tenti à Gentilibus, custodiæ sunt traditi Consulari Leontio, quos ille iussit noctis medio suis tribunali-bus præsentari. Et cum à fide reuocari nec blandimentis nec minis possent, iussit capite cædi. Qui non longè sunt à corpore sancti Valentini sepulti.

VITA SANCTI EVTICHIANI

Papæ & Martyris, per Damasum Papam scripta.

Evtichianus natione Thuficus, ex patre Martino, de ciuitate Lunensi, sedit anno vno, mense vno, die vno. Fuit temporibus Aureliani, à consulari Aureliani tertio & Martellini, vique in diem iduum Decembris, Caro secundo, & Carino Consulibus. Hic constituit fruges sabæ vix super altario benedici. Hic temporibus suis per loca diuersa à trecentum quadraginta duos martyres manibus suis sepeliuit. Qui hoc constituit, ut qui-

2. Ecce oratio est prostratione, & lachrymis.

3. Inuocat sanctam martyrem Sophiam.

4. Vide miraculum in translatione sanctarum reliquiarum, nec non sanctæ splendidam & honorificam sepulchrum.

Habetur in Martyrol. eiusdè sub xvi. Cale. Martij.

1. Vide quod est antiquitas apud sanctorum sepulchra vigiliis duces habentur.

Habetur in pontifical. eiusdem. 2. Si benedictiones reru non essent licite, tunc Pontifex utique non eas instituisset.

3. Idem necros martyres propriis manibus sepe habuit, si sepulchro mortuos non esset, opus Deo glæcia.

ut qui-

3. Quia hic pontis
sex quinque ordi-
nationes fecit per
mensem Decembrem
quod anno vno mi-
nime facere potius
est, ideo aliqui erro-
rem esse dixerunt,
quando dicitur su-
pra se disisse vno an-
no, voluntque cum
annis plurimis vi-
xisse.
Habetur in Pon-
tifiicali eiusdem.
2. Habet hic oēs
ordines ecclesiasti-
cos singularim nor-
minatos.

vt quicumque fidelium martyrem sepeliret, sine dalmatica, aut collobio purpurato nullatenus sepeliret, dum tamen huius constitutionis ad illum peruenisset noticia.

Hic fecit ordinationes 3 quinque per mensem decembrem, præsbyteros quatuordecim, diaconos quinque, Episcopos per loca nouem. Et martyrio coronatur. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia, octauo Kalen. August. Et cessauit Episcopatus dies noue.

VITA SANCTI CAII PAPAE ET

Martyris per Damasum Papam scripta:

CAius natione Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris ex patre Caio, sedit annis vndecim menses quatuor, dies duodecim. Fuit autem temporibus Cari secundo, & Carini, ex die decimo sexto Kalendarum Ianuarij, vsque in diem decimum Kalendarum Maij sub Diocletiano sexto, & Constantino secundo. Hic constituit vt omnes ordines in Ecclesia sic ascenderent. Si quis Episcopus fieri mereretur, vt esset ostiarius, Lector, exorcista, acolythus, sequens subdiaconus, diaconus, præsbyter, & exinde Episcopus ordinaretur. Hic fugiens persecutionem Diocletiani in cryptis habitans confessor quieuit, martyrio coronatus post annos octo. Hic fecit ordinationes: quatuor per mensem Decembrem, præsbyteros viginti quinque, diaconos octo, Episcopos per loca quinque. Qui post annos vndecim cum Gabino fratre suo, propter filiam Gabini præsbyteri, nomine Sulannam, martyrio coronatur. Sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia, decimo Kalendarum Maij. Et vacauit Episcopatus dies vndecim.

TITA SANCTAE BARBARAE VIR-

ginis & Martyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in eius
martyrii, sub
xvii. cal. Iannu.



MThusia natale sanctae Barbarae virginis & martyris sub Maximiano Imperatore. Haec primum à patre suo Dioscuro diu afflicta sub dira custodia, dein tradita praesidi Martiano expoliata, & neruis taureis valde caesa discerpta est, & ciliicio plagae eius desiccate. Inde reclusa in carcere, vbi luce diuina consolata est, mox circa latera eius lampades ardentes applicatae, & caput eius malleis caesum, & mamillae eius percussae. Deinde nuda per plateas ducta & flagellis diutissime afflicta est. Ad extremum gladio data martyrium consummauit xvij. Calendas Ianuarij.

CERTAMEN SANCTAE ET GLO-

riose Martyris Christi Barbarae.

Per Simeonem Metaphrasten.

III. Decē.



MAXIMIANO impio Imperatori qui studij plurimum conferebat in errorem idolorum, hoc maxime perpetuo erat curae, vt demones quidem coleret, & impietate omnibus opibus & viribus cõfirmaret: ij autem qui Christi diuinura nomen colebant, aut piam fidem adiuuarent, aut varijs traditi supplicijs, cum bonis omnibus quae aderant, vita quoque violenter priuaretur. Quaedam autem regio quae vocatur Heliopolis, virum habebat insignem, religione quidem Gentile, valde verò diuitem, & huius mundi splendore clarissimum. Is vocabatur quidem Dioscorus, vnus autem puellae erat pater, cui nomen erat Barbara. Eius verò in illa is erat amor, qui debebat esse eius qui in illa sola oem suam opem defixerat. Eam cum vt quae esset vultu admodum formosa & pulchritudine eximia, veller conseruare integram & nulla labe pollutam, & ideo nec sineret quidem aspici ab iis qui foris erant, excelsa turris constructa, & domo in ea artificiosè edificata, illic beatam ita collocauit habitandam, vt nec vlli ad eam pateret aditus, nec vir vllus eam attingeret oculis. Erat autem hoc opus diuinæ prouidentiae, quae futurum diu ante considerabat. In ea enim, paraclæti gratia latentes eius oculos latenter attingens, & illuminauit luce diuinæ cognitionis, & verum Deum ei notum fecit admirabiliter. Habebat ergo turris virginem, quae adificata erat super fundamentum fidei, & conseruabatur ad hoc vt esset salus multorum. Cum autem iam esset nubilus, pater erat valde sollicitus quina esset eam accepturus in vxorem: & multi quidem & genere & opibus praestantes, de eius coniugio cum eo sermones contulerunt. Eius enim pulchritudo, etsi non conspicua, auditione tamen accepta, faciebat vt eius nuptiae magna cõtentione peteretur. Verum enim uero patri videbatur esse indecorum & planè illiberalè, si quod ipse magno

magno agebat studio filiae non notum existeret: & eius scopo minime assentiretur. Ad eam quidem certè veniens, & de matrimonio cum ea communicat, & quanto studio, & quanta cura ei prouidere cuperet, significabat. Illa autem cum non modò corde, sed ne summis quidem auribus eam rem veller admittere, sed tanquam absonum, & absurdum aliquid id reiecit, & ipsum patrem iratè repulit: & ne de ea re, dixit, mecum iterum verba feceris. Nam tu pater deinceps non vocaberis: & efficies vt ego mihi manus inferam. Pater autem statués longè esse honestius persuadere quàm cogere, ratusque eius constantiam non esse pertinaciã, nec inobedientiam, sed vehementer desiderium castitatis: & alioqui ei praebens tempus deliberandi, sperans fore vt fortasse mutaretur, & ei morem gereret, cum nihil dixisset amplius: ex turri quidem descendit protinus: veniens verò ad lauacrum quod tunc edificatum, totus ei vacabat: cuius vrgens aedificationem, & magnam artificum adducit multitudinem: & cum quàm primum effectum redderet aedificium mandasset, & eis integram mercedem praebuisset, ipse in longinquam profectus est regionem. Cum diu autem esset moratus in ea peregrinatione, Dei ancilla Barbara descendit ex turri, visura quemadmodum fieret lauacrum. Deinde cum illic fuisset, & contemplata esset partem quae vergit ad meridiem, duas habere fenestras quae lucem praebant, reprehendit artifices, dicens: Cur duabus fenestris tertiam non adiecitis, cum sic & magis lumen posset accipi, & id simul esset futurum elegantius, & magis decorum? Cum ij autem dixissent: Pater tuus sic iussit, instabat Barbara vt aliam adieceret. Cum ij verò alteram vererentur addere, patris metum adducentes, tanquam honestam excusatione, beata Barbara tres simul ostendens cum digitis: vobis, inquit, tres sunt constituendae fenestrae. Si pater autem aegrè ferat, ipse reddam rationem. Cedunt artifices, & implent id quod eis imperatum fuerat. Postquam verò fuit effectum totum lauacri ornamentum, saepius accedens sancta ad id contemplandum, quoniam cor eius possidebat diuini spiritus gratia, & per fidem impletum erat fiducia in Christum, stans ad piscinam, & aspiciens ad Orientem, iis quae erant in ipsa marmoribus, digito impressit figuram diuinæ crucis: & vt posteris quoque notum esset id quod factum fuerat & Christi virtus praedicaretur, crucis figura quae digito erat signata, tanquam ferro insculpta, in hodiernum vsque diem signata ostenditur in marmore, non ad tactum solum admirationem, sed etiam ad maiorem fidem adducens spectatores. Verum enim uero in hodiernum vsque diem hoc quoque lauacrum conseruatur, quod iis qui sunt Christi amantes curat omnem dolorem. Quod quidem, si quis velit comparare cum fluentis Iordanis, aut cum fonte Siloe, aut etiam cum piscina probatica, à veritate minime aberrauerit. Etenim per illud similiter Christi virtus ostenditur multa efficere admirabilia. Per hoc ergo lauacrum Martyr aliquando transiens, cum in simulacra iniecit oculos, quae ab eius patre colebantur, & dii malè existimabantur, eorum quidem aspectum aegrè tulit: grauiam autem edens suspiria propter eius qui ea colebat animam planè nullo sensu praeditam, deinde illorum quoque vultus conspuit, dicens: Similes vobis fiant qui vos adorant, & omnes qui vestro indigent auxilio. Sic dixit, & cum in turrem rursus redisset, orationibus vacabat, & ieiunijs, & tota dependebat à bonis caelestibus. Non multum temporis intercessit, & iam pater ad eam reuertus, & quaecumque erant domi considerans, postquam in lauacrum iniecit oculos, visa tertia quae duabus adiecta erat fenestra, rogauit quoniam modo hoc factum fuisset praeter eius iussum. Cum autem illi ei exposuissent quae innouasset filia, ea accersit & rogauit: Illa verò nullo modo negauit, sed dixit oportere sic fieri: & rectè factum esse asseuerauit. Ille verò statim motus ad iram: Dic mihi, inquit, quomodo & quam ratione ita se habet melius? Illa autem: Quatenus, inquit, tres multum differunt à duobus. Nam tres, inquit, fenestrae illuminant omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc verò dixit omnino sanctae Trinitatis significans maiestatem. Deinde pater conturbatus nouitate sermonis planè admirabilis, cum ea seorsum assumpsisset, & venisset ad ipsam lauacri piscinam: Quoniam modo, inquit, lumen trium fenestrarum illuminat omnem hominem? Illa autem: Attende, inquit, pater, & intelliges id quod dictum est: & simul ei ostendit signum crucis. Deinde etiam ostendens digitis: Vide, inquit, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Ab hac luce omnis creata natura illuminatur intelligenter. Hunc itaque verum sermonem cum malè & ad mendacium exercitaret aures minime tulissent, ira fure repleti: & pater oblitus se esse patrem, tyrannus properauit esse, & paritida, & qui pendebat ab humeris stricto ense, pater aggressus est sua manu occidere Barbaram. Illa autem cum manus simul & oculos & mentem in caelum sustulisset, eum qui potest dare salutem, vocabat ad auxiliu. Ille verò non neglexit ea facere quae cõsueuerat, sed quomodo Theclam Protomartyrem conseruauit ab iis qui persequebantur, petrae quae occurreret iubens vt disrumperetur, & ea sine exciperet: ita hanc quoque gloriosam simili conseruat miraculo. Nam cum ille carnifex, neque enim parricidam fas est vocare patrem, ense sublato procederet

1 Nota signum crucis
cuius in eo factum
diuinitus miraculum.

2 Orationibus vacabat
& ieiunijs, & tota a bonis
caelestibus dependebat.

cederet in filiam petra scissa in duas partes, eam excepit diuino & omnipotente nutu: & ne à manibus cædem spirantibus caperetur conseruauit, transmittens ad loca magis montana. Sed nec sic quidem poterat intelligere qui ipsis lapidibus erat magis imparitibus, & minus sensu præditus. Adhuc enim eodem incitabatur impetu, & desiderabat accipere filiam: non ut qui esset pater, sed potius filius eius qui fuit homicida ab initio, ut dicam cum diuina scriptura, ut cum inuenerit, simul maeret & perdat. Cum verò in duos incidisset pastores, rogauit an de ea sciret aliquid. Ex his autem, alter quidem qui erat animo misericors, & cui displicebat eam quam pater persequeretur proderet, statim negauit, & se simulacra ignorare, mendacium salutare pro veritate quæ læderet eligens. Cæterum hic apertè erubescat Herodes, qui non rectè seruabat iurandum, ut etiam aliquid inseram narrationi, & qui ut malam defenderet voluptatem, stabat iuri iurando. Alter verò nequaquam quidem lingua, sed digito, quod est sceleratius, indicans, ostendebat viam quæ ad ipsam ducebat. Quod factum est itaque non tulit iustitia, sed statim sceleris intulit supplicium, & cum eius oues execrata esset Martyr, non amplius erant oues, sed mutata fuerant in scababos, qui ad perpetuum sceleris aculationem sanctæ Barbaræ sepulchrum perpetuè circumsolant. Hæc ergo dolosè patris vestigia securus amens Dioscorus, cum sanctam in monte comprehendisset, primum quidem ita ut erat ira percitus, conscindit verberibus. Deinde eam coma apprehendens & vi trahens, tunc quidem includit in parua domuncula, imponens custodes, & ostium obserans & obfignans. Deinde etiam magna celeritate veniens ad præsidem Marcianum, qui tunc illic gerebat magistratum, refert ei rem omnem. Summa autem erat, quod Deos quidem negasset filia: res verò Christianorum elegisset præter spem honorare. Hæc dixit, & adductam tradit in manus illius, cum eum prius adegisset sacramento, non paritum esse filie, & paterna viscera, pater, sed violentissimè eam esse tractaturum, & esse grauissimis consumpturum suppliciis. Marcianus ergo cum sedere protinus fecisset iudicium, & sanctam curasset sistendam, tunc morum contemptus honestatem, & formæ pulchritudinem, patris sacramenti oblitus, eam paratus erat magis mirari quam castigare. Sic ergo & verbis benignioribus: miserere tui, dicebat, & Barbara, promptoque & alacri animo nobiscum Diis sacrificia. Nam ego quidem curam tui gero, & parco tormentis talem subiicere pulchritudinem. Sin autem non parueris, me deinceps coges te vti ut volo. Martyr autem: Ego sacrificium, inquit, laudis Deo meo offero, qui creauit cælum, & terram, & omnia quæ in eis sunt. De tuis verò, inquit, vanis Diis, prædictum quidem est, inquit, à Dauide in diuino spiritu: Simulachra Gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: & omnes Dij Gentium Dæmonia. Dominus autem cælum fecit. Ei verò ego quoque assentior, esse vanam quæ est in eis spem, & inanem apertè confiteor. Hæc cum dixisset Martyr, iudex ira accensus, iubet eam exui, & crudelibus boum neruis crudeliter cædi. Deinde cum veller ei afficere sensum acerbiorum, iubet plagas cilicio atteri. Cum puniretur ergo tam inhumanè, aperiebantur graues fontes corporis, adeo ut totum solum irrigaretur sanguine virginis. Deinde post verbera eam carcer excipit, dum occupatus esset præses in deliberando cuiusmodi supplicio eam postea traderet. Cum autem iam esset nox media, lux ipsam circumcirca illuminat à superis: & Christus apparet, qui & ei addebat animum, & iubebat ut nullo modo timeret mala hominum. Ego enim, inquit, sum tecum, & seruaberis sub umbra alarum mearum. Nondum finem acceperant verba quæ fiebat martyri, & quod ab Esaiâ dictum est, in ea est consummatum. Nam cum citò ei exortæ essent curationes, & plagæ tanquam non fuissent ab initio, à corpore expulsi essent, gaudium tenuit sanctam & exultatio, & letitia æterna super caput eius, ut rursus dicam, quod dicit Esaiâs. Mulier autem quedam pia, & timens Dominum, nomine Iuliana tunc conuersans cum martyre, postquam admirabilia quæ in ea facta sunt, est inuita, & quemadmodum continuè plagæ euauerunt, Deo dans gloriam, & instar fororis cum Martyre consentiens, seipsam præparabat ad plagas & flagella. Deinde cum Præses sedisset ad secundam examinationem, adducta ad eum sancta, & viso admirabili omnibus spectaculo, quod nec leuis quidem in eius corpore laceratio, neque vllus vi-bex apparebat, iudex ad veritatem apertè cæcutiens, mittens magnæ Dei potentie adscribere id quod factum fuerat, & prioris vitæ & erroris duci pœnitentia: ille potius omnem exitu pudorem, & Diis suis impudenter eam attribuens sanationem. Vides, dixit, & Barbara, quemadmodum te dij tuerent, & tui curâ gerunt, qui tuas plagas curarunt. Cui Martyr Christi: Qui similiter, inquit, atque tu cæcutiunt, & humanam nu indigent ad hoc ut perducantur ad essentiam, quemadmodum tale quid poterunt facere? Si vis scire quisnam sit qui me sanauit, est Iesus Christus filius Dei viui, quem fieri non potest ut contuearis, cum profundis tenebris impietatis orbatus sis oculis animæ. His verbis præses ad maiorem accensus iracundiam, & non valens se continere, iubet iis qui aderant ferreis pectinibus latera virginis scindere, & tædis igneis membra iam lacerata vrere. Deinde etiam malleo percutere venerandum eius caput.

Quæ

Quæ quidem cum celerrimè fierent, ea videns pia Iuliana, & animo egrè ferens, cum nō posset opem ferre, faciebat quod poterat, & suū in eam amorem ostēdebat, nihil curans eos qui aderant, nec præsidē: sed vberes lachrymas effundens ex oculis. Cum eā ergo aspexisset Marcianus, & quoniam esset didicisset, postquam eam quoque audiuit esse Christianam, & Barbaræ misericordia motam animo perturbari, iubet eam quoque cōprehendi, & ligno suspēdi, et similiter atque martyri pectinibus ferreis latera discerpi. Atque varijs quidē certaminibus exercita Barbara cum acerbè laniaretur, oculis in cælum sublatis: Tu nosti, inquit, Deus cognitor cordiū, quod te desiderans, & tuas amans leges, me totā tibi obtuli: & à tua pēdo dextera. Tu ergo Domine, ne me derelinquas, sed me per tuam suscipias misericordia: & nos ambas confirma & corrobora, ut cursum præsentē peragamus. Sed sic quidem martyr Christi Dominum, propter quem hæc sustinebat, rogabat, ut eius auxilio roboraretur naturæ imbecillitas. Sciebat enim cum esse veracem qui dixerat: Spiritus quidē promptus, caro verò infirma. Tyrannus autem, ut qui ei se omnino opposuisset aduersarium, ut animi superaret fortitudinem malorum copia, conuertitur ad aliud supplicii: & iubet eorum vbera scalpello effodi. Scio vos ad solum perpulsionis auditum caligasse. Quid ergo effecturū erat ut hoc pateretur, idque foemina, nisi amor quo tenebatur: Christi, inquam, amor inexpugnabilis? Sed enim Christi ancillam Barbaram minimè latebat, quodnam esset eis medicamentū aduersus dolorem tam vehementem. Propterea rursus inuocabat supernum auxilium, Ne auertas à nobis, dicēs, faciem tuam Christe: & Spiritum sanctum tuum ne auertas à nobis. Redde nobis Domine exultationem tui salutaris: & spiritu principali cōfirma nos in tuo timore. Cum verò ad hoc supplicium ambabus esset vnus animus, & vna, & eadē constātia ac tolerantia, Præses aliquid callidius vel potius malignius excogitans, eas disungit à se iniucē: & Iulianā quidē tradi in custodiam: Barbaram autē iubet nudam traduci per regionem, & præterea flagris cædi. Martyr ergo tam turpiter & tam indecorè circumacta, rursus faciebat ea quæ conlueuerat: & in cælum defixis oculis: Qui cælū, aiebat, circundas nubibus, & terram tanquā fascijs cōtegis caligine, ipse quoque, & Rex, meam operi nuditatem: & effice ut mea membra non cernantur ab oculis inidelium: ne tua ancilla subsannet & irrideat ab ijs qui nos circumstant. Audiuit ex templo sancto suo velox Deus ad defensionem, & statim apprensus, cor quidē eius implet gaudio: quæ sub visum autē non cadebat eam stola induit: & cum sic peregisset transeuntionem, rursus eam ad sceleratum adducunt Marcianum. Postquam ergo cognouit eam, & quæ idem sentiebat pulcherrimam Iulianā, neque bonorum promissis, nec malis intentatis vel tantillum persuaderi, cauens ne maiori afficeretur dedecore, ut quod esset apertè stultum ea tentare quæ fieri non possent, ferr in ambas sententiam, vtrique iubens caput amputari. Præfens autem filia occisor pater, cum esset spectator eorum quæ fiebant, non hoc satis habuit, neque contentus fuit tam magna calamitate, quod paternis scilicet videret oculis filiam, eamque tam pulchram manibus perimi licitorum: sed nisi ipse sua manu ictum inferret, hoc iudicabat esse imbecillitatem, & animi mollietatem, perinde ac nisi ille quoque cerneretur malus, arbitrareretur esse manifestum dedecus. Propterea ergo iam prolata sententia, assumit martyrem, factorus cædem proprijs manibus. Cum ergo abduceretur in montem, & ipsam consequeretur Iuliana, Barbara iam vitæ exitum acceptura curam gessit sibi charæ orationis, & genibus 3 flexis: Principij expers, inquit, Deus, qui cælum extendisti tanquam fornacē, terram autem fundasti super aquas: Qui nubibus iubet ut pluant: & produxisti solem ut lucem præberet omnibus: & communiter hæc & iustis, & iniustis, & bonis, & malis simul suppeditas: tu quoque nunc me precantem exaudi, & Rex, ut qui tui nominis & meæ meminerit decertationis, ne pestilens morbus in eius domum ingruat: neque vllum aliud ex ijs quæ possunt corporibus adferre damnū & molestiam. Scis enim Domine, nos esse carnes & sanguinem, opera intemeratarum tuarū manuum, & honorata tua imagine & similitudine. Dixit: & vox de cælis audita est admirabiliter, ad cælum vocās ipsam & Iulianam sociam certaminis: & simul pollicens implēda ea quæ petierat. Hanc iucundam vocem cum audiisset Barbara, iter ingredi perrexit: & deducta est ad locum sui decessus.

Cum ed autem peruenisset, inclinato capite, paternis manibus, paterno ense accipit consummationem: bonus fructus ex mala arbore, apprensus manifestè. Iuliana quoque simul cum ea ibidem consummata à quodam ex ijs qui illic erant militibus. In eo autem loco vbi hæc facta sunt, impium quoque patrem diuina persequitur iustitia, cum nec modicum quidem hic expectasset bonitas, propter insignem vitium, & quod nulla esset spes curationis. E monte enim reuertens feritur fulmine: & vita omnino priuatur, non hac solum fluxa, sed ea etiam quæ manet: ille verè miser & vtrisque indignus. Transiit autem ad Præsidē quoque Martianum huius diuinitus immisi ignis impetus, planè initium & certū signū illius ignis immaterialis, qui ipsum æternum est puniturus. Valencianus verò vir quidā pius & religiosus.

3. Ecce oratio eū geneflectione.

k

4 Vide honoris
cam sanctorum cor-
porum sepultura,
atque eam quidem
cum canticis.

religiosus, cum martyrum 4 sacra fustulisset corpora: & sacris, vt oportebat, honorasset canticis, ea pie & honorifice deponit in loco qui dicitur Gelassus, qui abest duodecim miliaribus ab Euchaitis: morborum medelam, animarum exultationem, piorum virorum amabilem delectationem. Ad gloriam Christi veri Dei nostri. Quem decet honor, potentia, maiestas, & magnificentia, nunc & semper, & in secula seculorum. A M E N.

Est sermo xx. in
ordine sermonum
eius. Tom. ij.

VITA SANCTAE VIRGINIS ET

Martyris Agnetis, per D. Ambrosium Episcopum Mediolanensem scripta.

1 Qui sanctorum
sestis detrahunt,
videant si tempore
D. Ambrosii celo-
bratur festum
S. Agnetis marty-
ris.



ER V V S Christi Ambrosius Virginibus sacris. Diem festum & sacratissimam virginis celebremus. Hinc psalmi resonant, inde septem lectiones. Hinc populorum turbæ lætentur, inde sustententur pauperes Christi. Omnes ergo gratulemur in Domino: & ad ædificationem virginum, qualiter passa sit Agnes beatissima, ad memoriam reuocemus. Tertiodecimo ætatis suæ anno mortem perdidit, & vitam inuenit, quia solum vitæ dilexit autorem. Infantia quidem computabatur in annis: sed erat senectus mentis immensa, corpore quidē iuuetula, sed animo cana: pulchra facie, sed pulchrior fide. Dum à scholis reuertitur, à Præfæcti vrbis filio adamatur. Cuius parentes dum requisisset, cœpit offerre plurima, & plura promittere. Denique detulerat secum pretiosissima ornamenta, quæ à beata Agne veluti quædam sterora sunt recitata. Vnde factum est, vt iuuenis maiori perurgeretur amoris stimulo. Et putans eam maiora velle accipere ornamenta, omnium lapidum pretiosorum secum detulit gloria: & per seipsum & amicos, & notos, & affines cœpit aures virginis appellare, diuitias, domus, possessiones, familiaritas, atque omnes mundi huius diuitias repromittere, si consensum suum eius coniugio non negaret. Ad hæc B. Agnes tale fertur iuueni dedisse responsum: Discede à me fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis: discede à me, quia iam ab alio amatore præueta sum, qui mihi facis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei suæ subtrauit me, longè te nobilior & genere, & dignitate. Ornavit me inæstimabili dextrocherio, Dextram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis: Tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas, & circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis. Posuit signum in facie mea, vt nullum præter ipsum amatorem admittam. Induit me ciclade auro texta, & immensis monilibus ornavit me. Ostēdit mihi thesauros incōparabiles, quos mihi se daturum, si ei perseverauiero, repromisit. Non ergo potero ad contumeliam prioris amatoris vel aspiciere alium, & illud derelinquere, cum quo sum charitate deuincta. Cuius generositas celsior, possibilitas fortior, aspectus pulchrior, amor suauior, & omni gratia elegantior. A quo mihi iam thalamus collocatus est: cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Iam mel, & lac ex ore eius suscepi: Iam amplexibus eius castis astricta sum: iam corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornavit genas meas. Cuius mater virgo est: cuius pater femina nescit: cui Angeli seruiunt: cuius pulchritudinem sol & luna mirantur: cuius odore reuiuiscunt mortui: cuius tactu fouentur infirmi: cuius opes nunquam deficiunt, cuiusque diuitiæ non decrescunt. Ipsi soli seruo fidem: ipsi me tota deuotione committo. Quæ cum amauiero, casta sum: cum tetigero, munda sum: cum accepero, virgo sum. Nec deerunt post nuptias filij: vbi partus sine dolore succedit, & secunditas quotidiana cumulat. Audiens hæc insanus iuuenis, amore carpitur cæco, & inter angustias animi anhelo cruciabatur spiritu. Inter hæc lecto prosternitur, & per alta suspiria amor medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ fuerunt inuenta à medicis: & eadē paterna voce, quæ fuerant iam dicta à filio, ad petitionem virginis reuoluuntur. Abnegat Agnes beatissima, & se nullo pacto prioris asserit spōsi fœdera violare. Cuique pater diceret in falsibus præfæcturæ se agere, & ideo non sibi quæuis illustri simum virum etiam posse præferri: cœpit tamē vehemētissimè inquirere quis esset sponsus, de cuius se Agnes potestate iactaret. Tunc exitit quidam ex paratis eius, qui diceret hanc Christianam esse ab infantia, & magicis artibus ita occupatam, vt dicitur Christi sui sponsum. Audiens hæc Præfæctus, letus efficitur, & missa apparitione cum ingenti strepitu suis eam tribunalibus præcepit sisti. Et primò quidē blandis cā sermonibus secretius provocat, deinde terroribus pulsat. Sed virgo Christi nec blandimentis seducitur, nec terrore concutitur: sed eodem vultu, eodem animo perseverat: & terrentem similiter, sicut blandientem animo deridebat. Videns itaque Simphronius præfæctus tantam in puella constantiam, parentes eius alloquitur, Et quia erant nobiles, & vim eis inferre non poterat, titulum eius Christianitatis opposuit. Sequente namque die Agne præsentari iubet: & iterum iterumque repetes, replicare cœpit de iuuenis amore sermonem. Cumque omnis sermo eius casto labore deficeret: Sisti eam iterum suis tribunalibus iussit. Cui & dixit: Superstitio Christianorum, de quorum

te magi-

te magicis artibus iactas, nisi te fuerit segregata, non poteris insanias abicere pectoris, neque æquissimis consilijs præbere consensum. Vnde te ad venerandam deam Vestam properare necesse est: vt si perseverantia virginis placere, eius die, nocteque sacrificijs reuerendis insistas. Ad hæc B. Agnes dixit: Si filium tuum, quamuis iniquo amore vexatum, tamen viuente hominem reculaui: hominem vtique, qui est rationis capax, qui & audire, & videre, & palpare, & ambulare potest, & flore huius lucis cum bonis frui: Si ergo hunc causa amoris Christi nulla possum ratione respicere: quo modo possum Idola muta, & surda, & sine sensu, & sine anima colere, & ad iniuriam summi Dei, cervicem meam vanis lapidibus inclinare? Audiens hæc Præfæctus Simphronius dixit: Cupio consultum infantie tuæ: & adhuc te deos blasphemam mentem idcirco differo, quia annos tuos infra sensum aspicio. Noli ergo temetipsam ita despiciere, vt motus deorum incurras. B. Agnes dixit: Noli infantiam corporalem ita in me despiciere, vt putes me te velle habere propitium. Fides enim non in annis, sed in sensibus inuenitur. Et Deus omnipotens mentes magis comprobatur, quam etates. Deos autē tuos, quorum motus me incurrere non vis, ipsos irasci permittite: ipsi loquantur: ipsi hoc mihi præcipiant: ipsi iubeant se coleri: ipsi iubeant te adorari. Verum quoniam ad hoc video te tendere, quod imperare non poteris: quicquid tibi videtur exerce. Simphronius præfæctus dixit: Vnū tibi è duobus elige: aut cum virginibus deæ Vestæ sacrificia: aut cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari. Et lōgè erunt à te Christiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt, vt hæc calamitatem intrepido animo te posse perferre confidas. Vnde, vt dixi, aut sacrificia deæ Vestæ ad laudem generis tui: aut ad ignominiam natalium tuorum eris publicæ abiectionis scortum. Tunc beata Agnes cum ingenti constantia dixit: Si scires quis est Deus meus, non ista ex ore tuo proferres. Vnde ego, quia noui virtutem Domini mei Iesu Christi, securam contemno minas tuas, credens quod neque sacrificem idolis tuis, neque polluar fordidibus alienis: Mecum enim habeo custodem corporis mei Angelum Domini. Nam vnigenitus Dei filius, quem ignoras, murus est mihi impenetrabilis, & custos mihi est nunquam dormiens: & defensor mihi est nunquam deficiens. Dij autē tui, aut ærei sunt, ex quibus cucumæ melius sūt ad visum hominum: aut lapidei, ex quibus sternuntur plateæ. Diuinitas ergo non in lapidibus vanis habitat, sed in cœlis: non in ære aut aliquo metallo, sed in regno superno consistit. Tu autem & similes tui nisi ab istorum cultu recesseritis, simul vos pœnæ concludent. Sicut enim illi igne conflati sunt, vt funderentur: sic colentes eos, per petuo incendio conflagabunt: non vt fundantur, sed vt confundantur in æternum, & pereant. Ad hæc insanus iudex iussit eam expoliari, & nudam ad lupanar duci sub voce præconis dicentis: Agnem sacrilegam virginem dijs blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus datam. Statim autem vt expoliata est, crine resoluta, tantam densitatem capillis eius diuina gratia concessit, vt melius videretur simbrijs eorum quam vestibus tecta. Ingressa autem turpitudinis locum, Angelum Domini ita præparatum inuenit, vt circumdaret eam immenso lumine, ita vt nullus posset eam præ splendore respicere. Fulgebat enim tota cellula illa, quasi radians sol in virtute sua. Et quando quis curiosior oculis esse voluisset, tantò sibi visus aciem obrundebat. Cumque se in orationem Domino prostrauisset, apparuit ante oculos eius stola candidissima. Et apprehendens eam induit se, & dixit: Gratas tibi ago Domine Iesu Christe, qui me in numero ancillarum tuarum computans, vestem hanc mihi largiri præcepisti. Ita namque ad mensuram corpusculi eius aprum erat indumentum, & ita nimio candore conspicuum, vt nullus dubitaret, hoc angelicis manibus præparatum. Interea lupanar efficitur locus orationis: in quo omnis qui fuisse ingressus, adoraret & veneretur, dans honorem immenso luminis: mundior egredere foras, quam fuerat intus ingressus. Cumque hæc agerent, Præfæcti filius, qui autor erat huius sceleris, venit ad locum cum sodalibus suis iuueniculis, insultaturus puellæ: cum quibus libidinis suæ se posse credebat ludibrium exercere. Et ingressos ante se furescentes pueros, & turpiter sæuientes, cum omni veneratione, & ingenti admiratione egreffos cœpit impotentes arguere, atque vanos & molles, ac miseros iudicare. Et irridens locum in quo virgo orabat, audacter ingressus est. Et videns tantum lumen circa eam, non dedit honorem Deo: sed irruens in ipsum lumen, priusquam vel manu eam contingeret, cecidit in faciem suam, & præfocatus à diabolo expirauit. Videntes autem focij eius, quod moras intus faceret, putabant obscœnis eum operibus occupari. Et ingressus est vnus ex iuuenibus, qui ei familiarior erat, vt congratularetur insultationi eius: & mortuum eum inueniens exclamauit voce magna, dicens: Pijsissimi Romani succurrite: Magicis artibus ista meretrix Præfæcti filium interfecit. Fit repente concursus populorum ad theatrum: & varia furentis populi acclamatio. Alij dicebant magam, alij innocentem, alij sacrilegam conclamabant. Præfæctus autem audiens filium suum interijisse, cum ingenti tumultu venit ad theatrum. Et ingressus locum, in quo corpus filij eius iacebat exanime, cum ingenti clamore

clamore dicebat: Crudelissima omnium foeminarum, ad filium meum voluisti apodixē tuæ artis demonstrare: Et cum talia atque alia huiusmodi verba repeteret: & causas mortis eius ab ea vehementer inquireret, ait ad eum beatissima Agnes: Ille cuius voluntatem volebat perficere, ipse in eum potestatem accepit. Quare autem omnes quod ad me ingressi sunt, sani sunt? Quia vniuersi dederunt honorem Deo, qui misit Angelum luum, & induit me hoc indumento misericordiae, & custodiuit corpus meum, quod ab ipsis cunabulis Christo consecratum est, & oblatum. Videntes ergo splendorem Angelicum, adorabant omnes, & abscedebant illæsi. Hic autem impudens, statim vt ingressus est, saeuire cepit ac fremere: cumque manum suam ad me contingendum aptaret, dedit eum Angelus Domini in reprobam quam conspicis mortem. Dicit ei Præfectus: In hoc apparebit, quia non magicis artibus ista gelsisti, si deprecata fueris ipsum Angelum, vt restituat mihi filium meum sanum. Cui beata Agnes dixit: Licet fides vestra hoc impetrare non mereatur à Domino, tamen quia tempus est, vt virtus Domini mei Iesu Christi manifestetur: egredimini omnes, vt solitam ei orationem offeram. Cumq; vniuersi fuissent egressi, prosternens se in faciem planam, rogare cepit Dominum, vt iuuenem suscitaret. Orante autem illa, apparuit Angelus Dñi, qui eleuauit carnem stentem, & confortans animum eius, iuuenem suscitauit. Qui egressus foras, cepit voce publica clamare & dicere: Vnus Deus in celo & in terra, & in mari, qui est Deus Christianorum. Nam omnia templa vana sunt: Dij qui coluntur, omnes vana sunt, & penitus nec tibi possunt, nec alijs aliquid auxilium exhibere. Ad hanc vocem omnes auruspices, & templorum pontifices concurbantur: & sit per eos vehementior, quam fuerat, seditio populorum. Atque omnes vna voce clamabant: Tolle magam, tolle maleficam, quæ & montes mutat, & animos alienat. Præfectus autē videns tanta mirabilia oblituit. Sed veritus proscriptioe, si contra templorum pontifices ageret, & Agnem contra suam sententiam defendere, vicariū ad seditionem populi iudicem dereliquit. Ipse autē tristis abscessit, quoddā eā nō potuit post resurrectionem filij sui liberare. Tunc vicarius Aspasius nomine, iussit in conspectu omnium ignem copiosum accendi, & in medio eā præcepit iactari flammam. Quod cum fuisset impletum, statim in duas partes diuisæ sunt flammæ: & hinc atq; illinc seditiosos populos exurebant: ipsam autē penitus in nullo continebat incendiū. Ed magis non hoc virtutibus diuinis, sed maleficijs reputantes, dabant fremitus inter se populi, & infinitos clamores ad cælos. Tunc beata Agnes expandens manus suas in medio ignis, his verbis orationem fudit ad Dominum: Omnipotens adorande, colēde, tremende, pater Dñi nostri Iesu Christi, benedicite, quia per filium tuū vnigenitū euasi manus impiorū hoīm: & spurcitas diaboli impollute calce transiui. Ecce & nūc rore cœlesti perfusus per spiritum sanctum focus iuxta me moritur, flamma diuiditur, & ardor incendiij huius ad eos, à quibus in me ministratur, effunditur. Benedico te pater prædicande, qui etiam inter flammam intrepidam me ad te peruenire permittis. Ecce iam quod credidi video: quod speraui, iam teneo: quod concupiui, complector. Te confiteor labijs & corde: te totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio viuum & verum Deum, qui cum Domino nostro Iesu Christo filio tuo, & cum spiritu sancto viuis & regnas in cuncta secula seculorum, Amen. Cumq; compleisset orationem, ita omnis ignis extinctus est, vt nec tepor quidem incendiij remaneret. Tunc Aspasius vrbs Romæ vicarius, populi seditionem non ferens, in guttur eius gladium mergi præcepit. Atque hoc exitu, roleo sui sanguinis rubore perfusam, Christum sibi sponsam & martyrem consecrauit. Parentes verò eius nullam penitus tristitiam habentes, cum omni gaudio abstulerunt corpus eius, & posuerunt illud in prædiolo suo non longè ab vrbe, in via quæ dicitur Numentana. Vbi cum omnis turba Christianorum concurreret, insidias à paganis perpessi sunt: & videntes populum infidelium super se venientem armatum, omnes fugerunt. Aliquantum tamen lapidum ictibus læsi euaserunt. Emerentiana autem, quæ fuerat collactanea eius, virgo sanctissima, licet cathecumina, constanter intrepida stabat immobilis: & his verbis exprobrabat eos: Superflui, miseri, caduci, atque atrocissimi, Deum omnipotentem colentem occidistis, & percussione lapidum homines innocentes iugulastis. Hæc & his similia dum turbis furētib; diceret, lapidata est ab eis: & orans iuxta sepulchrum Agnes beatissimæ, emisit spiritum.

2. Vides hereticos, quod sanctissima Agnes suis precibus obtinuit a Deo iuuenis resuscitationē. Quid ergo garris orationes esse te perfusam & inuidentem

3. Vide morē catholicæ Ecclesie, ut cum sacerdotibus tumultuantur Christianorum corpora. 4. Antiquitas ad delectationes sanctorum pernoctationibus assidue vigilabant. Quod bodie noui heretici superstitionem esse dicūt, quasi ipsi primis patribus nostris sint sapientiores.

Non dubium est, quod in suo sanguine sit baptizata, quæ pro defensione iustitiæ dum confiteretur Dominum, mortem constanter excepit. Eadem denique hora sit terræ motus vehementissimus: & cum nimia esset cœli serenitas, tantæ coruscationis, tantæque fulguræ & tonitruæ exiterunt, vt pars maxima infanti populi expiraret. Vnde factum est, vt nullus penitus ex eo aduenientibus ad sepulchra sanctorum aliquas molestias excitaret. Venientes autem parentes beatæ Agnes cum sacerdotibus nocte, abstulerunt corpus sanctæ Emerentianæ virginis, & sepelierunt illud in confinio agelli beatissimæ Agnes. Igitur dum parentes beatissimæ Agnes assidue pernoctationibus vigilarent ad tumu-

ad tumulum eius, vident in medio noctis silentio exercitum virginum, quæ oēs auro textis cicladibus inducæ, cum ingenti lumine præteribant. Inter quas vident beatissimam Agnem simili veste fulgentem, & ad dexteram eius agnum niue candidiorem. Hæc itaque dum viderent parentes eius, & qui simul erant, stuporem mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat sanctas virgines parumper gradum figere. Et stans parentibus suis dixit: Videte ne me quali mortuam lugeatis, sed congaudete mihi, & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi. Et illi sum iuncta in cœlis, quem in terris posita, tota animi intentione dilexi. Et his dictis pertransiit. Hæc visio publicè ab omnibus qui viderant, quotidie vulgabatur. Vnde factum est, vt post aliquantos annos ad Constantiam Constantini filiam hoc factum ab his qui viderant narraretur. Erat enim ipsa Cōstantia regina virgo prudentissima: sed ita obfessa vulneribus, vt à capite vsque ad pedes nulla membrorum pars libera remansisset. Accepit autē consilio spe recuperandæ salutis, venit ad tumulum martyris nocte: & licet pagana, tamen credula animi intentione, preces fideliter fundebat. Quod dum faceret, repentina somni suauitate corripitur. Et vidit per visum beatissimam Agnē talia sibi monita præferentem: Constante age Constantia, & crede Dñm Iesum Christum filium Dei esse saluatore tuum: per quē modò consequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo pateris, sanitate. Ad hæc vocem Constantia euigilat sana, & sic sana, vt nec signum in eius membris alicuius vulneris remaneret. Reuerfa igitur ad palatium sanissima, facit gaudium, & patri suo Augusto, & fratribus suis Imperatoribus, Coronatur ciuitas tota: Fit læticia militantibus, atque priuatis, & vniuersis aduentibus hæc, infidelitas Gentium confundebatur, & fides dominica lætabatur. Interea patrem & fratres Augustos rogat, vt basilica beatæ Agnes construeretur, & sibi illic mausoleum collocari præcepit. Currit hæc opinio ad omnes: & quotquot credentes ad eius tumulum aduenissent, sanabantur quacunque fuissent infirmitate detenti. Quod facere Christum nullus dubitat vsque in hodiernū diem. Perseuerauit autem Constantia Augusti filia in virginitate: per quā multæ virgines, & mediocres, & nobiles, & illustres, sacra velamina susceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, vsque in hodiernum diē multæ virgines Romanæ Agnem beatissimam quasi in corpore manentem attendunt. Et eius exemplo agentes viriliter, integrè perseuerant, credentes sine dubio quod perseuerantes perpetuæ victoriæ palmam acquirant. Hæc ego Ambrosius seruus Christi dum in voluminibus diuinis inuenissem scripta, non sum passus infuctuoso silentio tegi. Ad honorem igitur tantæ martyris, sicut gesta eius agnouit, conscripsi, & ad edificationem vestram à virginibus Christi, textu passionis eius credidi destinandum, obsecrans charitatem spiritus sancti, vt labor noster in vestra imitatione fructum in conspectu Domini valeat inuenire. AMEN.

5. Obaretesis peccauit Constantia a sancta petere auxilium. Solatia fuit eam innocere, si superstitiosa ad eius tumulum fuit peregrinatio, vt tu falso afferis, quod posuit Deus harum impietatum testis esse. Sanando ipsam in momento: Sed vt Deus verax est, et oia hæc que in honorem sanctorum exhibentur ficta, honestas peccata Deo excusant, ita tu et tui similes mendax, et omnium ecclesiasticorum ritu subuersor es.

6. Si sanabantur quotquot credentes ad sanctissimæ Agnesis tumulum aduenire, cur audet dicere nouiores nostri, peregrinationes ad conditoria sanctorum esse supersticiosas & inuiciles.

Habetur in eius homilijs de Sanctis, sermone secundo.

7. Virginitatis insitutum ex sanctissima Dei genitrice processit: cur ergo tantopere ei aduersantur heretici, nisi quia carnis libidines & impudicitias amant, & quod ipsi habere nolunt, alios habentes odio prosequuntur.

8. Tu qui matris moniū virginitatis comparare audes, & virginitatem seruare dicis impossibile discis miser, utriusq; saluum esse nam & virginitatem coniugio est sublimior, & cum Dei adiutorio potest quilibet virginitatem custodire, & matrem Dñi subieci qui præcedentem.

ITEM ALIA BEATÆ AGNETIS VITA contrarior, Per diuum Maximum Episcopum Taurinensem scripta.



VM in toto mundo virgineus flos Mariæ immaculatus & sceptrigeram pudoris aulam immaculato cōseruet affectu, eoulsq; integritas perseueravit ad palmam, vt in puellis trophæum sanctitatis arripere, & per vestigia matris virginis ad cœlestem thalamum perueniret. Hinc est quod annulo fidei Agnes se asserit subarratam, & clamat se amore sponsi constrictam. O quam imitabile virginibus, virgo, tui amoris tradidisti exemplum, o quam sanctum pectoribus dandum virginibus tribuisti responsum, contēnendo mundi diuitias, execrando mundi cōcupiscentias, & solam Christi pulchritudinē adamādo. Accedite ad puellam puellæ, & discite in annis infantie, quales in pectore suo circa amorē Christi flammam accendit. Dicit se amatori suo seruare fidem, & eius corpus concupiscere solum, qui pro amore hominum mortis non recusauit interitum. Discite virgines Christi amorem in puella seruare, & omnes mundi diuitias, velut stercorea recusantem. Ideo enim sanctorum per literas traditū exemplū, vt vnusquisque pro qualitate sexus, & pro ætate annorum modum sui propositi teneat, & sicut per virginem virgines, ita per coniugem coniuges vincere seculum pro Christi amore studeant, ac repugnatione animi mundi dulcicia recusantes, & eius nō recusantes austeram, ad delectationes perpetuas, & ad gaudia æterna pertingāt.

Hæc dicentes, non vituperamus coniugum casta commercia, sed virginum perseuerantiam adornamus. Non enim virginitas malis rebus superponenda est, sed & optimis rebus preferenda. Quæ enim mundis mundior, & sanctis est sanctior, non indiget malarū rerum vituperatione laudari. Sequantur itaque sancta coniugia patriarcharum coniuges, in religione posita, ac diuinis literis informata; Saram, Rebeccam, Rachaelem, Annā, Susannā, ac

Sephoram imitentur vxores. Christi verò virgines solam virginem matrem luminis sublequantur. Huius pedissequa Agnes beatissima magnum de se pudicitie excitavit exemplum, quum virginitate prætulit vitæ, omnemq; à se amorem terrenum per amorem celestis expellens, trophæum crucis Christi arripuit, & tam contra libidinem, quam etiam contra supplicia vniuersa, fide potius armata, quam ferro, fortiter dimicauit & vicit. Despicit denique blandientem, & renuit minantem, incendium intendit, & videt. Nescit amare aliquid quod transit, & dum nimis virginitatem diligit, nec ludibria, nec flammæ, nec supplicia, nec carniçes metuit: postremò nec gladium furentis percussoris expauit. Compellitur virgo ornamenta suscipere corporis, sed renuit, quoniam iam susceperat mentis. Et quia non de elegantia corporis humani placere studebat, quia timebat de fœditate animæ Domino displicere, dabat intus per fidem suæ menti candorem, pulchritudinem excolebat animæ, & quantum sciebat, vt animam suam pulchram faceret, tætam in corpore erubescere se esse formosam, tantoq; studens displicere carnalibus in carnis aspectu, quanto insituit Christi, & eius Angelis complacere. Turbatur iuuenis à puella contemptus, & se muneribus complacere posse existimans, aurum, gemmas, congemmans vestes, prædia preciosa conuectat. Sed quia Christi charitas pecuniarum non habet precium, virginitas sacratissima in suo gradu vltime in sanguinis effusione permansit, quoniam suo illam sanguine subarrauerat Christum. Ad concupiscentem igitur reuertitur census, & inconcussa virginitas Christo semel oblata perdurat. Discite virgines Christi normam puellaris exempli, & oblata sub specie pietatis virorum munuscula tota intentione respuite, & quasi rabidi canis morsus omni cum gaudio recutate. A quo non receperis, quo timeas Deum, non accipias quo diligas mundum. Accipe virgo, sed quod amori æterno proficiat. Quotiescunq; hominè sequuta fueris, censum sic accipe, vt te sponsam Christi cognoscas. Videt ille intus in mente quid facias, & quam expetent eius virgines comiteris, arrendit. Videte ergo quomodo Agnes sequitur Mariam per opprobria. Nullum potuit penitus formidare supplicium, cui etiã lupanar turpitudinis, locus orationis efficitur: & vbi ei diabolus corruptionis præparauerat ignominiam, illic eam percipere fecit Dominus coronam suæ virginitatis & palmam: hoc est, in suis sedibus hostes vincere, captiuam ductam virginem ad penetralia regis libidinum, ipsum regem à virgine, quã captiuauerat victum, & victi cum virginis triumpho exire. Nam qui tenuerat, tætus est: qui traxerat, tractus est: qui occidere se putabat, occisus est. Deniq; vt probemus diabolũ à virgine ista tunc fuisse victũ, illius iuuenis factum ad animum reuocemus, quem contra Agnetis infantiam sic armauerat inimicus, vt nudam faceret trahi per vulgus ad lupanar, sub voce præconantis ducis populum ad libidinem inuitantis. Hunc ergo ducẽ fuisse diaboli nemo qui dubitet, & victo duce populum superatum esse, omnibus notum est: superatis autẽ cum duce suo populis, tyrannum teneri captiuum, omnibus patet. Constat ergo diabolum superatum, quotiens contra virginem arma arripuit. Nam expoliata virgo tegitur crinibus, & nuda ab hominibus malis, vestitur ab Angelis bonis, & damnata in prostibulo turpitudinis, in gremio apparuit castitatis. Efficitur oratorium Angelorum, locus qui perditurum fuerat animarũ: & vbi semper naufragauerat castitas, illic est coronata virginitas. Deniq; populos quos præco ad libidinem inuitauerat, virgo ad castitatẽ obrinuit: & quos ad eã diabolus inquinatos induxit, illa à se mundos eiecit. Omnes nãque sigillatim ingressi, vnus alterius sustinebat ingressum. Quem egressum dum non crederet mundũ, se exhibebat immundum. Sed ingressus ad libidinem, ad adorandum Dñm meritis virginis tenebatur, & exibat inde Dei seruus, qui seruus diaboli intus fuerat ingressus, & tot facti sunt Christi cultores, quot diabolus virginis se putauerat inuenisse corruptores. Remansit igitur iuuenis, qui autor huius extiterat probationis, qui se putabat defensorẽ virginis superare. Hic dũ splendori celesti nõ cessat dans honorẽ, vitã, quam habere videbatur, amittit: & mortẽ quã querebat, inuenit. Ridentibus lachrymã succedunt, & insultantibus sinẽ gaudiorum imponunt. Attendit virgo lugentem iudicẽ, & quem minantẽ antè contemplerat, nunc deprecantem exaudit. Illic igitur vt cepit orare pro mortuo, & à mortuis excitat saluũ, qui morti fuerat deputatus: & ad gaudiũ euocat, qui fuerat præcipitatus ad luctũ. Nã qui in cœtus fuerat mortuus, exurgit castus: & fit prædicator castimonie, qui persequatur extiterat castitatis. Ad hæc sacrilegi cõturbantur in templis, & Christũ hæc mirabilia facientẽ cõtremiscunt. Excitant seditiones ignobilis vulgi, vt ratio quẽ suadebat fidẽ, seditionũ clamoribus pulsa, locũ in mentibus hominum inuenire nõ possit. Pater verò suscitato filio tristis abscessit, & (vt legitur) turbis furentibus, vicarium dereliquit. Virgineo itaque corpori præparantur stidentis flammæ: sed corpus quod incendia libidinum superauerat, refrigerium in medijs flammis inuenit. Et quæ ad hoc focos ingressa fuerat vt arderet, cepit per sanctam virginitatem algerẽ, vt disceret virginitas sibi flammæ & incendia penitus dominari non posse. Nec illos percipisse

perisse æstimes, quos pro nomine Christi consumpsit incendium. Nam quum legis Heliam ignibus raptum, & tres pueros in medijs flammis nulla ratione consumptos: aut dum Laurentium in craticula affatum recolis, atque Agnem, sicut Teclam flammarum globos euassisse cognoscis, nullam in his suspiceris varietatem fidei tunc fuisse. Vna etenim fides sanctos Dei in passione exerauit, & diuerso genere gloriarum reddidit vtrosque victores. Nam qui consumptus est martyr exultat, & qui euasit victor exultat. Et Elias sectus martyrem se fecit, & Daniel leonum rabiem, morsusque contemnens, probatissimum Dei confessorẽ exprefit. Quo factò vtrosque Christus Diaboli ostendit esse victores. Vnus enim moritur & triumphat: alius euadit, & regnat.

Veni iam virgo ad thalamum quem quæstisti, & pro amore sponsi gladium percussoris admite, vt sponsam te virginitas immaculata comprobet Christi, & martyrem confelso probata consignet. Felix cetera virginũ, quibus studium est tuæ sequi confelsois vestigia. Habebunt enim tecum coronam in celo, quẽ tecum superauerunt inimicum in mundo. Nam sicut tibi vestigia Marię prosequenti participatio æternę remunerationis apparuit, ita eis te imitantibus æterna credimus gaudia non neganda. Itaq; 10 ð splendida Christo, pulchra Dei filio, & omnibus Angelis, & Archangelis grata, vt nostri meminisse digneris, quibus possumus precibus exoramus, & nobis ille tribuat peccatorum indulgentiã, qui tibi tuorum omnium laborum tradidit palmam, qui regnat cum patre & spiritu sancto, quia ipsi est honor, laus, & gloria, & potestas in secula seculorum. A M E N.

9. Vide quanto pere commendet virgines. 10. Inuocat sancto episcopus eatisiã mam Agnẽ, rogat vt eius meminisse dignetur, et peccata tuam indulgentiã a Deo omnipotente impetrare. Quid hic dicit hereticũ

VITA SANCTAE AGNETIS

virginis & martyris, per diuum Ambrosium Episcopum Mediolanensem scripta.

Habetur in lib. 2. ciuldẽ de virgin.



BENE procedit, vt quoniam hodie natalis est virginis, de virginibus sit loquendum, et ex predicatione liber sumat exordium. Natalis est virginis, in regitatem lequatur. Natalis est martyris, hostias immolemus. Natalis est sanctę Agnes, mirentur viri, non desperent paruuli, stupeant nuptę, imitentur innuptę. Sed quid dignum ea loqui possumus, cuius nẽ nomen quidẽ est vaucium luce laudis? Fuit deuotio supra ætatem, virtus supra naturam, vt mihi videatur nõ hominis habuisse nomen, sed oraculum martyris, quẽ indicauit quid esset futura. Habeo tamẽ vnde mihi subsidium cõparetur. Nomẽ virginis titulus est pudoris. Appellabo martyre. Prędicauit facis. Prolixa laudatio est quæ non quæritur, sed tenetur. Facebant igitur ingenia, eloquentia cõtescunt. Vox vna præconium: est: Hanc tenes, hanc iuuenes, hanc pueri canant. Nemo est laudabilior, quã qui ab omnibus laudari potest. Quot homines, tot præcones, qui martyrem prædicant dũ loquuntur. Hęc duodecim annorum martyriũ fecisse traditur. Quò detestabilior crudelitas, quæ nunc minuscule peperit ætati: Imò magna vis fidei, quẽ etiam ab illa testimonium inuenit ætate, fuitne in illo corpufculo vulneri locus? Et quẽ non habuit quo ferrũ reciperet, habuit quo ferrũ vinceret. At istius ætatis puellę, torus etiã vultu parentũ ferri nõ possant, et acu districta solẽ pũcta flere quasi vulnera. Hęc inter cruetas carnicũ impauida manũ. Hęc stridentiu grauius immobilis tractibus catenarũ, nũc furẽtis mucroni militis totũ offerre corpũ, mori adhuc nescia, sed parata, vel si ad aras in vita raperetur, tẽdere Christo inter ignes manus, atq; in ipsis sacrilegis focis trophæũ Domini signate victoris: nunc feratis colla manusq; ambas inferere nexibus. Sed nullus tã tenuia mēbra poterat nexus includere. Nouũ martyrii genus: Nondũ idonea pæneg, & iam matura victorię: certare difficilis, facilis coronari: magisteriũ virtutis impleuit, quẽ præiudiciũ vehebat etatis. Nõ sic ad thalamum nupta properaret, vt ad supplicij locum, læta successu, gradu festina virgo proceffit, non in torto crine caput compta, sed Christo: non fosculis redimita, sed moribus. Fere omnes, ipsa sine fletu. Mirari pleriq; quòd tam facillẽ vitæ suę prodiga quã nondũ hauserat, iam quasi perfuncta donaret. Stupere vniuersũ, quòd iã diuinitatis testis existeret, quæ adhuc arbitra sui per ætatẽ esse nõ possit. Effecit deniq; vt ei de Deo crederetur, cui de homine adhuc nõ credebatur: quia quòd vltra naturã est, de autore naturæ est. Quanto terrore egit carnis: vt timeretur, quantis blandicijs vt suaderet, quantorũ vota, vt sibi ad nuptias proueniret? At illa: Et hæc sponsi iniuria est, inquit, expectare placituram. Qui me sibi elegit, accipiet. Quid percussor moraris? Preat corpus quod amari potest oculis quib; nõ nolo. Stetit, orauit, ceruicem inflexit. Cerberes trepidant carnificẽ, quasi ipse ad dictus fuisset, tremere percussor dexterã pallere ora alieno timetis periculo, cum puella nõ timoret suo. Habetis igitur in vna hostia duplex martyriũ, pudoris, & religionis. Et virgo 2 permãsit, & martyriũ obrinuit.

1. O sanctissima Ambrosij est im possibile seruare virginitatẽ, vt non ui dogmatistę geras riant, quòd suis Agnes virgo est. Et qu plus est, quare nos ad virginitatẽ seruandam hortaris? Suadere potius debes, vt vxores acciperemus.

2. si Agnes virgo permãsit, nõ iud impossibile seruare re virginitatẽ

VITA ADHVC SANCTAE AGNETIS

Virginis & Martyris, per Aurelium Prudentium virum
consulare descripta.

Habetur in eius
peristephao.

3. Si Agnes feruat
salutem Romanorum,
ergo non debet
dici emortua,
ergo magnam po-
testatē habet post
mortem.
4. Vide etiā san-
ctos adiuuare sup-
plices confugien-
tes ad eorum sepul-
cra. Contra nu-
gas nostrorū he-
reticorum.
5. Ecce quomodo
potens est oratio
omnia impetrare
a Deo.

Agnes sepulchrū est Romulea in domo
Fortis puellę, martyris inclytę.
Conspēctum in ipso condita currium
Seruat 3 salutem virgo Quiritium:
Nec non & ipsos, 4. protegit aduenas,
Puro ac fideli pectore supplices.
Duplex corona est præstita martyri.
Intactum ab omni crimine virginal,
Mortis deinde gloria liberę.
Aiunt iugali vix habilem toro,
Primis in annis fortē puellulam
Christo calentem, fortiter impijs
Iulsu renisam, quo minus idolis
Addicta, sacram desereret fidem.
Tentata multis nam prius artibus,
Nunc ore blandi iudicis illice,
Nunc sæuientis carnisicis minis.
Stabat feroci robore pertinax,
Corpusque duris excruciatibus
Vltro offerebat, non renuens mori.
Tum trux tyrannus, si facile est, ait,
Poenam subactis ferre doloribus,
Et vita vilis spernitur, at pudor
Charus dicatę virginitalis est,
Hanc in lupanar trudere publicum
Certum est, ad aram ni caput adplicet,
Ac de Minerua iam veniam roget.
Quam virgo pergit temnere virginem,
Omnis iuuentus irruat, & nouum
Ludibrorum mancipium petat.
Haud, inquit, Agnes, immemor est ita
Christus suorū, perdat vt aureum
Nobis pudorem, nos quoq; deserat,
Præsto est pudicis, nec patitur sacrę
Integritatis munera pollui.
Ferrum impiabis sanguine, si voles,
Non inquinabis membra libidine,
Sic elocutam, publicitus iubet
Flexu in plateę sistere virginem,
Stantem refugit mœsta frequentia,
Auerfa vultus, ne perulantius
Quisquam verendum conspiceret locum.
Intendit vnus fortē propaciter
Os in puellam, nec trepidat sacram
Spectare formam lumine lubrico,
En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens, atque oculos ferit,
Cæcus corusco lumine corruit,
Atque in plateę puluere palpat.
Tollunt fodales seminecem solo,
Verbisque desent exequialibus.
Ibat triumphans virgo, Deum patrem
Christumque sacro carmine concinens,
Quod sub profani labe periculi
Castum lupanar nec violabile

Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam reculerint 5 preces
Fudisse Christo, redderet vt reo
Lucem inaccenti: tum iuueni halitum
Vitę innoauum visibus integris.
Primum sed Agnes hunc habuit gradum
Cœlestis aulę, mox alius datur.
Accensus iram nam furor incitat,
Hostis cruenti, vincor, ait gemens,
Astringe ferrum miles, & exere
Præcepta summi regia principis.
Vt vidit Agnes stare trucem virum,
Mucrone nudo, letior hæc ait:
Exulto, talis quod potius venit
Vesanus, atrox, turbidus, armiger,
Quam si veniret languidus ac tener,
Mollisque ephesus tinctus aromate,
Qui me pudoris funere perderet.
Hic hic amator (iam fateor) placet.
Ibo irruentis gressibus obuam,
Nec demorabor vota calentia,
Ferrum in papillas omne recepero,
Pectusque ad imum vim gladij traham.
Sic nupta Christo transilium poli
Omnes tenebras, æthere celsior.
Æternę rector diuide ianuas
Cœli obleratas terrigenis prius,
Ac te sequentem Christe animam voca,
Tum virginalē, tum patris hostiam.
Sic facta, Christum vertice cernuo
Supplex adorat, vulnus vt imminens
Cervix subiret prona paratus.
Ast ille tantam spem peragit manu,
Vno sub ictu nam caput amputat,
Sensus doloris mors cita præuenit.
Exutus inde spiritus emicat,
Liberque in auras exilit, Angeli
Sepserē euntem tramite candido,
Miratur orbem sub pedibus situm,
Spectat tenebras ardua subditas,
Ridetque solis quod rota circuit,
Quod mundus omnis voluit, & implicat,
Rerum quod atro turbine viuunt,
Quod vana seclī mobilitas rapit,
Reges, tyrannos, imperia & gradus,
Pompasque honorum stulta tumentium,
Argenti & auri vim rabida siti
Cunctis peritam per varium nefas,
Splendore multo structa habitacula.
Illusa pictę vestis inania,
Iram, timorem, vota, pericula,
Nunc triste longum, nunc breue gaudium,
Liuoris atrī fumificas faces,
Nigrescit vnde spes hominum, & decus.
Et quod malorum tetrius omnium est,

Gen.

Gentilitatis sordida nubila.

Hæc calcat Agnes, ac pede proterit
Stans, & Draconis calce premens caput.
Terrena mundi qui ferus omnia
Spargit veniens: mergit & inferis.
Nunc virginali perdomitus solo
Cristas Cerberi deprimit ignei:
Nec victus audeo tollere verticem.
Cingit coronis interea Deus
Frontem duabus martyris innubæ:
Vnam decemplex ædita sexies
Merces perenni lumine conficit,

Centenus extat fructus in altera,
O virgo felix, & noua gloria,
Cœlestis arcis nobilis incola:
Intende o nostris colluuiouibus
Vultum gemello cum diademate,
Cui posse soli cuncti parens dedit,
Castum, vel ipsum reddere fornicem.
Purgabor oris propitiabilis
Fulgore, nostrum si iecur impleas,
Nil non pudicum est, quod pia visere
Dignaris almo, vel pede tangere.

6. In hoc san-
ctam, nec ob hoc
credidit obtenebra-
ri necessaria Deo
innoentium.

SANCTI GEORGII MAGNI

Martyris, vita, & Martyrium.

Per Simeonem Metaphrasten.



DIOCLETIANVS Romanorum Imperator sceptris indignē potitus,
& primus eorum qui sibi cum illo Romanum imperium vindicabant (tres
enim erant) cum Augustus declaratus esset Cæsar, omniaq; sibi tum aduer-
sus hostes, tum in subiectis populis ē sententia cedere videret, magno studio,
vt sibi quidem videbatur, in eam curam incubuit, vt diuinam benevolentia
compararet. Summam enim pietatem, & bonorum omnium finē in eorū qui
dij vocantur cultu sitam existimabat. Quamobrem assidua illis, & magnifica sacrificia facie-
bat, imprimiq; Apollinem, vt rerum futurarum peccatis immo, venerabatur: quem cum ali-
quando de quodam negotio consulisset, ita respondisse ferunt, vt eos qui in terris iusti essent,
sibi impedimento esse diceret, quod minus vera prænunderet, eorumq; causa fieri, vt tripodi-
um vaticinia falsa deprehenderentur. Opinioni igitur errore deceptus miser, seire vehe-
menter cupiebat, quinam illi essent in terris homines iusti. Respondens autē ē sacerdotibus
quidam: Christiani sunt, inquit, Imperator. Hanc ille responsionem, tanquam escam deuorās,
bellum aduersus Christianos, quod iam quieuerat, rursum excitauit. Statim igitur arma, quæ
aduersus scelera comparata sunt, in homines innocētes exerceri, & in omnes prouincias edi-
cta cædis plena mitti cœperunt. Videre licebat carceres adulteris, & sicarijs, & flagitiosis ho-
minibus vacuos: eorum autē qui Christum Deum ac Saluatorem faterentur, plenos. Videre li-
cebat, veteribus & vltatis cruciatuum generibus, tanquam leuioribus, repudiatis, grauiora
quædam excogitari, quibus plurimi quotidie Christiani passim afficiebantur. Cum autē ad ty-
rannum varis criminum delationes aduersus Christianos vniuersę, imprimisq; ab Orientis
procuratoribus venissent, quod edicta ipsius contemnerent, qui se Christianos profitebantur,
quorum numerus iniri non posset, adeo vt vel in propria religione viuere ipsis permitten-
dū esset, aut bello repente, nihil huiusmodi opinantes opprimi deberent. Ille his omnibus au-
ditis, animi celans indignationem, & præferens humanitatem, Præfectos omnes ad se, præci-
pueq; totius Orientis procuratores accersit. Qui cum celeriter omnes conuenissent, Senatu
conuocato, suam aduersus Christianos sæuitiam patefaciens, Imperator iussit, vt quid quisq;
de re proposita sentiret, in medium proferret. Cumq; alij aliud dicerent, ad extremum ipse
virus euomuit, deorum religio nihil esse præstantius asserens. Cuius sententiam cum alij
comprobassent: rursum, Si meam, inquit, benevolentiam magni facitis, quando ita sentitis. stu-
diose operam date, vt Christianorum religionē ex vniuerso imperio meo prorsus expellatis.
Quod vt facilius perficere valeatis, ego vobis totis viribus fauebo. Omnibus autem appro-
bantibus & collaudantibus, Senatui & ipsi Diocletiano visum est ea de re iterum, & certid
ad populum referre. Tunc in exercitu aderat etiam admirabilis Christi miles Georgius, qui
in Cappadocia non obscuro loco ē Christianis parentibus natus, in vera pietate iam inde ab
ipsa pueritia fuerat institutus. Hic cum ad pubertatem nondū peruenisset, patrem in certa-
mine pietatis egregiē pugnantem amiserat, & Cappadociaque cum matre in Palestinam, vnde
erat oriunda, se contulit, vbi multæ illi possessiones, & ingens erat hæreditas. Ob generia
igitur nobilitatem, cum iam & corporis pulchritudine, & ætate ad militiam aptus esset, Tri-
bunus militum est constitutus: quo quidem in munere cum virtutem suam in bellicis certa-
minibus, seque strenuum militem ostendisset, Comes à Diocletiano constitutus est, antequam
Christianus esse cognoscereetur. Cum autem eo tempore mater ē vita discessisset, maioris
cupidus

XXIII.
Aprilis.

cupidus dignitatis, maximam è diuitijs sibi relicta partem accepit, & ad Imperatorem profectus, est. Tunc aut vigelimum etatis annum impleuerat. Cum igitur primo statim die tantam in Christianos crudelitatem animaduertisset, & Senatufconsultum mutari non posset, oportunitum ad salutem tempus illud exultans, omnem pecuniam & vestem celeriter pauperibus distribuit, seruosq; presentes liberate donauit, deq; absentibus, quod sibi videbatur, constituit. Et tertio concilij die, quo Senatus decretum confirmandum erat, & Principum crudelitatis autorum sententiæ comprobandæ, aut refellendæ, ipse, omni formidine humana reiecta, & solum Dei timore in animo conseruans, hilari facie, & mente tranquilla, in medio cœlestis stetit, & ad hunc locutus est modum: Quousque tandem, ô Imperator, & Patres conscripti, & Quirites, bonis vti legibus soliti, furorẽ vestrum in Christianos augebitis, legesq; aduersum illos iniquas facietis, & homines innocentes persequemini? Et ad eam quæ vos, an vera sit, ignoratis religionem, eos qui veram dicere compelleret? Hæc idola non sunt Dei: non sunt, inquam, Dei. Nolite per errorem falli. Christus solus est Deus, idemq; solus Dominus in gloria Dei patris. Per ipsum facta sunt omnia, & spiritu sancto eius omnia reguntur, & conseruantur. Aut igitur vos item veram agnoscite religionem, aut certe illos qui illam colunt, nolite dementia vestra perturbare. His verbis attoniti, & inopinata dicendi libertate percussi, oculos ad imperatorem omnes conuerterunt, audituri, quidnam is ad ea responderet. Imperator autem, tanquam perfrictis tonitru auribus, iracundiæ impetum in se cohibens, Magnentio cuidam ex confidentibus amico, qui tunc erat Consul, annuit, vt Georgio responderet. Hic propius ad se illum accersens: Ecquis, inquit, tibi istius audaciæ, & magnæ in loquendo libertatis est autor? Veritas, inquit Georgius, Tunc Consul subiicit: Quid est veritas? Respondit Georgius: Christus ipse, quem vos persequimini. Ergo tu quoq; Magnentius inquit, Christianus es? Ego seruus sum Christi mei, respondit Georgius, eoq; consilius in medio vestrum vltro constiti, vt veritati testimonium exhiberem. His verbis populo concitato, & alijs alia dicentibus, incertus quidam rumor exaudiebatur, vt fieri in tanta multitudine consuevit. Tunc Diocletianus, silentio per præcones indidit, cum, defixis in sanctum iuuenem oculis, eum agnouisset, sic illum est allocutus: Et olim nobilitatem tuam admiratus, ætatemq; honore dignam existimans, te ad maiores prouexi dignitatis gradus, & nunc, quamuis ad perniciem abutaris dicendi facultate, tamè quia prudentiam, & fortitudinem tuam diligo, tibi quæ vitia sunt, consulo tanquam pater, hortorque te, ne rei militaris commoda deferas, neue ætatis florem contumacia tua cruciatibus subijcias, sed dijs sacrificans maiora à nobis expectes præmia, qui pietatem tuam remunerabimus. Sanctus autem Georgius respondit: Vtinam potius tu ipse, Imperator, per me verum Deum agnoscens ei sacrificium laudis ab ipso quaeritum offerres, præstantiori enim atq; immortalis te regno donaret. Siquidem illud, quo nunc potiris, cum sit caducum, & fragile, celeriter corrui, atque dilabitur. Quamobrem & ea quæ ex ipso proueniunt, cum sint fugacia, nihil possidentibus profunt. Itaq; nullus ex ijs meam in Deum meæ pietatem labefactare, nullum cruciatuum genus timorem illius ab animo meo excutere poterit, aut mortis formidinem iniicere. Hæc vir sanctus dum loquitur, Imperator totus ira percitus, nec permittens, vt faceret dicendi finem, satellitibus iubet, vt eum è Concilio hastis expulsus in carcerem conijciant. Celeriter illi faciunt imperata, sed cuspis, quæ viri sancti corpus attingit, instar plumbi, reflectitur, & os Martyris laudibus perlonat. In carcerem igitur deductum humi prosterunt, compedibusq; vinciunt, & eius pectori lapidem ingentem imponunt. Vtrunque enim Tyrannus imperauerat. At vir sanctus id patienter ferens Deo non destitit vsque ad sequentem diem gratias agere. Cum enim dies illuxisset rursus, eum Imperator ad questionem vocauit. Et cum videret illum lapidis pondere defatigatum: Respiciuitne, inquit, Georgi, an adhuc in errore permanes obstinatus? Cui grauius vir sanctus respondens: Ad eone, inquit, Imperator, ignauium me putas euasisse, vt tam paruo, ac puerili supplicio à religione deficerem, & pietatem abnegarem? Prius ipse torquedo defatigaberis, quam ego tortus. Ego te, inquit Diocletianus, supplicijs ita puerilibus afficiam, vt tibi celeriter vitam eripiant. Iubet igitur rotam prægrandem afferri mucronibus vndique præfixam, ad eamq; virum sanctum alligari, paratq; in ea gladijs dilacerari. Pēdebat in aère rota, inferius aut aderant tabulæ, in quibus densissima erant spicula præfixa gladijs similia, partim rectas habentia cuspides, partim adunca ad hamorum similitudinem, partim cultros corarios imiticia. Cum igitur rota per gyrum tabulis appropinquaret, & vir sanctus, tãquam agnus, tenuioribus loris, & funiculis ita constrictis, vt intra carnem absconditi inhaerent, vincus esset, & per gladios, volente rota, transire cogeret, acutissima eorum acie corpus exceptum dilaniabatur, & scorpij more cõtortu dissecabatur. Hoc ille supplicij genus strenue perferens, primùm quidè magna voce precabatur, deinde secũ ipse tacite gratias agebat Deo, nec suspirium quidem vllum edebat. Mox bonum temporis spatium, tanquam dormiens conqueuit,

conqueuit. Diocletianus igitur eum mortuum existimans, lætus, deosq; collaudans, Vbi est, inquit, Deus tuus Georgi? Cur te ex hoc ludicro supplicio non liberauit? Cum aut iussisset eum ab illa machina solui, ipse ad sacrificandum Apollini profectus est. Cæterum, magna nube statim exorta, & maximo tonitru erumpente, vox desuper emissa est, quã multi exaudierunt ita differenter: Ne timeas, Georgi, tecum enim sum. Paulò post aurem, qualis nunquam antea, serenitas successit, & vir candidis vestimentis indutus rotæ assistere visus est, qui facie coruscanti manum Martyri porrexit, & ipsum complexus saluere iussit. Nemo aut audebat ad eum propius accedere, neque ex illis, qui illum asseruabant, neque ex ijs qui missi fuerant vt ipsum à rota soluerent, quoad is qui apparuerat, ex eorũ conspectu discessit. Tunc à machina solutus visus est sanctus martyr, & præter omnium expectatione incolumis conficit, & Deo gratias agebat, ac Dominum inuocabat. His perspectis, milites ingenti stupore correpti, rem Imperatori adhuc in templo sacrificanti denunciant, sancto etiam Georgio coram constituto. Quem cum aspiceret Imperator, primùm quidem ita se rem habere nõ credebatur, & illum Georgiũ negabat esse, sed alium ei similem esse dicebat, aut eius certè simulachrum, quod spectatores deluderet. Verùm cum accuratius illum contemplantes, qui assisterant, agnouissent, & Martyr ipse se Georgium esse diceret, obmutuerunt. Porrò ex altantibus duo dignitate prætoria decorati, quorũ vnus Anatholius, alter Protolo vocabatur, cum antea in Christi religione essent initiati, re admirabili cõspecta, plenam fidem conceperunt, & sublata voce dixerunt: Vnus est Deus magnus, & verus Christianorum, Hos igitur cõfessim Imperator extra ciuitatem duci, atque indicta causa iubet obtruncari. Multi præterea ad Dominum se conuerterunt in se ipsis fidem continentes, qui liberè loqui non audebant. Sed & Imperatrix Alexandria veritatem agnouit, quam liberè loqui incipientem Consul abduxit, ac priusquam de illa rem intelligeret Imperator, domum dimisit. Hæc Diocletianus indignè ferens, cum ratione nihil agere posset, iussit sanctum virum statim in foueam calcis recens extinctæ coniectum, in tertium vsque diem asseruari, ne qua ex parte excogitari auxilium posset. Cum igitur vincus ad eiusmodi supplicium ducceretur, magna voce sic precabatur: O conseruator afflictorum, ô præsidium eorum qui persecutione vexantur, ô spes illorum, de quibus nulla est spes, Domine Deus meus, exaudi preces serui tui, & aspice me, ac miserere mei. Libera me, Domine, ab insidijs aduersarij, & concede mihi, vt ad finem vsque nominis tui confessionem immutabilem conseruem. Ne derelinquas me, Domine, propter iniquitatem meam, nequando dicant inimici mei: Vbi est Deus eius? Ostende potentiam tuam, & nomen tuum illustra in me inuiti seruo tuo. Mitte Angelum tuum indignitatis meæ custodem, qui Babylone fornacem in rorem commutasti, & sanctos pueros tuos incolumes cõseruasti, quoniam benedictus es in secula. Amen.

His dictis, ac toto corpore signo Crucis munito, in foueam gaudens & laudans Deum ingressus est. Ministri aut, qui missi fuerant, obitus, vt iussu fuerant, peractis, reuerſi sunt. Diocletianus vero cum tertius adesset dies, accersitis quibusdam è militibus dixit: Infelicitus illius Georgij, quem propter eius peruersitatem, & contumaciã in calcis foueam coniecisti, ne monumentum quidè volo sectatoribus eius extare, ne dũ ab illis colitur, gloriosã insanie captiuitate in perniciem tuant. Itæ igitur, & si quid ex miseris illius oculis adhuc reliquũ est, desopiditate in perniciem abolete. Hæc milites mandata cum accepissent, quanta potuerunt celeritate profecti sunt, sequente magna populi multitudine, vt quid factũ, futurum uè esset, perspicere. Expurgata igitur calce, intus repertus est vir sanctus, habitu splendido, tanquam conuiuio veniret, qui, manibus in cœlũ sublatis, Deo pro vniuersis eius beneficijs gratias agebat. Egresso aut illo, & nullũ læsi corporis signũ circumferente, tam admirabili spectaculo, qui conuenerat, obstupentes, vno oẽs ore Georgij Deũ collaudabãt, & magnũ esse dicebant. Interea dum morãt milites, ac tempus terunt, rumor ad Diocletianum peruenit. Qui cum sanctũ Georgium statim accersisset, stupore attonitus, sic eum est allocutus: Aperi nobis, Georgi, vnde tibi hæc adsint, & quibus abs te artibus fiant. Arbitror enim te ad magicæ artiæ ostentationem Crucifixi religionem simulare, vt præstigijs ad stuporem omnes adducas, & te magnum ostendas, ac Deũ tuum quisquis est, deorũ omnium præstantissimum prædices. Ego quidem, respondit vir sanctus, existimabam, Imperator, ne os quidem posse vos aperiri in eius Dei contemptum, qui nulla in re non potens est, & ex huiusmodi angustijs in se sperantes liberat. Verùm quando in tam profundum erroris baratrum, vrgente diabolo, decidistis, vt ne illa quidem, quæ vestris oculis cernitis, miracula credatis, sed præstigijs appellatis, vestram equidem cæcitatẽ deploro, ac miseros censeo, sed indignos tamen, quibus respondeam, puro. Nunc, inquit Diocletianus, cognoscam, an nobis cernentibus, res facias admirabiles, & nos, quibus respondeas, indignos putes. Sed vel inuitus habebis, qui medeatur tibi. Tunc iubet ferreas crepidas afferri oblongis clauis præfixas, easq; in cõspectu accelas, at densq; in

Nota, Tota eorũ
pore sig: o crucis
munito, in foueam
ingressus est.

Sanctus, quando
in cœlum iubeo
latis, Deo gratias
agebat.

in
vtrunque

vrunque ipsius pedem induci, ipsumque vapulante usque ad carcerem trahi. Irridensque dicebat: Quam velox cursor es Georgi? At martyr, cum tam acerbe traheretur, & vapularet, secum ipse exultabat: Curre, inquit, Georgi, ut apprehendas: Sic enim curris, ut non in callum. Deinde Deum suum inuocans dicebat: Respice de caelo Domine, & vide laborem meum, & audi gemitum compediti serui tui: quoniam multiplicati sunt inimici mei, & odium ini quo odere me propter nomen tuum, Sed tu ipse sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea: & da mihi patientiam usque in finem: ne quando dicat inimicus meus: Praeualui aduersus eum. Ita precabatur, dum ad custodiam, in quam coniectus fuit, perueniret, afflictus ex vulneribus, quae ardentem crepidarum clauis pedibus eius inusserant. Cum autem totum illum diem ac noctem quae subsoluta est, Deo gratias agens transisset, postmodum accitus in conspectu astitit Imperatoris, qui iuxta publicum theatrum sedebat. Aderat & Senatus vniuersus. Sanctum igitur virum Imperator conspicatus ita reseruit incedentem, ut si ex crepidarum molestia nihil acciperet impedimenti, magna cum admiratione: Quid est, inquit, Georgi? Num ad voluptatem, & gratiam crepidarum tibi reperta sunt? Sanè quidem, sanctus Georgius respondit, Imperator tunc ait Diocletianus: Audacia deposita, modeste obtempera: & magicis artibus reiectis accede, ac dijs propitijs sacrificia: alioquin multis alijs cruciatibus affictus, hac dulci vita tandem spoliaberis. Quam stulti, Georgius inquit, videmini, qui Dei mei potentiae praestigiarum nomen imponatis, eiusque praesidia magicis artibus comparantes, ludicras damonum, qui à vobis coluntur, fallacias tam impudenter iactetis. Acri voce, trucique aspectu Diocletianus Martyris orationem interpellans, astantibus imperauit, ut os eius caderent: Sic, inquit, doceatur, Imperatores non esse contumeliosos afficiendos. Deinde iussit, ut neruis bubulis tandem vapularet, dum caro eius cum sanguine terrae agglutineretur. Cum autem sanctus martyr ita crudeliter excruciat, nihil hilaritatem vultus immutaret, Imperator admiratione plenus, ad eos qui proximè aderant conuersus: Equidem, inquit, haec non virtutis, & fortitudinis: sed magicæ artis opera dixerim, Magneus autem ad eum ait: Est hoc in loco, Imperator, vir quidam magicæ artis peritissimus, quem si iusseris accessit, Georgius celeriter victus oraculis tuis succumber. Statim igitur accessit Magus astitit coram Imperatore. Ad quem Diocletianus: Quæ, inquit, homo iste nefarius egerit, praesentes omnes scitu: quomodo autem illa perfecit, vestrum tantum est intelligere. Aut igitur praestigijs eius dissolutis, modestum, & temperantem hunc nobis redde, aut magicis medicamentis ex hac vita celeriter extrude, ut proprijs tandem artibus captus debitam mortem experiatur. Id enim cum iam statuissem, viuere tamen adhuc permisi. Athanasio autem (hoc enim illi Magus nomen erat) omnia se facturum prostridie promittente, Imperator virum sanctum in vinculis custodiri iubens, è tribunali descendit. Ipse verò custodiam rursus ingressus, Deum vocabat, dicens: Admirabilis sit misericordia tua Domine, super me: & dirige gressus meos ad confessionem tuam: & perice cursum meum in fide tua, ut in omnibus laudet nomen tuum. Postera autem die, cum Diocletianus in altiori loco pro tribunali sederet, Magum adesse iussit. Ille autem praesto fuit, prudentium grauitatem praese ferens: & medicamenta quaedam in testaceis vasculis ostendens, ait Imperatori: Adducatur nunc reus, & sentiet omnino, dijs coadiuuantibus, medicamentorum meorum vires. Si enim insanum hunc vis in omnibus, quæ iubens, dicto audientem efficere, hæc sibi beat potione. Et pariter proferebat vnum medicamentum vasculum. Sin apud tribunal tuum amaram huius mortem mauius videre, hoc bibat: Et paruum alterum vasculum demonstrabat. E vestigio sanctum Georgium adduci iubet Imperator, & astanti ipsi: Iam iam, inquit, Georgi, magicæ artes tuæ aut omnino dissoluentur, aut desinent. Ac iubet ipsum per vim sumere paratum pharmacum. Ille autem hauriens ipsum intrepidè, nihil ex illo sensit incommodi. Denique nulla rei nouitate secuta, gaudens altabat, demonum fraude illusa. At Imperator insanens alteram quoque ipsi potione iussit dari, atque ut biberet cogi. Diuus autem Georgius, vi non expectata, ac torbens, eodem modo in columis auxilio diuino, & gratia seruatus est. Obstupuit autem Imperator pariter cum toto Senatu: sed & ipse Athanasius spectaculo rei. Ac non multò post dixit martyri: Quousque tandem nos factis tuis ad stuporem adducis? Quamdiu nobis verum non fateris, qua scilicet ratione, quæ tibi admota sunt tormenta, contempleris: & medicamentorum, quæ in manibus sunt, iniuriam effugeris? Agedum pande nobis omnia clementer auditis. Tunc beatus Georgius respondebat: Ne nos existimes Imperator, humanis seruari consilijs, sed Christi inuocatione, eiusque potentia: quibus etiam freti, cruciatu nihil facimus, iuxta arcanam illius disciplinam. Diocletianus autem: Quænam est, inquit, ista Christi tui disciplina? Diuus Georgius respondit: Cum prouideret vestram in peius diligentiam, suos ille domesticos confirmans instituit: ne timerent eos qui corpus occidunt, & superuacanea ne curaret: Capillus, inquit, de capite vestro non peribit: et quousque mortiferum quid biberitis, vobis non nocebit. Denique auscultans,

Imperator

Imperator: hæc est vera eius promissio, ut breuiter declarem: Qui in me crediderit, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Diocletianus: Quæ autem, inquit, vos opera eius esse dicitis? Diuus Georgius respondit: Cæcos illuminare, leprosos curare, claudos dirigere, surdis aures aperire, spiritus eicere, mortuos in vitam reuocare, atque his similia. Conuersus ad Athanasium Imperator: Tu, inquit, quid dicis ad hæc? Respondit Athanasius: Miror quomodo hic mansuetudinem tuam mendacis refellens, fallere imperium tuum sibi posse persuadeat. Nam multa quidem beneficia à dijs immortalibus quotidie consequimur, & ipsorum bonitate multis bonis fruimur: sed mortuos ad vitam reuocari hoc tempore nequaquam vidimus. Hic autem mortali fidens homini, & crucifixum Deum colens: maximorum signorum impudenter ipse testis est. Verum quando coram nobis omnibus fatetur Deum suum talia fecisse, & veram eius promissionem experiri sperantes in eum, ac quæcunque ipse fecerit, eos quoque facturos, mortuum ipse excitet coram te, & tunc nos quoque illius Deum, ut magni potentem, venerabimur. Ecce igitur mortuus in arca ex aduerso posita, quem ego noueram, paulò ante sepultus est. Hunc si Georgius excitauerit, reuera vicerit. Admiratus Imperator consilium Athanasij, ut id tentaret, annuit. Erat autem arca magna è regione stans tribunalis, dimidij stadij interuallo. Tunc Magnentius assistens Imperatori petiit, diuum Georgium, quibus astringebatur, vinculis relaxari: & ad ipsum: Nunc, inquit, Dei tui mirabilia opera ostende, & nos cunctos ipsi per fidem conciliabis. Sanctus Georgius: Consul mi, inquit, Deus qui de nihilo creauit omnia, nec impotens est per me mortuum hunc suscitare. Sed mentibus vestris per errorem deceptis, quid verum sit, intelligere non potestis. Tamen propter astantem populum, id quod tentandi gratia petitis, per me Deus efficiet, ne hoc quoque magicæ adscribatis. Ecce enim in vestro omnium conspectu Magus quem adduxistis, nec incantatione vlla, nec cuiusquam deorum vestrorum potentia hoc fieri posse, verè confessus est. Sub oculis igitur, & auribus omnium vestrum circumstantium Deum meum inuoco. Cum hoc dixisset, genibus flexis, propemodum lachrymans Deum rogabat: & surgens voce magna sic precatus est. O æterne Deus, Deus misericordiae, Deus omnium virium, atque omnia potens, qui spes in te sperantium non confundis, Domine I E S V. Christe, exaudi me miserum seruum tuum in hora hac, qui sanctos Apostolos tuos in omni loco, & in omnibus prodigijs & signis exaudisti: Et da huic generationi malè signum ab ea petiti: & suscita mortuum in vna positum, in confusionem non colentium te in gloriam tuam, & Patris, & Spiritus sancti. Obsecro Domine, demonstras qui circumstant, te esse Deum solum altissimum super vniuersam terram, & ipsi cognoscant te esse Dominum potentem, & tuo nutu omnia subiacere, & tuam esse gloriam in æternum, A M E N. Et Amen ab eo prolato, sonus factus est magnus, adeo ut contremuerint omnes. Tum resecto loculo, atque humi tegumento lapsus, resurgens mortuus, cunctis videntibus, de vna exiit.

Statim igitur exorto populi tumultu, plerisque plaudentibus, & Christum summum Deum extollentibus, Imperator, eiusque familiares obtupescentes, & crudelitatis pleni, primum quidem adhuc Magum esse Georgium dicebant, & spiritum introducere in fraudem spectatorum. Ut verò eum qui à mortuis resurrexerat, hominem verè agnouerunt Christum inuocantem, accurrentemque ad diuum Georgium, atque ipsi adhærentem, praesens consilij inopes obmutuerunt. Athanasius autem accurrens ad sancti pedes prociuit, Christum clara voce vocans Deum omnipotentem, ac martyrem obsecrans pro se ipso, ut sibi eorum quæ per ignorantiam commisset, veniam deprecaretur. At longo post temporis spatio Diocletianus silentium populo indicens, ita locutus est. Videtis fraudem viri? Cernitis horum malitiam praestigatorum? Pessimus hic Athanasius sui simillimo, & eiusdem artis studio occultè fauens, pharmaca quæ nobis pollicitus est, non propinavit, sed potius incantamentorum vim habentia, ad nos ipsos decipiendos. Quocirca Georgius illis offensus minimè est: quin potius impudentior factus, mortuum se suscitaturum pollicitus est: quem ipsi hæc mortis specie defunctum, ad prauum consilij sui exitum excitare sinxerunt.

His dictis, Tyrannus illic Athanasium iubet vna cum eo qui reuixerat, indicta causa, securibus caedi, vt qui clara voce Christum Deum solum predicassent: sanctum verò martyrem Georgium carceri inclusum in vinculis esse, donec à muneribus publicis vacans, quid de illo faciendum sit, delibaret. Hisque constitutis, in regiam se recepit. Sanctus autem Georgius carcerem ingressus spiritu exultabat, & gratiarum actione Deum prosequatur: Gloria, inquit, tibi Domine, qui non confundis sperantes in te. Gratias tibi ago, quod mihi adiutor vbiq; extitisti, quod maioribus me quotidie beneficiis afficis, & indignitatem meam exornas. Dignum me fac, Deus, Deus meus, qui celeriter videam gloriam tuam, diabolo tandem confuso. Dum autem ipse esset in carcere, quicumque Christi fidem imberant, propter ea quæ peracta erant, ad ipsum profecti, & tradita custodibus pecunia,

ad eius

Orat sanctus flexis genibus.

ad eius procidebant pedes, & apud eum manebant, ex quibus multi etiam aegrotantes per Christi lignum & nomen, ab eo curati sunt. Inter quos etiam vir quidam, Glycerius nominis, priuata fortuna, arane, altero ex bobus (vt saepe contingit) humi collapsus & abiectus, & tunc non exspirante: posteaquam de sancti viri fama à quibusdam didicit, currens in carcerem, bouis lacturam deplorabat. Tandem aridens huic sanctus Georgius: Abi, inquit, lætus: Christus enim meus domum tuam ad vitam reuocauit. Ille autem verbis credens, & currens inuenit, sicut dixerat ei vir sanctus. Mox verò ne paululum quidem moratus, reuersus est, & ad Martyrem accurrens, per ciuitatem voce magna clamat: Magnus est cerè Deus Christianorum. Comprehendentes igitur ipsum milites quidam, qui ipsi fortè occurrerant, per factiles rem Imperatori nunciauere. Is autem furore plenus, & ne ipsum quidem aspiciens, nec dignum quem interrogaret, existimans, gladio obruncari extra urbem iussit. Hic ergo Glycerius gaudens, & tanquam ad conuiuium aliquod vocatus, currebat ante milites, à quibus dacebatur, & magna voce Dominum inuocabat, orans, vt martirium sibi Baptismatis loco poneretur: atque ita vitam finiuit.

Tunc quidam è Senatoribus apud Imperatorem sanctum Georgium accusabant, quòd in carcere sedens fama populum commoueret, multosque à diis abducens ostentis magicis Deo adiungeret crucifixo. Itaque ad quaestionem rursus ducendum videri: & si resipisceret, absolendum: sin in eadem permaneret insaniam, è vita tollendum. Imperator igitur adhibito in consilium Magnentio, iussit eundem diem postertum iuxta Apollinis templum tribunal sibi parari, vt publice de Sancto quaestionem haberet. Nocte autem illa orans martyr in carcere, ac paulum obdormiscens, vidit in fomnis Dominum propria manu se subleuantem, & amplectentem: & corona capiti suo imposita, dicentem: Ne time, sed bono animo esto. Ecce enim iam dignus factus es, qui mecum regnes. Ne igitur tardaueris, sed properè ad me veniens paratis frueri. Expectetis autem, & gratias Deo alacrius agens, carceris custodem ad se vocauit, ipsumque rogabat: Hoc, inquit, vnum abs te frater, peto concede, vt puer meus ad me ingrediatur: habeo enim ipsi quod dicam. Annuente autem custode, ingressus est puer, qui extra carcerem expectabat: & Dominum suum in vinculis veneratus, flens humi iacebat. Sed Sanctus illum erigens lachrymantem, vt bono animo esset, hortatus est, visaque nunciauit: Celeriter, inquit, mi fili, Dominus meus vocabit. Postquam igitur ex hac vita migrauero, accepto hoc meo misero corpore, quemadmodum ante discessum meum statui, itineris tui duce Domino domum: quam habitare soliti sumus, prope Palastinam, contende: omnibusque peractis, quæ ibi præscripta sunt, Dei timorem habeto, à Christi fide non deficiens. Illo verò promittente non sine magna vi lachrymarum, se, Deo adiuvante, studiosè omnia curaturum, vir sanctus illum amplexatus dimisit.

Atque postero die sedens Diocletianus in tribunali sibi parato, in ipso Solis ortu martyrem ad se venire iussit, iramque compescens, cœpit omni cum mansuetudine sic eum alloqui: Nomen tibi videor, Georgi, maxima humanitate, & animo plenus esse, qui erga te tam mitis sum? Nam mihi dii omnes testes sunt, vt me valde tuæ tædet adolescentiæ, tum propter florem pulchritudinis tuæ, tum propter prudentiæ grauitatem, animique constantiam. Ac volebam quidem, si resipuisses, vt mecum pariter habitares, & secundas à nobis obtineres. Dic igitur nobis ad hæc tu quoque quid sentias. Sanctus Georgius: Oportebat, inquit, Imperator, hoc tu erga nos studio declarato, non tam multa in nos per iracundiam mala facere. Hæc ille verba libenter audiens, subiicit: Si velles mihi, vt patri, amanter obsequi, omnes istos quos pertulisti, cruciatu maximo honoribus compensarem. Sanctus Georgius: Si vis, inquit, post hæc in templum ingrediamur, deos qui à vobis coluntur, aspecturi. Illic igitur Imperator exurgens magna cum lætitia, Senatui, & omni populo per præconem edicit, vt in templum eant. Simul verò extollebat populus Imperatorem, & diis suis victoriam, dum iter in templum faceret, ascribebat. Vbi verò omnes ingressi sunt, indicto silentio, & sacrificio iam parato, intuebantur omnes Martyrem, sperantes proculdubio ipsum sacrificaturum. Ipse autem ad Apollinis statuam accedens, extensa manu: Ecquid, inquit, à me sacrificium vis suscipere, vt Deus? Atque eodem tempore lignum crucis expressit, Daemon verò statuam inhabitans, huiusmodi vocem emisit: Non sum Deus, non sum, sed neque mei similitum quisquam. Vnus est Deus solus, quem prædicas. Nos autem ex Angelis ipsi ministrantibus Apostata facti, ob inuidiam homines decipimus. Tum sanctus respondit: Quo pacto igitur hic manere auderis, me cultore veri Dei præsentem? Atque hoc dicto, sonus quidam, ac fremitus luctu similis ex statuæ emittebatur. Omnes autem simul ad terram lapsæ contritæ sunt. Tunc conuersi quidam de populo, tanquam furore concitati, sacerdotibus incantantibus, corruptum sanctum virum vinculis constrinxerunt, atque inter verberandum clamabant dicentes: Tollè Magum hunc Imperator, tollè, antequam nostra nobis ingrata sit vita.

Hoc

Hoc igitur tumultu concitato, & fama per urbem breui discurrente, Imperatrix Alexandra, cum fidem Christi occultè apud se habere amplius non posset, celeriter prodiit: & cum populi tumultum, & sanctum Georgium procul vinctum cereret, nec ad eum præ turba posset accedere, clamans dicebat: Deus Georgij, adiuua me, quoniam tu es Deus solus omnipotens. Sedato autem populi tumultu, Diocletianus sisti coram se virum sanctum iussit: & infontentis similis ad ipsum: Tales, inquit, benignitati meæ gratias rependis, sed dissimum caput? Sic Diis sacrificare solitus es? Cui sanctus Georgius: Itaque planè sacrificare didici, Imperator infans, & sic deos tuos colere noui. Erubescere in futurum diis talibus acceptam referre salutem tuam, qui ne sibi ipsis quidem adferre opem possunt, neque seruorum Christi præsentia valent sustinere. Dum verò hæc diceret sanctus, ecce Imperatrix quoque in medium procedens, eundem, quem antea coram Imperatore sermonem habebat: & ad pedes viri sancti procumbens, Tyranni dementia conspicuebat, maledictis deos lacerans, eorumque cultores detestans. Imperator autem ad eam: Quid tibi, inquit, Alexandra, quòd huic Mago & incantatori adhærens, impudenter à diis recessisti? Illa verò acriter eum repellens, ne dignum quidè censuit responsione. Impius igitur Diocletianus furore repletus de Sancto nihil amplius quaesivit, sed ab eo irritatus: & dum sacrificium sperat, subuersos ab eo deos suos videns: adhæc imperatricis mutationem animaduertens, atque illius causa iracundior factus, huiusmodi sententiam contra Martyrem, & nobilissimam tulit Imperatricem. Pessimus Georgium Galilæum sese dicentem, & qui tum deos, tum me ipsum conuictis multis affectis: deinde qui contra illos arte sua magica usus est, cum Alexandra Imperatrice veneficiis eius corrupta, & pari dementia in deos ipsa quoque maledicta coniciente, gladio obruncari iubeo. Statim igitur ij quibus hoc demandatum erat, Sanctum corripientes, vinctum extra ciuitatem ducebant. Tracta pariter cum eo nobilissima est Imperatrix: quæ, dum adduceretur, alacri animo orabat, labra mouens, & oculos in cælum frequentissimè intendens. At vbi ad locum quendam venit, vt consisteret, petiuit. Iisque qui trahebant concedentibus, super vestè sedens, & caput in genua reclinans, spiritum Deo reddidit. Huius rei causa martyr Christi Georgius Deum extollens, ipsique gratias agens, multa cum alacritate incedebat, orans, vt suus quoque cursus rectè perficeretur: & postquam ad præfinitum locum appropinquauit, clara sic voce precatus est. Benedictus es Domine Deus meus, quoniam dentibus quaerentiū me lacerandū non permisisti, nec inimicos meos super me lectos esse passus es: & quoniam libera animam meam, vt passerem de laqueo venantium: Nunc item exaudi me Domine, & mihi assiste seruo tuo in hac vltima hora mea: & libera animam meam ab iniquitate aerei hostis maximi, & spirituum eius: & ea quæ isti in me per ignorantiam peccauerunt, ne veras crimini, sed veniam tuam & amorem tuum illis concede, vt & ipsis contingat pars in regno tuo cum electis tuis. Suscipe etiam animam meam cum iis qui à seculo placiti sunt tibi, obliuiscens omnium, quæ tam scienter, quam inscienter commisi. Recordare Domine, inuocantium magnificum nomen tuum, quoniam benedictus es, & gloriosus in secula. Amen. Hæc deprecatus, & cum gaudio collum proferens, beato capite truncatus est vigesimo tercio die Aprilis, egregiam confessionem perficiens, cursum consummans, fidem seruans impollutam. Vnde etiam coronam iustitiæ repositam habet. Hæc sunt maximorum certaminum strenui victoris trophæa. Hæc sunt contra inimicos eius præclara facinora, & prælia gloriosa. Qui sic certauerit, incorrupta, atque æterna corona donabitur. Cuius precibus vitam nos quoque partem iustorum assequamur, colloce murque ad dexteram Domini nostri IESV Christi. Cui gloria, honor, & adoratio in secula seculorum.

A M E N.

ALOYSIUS LIPOMANVS EPI-

scopus Veronensis Pio Lectori.



E mireris, amantissime Lector, si aliorū tibi magni martyris Georgij vitā paulò post primam legendam offerimus. Illam enim ex Veneta à Metaphraste, hanc verò ex Cryptæ Ferratæ bibliotheca à Pasistrate eiusdè beati martyris seruo scriptā habuimus. Quæ licet in paucis quibusdā dissimiles videantur, ea tamen dissimilitudo non in re, sed in ordine potius consistere videtur. Ea verò quæ vnus tacuit, alter suppleuit. Vtraque igitur cum sequente encomio legenti, iucunda erit, cum in sancti huius martyris gestis enarrandis plurimū conueniāt. Fecimus hoc eò libentius, quòd apud Latinos nostros de gloriosissimo & celeberrimo

sc. Petri, vt sancti precibus partē in a forū assequamur, colloce murque ad dexteram Domini nostri Iesu Christi

sc. Martyr signi crucis expressit, et demon statū in habitas veritas em omnibus est, non esse se vnum.

berri mo martyre nihil, quod fide dignum esset, legebatur, cum constet inter apocryphas scripturas connumerari passionem sancti Georgij martyris, quæ olim à sanctissimo Gelasio Papa reprobata est. Ne quis autem putet hanc historiam, quam nos in lucem proferimus à duobus iam dictis autoribus contextam, eandem esse quæ ipsè beatissimus Gelasius reprobauit, sciat ipsam Orientalis Ecclesiæ testimonio confirmari, in qua singulis annis recitatur in cõpendium redacta. Itaque posthac habebis, quod in martyris inuicti solenniis antimum tuum abundè oblectare possis. Vale, & sancti huius patrocinii te summo perè commenda. Mira enim sibi ex intimo corde additis beneficia præstitit, & in posterum præstabit.

MARTYRIUM SANCTI ET MAGNI

Martyris Georgij, à Pasirate eius seruo scriptum.

Apud Simconem Metaphrasten.

XXIII.
April.



NOSTRI quidem Saluatoris Iesu Christi regnum cum æternum sit, neque aliquod temporis principium habuit, neque vllum vnquam finem habebit. Eius verò omni ex parte laudandus & celebrandus aduentus, quo tempore Dei filius ex Maria virgine carnem sumpfit, & homo factus præsens in terris fuit, per totum orbem terrarum effulsit, Apostolorum doctrina & prædicatione his nunciatus, qui meruerunt, vt in sanctorum hominum sorte numerarentur. Quæ res & mirabilis fuit, & naturam omnem ac sapientiam superauit. Multis autem incredibilis viâ est propter admirabilem, & quæ hominum opinionem superabat, eius rei magnitudinem. Incredibile, inquam, id visum est illis, qui errori seruiebant. Quamobrem omnes qui terrena & falsa huius mundi gloria detenti erant, diuinæ prouidentie mysterium, ignominiam, & nugas quasdam existimabant: sanctaque illa Dei hominis facti, & salutaris eius regni prædicatione, à Iudæis quidem scandalum, à gentibus verò stulticia putabatur. Et tamen nihilominus Deo ipsi placuit, per multam & admirabilem seruatorum suorum tolerantiam humanum genus ad veram ac salutarem religionem conuertere. Accidit autem, vt tempore illo, quo Sathanæ ipsius superstitione, & idolorum seruitus in hominibus dominabatur: Diocletianus Romanorum imperio potiretur, qui pestis profecto quædam fuit, & contra Christi gregem fera valde agrestis, inanium idolorum errori nimium addictus. Erat illi amicus quidam, qui sentiebat idem quod ille, & impietate mirum in modum exellebat: huic nomen erat Magnentius, qui secundas in imperio tenebat, & aduersus Christianos insaniam quædam efferebat, colendorumque idolorum impietate nimia efferebatur. Vnâ igitur consultarunt, quidnam fieri oporteret ad Christianorum culturam omnino de medio tollendam, & ad omnes homines deorum suorum cultui subiiciendos. Erant enim idolorum errori, quo animæ ipsæ perdebantur, valde inhiantes. Apollini præsertim perdendorum hominum duci. Cum igitur simul consultaissent, edicta scripserunt Diocletiani Imperatoris nomine ad omnium Prouinciarum, ac regionum Præsides, Tribunos, & qui magistratu aliquoungebantur. Literarum autem forma hæc erat: Diocletianus Maximus, semper Augustus, æternus Imperator, omnibus per omnem Prouinciam, ac Romanorum ditionem Ducibus, Præsilibus, ac magistratu aliquo fungentibus salutem. Quoniam ad diuinas nostras aures fama quædam peruenit, quæ non mediocriter nos perturbauit, hæresim quandam valde impiam eorum quæ Christiani dicuntur, vigere cœpisse, quippe qui Iesum, quem Maria quædam Iudaica femina peperit, vt Deum colunt: Apollinem verò magnum illum Deum, Mercurium, Dionysium, Herculem, ac Iouem ipsum, per quos nostræ Reipublicæ pax data est, contumeliosos maledictis insectantur, venerantes, vt Deum, Christum illum, quem Iudæi, tanquam maleficum, in cruce suffixerunt: hac de causa edicimus, vt omnes Christiani, tam viri quam mulieres per omnes vrbes ac regiones supplicii acerbissimis subiiciantur: nisi diis nostris immolare, & errore illum suum abicere voluerint. Et si quidem paruerint, veniam illis dari volumus: sin minus, gladio percuti, & morte pessima puniri. Illud autem scitote, si hæc diuina nostra edicta neglexeritis, easdem, quas & illi dabunt, pœnas vos daturus. His literis per omnem vrbes, ac regionem propolitis, & persecutione magna contra Christi gregem erumpente, ita vt multi ex iis qui valde insignes erant, post plurimos cruciatus animo remissione facti sint: Diocletianus ipse magis magisque insaniam, omnem Senatuum ad se conuocauit, omnesque magistratus, & militares tribunos: qui cum eodem conuenissent, rursus consultabat, quomodo ex imperio suo Christianorum genus omnino delere possit. Cum verò tam ij qui vnâ sederunt, quàm qui assiderent Imperatori, metu detenti se id prompto animo facturos dixissent, quod in mentem illi veniret, Diocletianus hæc habuit oratione.

Mihi

Mihi quidem, charissimi auditores, nihil nostra in deos pietate videtur præstabilius. Nam & imperium ipsum nobis, & hominibus omnibus salus ab illis data est. Iustum igitur censemus deos ipsos perpetuis sacrificiis compensandos: eos verò Christianos, qui adhuc extant, & deos nostros contemnunt, omnium generum cruciatibus, tam diu subiiciendos, quoad istorum impia superstitione dissoluatur, & mortis genere turpissimo extingatur. Itaque ad hæc ipsa omnes vna voce responderunt: Nos, maxime, inuictissimeque Imperator, vestræ diuinitatis in omnibus prouidentiam amplectimur, & immortales deos honorari volumus, quemadmodum & vestrum imperium iubet. Si quis verò posthac extiterit, qui vel cogitatione ipsa Christum nominet, omnium generum morti subiiciatur. Cum impius ille Tyrannorum Senatus ad hunc nefarium & peruersum modum decreuisset, & eiusmodi edicta proposuisset, omniumque generum tormenta contra Christianos homines cogitasset, & multi Christianorum inimici diligenter inquirerent (quippe quod aptissimum tempus sibi oblatum viderent) si quem Christianum inuenire possent: eo tempore, vt in obscura nocte stella quadam clara, & splendida effulsit pretiosa illa Christi margarita, Georgius, qui fuit meus Dominus, & Christi miles. Ille multorum deorum errorem, & idolorum superstitionem, velut nubem quandam, exterminauit: & perfecta, cœlestique mente salutaris prædicationis diem proprio certamine omnibus ea re dignis illustrem ostendit. Qui fœdissimi Imperatoris Diocletiani minas nihil metuens, non tam multorum Principum, qui cum illo erant, furorem, non exercitum, non denique propolita tormenta aliquo modo cogitans: sed in ea omnia quæ verè terribilia sunt, intentum animū habens, religioso cordis sensu hæc secum dicebat: Quid cessas Georgi, cum Deus ipse eos inuitet, qui ad eius nuptias ire volunt? Patefactus est thalamus nuptialis, cœna parata est, quid cessas intrare priusquam ianuam claudatur? Præsto est nunc Iesus, qui crucem propter nos sustinuit. Clamat ille: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam verò non possunt occidere. Recordare Georgi, Euangelica illa documenta, & verum illud Domini promissum: Qui confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo, qui in cœlis est. Vita huius breuem vmbra, ac citò prætereuntem æternæ illi vitæ ne præferas, neque vanam mundi gloriam cœlesti spei anteponas: quoniam omnis gloria hominis est tanquam flos agri. Paulisper sustine, & cum Angelis perpetuò exultabis. Hæc cum secum ipse vocem non elata, sed tam clara quæ auditri poterat, collocutus esset, & consilio valde bono cogitationem suam confirmasset, non solum Tyrannorum minas non extimuit, sed etiam veritatem ipsam verbis, ac factis prædicauit, & propolitam tormentorum multitudinem irridens, suis certaminibus maximam sanctissimæ Christi Ecclesiæ doctrinam, & pulcherrima reliquit monumenta. Erat sanctus hic Christi martyr Georgius genere Cappadox, nobilis moribus, ac facultatibus valde illustris, diuina quadam prudentia ornatus, atque tribunalibus plurimis functus. Aderat autem tunc ille vnâ cum exercitu Imperatori. Cum igitur tantam insaniam ab idolorum seruis aduersus Christum exerceri vidisset, celeriter pecunias & facultatem omnem suam pauperibus distribuit. Cumque se athletarum more, ad stadium subeundum exuisset, & in medio regij tribunalis, Senatusque & omnium militum illic sedentium, eorumque qui magistratu aliquo præditi assidebant, præsentis animo stetit, alta voce: Christianus, inquit, ô Imperator, ego sum, qui fretus vero & cœlesti Deo, ac Rege Christo, in medio vestrum stare non sum veritus. Miror autem tanto in istis idolis colendis errore vos detineri, & æternum ac viuentem Deum ignorare, qui omnium opifex est, & tibi regnum istud dedit. Quamobrem, Imperator, & omnes qui hic vnâ sedetis, nolite demonum errore ac fallacia decipi. Dij enim qui cœlum & terram non fecerunt, dispereant. Nos verò Christiani vnum Deum Patrem adoramus, & vnum Dominum IESVM Christum filium Dei, per quem facta sunt omnia, & vnum Spiritum sanctum Dei, Trinitatem perfectam in vna diuinitate & regno. Quapropter & hic piè viuimus, & post mortem vitam æternam expectamus. Vestra autem simularia quæ colitis, re vera nugæ sunt, & risu digna, cum & fabulæ sint, & nihil veri in se habeant. Nam diaboli inuentum hoc fuit, quod perniciem, atque interitum iis adfert, qui metem illis adhibent. Hæc cum ille dixisset, Magnentius, qui secundas post Imperatorem tenebat, & illi erat valde charus, intuens in Georgium: Quòdnam, inquit, est nomen tuum? & quisnam es tu, qui tantum audaciæ præ te fers? Respondit Georgius: Ego primo, & præcipuo nomine Christianus appellor: vt verò apud homines vocor, Georgius sum, cum ita Deo meo placuerit: oportet enim me copiosum, & vberimum cœlesti Deo meo pietatis fructum offerre. Tunc in eum intuens Diocletianus Imperator, velut sæuus aliquis draco: Audio inquit, Georgi, prudentia, & fortitudine semper te probatum, & honoribus à regali nostra prudentia dignum fuisse habitum. Age igitur, diis nostris immola, ne pessimè moriaris, sed nostra humanitate magis frui possis, & honorem, ac diuitias copiosiores, fiduciamque maiorè

l iij apud

apud nos ipsos assequaris. Ista nunc vana fiducia tua nihil tibi proderit. Ad hæc Georgius: Vtinam, ð Imperator, me ferres, & verum atque vnicum Deum agnosceres, vt & cœlestis regnum mereri posses. Ista enim potestas tua ad breue tempus est, tuaque promissa, atque illecebræ nunquam meæ in Deum pietatis stabilitatem commouere poterunt. Tui honores tecum sint, & promissa tua illi habeant, qui tibi obtemperant. Ego enim Christum habeo cœlestem Imperatorem, qui contra Satanã, & eius ministros victoriam & gloriã mihi præbet. His commotus Imperator, & furore accensus, iussit veſte illum ita verberari, vt eius viscera in terram funderentur. Quo pacto, eius corpus sanguine circumfusum erat: veſtis verò, vt plumbum, in posteriorem partem reflectebatur. Tunc dixit sanctus Georgius: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, quoniam gladiũ à ministro diaboli sustulisti, et eius cõtra nos fremitum deiecasti. His commotus Diocletianus, et ira multa repletus, iussit eum de ligno deponi, et in carcerem duci, eiusque pedes in ligno grauius extendi, & in ipsius pectore lapidem magnum imponi. Lapide aut imposito, qui vix baiulari potuit, alta voce sanctus Georgius dixit: Gratias ago tibi Deus, quòd dignus sim factus, qui onus acciperem, quod pectori & cordi meo imponeretur, quodq; meq; in te confessionis stabilitatem firmare debeat. Crastino aut die suggessit Satanã Diocletiano, & iis qui cum ipso erant, vt iuberent rotam quandam valde magnã multo & vario artificio componi. Facta igitur fuit rota gladiis vndiq; armata, in quam iniquus ille Tyrannus iussit sanctum virum iniici. At ille vt in eum locum ductus fuit, & tristem illam machinam diaboli arte compositam vidit, in eam intuens, dixit: Domine Iesu Christe, gratias tibi ago, quòd in hanc sortem me vocasti. Tu igitur qui iussisti fixus in cruce inter duos latrones, & ipse immortalis mortem gustasti, vt à morte hominem eriperes: da mihi, quas so, stabilem, & immobilem tuæ fidei confessionem in hac hora, & serua animam meã ab hac diaboli machina. Hæc cum dixisset, in eam machinam iniectus est, grauiusque depressum eius corpus in multas partes discessit. Quo facto, Diocletianus Imperator, & eius amicus Magnentius clara voce, dixerunt: Vidistis omnes qui hic presentes estis, quòd non sit alius Deus, nisi Apollo, & Neptunus, Hercules, Iuppiter, & magna Diana? Vbi nunc est Georgij Deus? Quare non venit ille, & eum è manibus nostris liberauit? Cum igitur in rotæ illius tormento eum manere iussisset, ad prandium se contulit. Hora aut decima sonitus magnus è crelo factus est, & vox hæc: Esto fortis Georgi, & sententiam firmã tene, multi enim per te ad fidem meã conuertentur. Qui verò erant illic carnifices, & eum custodiebant, sonitu illo percussi, dicebant: Magnus est Deus Christianorum. Angelus autem Domini venit & è tormento illo martyre dissoluit: cuius corpus cum sanum restituisset, illum salutans: Gaude, inquit, Georgi, & crede in eum, qui te corroborat, Christum, & cursum tuum perſice. Ecce enim nos expectamus perfecte confessionis coronam tibi dari. Surrexit autem Georgius lætus, & proprio Domino gratias agens, inambulansque p̄falmos illos canebat: Exaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo in seculum & in seculum seculi. Dirige gressus meos Domine, & non dominetur mei omnis iniustitia. Cumque in eum locum venisset, vbi Apollinis statua erecta erat, inuenit illic Imperatorem, ac Magnentium, & omnes Imperatoris amicos, sacrificia & debacchationes idolis suis offerentes. Cum igitur proprius accessisset, alta voce: Agnosce me, inquit, ð Imperator, & eum Deum, qui à me tibi nunciatur: quique me de manibus tuis, & à lætali machina, quam ipse opinabaris morti me tradituram esse, omnino eripuit? Erratis igitur vos idolis sacrificia offerentes. Tunc Imperator in eum intuens: Tu, inquit, quis es? Tunc ille: Georgius ego sum tuo iussu in rotam coniectus, quem & dereliquisti in multas partes à rota dissectum: me enim mortuum existimabas: qui & veni vt tibi ostenderem Deum illum, quem tu vt imbecillum contemnebas, posse nos à morte eripere. Tunc Imperator iussit eum detineri: secum tamen cogitabat, eumque valde inspiciebat, nũ non ipse re vera, sed eius imago esset, qui morte violenta sublatus fuerat, & eos illuderet. Magnentius autem dicebat similem illi esse. At sanctus Georgius: Ego, inquit, Georgius sum Christi seruus. Ne erretis in istis idolis: sed scitote Christum posse illos etiam à mortuis excitare, qui spem suam in eo collocarunt, eosque à vestris manibus liberare. Cum verò martyrem ipsum vidissent, & hæc ab illo audiuisſent, Anatolius, & Protoleo Tribuni militum, crediderunt in Deũ cũ familiis suis. Itaque alta voce dicebant: Vnus Deus est qui à Christianis colitur: ipse Deus solus. Hæc aut cum Imperator audiuisſet, iussit omnes illos extra urbem in locis desertis obruncari. Cum igitur illi ad martyrium proficiscerentur, vna voce clamabant: Domine Iesu Christe, accipe animas nostras, & in regnũ illud tuũ, quod nulla successione mutatur, nos perducas, neque tarditatem nostram, quam in tui nominis confessione, & fide ostendimus, pro peccato nobis imputes, sed fac vt nihil nos impediatur, quominus redemptionem peccatorum consequamur. Hæc omnia cum Imperatrix Alexandra de sancto martyre Georgio audiuisſet, ipsa etiam Domino credidit: & ad Impera-

Imperatorem accedens, liberè clamauit: Christiana ego sum, ego serua sum illius Dei, quem Georgius colit. Hæc cum illa diceret, Magnentius: Dic, inquit, Imperatrix Alexandra, quare Christum laudans deos ipsos contemnis? Illa verò: Quod melius est ego appetens, id quod ignobilius & peius est, contempſi. Hæc cum dixisset, domũ redijt interea Christi timorem in corde seruans, & fidem immobilem. Imperator autem furore percitus, iussit sanctũ Georgium in lacum conijci ardentem ex materia illa, quæ dicitur asbestos, quæque non nisi post tres dies extingui solet: iussitque custodes ipsos diligenter obseruare, ne insidiæ aliquæ fierent. Post tres autem dies Imperator præcepit militibus, vt illic profecti ossa illius, quem morte violenta interfectum exitimabat, tollerent, & cautè in terra occultarent, ne aliquid ex ipsis inueniretur. Cum igitur milites ipsi ad lacum illum venissent, vnã cum illis & multitudo magna ad spectaculum venit, & materia, quæ asbesto dicitur, sublata, sanctus martyr Georgius inuenus est nulla omnino corporis parte læsus. Angelus enim Domini vnã cũ illo erat Christi curam in eum exercens.

Cum igitur illum vidissent, omnes clamauerunt: Magnus est Deus Christianorum. Hæc cum audisset Imperatrix Alexandra, ipsa etiam venit ad eum locũ clamans: Vnus Deus est, quem Christiani colunt, neque alius est præter ipsum, qui ex omnibus angustijs seruos suos eripit. Crediderunt autem & milites qui missi fuerant, vt eum è lacu illo educerent. His auditis, Imperator iussit magnam militum manum illic proficisci, & sanctum eum virum cõprehendere, & ad se ducere. Adducto igitur Martyre, sedens Imperator in tribunali cũ Senatu suo: Quis, inquit, est, qui te viuũ reddidit? Tum sanctus Christi martyr Georgius ait: Si audueritis rursus, minime credetis. Illud tamen scio Imperator, Christum Dei filium ab omnibus tormentis tuis me seruare: & omnes qui eum inuocant, è laqueis diaboli eripere. Tunc Imperator iussit ferreos calceos componi, clauos rectos habètes, & ignitos, quibus eius pedes induti huc atq; illic agerentur. At sanctus martyr cum sic agitata ambulare non posset, secũ dicebat: Propera Georgi ad sortem illam quæ te apprehendit. Et lachrymans ita Deũ precabatur: Domine Deus meus Saluator eorũ, qui affliguntur: refugium illorũ, qui perſecutiones patiuntur: patientiã eorũ, qui nominis tui causa ærumnas perferunt, ne me derelinquas: sed da mihi patientiã vsq; ad finẽ, ne dicat inimicus meus: Præualuit aduersus eum. Cum primũ autem preces compleuit, venit vox è cœlo dicens: Esto bono animo Georgi: tecum enim sum. Statim autem eius corpus sanatum fuit. Cumq; martyr in carcerẽ coniectus fuisset eo die, qui deinceps consecutus est, ante tribunal stetit. Imperator verò illi dixit: Quousq; temeritatem tuam ostendens, tormẽta feres, & magicis artibus indies magis vtès, nos à te deceptum iri putas? Ausculta igitur mihi, & dijs immola. Tum Georgius Imperatori, & his qui cum illo erant: Ego, inquit: Dei mei auxilia expectans, & omnia vestra tormẽta sustinens sanus ante vos consisto. Solius igitur Dei potentiam testimonio meo confirmo, qui & paratus sum omnes vestros cruciatus perferre propter spem, quã in Christo meo collocaui. Vos autem, quæro, quam spem habetis in istis idolis, quæ cum vitæ sint expertia, & nihil sint, à vobis tamen frustra coluntur? Ne igitur amplius vestra ruina commune Iudibrium alijs proponatis, pudeatq; vos tandem Deos nominare illos ipsos, qui luxurijs, nugis, fabulis, & cœdibus studentes in hoc mundo paulũm vixerunt: & nunc igne illo qui nunquã extinguetur, puniuntur, qui & vos omnes expectat, à quibus dii coluntur. Hæc cum Imperator & senatus audiuisſent, iusserunt neruis quibusdam ingentibus mirum in modum martyrem verberari. Cumq; id diutius fieret, Imperator, & Magnentius ei dixerunt: Quousque miser, non nobis obtèperans dijs ipsis immolabis, vt honoribus magnis doneris? Ego, inquit sanctus Georgius, viuenti Deo quotidie sacrificium laudis offero, qui me liberabit de manibus vestris, & cœlesti honore atque gloria donabit. Vtinam vos potius mihi obtemperaretis, & mecum vnã verum Deũ coleretis. Tunc Magnentius ab Imperatore petiuit, vt eum solui iuberet. Cum igitur ille steterisset, Magnentius dixit: Si vis nos Deo tuo credere, ostende nobis signum aliquod, quod ab illo fiat, & vnum aliquem ex his mortuis qui iacent, fac è tumulo corã nobis exurgere. Cui sanctus Georgius: Manifestũ, inquit, iis qui rectè sentiunt hoc est, Deum ipsum, qui è nihilo omnia creauit, posse mortuos etiam homines in vitam restituere. Quamuis autem vos diaboli errori detenti, neq; hoc factò in Deũ viuentem credituri sitis, tamen eius multitudinis causa, quæ hîc præsens est, Dei mei benignitate confusus, ante omniũ vestrum oculos Deum ipsum inuocabo, & orabo, vt signum hoc ostendat. Cumque genua flexisset, & diutius Deum orasset, surgens, & manus in cœlum extendens, dixit: ð Eterne Deus, qui vis oēs homines saluos fieri, qui per sanctos Apostolos tuos, vnigeniti filij tui omniũ generum signa & prodigia effecisti, vt gentes conuerterentur, & te cognosceret: tu ipse & nunc exaudi preces meas: humilis serui tui, & exſuscita vnũ è mortuis iacentiũ in hoc tumulo, de quo Magnentius dixit, in gloriã, & fidẽ nominis tui, & vnigeniti Iesu Christi.

Orat sanctus
primũ cum genu
flexione, deinde
cum manuum in
cœlum extensione.

Repentē verò terræmotus magnus eo in loco factus est: & tumuli, vbi mortui iacebant, tegumentū in terram cecidit, & vnus ē mortuis iacentibus exiit. Qui cum venisset, ante pedes sancti Georgij decubuit, eūq; precatus dixit: Serue Dei altissimi, queso, dignū me facias Christi sigillo & salute. Cui sanctus Georgius: Si credis, inquit, in Deū, qui mortuos viuos reddit, saluus fies. Credo, inquit ille, in Deū viuentem, & vnigenitum eius filiū Iesum Christū, qui nunc per orationem tuam me à mortuis suscitauit. Imperator verò stupore & perfidia repletus, eum interrogabat: Quando tu mortuus es? Et quānam antea fuisti? Cui mortuus ille respondit: Ego antequam Christus in terram veniret, vnus fui ex his, qui errore idolorum detinebantur: quā obrem in locis obscuris tam multis temporibus cum ijs qui mecum vnā sentierunt, hucusque mansi. His igitur visis & auditis, plurimi ex eo populo, qui præsentes erant, ac milites, in Deum crediderunt, & Christi gloriam collaudarunt. Id autem cum Imperator vidisset, amentia & furore magis repletus, dicebat Georgium magum esse, & à spiritu illic adductum, vt eos in errorem impelleret. At beatus Georgius: Quousque, inquit, erratis, & viuenti Deo blasphemias dicitis? Scito Imperator, neque dæmones ipsos tales esse, qui Christi nomen audire patientur. Quomodo igitur, quæ vidisti, & audisti, dæmonis nomine fieri potuissent? Tunc rursus iussit Imperator sanctum martyrem Georgium in carcerem duci: & ipse in palatium reuersus est. Cum verò ille esset in carcere, omnes qui ad Christi fidem conuerſi fuerant, nocte ad eum veniebant, à carceris custode muneribus aditum impetrantes. Et cum ad Georgium ingressi essent, ab illo in Christi fide cathecumeni efficiantur. Sed & quicumque homines diuersis morbis laborabant, ad eum ferebantur: & qui aliquos cæcos habebant, ad eum illos deducebant. Ille autem precibus eos curabat. Glycerius verò quidam homo rusticus cum araret, bos, quem vnū habebat, cecidit, & mortuus est. Ille cum ad carcerem venisset, ad pedes sancti Georgij se abiecit, dicens: Domine, bonū vnū vitilem habebā, quo terram colebam, & ita nutrebat: nunc autem ille cum sub aratro ceciderit, mortuus est. Precor igitur te, vt Deum ores, & bos meus viuos restituatur: futurum enim scio, vt Deus tuus te audiat. Sanctus autem martyr Georgius respondit: Si credis Deum meū, bos tuus viuos exurget. Credo, inquit Glycerius, non esse alium Deum, nisi eū solum, qui Christianorū est. Tum Georgius: Vade, inquit, nam bouem viuētem inuenies. His verbis ille credens, abiit: cumque bouem viuū inuenisset, rediit clamans: Magnus est Deus Christianorū. Illum autem hæc dicente carnifices, & milites cōprehensum ad Imperatorē duxerunt. Quare Imperator turbatus, neque appellationē ipsius audire passus, eum iussit minutatim secari. At ille, cum in Christi confessione cruciaretur, clamauit: Deus verax, qui omnia efficit, ne me reprobes vas inutile, quoniam credidi tibi, Patri, & Filio, & spiritui sancto. Metuo autem quoniam sine sancto baptisate tuo sum. Volebam quidem baptisate lauari, sed id antea facere non potui. Verū si volueris tu Domine, saluus siam. Precor igitur te Domine, vt sanguis meus pro baptisate mihi reputetur, quoniam Deus es, qui corda hominum, & propolitus cognoscis, & animam inquiris. Venit autē vox ex alto hæc dicens: Veni Glyceri, lætus ad me: perfectus enim eris apud me. Itaque Glycerius martyrio consummatus est. Delatum autem fuit Imperatori Diocletiano, multos esse qui venirent in carcerē, & à sancto Georgio docerentur, quos omnes ille ad se traheret plurimos ægrotos curādo. Tunc iussit Imperator sanctum Georgium ad se duci, Magnentius verò dixit Imperatori Christianorū genus morte non domari, cum valde sit contentiosum. Itaq; virū istū, inquit, comitate potius, & blanditijs aggredere, si vis ei persuadere, vt dijs immolet. Sanctus autē Georgius, cum ad Imperatorē veniret, psalmū hunc canebat: Deus in adiutoriū meum intende: Domine ad adiuuandū me festina. Ductus igitur ad Imperatorē, præsto illi fuit: Tūc Imperator hortari eū ita cœpit: Per solē illum, & deos omnes, si me audieris, Georgi, & dijs nostris immolaueris, facultates multas tibi largiar, & in palatio apud me secundas habebis. Indulgeo enim tibi: & malo te mihi obtemperantē viuere, quā repugnantem mori. Bene, inquit sanctus martyr, nunc loqueris. Vtinam & antea iisdē verbis vsus fuisses. Nunc autem post tot cruciatus vbinā iniuriā, qua me affecisti, compensatam inueniā? Cui Imperator: Cōdona mihi, o Georgi, tanquā parenti crimen istud, & dijs immola, ac mecum in palatio viue. Tunc sanctus Georgius: Quoniam, inquit, omnino te ipsum mihi purgasti, hac in re tibi ego inferiam. Vbinam sunt dii tui? Eamus ad illos.

Hoc Georgij dicto Imperator exhilaratus, iussit omnem Senatum, & exercitum vnā cum populo ad templum conuenire, præconesque omnes per totam urbem clamare, Georgium illum Galilæorum mysterijs eruditum, ad magnum Apollinem adire. Hac re audita, Græci omnes epulantes clamabant: Apollo vicit: Imperator Diocletiano, in æternū regnes: magni sunt Imperatoris dii. Cum verò in templum omnes introiissent, & silentium factum fuisset, stans sanctus Dei homo Georgius, & in statuam Apollinis intuens, ait: Tūc Deus est

Num

Nam ab hominibus te coli oportet? Hæc cum dixisset spiritus ille impurus, qui propē statuatam illam permanebat, clamauit: Non sum ego Deus, neq; qui mecum sunt, sed vnus est Deus verus, qui fecit omnia, & eius filius Christus, per quem fecit omnia. Nos Angeli ipsius eramus, cumq; ab eo defecerimus, dæmones nominamur, à quibus & homines ipsi dicipiuntur. Cui Georgius: Si dii vos non estis, quare homines ipsos decipitis? Quomodo autem & nūc auderis hic manere, cum ego Dei seruus hic stem, super quem inuocatus fuit & nunc inuocatur Christus verus Deus? Statim autem tumultus magnus factus est & clamores, tanquam lamentantium dæmonum, omniaq; templa & idola vnā ceciderunt, & comminuta sunt, cum sanctus ille vir vnā cum verbis, quæ suprā retulimus, Crucis quoq; ² signum fecisset. Id cum Græcorum sacerdotes vidissent, aduersus sanctum Georgium irruerunt. Quo detento, clamauerunt: Tolle hunc, Imperator, tolle hunc veneficum, qui magicis artibus omnes decipit, & deos ipsos euertit. Imperator autem tum dæmonum fallacia, tum plurimo illo sacerdotum clamore in iram concitatus, dixit sancto Georgio: Homo pessime, atque omni errore & veneficio referte, nōne mecum conuenisti, te Apollini sacra facturū? Cui martyr Christi Georgius: Inspiens, inquit, & impudens Imperator, ego meum sacrificium Christo meo vero Deo obtuli: propterea omnes dii vestri euerſi sunt. Scito igitur saltem nunc, eos neque sibi opitulari posse: idola enim sunt sensu carentia, & dæmones, qui stolidos homines decipiunt, sed à Christi seruis euertuntur. Tunc Imperatrix Alexandra cum hæc audiisset, ad Imperatorem accurrit, & coram ipso clamans hæc dicebat: Tu Deus Georgij inuicti militis tui, propitius esto mihi scelestæ mulieri, neq; recorderis, Domine, eorum quæ per inscitiam commisi: sed respice hanc meam extremam mutationem, & da mihi, vt partem habeam cum Christianis, & cum seruo tuo Georgio. Hæc cum illa summis clamoribus & lachrymis diceret, multitudo magna in Dominum Iesum credidit, præsertim propter miraculum illud idolorum, quæ comminuta sunt. Iratus igitur Imperator, aduersus Alexandram & Georgium sententiam tulit, & sancto illi martyri dixit: En, pessime Georgi, etiam Imperatricem à te deceptam morti subiecisti. Vade igitur & tu vnā cum illa, & digna tuis in deos blasphemijs pœnam sustine. Legit autem sententiam quæ sic habebat: Georgium Galilæorum discipulum, qui decretum nostri imperij violauit, neq; deos ipsos coluit, quin etiam Imperatricem ipsam corripuit, iubemus gladio percuti, eiusq; & Alexandræ ab eo deceptæ capita truncari. Statim igitur eos comprehensos extra urbem milites duxerunt. Cum autem Alexandra prompto animo ad brauium sibi optatissimum vnā cum martyre illo adiret, & animo ac mente Deum precaretur, vt laborum motus, & oculi ad cælum erecti significabāt, assedit in quodam loco, & animam suam Domino in pace reddidit. Cum ergo sanctū Georgium ad martyrij locum milites duxissent, ad ipsos cōuersus: Expectate, inquit, paulisper fratres, vt Deum precer. Quod cum illi concessissent, in cælum 3 oculos & manus erexit, ac gemitu emisso, dixit: Deus meus, qui es ante secula, ad quem ego à iuuentute mea confugi, tu qui bona & vera es Christianorum expectatio, & certa seruorum tuorum promissio, ac perennis thesaurus, qui antequam à te aliquid petatur, dona præbes his qui te diligunt, exaudi me Domine. Tu qui dedisti mihi martyrij confessionem, & ad finem vsq; patientiam: Tu, inquam, & nunc accipe animam meā, eamq; ab aëreis, & inimicis spiritibus libera, ac me vnā cum iis qui tibi grati fuerunt, collocare digneris. Dimitte & gentibus quæcunque cōtra me fecerunt & contra seruos tuos, qui inuocant sanctum nomen tuum. Illumina ipsos, vt veritatem tuam agnoscant, quoniam omnes vis saluos fieri. Emitte auxilium inuocantibus nomen tuum Christie. Da ipsis timorem tuum, & charitatis in sanctos tuos desiderium, vt eorum memoriam retinentes, ipsorum etiam fidem imitentur, vt digni efficiantur vnā cum ipsis vita cælesti, & regno sempiterno: quoniam tuum est regnum, & gloria, Patris, & Filij, & Spiritus sancti in secula.

A M E N.

Has preces cum sanctus Christi martyr Georgius compleuisset, genua ipsa inclinauit, & collum suum extendit, & à carnifice percussus dormiuit in Domino, vigesimo tertio mensis Aprilis, diei qui Parasceue dicitur, hora septima. Ego verò sancti Georgij seruus, nomine Pafocrates, secutus Dominum meum, omnia hæc vera in commentarios collegi. Beatus certē est, qui in Christi verū nostrum,

& Saluatorem crediderit, Cui gloria est

& imperium in secula
seculorum.

A M E N.

ENCO-

¹ Nota virtutem
signi Crucis.

³ Et hic orat sanctus
oculis ex manibus
in cælum erectis.

ENCOMIUM IN SANCTVM MAR-

tyrem Christi Georgium, quod habitum fuit in die, quo eius martyrium celebratur.

Per eundem Simeonem Metaphrasten.



Emper quidem splendida, & omnium ore laudata sunt sanctorum martyri monumenta, cum primis verò laudabile & gloriosum est, quod hodierno die celebratur. Præsens enim memoria Martyris non solum eorum quæ Dominus passus est, imitationem continet athletico certamine decoratæ, & verni temporis splendore (hoc enim tēpore eius dies 4 festus agitur) pulchrior facta, verum etiam hilaritatem, quæ ex sublimioribus Domini Iesu Christi diebus festis proficiscitur, abundè participat. Hic enim inter hos dies, tanquam inter duos soles proprio motu se verentes, velut luna quædam, interiecit, & utriusq; splendoribus illustratur, & radijs Christum imitantibus orbem terrarum illustrat. Ante illum quidem effulsit, & cū lucidissima splendentis auroræ hora exortus est, vel statim consequentem, aut cōtinuam potius eam horam habuit dies ille 5 festus à toto mundo celebratus, omniumq; splendidissimus ac præcipuus, Saluatoris, inquam, Christi veri Dei, & nostri Domini, & martyrum principis, crucem passus ac resurgens, qui propter nos homo factus est, & propter nostram salutem martyriū sustinuit sub Pontio Pilato, vt est in sacris literis: quiq; ijs quæ ipse passus est, victoriam contra mortē nobis largitus fuit: Idem quoq; beati martyris Georgij dies festus merito consequentē habet eiusdem Christi ad cælos assumptionem, quo die humanam nostrā naturam in seipso vnā cum Patre collocavit. Quæ res non casu euenit, sed horum dierum concursu verè charitatis œconomiam, & manifestam rerum diuinarum cognitionem significauit, ita Christo ipso, cuius causa martyrium susceptū fuit, summā in eū qui illud suscepit, charitate suā nobis ostendente, vt non solum his qui passus est, eius similitudinem exprimeret, sed in ipso etiam die quo passus est, se similem ostenderet: Hæc eadem celebritas, & alias oēs quæ martyribus in toto anno dicatæ sunt, antecedit, cū sola hæc post sanctā Christi resurrectionē verno tēpore ac splendori præsideat. Quoniā igitur hæc athletica panegyris, ac celebritas his finibus circumscribitur, operæpretium est deinceps & eiusdē decus per partem explicare. Celebritatis autem decus est tum salutaris oratio, tum diuinū aliquod opus. Græcis quidē & Barbaris, omnibusq; alijs, in quibus idolorū error dominabatur, diei festi honestas & iucunditas erat, omni turpitudine & intemperantia dæmones colere. Nobis verò, quibus Crucis trophæū contra mortem datū est, diuersum proponitur, hoc est omnibus certaminibus illos ipsos dæmones expugnare ac redarguere. Quamobrè voluptatum dissolutio, vt turpissima res nobis inuisa est: labor, autem, qui pro virtute, & mors quæ pro pietate suscipitur, vt suauissima quædam res, à viris fidelibus præter cætera exoptatur. His rebus factū est, vt idolorū error deletus sit, & Martyrum multitudines effulserint, atq; terrestria loca cæli sint effecta, sanctis viris, velut stellis quibusdam exornata. Nam huiusmodi quotidianæ celebratæ terrarum orbem continent Martyrum tropheæ, eorumq; reliquias honorantem, & certamina illa quæ martyres obierunt, pleno cœtu celebrantem: certamina, inquam, illa, quæ communis hostis malitiosè tulit, Dei cultum, & nomen illud quod alijs commune non est, per idola ipsa sibi vindicare contendens. At Deus omnium & Saluator, & stadij Princeps, pro sua in homines charitate concessit, humanam naturam aduersus illum victricem euadere, vt à quibus studebat, tanquam Deus adorari, ab iisdem, vt mortuus, & pedibus conculcatus, irrideret. Quoniā igitur idolorum infania, & caligo eo tempore per omnem terrarum orbem effusa, propemodum in eas partes quæ non habitantur, repleuerat, omnibus ferè ad impietatem sponte se conferentibus, & eum qui verè Deus est, summæ obliuioni tradentibus, tenebris, & longæ noctis compedibus irretitis hominibus illis, qui dæmonum culturam plurimi faciebant, & vanis spectris, tanquam miraculis quibusdam portere factis, indies supersticiosiores efficiebantur impietatis duces, & amatores studiosissimi: Diocletianus, inquam, & Magnētius, eorumq; per omnem urbem satellites, instar suū, ad impietate irruentes, studiosè in pessimis rebus versabantur, & non erat respectus morti eorum: ambulabant enim ambulabant in lumine ignis sui, neq; firmamentū erat in plaga eorum, cū Deus ipse diuturna patientia illos prosequeretur, vt qui iusti essent, manifesti fierent, ne hominum natura imperfecta penitus perderetur, fumo vnā cū zizanij exciso. Tunc, velut stella quædam in die apparens, lætum pietatis fulgorem emittens illustris hic, & omnium voce decantatus Georgius apparuit, qui & nomine & re fructuosus extitit: Georgius, inquam, qui & nomine ipso diuinum factum, & facto gratiam nomini congruentem in seipso ostendit, qui Issachar imitatus est, & diuinæ agriculturæ bonitatem amore persequutus fuit: qui laboriosam culturam ama-

4. Dies festus sancti Georgij.

5. Dies festus Dominiæ resurrectionis à toto mundo celebratur.

amauit: & vt scriptum legimus, ipse ab altissimo Deo agricultura effectus est, qui vt bonus agricola, à teneris vnguiculis laborauit, & fructum centuplo copiosorem suo tēpore Domino reddidit: qui aratro virtutis suauem pietatis sulcū recta via duxit, ob idq; aptus regno cælorum probatus est, qui cum lachrymis sementem iecit, & cum exultatione messem collegit: qui cum luctu semina ipsa sparsit, & gaudens manipulos reportauit: qui fuit terra bene culta, quæ sæpe in se venientem Spiritus sancti pluuiam ebibit, & salutarem herbā his peperit, qui eam decerpunt cum fide. Hic fuit campus ille ordinatissimus, in quo pietatis flores abundè flourunt, ex quibus faui mellis spontè producuntur, quorum dulcedo curatio quædam est anima. Hic fuit arbor illa fecundissima iuxta fluuios Spiritus sancti sata, & perpetuò flores, semperq; maturos virtutis fructus ferens ad illorum animos excolēdos, qui talium fructuum cum fide participes fiunt. Hic fuit feracissimus verè illius vitis palmes, cuius agricola est pater cælestis, qui spiritualem iucunditatem per ipsum nobis excolit ad nostros effectus curandos, & animam & corpus renouandum. Idem fuit & diuinarum aquarum fons, ex quo animæ steriles irrigatæ & excultæ, fidem, spem, charitatem, virtutum trinitatem diuinæ Trinitati amabilem produxit. Hic fuit diuinarum cogitationum cultor, & ipsius Dei ager, in quo pietatis gratia excolta fuit, & miraculorum copia, quæ omnibus vsui sit, excolitur. Solet enim appellatio ipsa Dei gratiam & hominum virtutem indicare. Id quod in Abraham, in Sara, Isaac, Jacob, Moysè, & in alijs multis factum didicimus. Talis fuit & nomine & re Georgius. Hic vt rosa quædam in medijs spinis tunc exortus, & tanquam liliū ex festida herba suauem pietatis odorem emittens, in medio idololatriæ ceno extitit: vt compressus in ea regione, in qua rubi sunt: tanquam oliua fructifera in solitudine: & vt palma dulces, reddens fructus olim amarus: vt luna plenum lumen emittens in nocte valde tristi, denique vt fax quædam in obscura caligine: & vt matutina stella in medijs nubibus ac tenebris, ijs qui errabant in pelago impietatis, lucem præferens: vt quæ sol in densa aliqua caligine lætum splendorem emittens. Quod si vndenam bonam generis sui originem sortitus ille fuerit, scire cupis: res ipse, tanquam voce missa, testantur, Dei filium hunc esse, & Hierosolymæ illius ciuem, quæ superna ac libera est. Quotquot enim receperunt eū (vt ait ille qui fuit & Christi Discipulus & virgo) dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: cuiusmodi fuit Georgius, qui generis sui nobilitatem factis cōprobauit.

Quoniā verò & terrenā eius nobilitatem scire cupis, patria ipsius fuit Cappadocū regio, alitrix verò Palæstina, Christianus inde vsq; à proavis, ætate iuuenis, sapientia canus, corde reclusus, & vtraque re aduersus impietate exultans: qui in armorum certaminibus bene ab ipsa pueritia excelluerat, ac fortitudinem bellis gerendis conuenientem ita exercuerat, vt militaria ordinis Tribūnatus eius fidei cōmissus fuerit. Cumq; illud munus administrare ipsi opus fuisset, ac multis in rebus sæpe viriliter se gessisset, multaq; rei bellicæ scientiam sibi comparasset, & maiorem gradū appeteret, maiorē nimirū assecutus fuit. Nam cū eas opes, quæ à patribus ad eū peruenerant, accepisset, ad eum qui tunc erat Imperatorem cucurrit: idemq; ferè illi euenit, quod Sauli olim euenerat. Ille enim cū asinas inquireret, regnum terrestre inuenit: hic mundani honoris gradum exquirens, regnum cælorum sortitus est: quodq; præter opinionem accepit, maius ed fuit, cuius causa illuc venerat. Cū enim illuc venisset, & Deū ipsum contēmi, dæmones verò coli vidisset, non tulit eam rem homo ille pietatis studio flagrantissimus: sed cum cogitaret illud Dauidis dictum: Vidi præuaricantes, & tabescebā: Item illud: Tabescere me fecit zelus tuus, quoniā obliui sunt verba tua inimici mei: recordatus etiam id quod Dominus ait: Quicumque confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est: diuino zelo inflammatus, suamq; cogitationem tanquā telum quoddam, exacuens, festinauit diuinā promissā præripere, ac Deum ipsum per suam in eum confessionem vicissim sui confessorem acquirere. At ne illi per angustam portam introire aggredienti terrenarum facultatum cumulus impedimento foret, sed martyriū ipsum validius, ac nobilius illis sibi parare possēt, necessariò faciendum iudicauit, vt diuino præcepto ritè vteretur: quod præceptum Dominus ille, qui eiusmodi certaminibus præsidet, dedit adolescenti, qui diues erat, cū sic ait: si vis perfectus esse, vède quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis: & veni, & sequere me. Id quidem prior ille adolescens animo non prompto, sed segni accepit: at posterior hic iuuenis libenter executus est: nā pecuniarum & onus deposuit, & in manus pauperum pecunias traditis preriosam regni cælestis margaritam emit, thesaurumq; illum, qui sic in eo regno conditus est, vt rapi non possit, sibi comparauit. Cū igitur ex ea re suum animum perfectè confirmasset, eumque diuino a-

6. Vnde etiam de angelicam partem pertinet.

mente

mente & animo comprehendit: ipsorum deniq; pauperum precibus seipsum communiuit, & ex ijs ipsis victoriæ spem bonam certa fide collegit. Ita fidenti animo, tanquã leo, cum suam crucem sustulisset, ad bellum contra impietatem gerendũ profiliit. Bene enim norat sapiens ille vir, eleemosynis, & multa fide peccata expurgari, quæ sunt victoriæ impedimenta. Eleemosyna enim à morte præter cætera liberat. Super scutum potentis, & si per lanceam aduersus inimicum eum pugnabit pro te: inquit filius Sirac. Hac igitur re prius communitus, & athleticæ more, ac fideli animo ad pugnam egressus, non aliqua corporea, sed illa Spiritus sancti armatura se induit, quam Paulus Apost. docuit. Lumbos enim in veritate præcinxit, & iustitiæ thorace se induit, pedesq; calciauit in præparatione Evangelij pacis, allumicq; galeam salutis, in omnibus subscepit scutum fidei, quod extinguit omnia tela ignita diaboli: & gladiũ spiritus, quod est verbum Dei. Hac igitur armatura, quæ corporeis oculis non cernitur, sed spiritu & mente comprehenditur, seipsum communiuit, quoniam non aduersus carnem et sanguinem bellum susceperat, sed aduersus principatus & potestates, aduersus rectorem mundi tenebrarum, contra spirituales res spiritali more armatus, ac ferè Apostolicum illud eulogium clara voce pronuncians: Arma nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad euersionem munitionum. Statim igitur cum è cælo adiutorem sibi euocasset illum ipsum, cuius causa certamen proponebatur: cumq; animos in sua natura insitos concitasset, & Eliæ prophetæ zelum susceperat, iustaq; ira vsus fuisset, per arma iustitiæ dextra & sinistra iustitiam adortus, inuenit quodam in loco Imperatores illos nomine imperantes, re autem vera impietati deditos: quippe in imperio ipso aduersus eum, qui illis imperium largitus fuerat, abutebantur. Vidit & infinita tormentorum genera, non aduersus illos propolita, qui aliquid iniuste fecerant, sed contra eos, qui pietatem seruabant, varijs tribubus, gentibus & linguis circa eos Imperatores armatis consistentibus. Cum verò & illos Georgius audiisset nefaria quædam pronunciantes, ac futurum minantes, vt si quis Christus nominaret, ijs tormentis sine misericordia aliqua consumptus moriatur, diuino spiritu seruefcens, Machabæorum exemplo, renes præcinxit, & furorem iudicio adhibito exercuit, & velut leo fremens, validum & toruum aspectum præ se ferens, & minas ipsas non curans, in medium aduolauit, clara voce Christianum pronuncians, & manifestè, quanta esset pietatis nobilitas, ostendens. O animum verè diuinum & Dei charitate comprehensum, totumq; ipsi Deo inhiantem. O beatã vocem, quam edidit Christi nomen ferens Georgius, qui & à Deo ipso accepit pietatis semina, eaq; multò post tempore bene in suo animo excolta oportunè ipsi Deo perfectã reddidit. Eam, inquam, vocem, cum ær ipse accepisset, sanctitatis cuiusdam particeps factus est, Angeli verò è cælo intonuuerunt, Archangeli acclamauerunt, omnesq; cælorum virtutes mirum in modum exultarunt: sed & omnium Dominus & Deus, iustum & consentaneum esse censuit, vt illius animi studio atq; alacritati auxilium adferret, & incorruptam victoriæ coronam ei pararet. Impiorum autem caterua obtupuit, eorumq; imperator diabolus audita voce illa, lætalem plagam accepit. Et ille quidem generosus Christi athleta pergebat clara voce Christum Deum confiteri. Eos verò, qui ab ipsis colebantur, demones esse, eosq; errare ac delirare affirmabat, qui fallacijs & calumnijs vtuntur, vt eos probent deos esse, qui non sunt: demonstrabatq; turpia quædam esse, non deos, aut diuinas res quas loquerentur. Denique illis blasphemias proferentibus ora obstruens, admonerat homines illos, vt ab errore in quo erant, tandem resipiscerent, & vnum ac solum, verumq; Deum cognoscerent. Postremò illud diuinarum literarum eulogium crebrò repetebat: Qui non fecerunt cælum & terram, pereant. At illi omni fraudum genere vtentes, omnibus modis Athletam tentabant nihil non dicentes, nihilq; non facientes ac modò sermones blandos, & oleo ipso leniores proferentes, modò nudis atque apertis minarum iaculis eum ferientes. Interdum autem simulabant, se illius prudentiam & generis splendorem, atque in bellis gerendis fortitudinem admirari, & ipsius iuuentutem misericordia profsequi. Itaque illum adhortabantur, ne immaturam mortem suam huic vitæ temerè præferre vellent: simul etiam honorum & pecuniarum muna non vulgaria illi proponebant. Postea tormentorum genera, & plurimas mortis vias minabantur, mortemque non breuem, sed longam & tristem eum passurum, si eorum monitis acquiescere nolisset. At firmus ille, & fortis Christi miles, qui Deo ipsi magis quam hominibus parere, & obedientia illa quæ Deo præstatur, nihil valentius esse didicerat, nullo pacto mutatus, aut illorum minis succumbens, sed subdolas eorum adulationes redarguens, responsorum austeritate eas à se repellebat: fraudulenta verò promissa, vt vilia quædam pro nihilo faciens, respuebat: impiaque consilia, tanquam pestifera quædam venena, propulsabat: & minas ipsas, animi, qui omnia perpeti paratus erat, alacritate irridebat: eosq; vrgens admonerat, ne quod facturi essent, diutiùs morarentur, sed statim periculum facerent, ac certiores fierent, an verè ita esset paratus vt aiebat: illud deniq; clara voce dicebat:

dicebat: Meus amor crucifixus est. Vndique igitur (vt summatim dicam) inexpugnabilis erat vir ille, neque ab inimicis aliqua ex parte capi poterat. Quis me, inquiebat, separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Certus enim sum, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neq; potestates, neq; virtutes, neq; presentia, neq; futura, neq; creatura aliqua alia poterit me separare à charitate Christi: nam mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Atqui non sermone tantum cum aduersarijs congredebatur, sed re etiam ipsa prudenter & efficaciter se aduersus illos instruebat, tanquam fortis aliquis bellator, robur & fortitudinem suã nõ solum in feriendis aduersarijs exercens, sed in ijs etiam plagis, quæ ab ipsis illatæ sunt, fortiter perferendis, corpore & spiritu se validum præbens: illo tormenta patiens, hoc aut eos vicissim feriens. Illi enim eius corpus flagellis verberabant: hic verbera ipsa patienti & generoso animo ita superabat, vt ipsi magis cruciarentur, cum non possent id assequi quod volebãt, quàm ipse qui flagellis verberabatur. Nimirum illi sanctum Georgium verè quodam verberari iusserunt. Cumq; vectis ipse, instar plumbi, retusus fuisset ad eorum propositum inane redarguendum, ipse decepti ad alia tormenta conuersi sunt: & tormentis grauioribus eum subiicere conabantur, lapide quodam ingentis magnitudinis, cum ille in carcere seruetur, per totam noctem supra ventrè imposto, præterquam quod eius pedes ligneo compede alliciti erant, alijs quamplurimis, & grauioribus tormentis adhibitis. Quibus cum athleta ille nimium laborasset, & ferè defecisset, postremò vehementissimum quoddam tormentum intulerunt. In rotam enim eum efferentes, generosi hominis constantiam se fracturos arbitrabantur. Circa quam rotam cum, instar scorpionis alicuius, ille magnæ mentis vir lumbos deflexos teneret, & rotanderetur, & opposita reuolutione eius spiritus coarctaretur, omnia ipsius membra, & artus è suo loco dimoti sunt, carnesq; cõtractæ, ac languidæ effectæ: simulque acutis accommodatorum instrumentorũ cuspidibus in multas partes ipsius corpus dissectum, multo sanguine fluente tormenta illa cruentaui. Itaq; ab hominibus illis cæcis, ita vt erat, derelictus fuit tanquam mortuus, multisq; hymnis ob eam rem deos ac demones illos suos ipsi celebrarunt. Sed iidem etiã magis erubuerunt, cum sanũ eũ vidissent, què vt mortuum dereliquerant. Cum enim Christus ipse omnium vita, verus Deus ac Saluator, simul & à vulneribus & à tormentis eum liberasset, custodesset, ipsos perterrefactos illinc abegisset, iterum victor ille validiora certamina subire cupiens, concitato gradu ad impios illos homines prodijt, ac iterit, tam verbis quàm factis inuictã Christi potentia ostendens. Erat enim re vera visu admirabile spectaculũ illud, formidolosum, atq; horribile, quod pariter & fideles homines cõfirmabat, & infidelibus ora obstruebat. Illi aut & re inopinata percussi, & perferuntando certiores facti, non inane, aut falsum aliquid, sed verũ esse quod viderant, pro eo quod resipiscere debebant, deteriora quædam tormenta, & magis violenta generoso illi viro intulerunt. Materia enim eum obruerunt, quæ asbestos dicitur, hoc est, quæ non extinguitur: sed tunc certè fuit extincta. Quæ res cum cõtra opinionem hominũ acciderit, multis videtur incredibile quærentibus, quonã pacto corpusculũ, quod natura tale est, vt facillè corrumpi possit, vehementi, & ad comburendum idoneo materiæ illius feruori vel paulum resistere poterit (Quod tamen ita resistit, vt etiã crines ipsi ab igne læsi non fuerint, sed omnino intacti permanerint) vel quomodo animal illud, quod ex tenui aère spiritu ducendo, naturalè vitæ cõtinet, ea materia quæ ad obstruendũ aliquid idonea est, obrutum, & respiratione priuatũ, vita etiam ipsa priuatam non fuerit. At si quis talibus ad contradicendũ rationibus vsus fuerit, dicat is, quomodo Ionas in ventre Ceti tribus diebus vixit: eumq; intactum fera illa euomit: quomodo & Hieremias in cœni lacum demersus, intactus illinc eductus fuit: item quomodo tres illi pueri in fornacis flamma tenuè aërem respirabant, & cõbustis vinculis, eorum capillus combustus non est, neq; ignis odor in illis vllus remansit. Qui hæc, & alia admirabilia facta, & prodigia, quæ singulis ætatebus immensæ gloriæ Dominus Deus seruorum suorũ causa effecit, benè considerauerit, facilius adducetur, vt hoc etiã nobiscum vnã confiteatur, & credens dicat: Verè mirabilis est Deus in sanctis suis. Vniuersarum enim rerum natura talis est, qualem vult is qui eam creauit: & hæc (vt in psalmo dictum fuit) mutatio est dexterae excelsi. Sed deficit tempus, & multò magis oratio ipsa propter sermonum inopiam, quæ in me est, si velim sigillatim, & per partem scribere omnium tormentorum, quæ publice, & in carceribus aduersus Christi militem illata sunt, figuram & speciem: & dolorum intolerabilem magnitudinem, quæ orationem omnem exuperat: eorumq; qui illum cruciabant, feruitiam: atque immanitatem: ipsius denique athlete in omnibus tormentis perferendis tolerantiam, & constantem animum: qui per singulos cruciatus, quantum in eo fuit, illud presticit, quod est apud Paulum; Tanquã morientes sumus, & ecce viuimus. Quid dicam preces illas, quas per totam noctem et diem, subeundo certamina, ad Deum fudebat,

7 Georgius per
signum crucis sal-
sus deos repente
evertit.

partim ei supplicans, qui salutem afferre potest: partim gratias agens, quod illi opem tulerat? Ad hæc & eorum qui dii habebantur, repentiam per Crucis 7 signum euerfionem, ipso- rumq; dæmonum lamentabilem consensionem, quippe qui manifeste confessi sunt, se deos non esse, ut eos puderet, qui temerè illos adorabant? Quid propositas interea quaestiones at- que oppositiones, quæ multam in se continent tragædiam? Quid mores, & eorum quæ ab utraque parte dicebantur, sententiam, velut in tabula, exponam? Quid diuina visiones, & colloquutiones nocte & die, ad eius patientiam remunerandam, sancto martyri à Deo concessas? Quid auxilia, consolationes & curationes, ex quibus recreationem percipiens præterito- rum laborum libenter obliuisceretur, & ijs quæ denuò in illum inferebantur, forti & cõ- stanti animo resistebat, quasi & corpus ipsum vnâ cum animo adamantinû haberet? Sed si quis cupit omnia Georgij beatissimi viri facta cognoscere, historiam de ipsius martyrio cõ- scriptam legat, & ex illa ediscat certaminum magnitudinẽ, & illius optimi bellatoris altum animum, & iustissimam victoriam, diuinorumq; præmiorum dignam mercedem. Ex eadẽ historia manifestè cognoscere poterit, & admiratione affici, quomodo ij qui summa impietatis voragine obfcurati erant, dolos adhibentes, & amara dulcioribus verbis committentes, beatum martyrem adorti sunt. Ille verò simplici veritatis sermone graues & subdolos ver- borum machinas facilè dissoluebat, ac demoliebat: eorumq; insidias, & occultos laqueos solidæ & altæ mentis suæ alis transuolabat. Dein tormenta illa varia, & difficilia patientiæ suæ robore fortiter superans, cursum confecit per clauos crepidis affixos propositum. Idem securi percussus est, corporis morte animæ ipsius morte extinguens. Demum sanguine suo victoriam adeptus fuit: & victoriæ corona cinctus, victriæ carmina hilari animo ei cecinit, qui victoriæ auctor fuerat. Hymnus autè talis erat: Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captiõnem dentibus eorum. Ad hæc qui studiosè ac diligenter eius historiam leget, discet quemadmodum non sibi soli martyr ille, verum & plurimis alijs suo labore salutem conciliauit. De his loquor, quibus persuasit, ut & ipsi patem cursum transigerent, proprium san- guinem Deo libantes: Anatholio enim, & Protoleoni, ut hoc facerent, persuasit: quobus illis millicibus, qui, cum ea quæ in certamine illo effluerent, miracula obfupuerunt, & ipsi martyris Georgij fortitudinem æmulati sunt. Necnon & Glycerium ex bouis illius rediuii pro- digio celebrem, nouimus à stulta idolorum superstitione liberatum. Quos omnes ex ipsis (ut ita dicam) draconis faucibus extractos, sacrificia perfecta, & proprio Domino accepta obtu- lit. Quid quod & miracula maxima & ingentia, partim ijs qui fideliter ea petebant, abundè per illius operam Deus largitus est: partim ab aduersarijs non fideliter petita, re ipsa per mar- tyris preces ita ipse perfecit, ut & mortuum hominẽ è tumulo exuscitauerit, ad eorum qui illud petierant, amensiam redarguendam, & veritatis cognitionem manifestius aperiendam? quanti assecuti fuissent, qui eam rem postularant, si æquiores oculos habere voluissent. Illi enim ipsi partim miraculorum euentis fidem nõ adhibentes, partim spectra quaedam, & ina- nia visa illa esse credentes, rursus in eundem errorem reuoluti sunt. Cum enim ipsi omnes tormentorum machinas consumpsissent, & martyris patientia victi fuissent, ad eorum si- gnorum, quæ fieri nunquam posse illis videbantur, petitionem, iudaico more, confugerunt. Postea verò & ex eadem illa re conuicti, & in ruborem conuersi sunt. Multis enim miracula illa salutem conciliarunt, ex illis ipsis Georgij Deum agnoscentibus. Cum autem non pos- sent amplius immensis illis, quæ per martyrem facta erant, miraculis repugnare, neque tam- en ab ea in qua erant superstitione se abduci paterentur: cumq; exoccati essent, & obtu- corde, auribus, atque oculis (ut est ab Esaiâ dictum) ad patrios errores necessariò reuolue- bantur: & machinis quibusdam veritatem ipsam se euerfuros putabant. Athanasium enim quendam in medium produxerunt, qui in magicis artibus multum existimationis ha- bebatur: cuius fama longè magis celebrabatur, quam eorum qui olim apud Ægyptum aduer- sus Mosen ipsum se aliquid effecturos opinabantur. Sed non diutius & hoc loco omnis illa magicæ artis fallacia vim habuit: mendacium enim ipsum à veritate superatum fuit: & il- lius magi præsentia visior tunc apparuit, quàm quò tẽpore Ægyptij magi Mose resistunt. Illi enim cum Dei digicum esse cognoscerent, qui eorum artẽ euertebat, verbis tantum id cõ- stebantur. At hic fidem ipsam per Georgij opera sibi patefactã amplexatus, gladio percussus pro veritate mortem sustinuit, vitæque nomini suo congruentis hæreditatem percepit. Missos facio singulos, quos Christi miles ad eiusdem certaminis rationem adduxit, cum quibus & Reginam Alexandram eò adduxit, ut Mosis virtutem & ipsa in se ostenderet, cum melius ac præstantius regis thesauris opprobrium Christi esse duxisset. Quæ prompto ani- mo mortem gladio illatam, quantum ad eius propositum pertinuit, Christi causa suscepit, et cœlestẽ ac sempiternum regnum cum terrestri et caduco permutauit. O insatiabi- les diaboli fauces. O inexhaustum Christi Dei gratiam. Vbinam sunt qui impudenter

nugantes

nugantes aiunt, nostrum hostem diabolum res futuras prænosceret? En ut manuum suarum operibus comprehensus est: & non cognouit, ex quibus rebus se victorem futurum opina- batur, illis ipsis imprudenter se captum iri. Nam à quibus adorari gestiebat, ab illis eum irri- sum fuisse apparet, ac quærens alios interficere, ipse tanquam mortuus factus est, idque cum ipse in eos homines, qui nudi atque inermes erant, Reges ipsos, & omnem exercitiũ, om- nemq; tormentorum violentiam hostili animo intulisset. Et Regum quidem ipsorum, cum multa & magna trophæa quondam statuissent, & postea in imperio esse desuissent, victoriæ sunt extinctæ: at dexter Christi miles Georgius cum semel omnium hostem deuicerit, lem- per eam victoriam quam de illo reportauit, recentem habet, omnes simul dæmonum tur- mas Crucis telo ab humano cœtu expellens, & eos qui sub illorum manu fuerant, ad liber- tatem reuocans. Quid victoria hac admirabilis? quid his triumphis sublimius? quid his co- ronis gloriosius? Hæc fuit sapientis ducis se aduersus hostem struentis ratio ac via. Tam magnum fuit eleemosynæ illius, quam, venditis his quæ possidebat, pauperibus distribuit, munimen atq; præsidium. Hæc magni bellatoris victoriæ præmia: hæc nostri triumphantis militis trophæa, talia fuerunt & spolia. Hic in corpore ipso vitam degens, eum qui cor- poris expertus est, interfecit, illum, cum in corpore suo vexando occupatum haberet, spiritu iu- gularis: cumq; circa suam ipsius prædam illum suspensum teneret, eos quos in sinu suo ille antea captos detinebat, abripuit. Eius enim imitator erat, qui carnis specie obiecta hostem diabolum allexit: & dum eius pugnam recusare videbatur, eum decepit: & ita captiuos ho- mines è manu ipsius eripuit. Hæc, inquam, ille faciebat Christum magistrum totum in se habens, vel (ut verius dicam) totus magistro suo inhians, neq; amplius sibi viuens, sed ei qui pro ipso mortem passus fuit, & resurrexit, & suo exemplo docuit, non eos timendos esse qui corpus occidunt. Non enim erat amplius suo corpori, sed diuine voluntati obnoxius. Quid dixi corpori? Neq; suæ animæ obnoxius erat: Cum enim Christi esset discipulus, animam etiam ipsam voluntariè abnegauit, & tollens crucem suam ab omni cura liber magistro suo adhæsit. Meritò igitur præterita tormenta obliuisceretur, & ad ea quæ ante illum propone- bantur, virili animo se intendebat. Itaq; non ea quæ antecesserant, metiebat, sed quæ supe- rarent, requirebat. Defecerunt tormenta, sed non defecerunt coronæ: nõ enim defecerat pro- prius martyris animus. Malorũ inuentor semper aliquid amplius machinabatur, & Christi athleta Georgius maiores appetens coronas, maiorum certaminum occasione à machinato- re diabolo exigebat. Ità erat vtrifq; victoriæ certamen: illi quidem (quamuis æquè superare Georgium non posset) ut secum vnâ sanctum virum perderet: huic studium erat, ut non so- lus seruaretur, sed & omnibus validissimum suum certamen, salutare quoddam exemplum relinqueret. Itaq; iustus ille certaminis præfectus Iesus Christus, viro iuste certanti auxilium attulit. Vicit igitur martyr: & perijt qui perdere alios studebat. Tunc cœlestes mentes, & iu- storum hominum chori hymnos cecinerunt, & victricibus certamen illud vocibus, atq; ap- plausu laudantes, certaminis autorem Deum celebrarunt. At Christus solus omnium Rex, & certaminum spectator, ac perfector, singulari gloria suã athletam coronauit, cum totũ illi regnum aperuerit. Vidit hostis diabolus, magisque iratus est, inuidiæ stimulis atque æstu effe- uescens, & (ut ait Dauid) dentibus frendens, & perpetuò contabescens, dolensque, quod vo- ti sui compos fieri non posset. Licebat igitur videre astutissimum draconem aduersus car- nem & sanguinem gloriarum solitum, elatumq; & se esserentem, ac magnifica illa verba ia- stantem: Robore meo hoc faciam: & manuum mearum potentia auferam terminos Gen- tium: & orbem totum terrarũ comprehendam, velut nidum quempiam, & tanquam oua a- liqua derelicta, tollam: neque est qui resistat, aut contra me aliquid dicat: & ponam sedem meam supra nubes cœli, et ero similis altissimo: Talem, inquam, et tantum hostem licebat videre à iuvene illo vno illusum, et ita despectum, atque confusum, ut quid ageret, non ha- beret. Erat enim admodum tristis, quod tante res diuino illi viro per eum imprudẽtem, at- que inuitum conciliatæ fuissent. Nam martyr ipse eorum etiam quos propriis laboribus ser- uauit, certas & immensas sibi mercedes adiunxit. Et quoniam sapiens ille bellator merce- dem, quæ retribuenda erat, maximè spectabat, idcirco non destitit hostem irritare, et cõfun- dere, quoad perfectam de ipso victoriam adeptus est, eoque irretito, corporis sui nauigium ad tranquillum portum appulit. Non dedit somnum oculis, neque palpebris suis dormita- tionem, neque temporibus suis requiem, donec locum, et Dei tabernaculum seipsum effecit. Noluit presentis mortis liberatione donari, ut meliorẽ resurrectionem assequeretur. Non destitit fortiter se gerere, quoad magistrum et sponsam dicentem audiuit: Euge serue bonè et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa re constituam: intra in gaudiũ Domini tui. Apud in martyrem Georgiũ cadunt, ut cum Christo sponso coniunctũ, ea quæ in Cantico de Christi sponsa Ecclesia scripta sunt: cuius formosi corporis membrum quoddã pretiosissimũ

m ij

Martyr

8. Vide vultum
Dei gratia etiam
na opera nostra,
que ab ipso proce-
dunt, necessarii
se voluntibus ad sa-
lutem peruenire.

Martyr ipse est. Veni à Libano sponsa: quoniam non per gratiam tantum, sed & proprio-
operum 8 suavi odore sui amatorem, ac sponsum Deum effecit, morte ipsa eandem obiectans, factus perfecta victima, etque in odorem suavitatis accepta. Quod si quis dixerit Li-
banum dictum fuisse, propter vitulum illum Libanum, & idolorum superstitionem, ex qua
sacram illam martyris animam auferentem, & ad Dominum ipsum confugientem, Deus
ipse, vt pater, aperitis vultus occurrens benignissimè his verbis affatus est: Veni à Libano spō-
sa: quoniam & ita dictum illud quidā interpretati sunt, à vero ipso non aberrauerit. Quam-
obrem digna quoque est martyris anima, quæ ab eodem Domino & hoc audiat: En vt pul-
chra, propinqua mea es: tota pulchra, & macula non est in te. Id quod significat & illud: cō-
fitebor ipsum & ego corā Angelis, & Patre meo, qui in cælis est. Quid his laudationibus
sublimius, quando & Iudex ipse eum laudat, qui iudicandus accedit? quando & is qui ex-
actor futurus est, seipsum & debitorem futurum confitetur: & in suam gaudio ingreditur eum
hortatur, qui inde vsque à patribus suis reus erat? Hoc illud est, quod iureiurando affirmans
per prophetam dixit: Vio ego, dicit Dominus, quoniam glorificantes me glorificabo. Ita
Dei hæres, & coheres Christi Dei, & filij Dei valde laudatus, & decantatus Georgius effe-
ctus est: qui cum legitimè certauerit, mercedem etiam supra legem recepit. Non enim con-
dignæ sunt passionis huius temporis ea gloria, quæ reuelanda est, his præsertim, qui san-
guine purgati sunt, & Christi sacrificium sunt imitati. Vtram igitur celebrabo, & magis
magisq; admirabor? Eumne, qui in hac corporea vita se tanta gratia dignum præstitit, vt &
Deum ipsum in seipso collocaret, & iure propriam sanguinem pro ipso effunderet: an illū,
qui eum ita corroborauit, & tali gratia omne humanum genus dignum effecit? Quis nam
victa modum hæc admiretur? Quis diuinæ in humanam naturam charitatis exuperantiam
non obstupescat? Nos peccata commisimus, quæ venia digna non erant, qui certè eius vo-
luptatis, quam in paradiso gustauimus, debito tenebamur. At Christus acerbissimorum labo-
rum patientia omni ex parte hostes illos, qui nos in lucta deiecerant, expugnauit. Omitto
enim dicere, quòd ea quæ nos passuri eramus, ipse patiēdo, morte sua mortem nostram e-
quo animo compensauit. Nunc verò è contrario ipse non indignos solum accipit, & in ipsa
qui certant ipse habitat, & certamina ipsa subleuat, sed coronas etiam tribuit, & supra
largitur dona, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt: in
quæ & Archangeli ipsi cupiunt prospicere. Talia sunt ea quæ ipsi, qui eius causā labores pati-
untur, Deus retribuit: quinetiam coheredes suos illos nominat: quodque admirabilis est,
mercedem præbet, & id quod retribuit, non vt gratiam, sed vt debitum exoluit: vt ex
Dauid, & vase electionis Paulo probatur. Tanta enim est ipse Dominus in eius seruos bo-
nitas, vt non solum debita non exigat, sed & insuper eos adiunet, & magnifica dona gratifi-
cetur, modò fideli et non vacillanti corde ad eum aliquis accedat. Ipse enim ait: Non te di-
mittam, neque te derelinquam. Certè verax David est, cum dicit: Ego dixi in excessu meo,
Omnis homo mendax. Quæcunque enim aliquis ad Dei gloriam celebrandam dixerit, ni-
hil dicit, quod eius laudibus par sit, sed omnino infra earum dignitatem positum erit. Eius
enim dignitatis non solum hominum natura, sed neque illa ipsa antiquissimorum, & ad
Deum proximè accedentium Angelorum conditio capax est. Quamobrem id quod cōpre-
hendi non potest, silentio præteriens, quantum illud sit, ita significabo: & Deum ipsum ita
magis honorabo, quam aliquid de eo dicam, quod ab eius dignitate longissimè distet. Sed
dicit aliquis nos ad martyre renocans: Si Christus ipse in martyre illo certante habitat, nihil
mirum si aduersus tot cruciatus generoso & forti animo ille resistit: hoc enim non Georgij
opus fuit, sed habitantis Dei in eo gratia: cum enim Deus vult, naturæ cōditio superatur. Huic
ergo respondens: Verè, inquam, o amice, neq; dubitanter eius qui in martyre habitat, gratia
totum effecit: sed quidnam fuit, quod eius habitationem ei conciliauit? Consideres velim
primam causam, cur in eo Christus habitauit, deinde ita expendas, quæ ab ipsa gratia rectè
sunt effecta. Causam quidem Dñs ipse per tonitruum filium Ioannem nobis reuelauit, cum sic
ait: Si quis diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi.
Et: Ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus, Declarans autè et charitatis effectū:
Qui habet, inquit, mandata mea, & seruat illa, ipse est qui diligit me. Quoniam igitur Geor-
gius mandata Dei habuit, ac seruauit, re ipsa Christum dilexit: idcirco & ipse dilectus eum
in se habitantem possedit, quem dilexit. Cum verò Christus in illo habitaret, merito, nō gra-
tis tantum, martyrij dono illum honorauit: Quod enim martyrium ipsum merces sit, & bo-
norum operum remuneratio, Dominum ipsum audi in Euangelio, quod à Marco scriptum
est, affirmantem, mercedem multam his tribui qui in persecutionibus se dignos præ-
stitierint. Primum igitur Georgij, ac præclarum factum, quod & Christi charitatem ei
conciiliauit, in eo extitit, quoniam antea seipsum dignum se præparauit, qui puro vitæ suæ
candore

6. Ecce seruorum
Dei meritum quā
do is illis vitam
eternam tanquā
debitam rescedit,
exoluit

10. Vides quod gra-
tia Dei his datur,
qui se ante præpa-
raverunt: Verum non
ob hoc gratiam dari
dicitur meritis.

candore Christum in se susciperet, quamvis ætate iuuenili adhuc esset, & militari magistra-
tu, ac potestate vteretur (Id quod non est facile in hominibus reperire) deinde quòd prom-
pto animo certamen appetierit, ac seipsum per eorum quæ possidebat largitionem ad id
paratum ostenderit: quodque adiutorem sapienter eum inuocauerit, quem secum habitantem
habebat, Christum. Itaque fidenti animo ad pericula, quæ pro Christo subeunda erant, pro-
gressus fuit. Hæc autem præclara facta à Georgij proposito, ac voluntate proficiscebantur,
pura, inquam, illius vitæ, fides non vacillans, sed certa, promptus ad labores perpetiendos
animus, ac studium, cordis humilitas: quibus rebus nihil sublimius: quæque nisi aduerint,
ferri non potest, vt aliquis in Deum charitatè ostendat. Hæc cum obtulisset, & in his sum-
mam charitatem ostendisset, vicissim & ipse valde à Christo dilectus est, & apertè in se eū
suscepit, qui iure illum dilexerat. Quamobrem, antequam certamina subijisset, cum iam paratus
esset, certaminibus non fuit perturbatus: sed victor coronatus est, paratū habens sibi adiuto-
rem Iesum Christū. Ipse enim cum naturæ nostræ debitum atq; infirmitatem bene nosset,
quinetiam & nos ipsos ad animi tumore elationemq; proclines esse sciret, neque totum no-
stræ fidei cōmit, ne duorū alterum pateremur, vel infirmitate, vt Petrus Apostolus, caden-
tes: vel si ex sententia nobis res succederent, vt Pharisæus ille superbus, intumescens:
neque rursus totum ipse perfecit, ne omnino nos inuitiles effemus, & debitis nostris adhuc
obnoxij remaneremus.

Itaque, vt antea dixi, nostram per omnia salutem procurans, secundum mensuram fidei,
quæ inest singulis, ac pro eorum ratione à quibus rogatur, dona ipsa tribuit, & cum queritur,
inuenitur: & pulsantibus diuinarum miserationū suarū viscera patefacit, periclitantibusque
adiumentum, & subsidium adfert. Deniq; eorū omnium propugnator est, qui pro eo aliquid pa-
tenti sibi proposuerunt, non finens nos tentari supra id quod possumus: sed faciens cum tenta-
tione & prouentū, vt possumus labores sufferre, ob idq; perfecta patientiæ corona donari.
Quicumque verò propriæ segniciei causā terrestri & corporeo sensu detinemur, multas pec-
catorum sordes in nobis ipsis habentes, superno ac cælesti auxilio destituimur, Itaque merito
formidamus, & decidimus: neq; tentatione aliqua exoriēte, consistere firmo loco possumus.
Quamobrem necesse est Dei præceptū illud assidue à nobis seruari: Vigilate, & orate, ne in-
trentis in tentationem. Quòd enim dicit: Vigilate, & orate, nihil aliud vult, nisi vt propria im-
becillitate agnoscamus, semperq; diuinū auxiliū imploremus. Nam & Petrus Apostolus sæ-
pe pro Christo ipso se moriturū pollicebatur: sed quoniā Christi subsidium nō quaesiuit, sui spi-
ritus prompto seruire, & alacritate cōsiliū, redarguta fuit carnis infirmitas, quæ spiritus ser-
uorem superauit. Quamobrem ad illū spectans Dominus dicebat: Vigilate, & orate, ne intrentis
in tentationem: spiritus quidè promptus, caro aut infirma: ob idq; meo subsidio vobis opus
est. Ipsum igitur, & nos in omnibus Saluatorem, ac liberatorem Christum imploramus, per
gloriosum hunc, semperq; celebrem, qui trophæum, & pulcherrimam victoriam verè asse-
cutus est: per martyrem, inquam, Georgium precamur Deum, vt eius voluntas in nobis fiat,
sicut & in cælis: vt vna & cōcors nostra cū illo, & cum cælestibus mentibus sit sententia, ac
volūtas: vt videlicet in nobis cōpleatur diuina illa vox, quā de nobis filius ad patrem misit,
cum nos ad seipsum congregaret: Vt sicut ego, & tu Pater, vnum sumus, & ipsi in nobis vnū
sint: ita in ipsis, & tu in me: vt sint perfecti in vno, eodemque sensu: eo scilicet, qui diuinus
est: vt ita & ipso in nobis habitante, & intenso amoris vinculo secum vnā colligatos nos te-
nente, efficere possumus, quod in cantico dicitur: Tenui ipsum, & non dimisi eum: ipse verò
in nobis illud perficiat: Non te dimittam: haud quaquam in tentatione nos relinquens, sed li-
berans nos à malo, & ab omni studio atque impetu hostis diaboli corruptioni animæ inhæ-
rentis, sicut tunc diuinum hunc multis certaminibus exercitatum, & sanctum martyrem Geor-
gium liberauit: vt et nos vnā cum illo choreas ducentes dicere possimus: Anima nostra, sicut
passer, erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. Adiuto-
rium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram, Quoniam regnum & potestas
seruandi nos in tempore angustiarum à nullo alio, nisi ab ipso solo proficiscitur Domino no-
stro Iesu Christo vero Deo, ac Salvatore nostro, per quem, & cum quo conuenit & iu-
re debetur eiusdem Imperij consorti Patri, & eiusdem essentia Spiritui sancto
vitæ auctori, omnis gloria, honor, & adoratio, magnitudo, ac magni-
ficentia nunc, et in secula seculorum.

11. Nota quod Dei
gratia requiritur
ad bona opera per-
agenda, vt sint me-
ritoria: sed ea sola
non sufficiunt neces-
sarium enim est et
nostrum liberū ar-
bitriū et industria
collaborans, et eos
operans, ne omni-
no simus inuitiles
iuxta illud Aposto-
li: Non solus ego,
sed gratia Dei me-
cum et Dei cōcoop-
eratores sumus.

A M E N.

* * *

VITA SANCTORVM MARCELLINI

Præsbyteri, & Petri Exorcistæ, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in Martyrol. eiusdè sub liij. Non. Iunii.

1. Habes hic presbyterum, habes ex exorcistam. Vides ergo in ordine Ecclesiastico dueros esse gradus, ad quos ordinate ascitur.



ROMÆ natale sanctorum martyrum Marcellini præbyteri, & Petri Exorcistæ sub Diocletiano Imperatore, Iudice Sereno. Factum est dum tenebatur beatus Petrus in obscurissimo carcere vinculis ferreis allicitus, ut cutos carceris nomine Artemius haberet filiam demoniacam, quam vnicè diligebat. Cui vir Dei Petrus: Audi consilium meum Artemi, & crede vniuentum tuum Dei vitium Dominum nostrum Iesum Christum, qui est liberator omnium in se credentium: si credideris, saluabitur filia tua. Cui Artemius: Mironi imprudentiam cõsiliij tui: Te Deus tuus liberare non potest, cum illi credas, & quotidie pro eius nomine plagas & vincula perferas: quem modo poterit filiam meam liberare, si ei credidero? Si me vis credere Deo tuo, ecce duplicabo super te catenas, & claustra omnia carceris muniam, te autem ipsum in ima tenebrosa solum includã: si de his omnibus liberauerit te Deus tuus, credã ei. Cui beatus Petrus assensum dedit, promittens ad domum illius se venturum. Hoc, inquit, faciã non ad libitum tentationis tuæ, sed ad declarationem Deitatis Domini nostri Iesu Christi. Agitans caput Artemius inquit: Iste homo nimis passionibus fatigatus aliena loquitur. Et hoc dicens abscessit, narravitq; gesta & dicta vxori suæ Candidæ. Et ecce subito noctis initio adest homo Dei Petrus Artemio & Candidæ, indutus vestibus candidis, tenens in manibus suis triumphum. Crucis: in cuius vestigia corruentes illi clamabant: Verè Deus vnus est, & verus Iesus Christus. Statici; filia eorum virgo nomine Paulina, à spiritu immundo vexate curata est. Et cum hoc fieret, omnes in domo Artemij crediderunt. Conuenitque multitudo vicinorum amplius quàm trecentorum, mulierum verò abundantior numerus clamantium: Præter Christum non est alius Deus omnipotens. Cumq; omnes cuperent fieri Christiani, adduxit vir Dei Petrus Marcellinum præbyterum, qui omnes vnanimiter baptizauit. Sed & Artemius omnes qui in vinculis erant absoluit: qui & omnes baptismi gratiam susceperunt. Audiens hoc iudex Serenus, iussit Marcellinum præbyterum, & Petrum exorcistam præsentij suæ exhiberi. Et auditum beatum Marcellinum iussit pugnis cædi in ambabus arteriis. At vbi defecerunt cædentes, ab eo Petro separato, iussit vt nudus super vitri fragmenta sterneretur in custodia, & victus ei & lumen negaretur. Petrus verò conuersus ad Serenum dixit: Cum sis nomine Serenus, totum te nubilum & tenebrosum factis ostendis. Tunc eũ & ipse Serenus iussit in vinculis recipi, & pedes in cippo arcissimo constringi. Factumque est dum separati essent, apparuit Angelus Domini Marcellino præbytero oranti nudo, & induit eum vestimentis suis, & adduxit eum vbi beatus Petrus erat in cippo & ferro. Sed & ipsum soluit, & ambos perduxit ad domum, vbi baptizati orabant. Non post multum verò cum beatus Artemius cum vxore & filia sententiam capitalem susceperunt, comprehensi & illi ab his, qui sanctos Dei martyres punirei erant, alligati sunt manibus retro ad arborem, vsque dum nunciaretur Iudici Sereno de eis. Ille iussit eos duci in syluam nigram, quæ hodie in honorem sanctorum Sylua candida appellatur, & in eadem ambos pariter decollari. Cumque ventum fuisset in mediam syluam, ipsi sibi manibus suis munda uerunt locum à spinis, vbi orantes simul, & dantes sibi pacis osculum, genu posito decollati sunt. Et qui eos decollauit, vidit animas eorum splendide ornatas ab Angelis ferri 3 ad cælos. Et penitentiam agens, sub Iulio Papa baptizatus est in senectute sua, nomine Dorotheus, Quorum corpora, 4. reuelantibus se beatis martyribus, tulerunt postmodum Lucina, & Firmina Christianissimæ feminae, & iuxta sanctum Tiburtium in inferiore parte criptæ sepelierunt quinto Kalendas Septembris.

2. Ecce crucis signaculum murum inexpugnabilem, & mira virtutis.

3. Vides quod animæ sanctorum statim post mortem feruntur in cælum. 4. Sancti seiplos reuelant, & ita a religiosis feminis sepeliuntur.

VITA SANCTI ALBANI MAR-

tyris, per Venerabilem Bedam præbyterum scripta.

Habetur in libri 1. historiae Ecclesiasticae generis Anglorum, per eundem conscriptæ. Ex capitulo 4.



ANNO ab incarnatione Domini ceterimo quinquagesimo sexto, Marcus Antonius Seuerus, quartus decimus ab Augusto regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit. Quorum temporibus cum Eleutherius vir sanctus potestati Romanæ Ecclesiæ præset, misit ad eum Lucius Britannorum Rex epistolam, obsecrans, vt per eius mandatum Christianus efficeretur, & mox effectum piæ postulationis consequutus est: susceptamque fidẽ Britannij vsque in tempora Diocle-

Diocletiani principis inuolatam integramque quietam in pace seruabant. Anno incarnationis Dominicæ ducentesimo octuagesimo sexto, Diocletianus trigessimus tertius ab Augusto Imperator ab exercitu electus annos viginti præfuit. Maximianumque cognomento Herculeum, socium creauit imperij. Quorum tempore Carausius quidam genere infimus, sed consilio & manu promptus, cum ad obseruanda Oceani littora, quatenus Fræci & Saxones infestabant, potius plus in perniciẽ quàm in profectũ Reipublice ageret, ereptam prædonibus prædã nulla ex parte restituendo dominis, sed soli sibi vindicando, accendens suspitionem, quam ipsos quoque hostes ad incurstandos fines artificij negligetia permitteret. Quã obrem à Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit, ac Britanos occupauit. Quibus sibi per septem annos fortissimè vindicatis ac retentis, tandẽ fraude Allecti locij sui interfectus est. Allectus postea ereptam Carausio insulam per trienniu tenuit, quẽ Asclepiodorus præfectus prætorio oppressit, Britanniamq; post decem annos recepit. Interea Diocletianus in Oriente, Maximianus Hercules in Occidente, vastari Ecclesias, affligi, interficij; Christianos decimo post Neronem loco præceperunt: quæ persecutio omnibus ferè actis diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem annos incedijs Ecclesiarum, proseriptionibus innocẽtium, cædibus martyrum incessabiliter acta est. Denique etiã Britannia complurima confessionis Deo deuote gloria sublimauit. Siquidem in ea passus est sanctus Albanus, de quo præbyter Fortunatus in laude virginum, cum beatorum martyrum qui de toto orbe ad Dominum venirent, mentionem faceret, ait: Albanum egregium secunda Britannia profert. Qui videlicet Albanus paganus adhuc, cum perfidorum principum mandata aduersus Christianos sæuient, clericum quendam persecutores fugientem hospitio recepit. Quem dum orationibus 2 ac vigilijs continuis die noctuq; studere conspiceret, subito diuina gratia respectus, exemplum fidei ac pietatis illius cepit æmulari, ac salutaribus eius exhortationibus paulatim edoctus, relictis idololatriæ tenebris, Christianus integro ex corde factus est. Cumque præfatus clericus aliquot diebus apud eum hospitaretur, peruenit ad aures nefandi Principis, confessorem Christi cui necdũ fuerat locus martyrij deputatus, penes Albanũ latere. Vnde statim iussit milites eum diligentius inquirere. Qui cum ad tigurium martyris peruenissent, mox sanctus Albanus pro hospite ac magistro suo ipsius habitu, id est, caracalla, qua vestiebatur, indutus militibus exhibuit, atque ad Iudicem victus perductus est. Contigit autem Iudicem ea hora qua Albanus ad eum adducebatur, aris assistere, ac dæmonibus hostias offerre. Cumque vidisset Albanum, mox ira succensus nimia, quia se vltro pro hospite, quẽ susceperat, militibus offerre, ac discrimini dare præsumpsisset: ad simulachra dæmonum, quibus assidebat, eum iussit pertrahi. Quare rebellem, inquit, ac sacrilegum celare, quàm militibus dare maluisti, vt contemptor diuum meritam blasphemix suæ poenã lueret? Quæ cum illi debebantur supplicia, tu soluere habes, si à cultu nostræ religionis discederentur. At sanctus Albanus, qui se vltro persecutoribus fidei Christianum esse prodiderat, nequaquam minas principis timeuens, sed accinctus armis militiæ spiritualis, palam se iussis illis parere nolite pronuntiabat. Tum Iudex: Cuius, inquit, familiæ, & generis es? Albanus respondit: Quid ad te pertinet, qua sim stirpe genitus? sed si veritatem religionis audire desideras, Christianũ iam me esse, Christianisq; officijs vacare cognosce. Ait Iudex: Nomen tuum quæro, quod sine mora mihi insinua. At ille, Albanus, inquit, à parètib; vocor, & Deũ verum ac viuũ, qui vniuersa creauit, adoro semper, & colo. Tum Iudex repletus iracundia dixit: Si vis perennis vitæ felicitate perfrui, dijs magnis sacrificare ne differas. Albanus respondit: Sacrificia hæc quæ à vobis redduntur dæmonibus, nec auxiliari subiectis possunt, nec supplicandis sibi desideria vel vota complere. Quinimò quicunq; his sacrificia simulachris obtulerit, æternas inferni poenas pro mercede recipiet.

His auditis Iudex nimio furore commotus, cædi sanctum Dei confessorem à tortoribus præcepit, autmans se verberibus, quem verbis non poterat, cordis eius emollire constantiam. Qui cum tormentis afficeretur acerrimis, patienter hæc pro Domino, imò gaudenter ferebat. At vbi Iudex illum tormentis superari, vel à cultu Christianæ religionis renocari non posse pensit, capite eum plecti iussit. Cumque ad mortem duceretur, peruenit ad flumen, quod muro & harena, vbi feriendus erat, meatu rapidissimo diuidebatur. Viditque ibi non paruam hominũ multitudinẽ vtriusque sexus & conditionis, diuersæ ætatis: quæ sine dubio diuinitatis instinctu ad obsequium beatissimi cõfessoris ac martyris vocabatur, & ita fluminis ipsius occupabat pontem, vt intra vespërã vix transire posset. Denique cum cõtis penè egressis, Iudex sine obsequio in ciuitate subliterat. Igitur sanctus Albanus, eui ardens inerat deuotio mentis ad martyrium ocus: peruenire, accelsit ad torrentem: & dirigens ad cælũ oculos, illico siccatõ alueo, vidit vnda suis celsis, ac viam dedisse vestigijs. Quod cum inter alios etiam ipse carnifex, qui eum percussurus erat, vidisset, festinauit ei, vbi

Ex capitulo 10

11. Cum heretici nostri respiciant hæc eadem faciant, Gens istibus similes eos recte dixerimus.

Ex capitulo 7.

12. Vide quò antiqui sacerdotes orationibus ac vigilijs die noctuque studerent, pietatis ac virtutum suarum exemplo, Gentiles ad suscipiendam Christi fidem provocabant.

ad locum destinatum morti venerat, occurrere, diuino nimirum admo[n]itu inflinctu, proiec-
toque ense, quem strictum tenuerat, pedibus eius aduoluitur, multum desiderans, vt cum
martyre, vel pro martyre, quem percutere iubebatur, ipse potius mereretur percuti. Dū ergo
is ex persecutore factus esset collega veritatis & fidei, ac iacente ferro esset inter carnifi-
ces iusta cunctatio, montem cum turbis reuerendissimus Dei confessor ascendit, qui oportu-
nè lætus gratia decentissima, quingentis ferè pascibus ab harena situs est: in quo nihil re-
pente arduum, nihil præceps, nihil abruptum, quem læceribus longè lateque deductū, in mo-
dum æquoris natura complanat, dignum videlicet se pro insita sibi specie venustatis iam
olim reddens, qui beati martyris cruore dicaretur. In huius ergo vertice sanctus Albanus
dari sibi à Deo aquam 3 rogauit, statimque incluso meatu, ante pedes fons perennis exortus
est, vt omnes agnoscerent, etiam torrentem martyri obsequium detulisse. Neque enim fieri
poterat, vt in arduo montis cacumine, martyr aquam quam in fluitio non reliquerat pene-
ret, si hoc oportu[m] esse non videret. Qui videlicet fluuii ministerio persoluto, deuotio-
ne completa, officij testimonium relinquens, reuersus est ad naturam.

3 Quanta vis orationis sancti,

Decollatus itaque martyr fortissimus ibidem accepit coronam vite, quã repromisit Deus
diligentibus se. Sed & ille qui pijs ceruicibus impijs intulit, manus, gaudere super mortuum
non est permixtus. Namque oculi eius in terram vnã cum beati martyris capite deciderūt.
Decollatus ibi est etiam miles ille, qui antea superno nitu correptus, sanctum Dei confessorē
ferire recusauit. De quo nimirum constat, quia est fonte baptismatis non est ablutus,
sui tamen est sanguinis lauacro mundatus, ac 4 regni cœlestis dignus factus ingressu. Tūc
iudex tanta miraculorum cœlestium nouitate percussus, cessari mox à persecutoribus præ-
cepit, honorem referre incipiens cœdi sanctorum, per quam eos opinabatur prius à Christia-
næ fidei posse deuotione cessare.

4 Anime sanctorum statim in cœlum auolant.

Passus est autem beatus Albanus die decimo Calendarum Iuliarum iuxta ciuitatē Verolamium, quæ nunc à gente Anglo-ru Verolamiacēstir, siue Vueltingacister appellatur: vbi postea redeunte temporum Christianorum serenitate, ecclesia est mirandi operis atque martyrio condigna extructa. In quo videlicet loco, vsque ad hanc diem curatio infirmorū & frequentium operatio virtutum celebrari non desinit. Pasi sunt ea tempestate Aaron & Iulius, legionum vrbs ciues, alijsque vtriusque sexus diuersis in locis per plures, qui diuersis cruciatibus torti, & inaudita membrorum discriptione læcerati, animas ad supernę ciuitatis gaudia perfecto agone miserunt. At vbi turbo persecutionis quieuit, progressi in publicam fideles Christi, qui se tempore discriminis syluis ac desertis abditis speluncis occultauerant: renouant ecclesias ad solum vsque destructas, basilicas sanctorum fundant, construnt ac perficiunt, ac veluti victricia signa passim propalant, dies festos celebrant, sacra mundo corde atque ore conficiunt. Manitque in ecclesijs Christi, quæ erant in Britannia, pax vsque ad tempora Arrianæ vesanæ, quæ corrupto orbe toto (hanc etiam insulam extra orbem tam longè remotam) veneno sui infecit erroris. Et, quasi via pestilentię trans oceanū patefacta, non mora, omnis se lues hereseos huic quoque insulæ, noui semper aliquid audire gaudet, & nihil certi firmiter obtinenti infudit. His temporibus Constantius, qui viuente Diocletiano Galliam, Hispaniamque regebat, vir summæ mansuetudinis & ciuilitatis, in Britannia morte obiit. Hic Constantinum filium ex concubina Helena creatum, imperatorem Galliarum reliquit. Scribit autem Eutropius, quod Constantinus in Britannia creatus imperator patri in regnum successerit. Cuius tempore Arriana heresis exorta, & in Nicena synodo detecta atque damnata, nihilominus exitiabile perfidie suæ virus (vt diximus) non solum orbis totius, sed & insularum ecclesijs aspersit.

Ex capitulo 8.

VITA SANCTI ALBANI MARTYRIS,

tyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in Martyrol. eiusdē sub x. Calen. Iulij.

2 Vide S. martyris orationis virentem.

IN Britannia natale sancti Albani Martyris. Qui tempore Diocletiani in Verolamio ciuitate, post verbera & tormenta acerba, capite plexus est. Sed illo in terra cadente, oculi eius, qui eum percussit, pariter ceciderunt. Passus est cum illo etiam vnus de militibus, ed quod eum ferire iussus noluerit, diuino utique perterritus miraculo, quia viderat beatum martyrem sibi, dum ad coronam martyrii properaret, aluceum annis interpositi orando 2 transmeabilem reddidisse. Quo in tempore persecutio crudelis, Oceani littus transgressa etiam Aaron, & Iulium Britannię, cum alijs pluribus viris ac foeminis felici cruce damnauit.

VITA

VITA SANCTI BONIFACII MARTYRIS,

tyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in loco vbi supra sub No. nis Iunij.



Atale sancti Bonifacii martyris sub Diocletiano, & Maximiano apud Tharsum ciuitatem passus, sed Romæ in via, quæ Latina nuncupatur, sepulti.

Qui cum esset procurator rerum cuiusdam nobilis matronę nomine Aglahes, & cum ea in stupro misceretur, tandem vtrique diuino nutu compuncti, consilium habuerunt, vt ad requirendum corpora martyrum Bonifacius mitteretur, in quomodo seruientes atque obsequentes eis, per eorum 1 orationes saluari mererentur. Perueniens igitur post dies aliquot Tharsum ciuitatem, dicit ad eos qui cum eo erant, Bonifacius: Requirit nobis hospitium, ego autem ibo videre eos, quos valde desidero martyres certantes. Festinans itaque ad locum, videt beatissimos, alium suspensum per pedes, igne subtus posito, alium in quatuor lignis extensum, & diutissime afflicto, alium vngulis exaratum, alium manibus abscissum, alium stipitem in collo habentem infixum, & à terra eleuarum, & sic per diuersa supplicia, martyria ab impio carnifice disposita. Cum eminus feruens amore Christi & ipse respiceret, Magnum Deum sanctorum martyrum clamare cepit. Et accurrens confedit pedibus eorum, deosculans vincula, & dicens: Certate martyres Christi, calcate diabolum, modicum perseverate: Paruus quidem labor, sed multa requies & ineffabilis postmodum satietas. Aspiciens autem Simplicius Iudex, iussit eum applicari ad tribunal, cui & dixit: Quis es tu? Sanctus Bonifacius dixit: Christianus sum, & Bonifacius vocor. Tunc iratus iudex iussit eum suspendi, & tamdiu corpus eius vngulis radi, donec ossa eius apparerent. Deinde calamos acutos sub vnguibz manuum eius affigi. Cumque sanctus Dei martyr in cœlum aspiciens alacriter dolores toleraret, videns impius iudex iussit aperiri os eius, & plumbum bulliens infundi. Sanctus autem martyr dicebat: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe fili Dei. Deinde iudex iussit afferri ollam, & eam pice impleri, atque sanctum martyrem verso capite in bullientem picem mitti. Sed cum nihil læsus esset, iussit impius iudex, vt gladio caput eius abscinderetur. Quo facto terræ motus magnus factus est, ita vt multi infideles virtutem Christi in martyre cernentes crederent. Conserui verò martyris Bonifacii circuibant vtrique requirentes eum, & non inuenientes adinuenim dicebant: Ille modò in adulterio, aut in taberna positus epulatur. Cum ergo inter se colloquerentur, contigit, vt obuiaret eis vnus de Commentariensibus, quem interrogauerunt: Vidisti aliquem virum peregrinum Romanum? Ille ait eis: Hesternò die vir peregrinus abscissus est capite in stadio. Et iterum interrogant: Qualis erat aspectus eius? At ille dixit: Vir quadratus & crassus, robusto capillo, coccinea armelasa indutus. Et dicit eis: Ille quem queritis, apud nos hesternò die martyrio est finitus. Aiunt illi: Homo, quem nos quærimus adulter est, & ebriosus. Dicit eis ille: Venite videre eum. Cumque ostendisset eis corpus, & pretiosum caput eius, dixerunt ei: Ille est quem quærimus, petimus vt des nobis eum. Qui respondit: Ego gratis corpus eius dare vobis non possum. Illi autem dantes ei solidos quingentos, acceperunt corpus sancti martyris, & 2 vngentes aromatis, inuolentesque linteaminibus pretiosis, posuerunt illud in Basterna, & sic reuertebantur gaudentes, & glorificantes Deum. Angelus autem Domini apparens dominæ quondam ipsius, rem factam beati martyris indicauit. Quæ confestim cum omni veneratione obuiauit sancto corpori, & 3 ædificans ei domum dignam, reposuit illud in ea ab vrbe Roma stadijs quinque. Passus est autem sanctus martyr Bonifacius, xiiij. die mensis Maij, apud Tharsum metropolim Cilicię, & sepultus est Romæ Nonis Iunij.

2 Vides quod sancti pro nobis orant, peccatorum nostrorum veniam impetrant, et per illorum preces saluamur.

2 Ecce quod vngit sancti corpus et aromatisibus inuolunt pretiosis linteaminibus.

3 Adificat Aglahes domum in honorem sancti martyris, et in ea illum sepellit.

4 Hæc est vera paupertas Euangelicæ, voluntaria et actualis bonorum omnium desertio, et in pauperes distributio.

5 Vides quod quæ sanctimonialis habebat, proprium ino duebat habitum, ab alijs mulieribus distinctum.

6 Nota: Operibus pijs consummata, et hoc: quia non nisi fecisset sola fides.



IN Capania natale beati Erasmi Episcopi & martyris sub Diocletiano & Maximiano. Qui iussu impij Diocletiani Imperatoris primò plūbatis crudeliter caesus, deinde sustibus diutissime maceratus, post resina, sulfure, plūbo, pice, cera, oleoq; solutis perfusus, ingenti miraculo illęsus apparuit. Quod cum multi viderent, fidem Christi, reiectis idolis, susceperunt. Inde immenso pōdere ferri confri-

Habetur vbi supra, sub No. Iulij.

constrictus, in carcere reclusus est sub dira custodia. De qua Angelica visitatione soluitur atque eripitur. Verum postmodum clarissima miraculorum ipsis gesta fama vulgante, tectus est ab altero Imperatore Maximiano, à quo diuersis supplicijs tortus fuit, in tantum ut tunica eret ignea virtiretur. Iterumque in olla, quæ plumbo, pice, cera, resina, & oleo seruefacta erat, millus, virtute Domini omnia superans illafus exinde progreditur. Sicque tandem ad confirmandum cæteros à Domino seruatus, Campaniam munitus Angelico solatio peruenit. Vbi cum plurimos sue in fide roborasset, sue ad fidem Christi conuertisset, vocatè Domino martyrio clarus sancto sine quieuit.

VITA SANCTORVM MARTYRV

Cosmæ & Damiani, per iam dictum Adonem collecta.

Postea est ubi supra
pra sub v. Calce
das Octobris.



Pud Aegæam ciuitatem natale sanctorum martyrum Cosmæ & Damiani, persecutione Diocletiani, sub præside Lysia. Hi venerabili matre Theodora geniti, sacris literis eruditi, professione Christiani, arte medici, virtutibus erant clarissimi. Horum religionem audiens præses Lysias, misit apparitores, qui eos adducerent. Quos aspiciens interrogauit, ex qua Prouincia, aut quæ essent eorum nomina. Beatus Cosmas & Damianus responderunt ei: Ex Arabia sumus. Nomina nostra Cosmas & Damianus, Christiani tumus: sunt nobis & alij fratres Antimus, Leontius, Euprepus. Quos misso officio iussit sibi Præses illic præsentari, & cœpit agere, ut sacrificaret. Et cum nulla ratione fundatos animos eorum supra petram Christum mouere possent, manibus & pedibus vincitos, iussit eos fortiter torqueri, deinde sicut erant concatenati, in mare mergi. Quibus statim Angelus Domini affuit, & diruptis vinculis, è pelago liberauit. Hoc videntes milites renunciauerunt Præsidi. Ille mox eis ad se reductis: Docete, inquit, me maleficia vestra, & ego sequor vos, communicans operibus vestris. Sancti verò responderunt: Christiani sumus, maleficia nescimus, & in Christi nomine maleficiorum virtutem cōtemnimus. Recepti sunt, iubente Præsidi, in carcerem. Et sequenti die Proconsul sedens pro tribunali fecit copiosum igne parari, & beatos martyres de carcere productos in medio iactari. Sed orantibus sanctis ignis virtutem suam amisit. Scupescit Præses, & quæ circa martyres Dei prouenerant, magicis artibus deliquans, suspēdi ac torqueri eos iterum iubet. Sed cum grato & hilari vultu superiores tormentis persisterent, paratis crucibus impius Proconsul gloriosos martyres suspendi, atque extendi, ac lapidibus in cruce lenatos persequi iubet. Sed cum ictus lapidum in iacentes retorquerentur, Præses furore succensus, sagittis eos aggredi iussit, ut saltem leuiore volatu ferrum eis infigeretur. Verum cum nec in aliquo sanctos læsissent, plurimi mictentium, ac circumstantium vulneribus earum defecerunt. Cernens itaque Præses malitiam suam virtute diuina superari, gladio animaduerti illos iubet. Martyrizati autem sunt beati Cosmas & Damianus, Antimus, Leontius, & Euprepus xxvij. die Mensis Septembris. Quorum corpora religiosi viri sepelierunt in loco venerabili, nō longe à ciuitate Aegæa. Duorum autem fratrum Cosmæ & Damiani memoriam à Roma etiā, templo præclaro opere nomini eorum ædificato, solenniter agit.

Quorum corpora
viri religio-
si in loco venera-
bili sepelierunt.
à Roma templo præ-
claro nomini san-
ctorum Cosmæ &
Damiani ædificas-
to memoria eorum
solenniter agit.

NICETAE PHILOSOPHI, IESV

Christi serui, Encomium sanctorum & effectorum rerum
admirabilem, Cosmæ & Damiani, qui
dicuntur Anargyri.

Per eundem Simonem Metaphrastem.

Nouēb. I.



Vam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, inquit in spiritu beatus David. Quenam autem intelligenda sunt hæc tabernacula, quam multitudo eorum qui sunt sanctificati in veritate? Apostolorum, inquam primum diuina chorea, cœtus prophetarum, conuentus Antistitum, & præclari & Deo digni cœtus martyrum, & omnes populi in Deo delectantur, qui præsentia quidem despiciunt ut instabilia: ad ea autem sola quæ manent, spe contendunt & diriguntur, & quicquid quidem est in terra amabile tanquam inamabile auersati: omne vero luum desiderium, ad id quod est propriè solo spiritu delectabile applicantes, illius diuinam & sanctissimam præclare sunt affecti charitatem, hi Dei tabernacula & valde dilecta, qui mētē puritate totam in se collocant diuinitatem. Eos nos quoque diligamus, qui solum dilexerunt dilectum, & eos qui sunt dignè ab eo dilecti. Et re ipsa in eos ostendentes nostrā dilectionis

tionis affectionem, eis tandem tribuamus & gloriam, quod est pulcherrimum eorum quæ habemus. Sic enim sicut participes charitatis, quæ omnem mentem superat eius qui in ipsis habitauit, nempe Dei. Sed ad omnes quidem simul laudandos velle linguam immittere, proinde esset ac stellarum quæ sunt in cælo choreas enumerare. Non autem quoniam omnes simul laudare, est maius, quàm ut id possit humanum præstare ingenium, oēs deinceps & seorsum laudare est nobis propterea despiciendum. Absit ut tantum absumus à ratione, aut amica in illos affectione. Duo autem sancti sunt nobis hodie ad dicendum propofiti, qui ad sui quidem laudem, ad Dei verò gloriam adhortantur. Duo solum corporibus, iisque fraternitate secundum naturam coniunctis, non duo autè animis, non operatione propemodum, non voluntate, non gratia, nec spiritu. An non per hæc vobis patet propofitæ scopus orationis? Nam cum sanctorum fratrum par vnum audieritis, vnanimè, vnus sententiæ, vna fide & gratia, & vna spiritus virtute consummatum, diuini Anargyri, Cosmæ & Damianus statim, ut arbitror, vobis venerunt in mentem, sed enim neque ad aliquem alium sanctum nunc fortasse est vobis mentem facile dirigere. Nam sicut alia luminosa diuinus Cosmas & Damianus, ex cælestibus adytis ad Christi ecclesias mysticè despicientes, & luce intelligenti, & viua gratia, & eorum diuina replentes dilectione, nihil aliud quàm suam gloriam, & bona opera, & curationes concedunt cogitare. Atque sunt quidem alij quoque duo Anargyri, iisdem nominibus & spiritibus gratia resplendentes, sed illi quidem fuerunt cōsummati martyrij certaminibus: hi verò, quod ad inferiorem quidè ortu attinet, orti ex partibus Asiæ inferioris. Pios autem assecuti parentes, cum pater è viuus excessisset, alebantur à veneranda & in primis ornata Theodote, muliere honesta quidè corpore, anima verò honestiore, casta carne, animo castiori: temperatè moderata, pia & fidei generosæ matris generosi factus, matris non corporis solum, sed etiam spiritus filij, & natura & instituto, non maternam solum virtutem & fidem, tanquam vitalem rorem, ab infantia statim simul attrahentes, & in ea eruditi, sed etiam desuper à cælesti patre, perfectiorem gratiam & virtutem, tanquam bona terra & pinguis, perenniter accipientes, & in ea perfecti, erant oportune suum fructu reddidit. Sed videamus quisnā sit eorum fructus: & quemadmodum cum patri cælesti fuissent grati & accepti, eò gloriæ peruenerunt & magnificentiæ, ut sint clari & insignes in vniuersa terra. Etenim non certaminum contentionibus, neque tormentorum & suppliciorum varijs generibus, ostenderunt fidei probationem. Sed beati mentis rectitudine in omnibus præceptis Domini se certè gerentes, vitam exercuerunt & mores Apostolicos, conscientia autè Deo purum implentes testimoniū apertè impleretur donis Apostolicis. Nam quod etiā intus in conscientia consistat testimoniū, sic cōsideremus. Vnicuique quidè vita veluti aliquod stadium, patet ijs qui decertant. Sunt verò hic quoque duo scilicet Agonothetæ, vnus quidè in cælis sanctus, ab interitu alienus, & præmia ab interitu aliena preponens victoribus. Alter autem infra, in regione quæ est sub cælo ambulans, & in abducendis in errorem hominibus occupatur princeps tenebrarum, qui victis proportione respondentes præbet remunerationes, sceleratas eos mancipans turpissimis affectionibus, & ad proprium interitum attrahens. Arbitriq; ergo partibus primum inducitur probatio & boni quidem ministris omnem virtutis speciem, & omne Dei præceptum porrigentibus, & summo studio & diligentia singula suadentibus rectè gerere, & sic aduersarium repellere, mali verò adiutoribus, omne simulachrum fornicationis, & omnem vitij formam contrā inducentibus: & eorum mentem à Dei præcepto blanditijs auocare tentantibus, & ad sui interitum attrahere machinatibus. Quicunque ergo hanc tentationem diligenter animo cogitauerit, & bona conscientia, vel recto mentis vius iudicio, aduersarij quidè omnes insultus repulerit, & ab omni mali simulachro suam mentem & templum impollutum conseruauerit: omnem autem virtutis speciem, frequentibus laboribus & multis sudoribus in seipso plantauerit, is cum nulli reprehensionis affini martyrio, quæ in agendo versatur præcepti confessione legitime certauerit, is quoque dignam victoriæ coronam ad similitudinē martyrum retulerit. Quicumque verò viuificū præceptum, & viram quæ est ex Euangelio abnegauerit, & seipsum tradiderit omnibus volupcatibus & iniquitatibus, quo modo non Iesum factis negauit, etiam si eum lingua mentiatur: Is re vera execrandis sacrificauit simulachris. Hi ergo magni pietatis decertatores, Cosmas inquam, & Damianus, fideles & prudentes cultores Domini, non vanorum solum, & manufactorum deorum, tãquam abominatum cultum sunt abominati omni idololatriæ infensu & superstitionibus, solum autem Deum verè patrem, Deum filium, Deum spiritum sanctum, tanquam vnã veram lucem, quæ in tribus solibus cernitur & creditur, credentes, & colentes, vnã diuinitatem, potestatem & regnum. Non solum ergo hoc modo à pueritia ad finem vsque sequentes testes veritatis, cōspecti sunt socij illorū confessionis: sed etiam resistentes carni & animi affectionibus, quas multi effusè colunt tanquam deas. Dico autem libidine & gloriæ cupiditatis

cupiditati, quas consequitur totum examen vitiorum, in his fortiter repugnantes: & valida laboribus exercitacionis grauem omnino delentes, aduersarium. Sed non ab animali, & que est ad tempus vita superati, non à ratione alienis deliniti cupiditatibus, neque prudentiæ carnis sacrificantes, sed spiritu & veritate Deum colentes, allequantur etiam perfectam victoriam renunciationem: cum apparuerint verè Christi martyres, & omni maiores exceptione. Tali ergo certamine decertant aduersus diabolum & peccatum: & cum honorificentissimam illi honore dignissimi sic ostendissent martyrium, iure consequuntur præmia que datur victoribus. Quomodo autem hoc ab eis factum est? Cum continentiam quidem, cum qua ab ineunte ætate fuerant educati, præclarè illi viri sibi fecissent familiarem, patibilem animæ partem sufficienter in ea exercentes, libidini nullum ad se dederunt aditum. Omnem verò sensum & omne membrum per illam erudientes & componentes, & se conuenienter præcepto conseruantes mundos ab omni inquinamento carnis & spiritus, se ipsos Deo & patri exhibuerunt dignum Deo templum. Cum autem humilitatem cum mansuetudine purè amplexi essent, renunciarunt spiritui ambitionis, & gloriæ cupiditatis, & cum eò omnino abiectissimi, & ab omni sua actione, cogitatione, & sermone penitus exterminassent, sic puram & sinceram virtutis operationem Deo offerebant. Quod est ergo virtutum impudenterius, & magis contentiosum, eò magis aduersus id humilitate vtentes, & hominibus placendi cupiditatem, & omnem arrogantiam & hypocritism, tanquam ex eo prognata, & diaboli amica, è suo corde radicatus euellentes, perfectè Christum & integrè admiserunt ad habitandum. Sic cum inanis gloriæ insidias forti animo effugissent, malorum radicem, auaritiam, inquam, per id quod nihil possidebant, penitus amandarunt. Quomodo enim probi athletæ contendebant, aureos & argenteos Deos è mente sua abiicere tanquam inquinamentum: vt in ipsis manentibus impollutis, Deus qui est solus impollutus & purus, purè requisiceret: Sic etiam hi mentis maculas & fordes, & animæ prophanationem, non aurum solummodo & argentum, & alterius materiæ magnificentiam, sed in ea amorem & affectionem esse scientes, eorum recularunt omnino possessionem, non quod omnino possidere, ijs ad peccatum reputentur qui in se possident, sed quod ipsi viuerent euangelicè, aut potius angelicè, & immaterialiter cum corpore: & virtutis doctrinam vitam suam mundo proponerent. Sciebant enim, verè sciebant, vt qui à Deo docti erant, plura habendi cupiditatem seu auaritiam & esse & nominari cultum simulachrorum. Cum hoc autem nobis quoque videre liceat, explicata, si videret, avari animam, & eam videbis plenam multis simulachris. Videbis auri & argenti, & vestium immentam & interminatam phantasmam: & omnium possessionum summa, omniumque rationum & studiorum cogitationes, per quæ solent illa multiplicari: & nò solum in ijs qui habent, sed nihilo minus etiam in pauperibus & egentibus, quod est maxime ridiculum, aut imprimis miserabile, licet sæpe hanc videre affectionem. Qui est eiusmodi, est verè templi simulachrorum, & plenus eiusmodi spectris. Iis ergo qui sunt tales, & mens & animus toto tempore in his versatur: & memoria eorum afficitur, lætatur, titillatur: in ea incumbit cogitatione, dormit, & vigilat cor eius circa thesaurum, in eum totus est defixus, cogitando quoniam modo pecunias amplifcet, & ea parer quæ ad victum pertinet: ei viuit, eum spirat, in eo confidit, & morbi & senij & cuiusuis alterius huius vitæ calamitatis, non Christum, sed aurum miser esse statuens depulsorem. Perpetuè id ruminat, & de eo multiplicando est sollicitus: & quemadmodum ergo non eius simulachrum colit in animo, quod amore & affectione in ipso impressit? A quo tota vitam suam vult pendere, quomodo non eum colit vt Deum, cum sic eum honoret, & affectione mentis sic amplectatur, vt etià eum qui verè est Deus, propter ipsum non audiat? Quomodo verò diuinissimam Christi pulchritudinem, quæ est immaculata, materiæ expers, & inaccessa naturæ mens cõtemplabitur, quæ fuerit superata à pulchro auri colore: & præoccupata ab illius contemplatione: & veluti tota deaurata, adeo vt crasi, & nullo sensu præditi eorum mores auro fiant conformes? Hæc quidè auri amantes & Christum odio habentes, & nec damnium in quod incidunt reputantes: neque lucrum scientes esse vanum, & nullius precij: & à Dei quidem charitate er fide alienati: sibi autem supplicium in die iræ et reuelationis, et iusti Dei iudicij tanquam thesaurum recedentes. At non diuini Anargyri et verè homines Dei Cosmas et Damianus: sed quomodo florebant in alijs omnibus virtutis dotibus, ita etiam mores ab omni auaritia alienos, conuenienter diuino Apostolo ostendentes, ex ipsa actione sortiti sunt dominationem. Ambo enim à pueris vnà artem exercetes, nepe corporum medicinam, vt in ea facile se rectè gererent, Dei imitates benignitatem, non artis opem auro permutabant laboratibus, non argento, non aere, non aliqua re esculenta, neque vile tenuissima: gratis autè omnibus, non solum hominibus, sed etià bestijs medentes: causam autè curationum non sibi attribuentes, sed grato animo Domino accepta ferentes. Qui verò sic in paruo fideles apparuerunt, quomodo non in magno euasuri

1 Vides quod seruire virginisatem non est res impossibile, adiuuante semper gratia Dei, quæ tam nunquam desit volentibus.

2 Anargyri, hinc rescripta in scriptura sunt sanctus Cosmas et Damianus.

euasuri erant fideiores? Et qui toto vitæ suæ tempore seminabant ad iustitiam, Deo fenerantes misericordiam, quomodo non ià à Deo iure percipient fructum vitæ? Tunc autem cum spiritus accepissent primitias, sic ferebantur ad perfectionem. Quanam est ergo arra eorum perfectionis? Videamus quàm Deo digna, & philosophemur: Non qui pollicitus est se eos esse glorificaturum qui ipsum glorificant, quoniam quod eorum quæ ipsi insunt est pulcherrimum, & maxime proprium, vidit eos perfectè exercuisse charitatè, per ipsam de cætero cum eis versabatur, tanquàm cum iam familiaribus: & præclarè habitans in bonorū studio mentis eorum proposito, eo vsus est ad commune hominum beneficium, & omnium operatoris spiritus eos ornat omne genus donis. Hinc Hippocratis quidem longam artem multum valere iubentes: experientiam autem damnantes vt periculofam: Galeni verò loquacitatem, & eorum qui sunt eis similes, infinitos sermones & inania studia despicientes, quomodo viuebant spiritu, ita etiam spiritu, vt diuinum ait eloquium, incedebant. Hinc etià eodè diuino spiritu, obeuntes morbos humanorū corpororū, medebantur cuius morbo & cuius ægitudini, Et licebat illic videre Apostolicam gratiam euidenter operantem: licebat videre in his viris Apostolicis præclarè perfici dominicam virtutem & præceptum. Nam ij quoque ab eo accepta potestate, ambulabant super scorpiones & serpentes, & omnem potestatem inimici: Egrotos curabant: Dæmonia expellebant: Leprosos mundabant: Claudos sanabant: gratis cum accepissent, gratis quoque dabant omnibus. Hic est modus vitæ quam agebant venerandi Anargyri. Hic cuius erat sanctis, viuere Euangelicè: ab ineunte ætate ad finem vsque, se rectè gerere, vt Christianum decet in terra versari. Hoc erat solū munus filijs lucis, ambulare tanquam filios lucis, & luce suorum verborum & actionum luminum patrem sanctificare. Munus erat eis contendere fieri omnium sanctorum participes. Patriarcharū quidem certè benignitatem & hospitalitatem & pietatem, quinetiam à malitia remotos simplicisq; mores imitabantur, & vitam non fictam. Prophetarum verò in peccatores seueritatem, pro iustitia zelum, & in omnes viritatem, & simulationis vacuitatem. Et Apostolorum quidem nullum apparatus, & carere pecunia, & diuitias curationum, & copias charismatū, & varietatem, vt semel dicam, donorum spiritus, Martyrum autem aduersus communè hostem animi fortitudinem, aduersus quemuis cultum simulachrorum victorias & præclara facinora, quibus & præmia cœlestia, & quæ non marcescunt coronas sunt meritò consecuti. Imitati sunt sacerdotum quidem Christi pietatem, grauitatem, & castitatem, & virginitatem, integrum seipso sacrificium, & animam, & corpus spiritui consecrantes. Monachorū autem continentiam, quietem ac silentium, perpetuam & quæcunque deficit in mente precationem, & omnium sanctorum, vt semel dicam, fidem imitantes, spem desiderantes, charitatem rectè exercentes, in pace migrant ad Deum charitatis. Sed non ambo eodem die. Cum autem diuinus præcessisset Damianus, breui post tempore, diuinus quoque Cosmas cum ad Christum est consecutus. Opere præmium est autem id quod accidit in eius exequijs in memoriam reuocare miraculum. Nemo autem credere dubitet, si est præter naturam id quod factum est, ad naturæ constitutorem & transformatorem intuens. Nam cum, postquam diuina illa & verè sancta anima, cum gloria diuinorum Angelorum, & ineffabili splendore & læticia ad sanctissimum Dominum abisset qui pretiosus illi corpori iusta faciebant, dubitarèt quomodo id oporteat sepeliri (Scitis verò omnino causam huius dubitationis, nempe trium ouorum acceptationem, & sanctorum breuem propterea indignationem) sit de cætero miraculum omnium miraculorum maxime nouè & elegans. Ad eos de ea re dubitantes repente accedit Camelus. Camelus ille qui operatione satanæ antè cõtractas, manu beati Cosmæ colligatus fuerat & sanatus. Is ergo cum tunc adesset, corrigit hominum dubitationem, & veluti curationis quam affecutus fuerat gratiam referens, qui erat mutus vocem accipit humanam: & iubet eum fratri adiungi. O noua & inaudita. O terribilia Dei miracula. Homines dubitant, Cameli philosophantur. Qui sunt ratione præditi, consilium capiunt de ijs diuidendis qui non pellunt diuidi, rationis autè expers natura commodatè accepta, oratione, à superis enim scilicet venit hic iussus, ostendit quàm essent alienæ à ratione, dicens nullam esse iustam causam cur eos corpore disungerent, qui sunt alioqui coniuncti in omnibus, quibus quomodo est vnus Dominus, ita etiam vna fides, vna anima, consilium vnum, & vnus spiritus, quomodo etiam vocati sunt in vna spe eorum vocationis. Qui cum quomodo carne, ita etiam spiritu nati sint fratres, eis esse honestū & valde iucundum semper habitare & corpore & spiritu, quomodo enim prædicit diuina scriptura. Num autem cum essent quidem superstites viri admirabiles, operam nauabant curandis hominibus: eos verò neglexerunt, cum essent ad Christum resoluti? an miracula quidem faciunt, sed minora? an illis quidem maiora & prioribus magis admirabilia? sed ad breue tempus? An semper quidem, non autem vbique? Nequaquam. Quod est autem mens sensu, & spiritus corpore leuior & potens

3 Ecce quomodo in Orientali Ecclesia sacerdotes Christi castitatem & virginitatem aliquando seruauerunt.

*Nota miracu-
la que sunt ad ho-
rum sanctoru in-
uocacionem.*

potentior, tantum hi terra dimissa & translati in cœlum, cum ab ea quidem quæ est in carne recesserint conuersatione, ad spiritum autem perfectius accesserint: benignius simul & efficacius bona opera efficiunt. Atque tunc quidem paulò post eorum decessum, cum re vera ad illum accessissent agricolam, cui cum per os somno hians exitialis irrepisset serpens, grauiter eum conuellebat, & interna excidebat, eum uocibus & supplicationibus ipsos 4 inuocantem, per os rursus euomere fecerunt malam bestiam: & à graui illa & lætiferâ calamitate hominem liberarunt. Post hæc autem mulier quedam insignis periclitans, & magnis uocibus tanquam magnos Seruatores Cosmam inuocans & Damianum, in domum suam reuerfa est conseruata, quam maritus quidem pius peregrè proficiscens, sanctis prudenter commendarat, à malo uero dæmone persuasum, qui iurabat se eam ducturum ad maritum, & ex ædibus progressam, deinde periculo mortis ab ipso illaqueatam, & ne periret in discrimen uenientem, ipsi repente accedentes conseruauerunt. Quid his diuinius aut celebrius? Etenim cum diuinis & maxime intelligentibus mentibus, ut purissimis, coniuncti illi beati: & cœleri & supermundana natura, potestate qui est in eis diuini spiritus contendentes, adfunt omnibus qui indefessi semper eos fycerè & germanè inuocant: & manu incorporea & uia uirtute tangentes, non solum corporum affectiones & morbos immedicabiles, sed etiam alios casus & varias calamitates diuiniorebus curant adumbrationibus: quas nec fieri potest ut omnes enumeremus, nec est huius præsentis instituti. Quis est enim adeo incredulus? Quis adeo stultus & hebes, ut nullam ex eis gustarit & senserit uilitatem? Non enim quomoda Græci nominarunt Diostoros, ita etiam hi præfunt humanorum corporum medicinæ. Nam illis quidem sicut in alijs à ueritate aberrantibus, spem habuisse in dijs & dæmonibus: ita in his quoque; inerant in uanis hiasse attonitos nominibus, & temerè fiduciam habuisse in rebus inanibus. Nobis autem qui re uera pendemus à Christi ueritate, per sanctos Anargyros uerissimum est ab eo nobis propositum donum curationis. Sed ô par diuinum & beatum. **O** oculi puri & luminosi puræ Ecclesiæ & lucidæ, per quos eius corpus illuminatur. **O** uera diuina & pulchra, tanquam duo fontes, è quibus non lactis, sed uia gratiæ emanant curationes. **O** manus eorum quibus sunt membra luxata. **O** paralyticorum genua, pedes claudorum & mutilorum. Omnibus enim facti omnia, ad Dei imitationem sustentatis quidem eos qui concidunt: erigitis autem eos qui sunt contracti. Hæc est quæ à nobis ad uos proficitur laudatio, breuis quidem, & longè uestris meritis inferior. Sed mihi ignoscite, quod deest orationis perfectio animi nostri studio & bona uoluntate rependentes: & malas corporis nostri habitudines, ut quod sit in uestra positum potestate, tollite, & sic implentes dono Christi quod est in uobis ad ipsum dirigite. Ad gloriam patris, & filij, & spiritus sancti, nunc, & semper, & in secula seculorum. **A M E N.**

*Ille sanctorum
uocat, & petit ab
eis, ut tollant mem-
bra sui corporis
habitudines, quod
suum dicit esse in
eorum potestate.*

ITEM VITA, ET MIRACVLORVM

sigillatim narratio, Sanctorum & gloriosorum qui
gratis medebantur, Cosmæ &
Damiani.

Ietate & uera religione paulò antè resplendente, & Evangelica prædicatione mundum uniuersum occupante, cognitum fuit par admirabile gratis medentium Cosmæ & Damiani. Eis obicit patria quæ est Asia quidem proxima. Erant autem, quoad genus attinet, honestissimi. Et horum quidem clarorum & admirabilium uirorum, ut oratio significabit, pater, cum uitæ à Deo institutæ uiam ingressus, pietatemque & uerum Dei cultum fecisset maximi, futura uerè apprehensus & amplectens: & ea quidem quæ cernuntur prætercurrens tanquam abiecta & incerta: quæ autem sunt illic ubi est Christus sedens ad dexteram patris mirandum in modum amans, relictis his sacrosanctis geminis, hinc excedens ad cœlestia transit tabernacula que dilexit insigniter. In eos autem secunda usus est fortuna mater, erat uerò ei nomen Theodote: quæ eos quidem patri faciebat similes, eorum autem omnibus modis curam gerebat, & in uirtute educabat: quæ honesta quidem moribus, anima autem honestior: & carne casta, erat omnibus exemplar temperantiæ, mitis ac moderata & omnem amplectens bonitatem.

Atque arctam quidem & angustam uiam elegit hæc puerorum eruditrix, eo utens duce qui non foras expellit eos qui ad ipsum ueniunt: sed porrigit manum paratam ad eos excipiendos. Maternos autem gressus alacri animo sequebantur pueri adhuc ætate teneri, uirtutis nouum sulcum secantes: & recens compacto eius thalamo & quæ frangi non poterant columnas subijcetes. Lætabantur nō ingratum labore suscipientes. Magno studio

contendebant ut essent pariter benigni & misericordes: ut in parentem & eruditicem essent beneuolentissimi: ut in cohabitando & simul uiuendo esset, quæ abrupti non posset, coniunctio. Quid ergo? Pro ijs præmatura misericordia effloruit & gratia: fueruntque gloria & honori ei quæ erat circumcirca regioni, ut qui prædicarentur ab omnibus, animi quidem rectitudine ad omnia Domini præcepta ambulantes: Apostolicis autem gratijs ab eo locupletati. Nam cum uitam suam perfectè instituisent, carnis perturbationum resistentes multitudini: & ad bonum se, ut ita dixerim, à primis exercuisent carceribus, easdem quoque quas Christi martyres, consecuti sunt remunerationes. Adeo enim amplexi sunt moderationem, & animæ solū repurgarunt ab ijs quæ sunt contraria, eaq; à uana iactatione & pecuniarum examine non profanatam adeo conseruauerunt, ut solos sol alpexerit primos in terra Cosmam & Damianum post Deum patrem, renouasse spiritum humilem in suis uisceribus. Quamobrè exultabat quæ erat eorum mater secundum carnem, intelligens hos geminos cum ea contendere cum operatione uirtutis. Ex quo factum est, ut si quis eos non ipsis nominibus, sed Anargyros, id est pecunia uacuus dixerit, significet Cosmā & Damianum. Fuit autem uiris admirandis impositum hoc cognomen, eò quod re ipsa eis suffragaretur ueritas. Communiter enim præbebant omnia omnibus ut uolebant: Nil uerò possidere usque adeo summè exerceuerunt, ut non solum secundā abiicerint tunicā, & conuenienter præcepto indumentū calceosorum: sed nec manu quidem baculum unquam gestandum susceperint. Contrā autem ipsi potius se alijs debere esse statuebant pro manu, pro baculo, pro quolibet quod tegit & fouet: pro quolibet quod egerit & confirmat, placidum & mitem Iesum imitantes, qui non ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret alijs. Aperta itaque arrogantia & superbia insania ab eis tunc supra modum fuit uicta & conculcata. Seruabant autem innocentiam conuenienter ei qui dicit: Videbam has resitutes. Eorum uerò qui ægrotabant recreationem, non disciplinam & artis effectum existimabant: non opus uocabant medicamentorum, sed solius esse donum eius qui est præstantior: & quamuis se multum quidem in Hippocratis, in Galeni autem placitis se magis exercuisent, cum rebus omnibus tutiorem didicissent esse diuinam uirtutem, eam quā maxime amplectebantur: & feruenti in Dei amorem spiritui rectum in se spiritum adijciebant, per quem omne genus morbos nullo negotio superabant, & super scorpitos & serpentes incedebant, & ea faciebant quæ erant arte superiora. Quæcumque enim mutilauit natura, ea se posse aggredi ad curandum ars desperat. Illi autem non orborū despiciebant oculos, non leproforum differebant curationem, non claudorum pedes habebat cōtempniti, sed ipsos quoque qui sub aspectum non cadunt expugnabant dæmones, in diuinum figmentum eis potestatem auferentes. Propterea semper ad eos confluxebant ægrotorum multitudo, ut qui essent benignissimi & munificentissimi. Præterea uerò ea quoque ab eis alebatur, non uarijs cibis, & qui opus habebant aliquo apparatu: nihil enim horum erat curæ sanctis, quomodo hæc in morbis, compositionibus & temperationibus eis accommodatis: sed solis, ut ostensum est, precibus ad curationem. Cum autem totam uitam consumpsissent, eos qui erant eiusdem generis beneficio afficientes: & eorum qui unquam extiterunt fuissent maxime hospitalis, & omnium quos auditione accepimus maxime frugales, recti & nulli affines reprehensionis, iustissimi, datæ gratiæ perfecti dispensatores, cum tā multos annos uniuersis indigentibus pro meritis distribuisent, & pacificè uixissent, migrarunt ad Dominum pacis. Non erat autē omnino Dei ambos simul de medio tollere, & tantum bonorum aceruum simul auferre: & sub figmento adferre tantam animi ægritudinem. Et ideo unum quidem prius, alterum uerò postea uitæ finis excipit, sed contrā atque processerat eorum ortus, processit excessus. Damianus enim qui natus erat secundus, cum non morbis eius corpus extriuisset, sed id spiritalibus sudoribus consumpsisset, primus hinc excessit. Paulò post autem eum quoque diuinus ad Christum consecutus est Cosmas. Sed cum ad hunc locum peruenit oratio, adijciam aliquam narrationem, quæ auditu quidem erit nota & inaudita: est autem sanctorum moribus conueniens. Cum in uitā essent adhuc superstitēs uiri maxime admirabiles, cum aliquando repente & præter spem accessissent ad mulierem, cuius paralyti erat corpus. dissolutum, id conuinxerunt, & confirmarunt, & eam à maximis necessitatibus liberauerunt & doloribus. Ea admirabili beneficio obstupescit & lætata, quoniam offerre sancti uidebatur esse nimis audaciæ, uoluit fratres donare tribus ouis. Illa autem uel solum modo fuit amandata. Non æquo uerò animo ferens se non fuisse admissam, stans prope partem beati Damiani: Cur, inquit, me miseram existimatis, tanquam abominationem? Cur autem tantam à scelestâ aliqua famula uos auertitis? Ad hæc uerò calidis lachrymarum effusis rogabat & supplicabat. Dein de terribilibus quoque adiurationibus eum mouens, effecit ut acciperet ea quæ attulerat. Postquam autem fratri quoque eam quæ fecerat supplex communicauit, grauiter ferebat diuinus Cosmas, gemit, indignabatur, eum laudare non pote-

rat, vt qui simpliciter in quoddam magnum facinus incidisset. Dicebat eum vendidisse gratiam spiritus quam gratis acceperat ab omnipotente, molestis affligebatur stimulis afflictionum propter tria oua: iſq; eum non audiſſet adiuurationes, nec ſpectaret ea quibus flexus magnus fuit Damiani. Et ideo immortalē ferre dolorem ſtatuebat etiam poſt mortē fratris. Neq; enim mecum ſepeliatur frater, dixit moriens, neq; tangatur meum corpus ab illius corpore, cuius dextrā audiui fuiſſe extenſam ad accipiendā munerā. Cūm ſic cogitaſſet bonus Coſmas, longē abſiit vt ſe fratri demitteret. Quanquam non fuit Deus iram eſe incurabilem, ſed ei dixit in ſomnis: Noli temerē fratri irāſci. Neq; enim quæ ſunt oblata accepit propter munerā: ſed quod nollet meum nomen deſpicere, cūm hoc ei mulier ante alia obijceret, & per ipſum eum valde adiuraret. Hinc factū eſt, vt ille quidem irā remitteret, etiāſi ijs qui aderant, diuinam illam non dixerit apparitionē: ex eo autem omnino clarum extitit, quōd Camelus depoſita quodāmodo vacuitate rationis, cūm quod eſt maximum & maximē admirabile, vocem ſubiſſet humanā, vt paulō poſt oſtendens, iuſſerit vt iſ cū fratre mandaretur ſepulturæ. Cūm enim totū vitæ curſum cōſeciſſet B. Coſmas, vt ruruſ paulō altius repetat narrationem, & cūm non ſufficeret amplius corpus multorum dierū ieiunijs, in bonorū Angelorū manus tradidiſſet animā: qui diuinū corpus illius efferēbant & exportabant, erant animi valde dubij vbinā id deponerent: tempus verō producentes, diſſerebant ſepulturam. Cūm autē ſic eſſent perplexi, & præterea quidē quæ viſa erant fratribus, aliquid ſacere non eſſe tutū exiſtimarent: ruruſ verō indignū reputarent vt qui ex eodem vtero prodierant, non eandē allequerentur ſepulturā propter parū occaſionē, certo & maximē admirabili ſigno, Deus eā ſuſtulit controverſā. Quidā enim Camelus, cui fuerat pes aliquando contritus, ab inclyto autē Coſma factō ſigno crucis inuenerat ſtatim curationē, etenim brutorum quoq; curationis propter inſignem miſericordiā ſuam curā gerebat, cūm tunc apparuiſſet alicūdē ex montibus, humano eſt locutus ſermone: & eū iuſſit deponi apud fratrem, adeo pulchrē animal expers rationis decedit controverſā, & ſuperna prouidentia prope de reddidit mercedē, & non corrupti gratiā ingrati animi vitiū: ſed in re quæ conueniētī opus habebat ratione, fuit vtilis ijs qui ipſum curauerant. Et illi quidē ſe fecerunt: Camelus autē reuerſus fuit ad ſua paſcua. Nullus ergo tunc erat qui non eos vocaret Seruatores, 7 & illorū deſeret priuationem: nullus erat qui non dānum eſſe ſtatueret, ſanctorū Coſmæ & Damiani deceſſum. Lamentabatur multitudo eorū qui curati fuerant. Flebiliter eiulabant ij qui erudiebantur. Ab adoleſcentibus luctus, à viris ſletus, à mulieribus excitabatur eiulatus lachrymabilis. Hanc calamitatē ne infantia quidē ignorabat, etiāſi qui ad Deū tranſierant, erant paratiſſimi ad omnē petitionem: & bonis prioribus adiecerant ea bona quæ ſunt poſt mortē: & benignē bona opera ſuppeditabant. Nondum enim humi conditū fuerat Coſmæ corpus, & vir quidā operarius qui manibus ſibi victū parabat, cūm ab agri colēdi laboribus in ſopore fuiſſet reſolutus, pernicioſum ſerpentem ſuis excepiſſet viſceribus. Cūm ergo ab illo grauiter conturbaretur, & inteſtina eius exederentur, mortis tenebatur deſiderio, præ malū quōd eum premebat magnitudine, à quo non poterat liberari: & non tacendis vocibus ſanctū illud par inuocabat. Illi autē cūm non in ſomnis, ſed re vera ad eum apertē acceſſiſſent: & vt ex imo euomeret iuſſu ſuo effeciſſent: & curationem ei breui præbuiſſent, euauerunt. Deinde haud ita multō poſt illuſtris quædam mulier, quā eius maritus peregrī proficiſcens, vt ad eā cuſtoditā diligentiſſimis, & ad ferendū auxiliū acerrimis, ſanctis commendauerat, & vt ad eū veniret iuſſerit, quando aliquis ad eā acceſſiſſet literas ab ipſo adferens, & oſtendens annulū quo ſignabat: iplā dēmoniaco conſilio veniens in periculū, liberata fuit ē neceſſitatibus quæ vitari non poterant, nominis ſanctorum opportunē recordata. Spectū enim quoddā dæmoniacū, quod ei qui peregrē erat profectus eō iplā inuidebat, quōd eis qui erant acres ad defendendū ſuā crediderat vxorē, ad decipiendū quā potuit probabiliſſimē effeciſſet, ſimul quidē & mariti mandatū, vt quod deſpici non poterat reuocabat in memoriā: & ſeipſam ad eū breui adducturū affirmabat & iurabat. Ea autē cūm nō poſſet intelligere quidnā ſtrueretur, illud ſpectum eſt ſecura. Ille verō in profundiſſimum eam detrudidit barathrum, in quod & erat caſura: & luctū quidē marito conciliatura, dæmonium autē ad riſum motura, niſi ſancti illi qui depoſitum acceperant, & innumerabilibus oculis eam cuſtodiebant, quæ verbis non poteſt exprimi, maxima celeritate venientes eam conſeruallent. Sic mulier cūm maior ſperabat inueſiſſet auxiliū, & in domum ſuā eſſet reuerſa, ſanctis ferebat acceptū, & illis agebat gratias, quōd ſoluta eſſet eius calamitas. Tam multis virtutibus & miraculis clari fuerunt viri beati cūm eſſent ſuperſtites: tam multis muneribus noſtram ornātur naturam etiam poſt mortem ſuam. Sic Coſmæ & Damiani benignitatem & ſingulā beneficia cogitantes, diuinæ lætitiæ & exultationis dies ne in futurum quidem nos deſicient. In Chriſto Jeſu Domino noſtro, Cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

6 S. Coſmas ſigno crucis factō camelo curationem inuenit.

7 Videt ſanctos dici ſeruatores, & tamen nullā Doctriam Jeſu Chriſti fieri iniuriam.

SANCTORVM HISTORIA. Pars II. 149
VITA SANCTI SEBASTIANI MARTYRIS, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.



Omne natale sancti Sebastiani martyris, qui intantum charus erat illis temporibus Diocletiano & Maximiano, vt principatum ei primæ cohortis traderent. Quem Diocletianus vbi Christianum cognouit, nec à fide posse reuocari, iussit ligari in medio campo, quasi signum ad sagittam, & sagittari à militibus. Qui cum sagittis plenus staret, quasi heritus, putantes eum mortuum, abierunt. Nocte autē veniens quædam mulier nomine Hirene, tollere corpus, inuenit eum viuente, & adduxit in domum suam, & curam eius egit. Qui vbi conualuit, multos in fide confortauit. Nec mora, ipſis Imperatoribus apparens, hos, prout digni erant, corripuit. Tunc iussit eum Diocletianus in Hippodromum Palatii duci, & ſuſtigari donec deſiceret: quem mortuum in cloacam maximam miſerunt. Sed ille apparuit in ſomnis ſanctæ matronæ Lucinæ, dicens: Iuxta Circum inuenies corpus meum pendens in vincto, hoc fordes non tergerunt: & dum leuaueris, perduc ad catacumbas, & ſepelies me in eſcripta iuxta veſtigia Apoſtolorum. Quæ ipſa nocte cum ſeruis veniens, totum ita cōpleuit.

Habetur in martyrologio eius sub xiiij. Calend. Feb.

1 Si sepultura non gligida eſſet, & non curanda, vt garriunt nonnulli, ſanctus martyr non mideret corpus ſuum ſepeliri iuxta veſtigia Apoſtolorum.

MARTYRIUM SANCTI MARTYRIS

Sebastiani, & eius sociorum, Zoes, Traglini, Nicoltrati, Claudij, Caſtoris, Tiburtij, Caſtulli, Marcellini, & Marci.

Apud Simeonem Metaphraſten.



VM multi diuerſis temporibus, aduerſus Chriſtum & aduerſus illius aſſeclas inſanierint, Diocletianus & Maximianus, in malis par improbi, tantū alios omnes ſuperarunt in producenda in nos perſecutione, vt nullū poſterioris locū reliquerint quo eos in furore poſſent antecellere. Nam cūm tyrannicum accepiſſent imperium quod ſuffragabatur eorum amentia, & ſecurè omnia auderent, contendebant partim quidem blanditijs, & verbis fallacibus, partim autem minis & plagis grauiffimis, eos qui ſubiecti erant illorū imperio à Deo vero abducere, & ad impietatis ditionem traducere. Vbiq; itaq; per ſuum principatum eos omnes comprehendentis qui Chriſtianam tuebantur religionem, in cuſtodias tradiderat & carceres: vt paulatim torti maiorem ſenſum caperent perſeſionis: & pietatem quidem negantes, viderent hanc lucem: in non parentes autem, mortis ferretur ſententia.

Decemb. XVIII.

Cum hæc ſic fierent, quidam Sebastianus, vir & genere clarus, & gloria inſignis, ortus Mediolani, Tyrannus erat adeo venerandus, quōd videretur in omnibus vir ſpectatus, & probatus, vt connumeraretur inter amicos fideliffimos, & primas partes teneret in numero militari. Is cūm didiciſſet veram fidei rationem, & velle non ſolum ſeipſum, ſed etiam alios ad Chriſtum adducere per martyrium, conabatur quidem in principio latere & ſe celare. Non quōd timeret cruciatus, ſed vt cum ſimulatione crederetur impius, eſſet re vera aliptes Chriſtianiſ, & ſic permultos induceret ad pietatem. Cūm verō euaiſſet tempore omnibus manifeſtus, & poſtremus martyrij ſubiſſet certamen, longē pulcherrimam allecutus eſt victoriam, quæ bona cœleſtia ei conciliauit. Sed hæc quidem poſtea.

Tunc autem quando, ſicut dictum eſt, conabatur latere, & ſungebat ſe ea honorare quæ Imperatores, accedens in carceres in quibus ſeruabantur quicunque erant capti ex Chriſtianiſ, pijs eos verbis adhortabatur ad ſuſcipienda certamina martyrij, præſentem vitam cum futura comparans: & ſuadens hanc quidem contemnere vt fragilem & morti obnoxiam, illam autem ſolam intueri, & omnia facere ne exciderent à bonis in quæ non cadit interitus. His verbis & multos quidem alios induxit, vt quæ ſunt grauiā & aſpera ferrent viſque ad mortem, & non proderent pietatem: qui autem erant genere & opibus omnium clariffimi, ij fuerunt Marcia: non minus autem fuerunt vitæ inſtituto fratres quàm corporibus. Quibus cūm poſtquam diu fuiſſent incluſi in carcere, & plurima tormentorum generis pertuliſſent, & iam vltimam gladij plagam eſſent accepturi, & Chromatius Præſeſ vrbis eis dediſſet ſpatium triginta dierum, iuſſit omnes accedere qui ad eos genere attingebant, & eis venire in conſpectum, vt tempore & neceſſariorum ſuorum molliti eiulatiſ, impietati concederent. Cūm ergo hæc facta eſſent, & omnes acceſſiſſent, pater quidem in conſpectu filiorum ſuam deſtebat orbitatem, dicens illa verba miſerabiliſ: Quis, & ſili, erit mihi baculus ſenectutis? Quis me mortuum componet? Quis hoc miſerū & abiectum

abiectū corpus mandabit sepulture? Miseremini mei o filij, quos genui, quos alui, quos ad hæc usque ætatem produxi, Cur mortem amplectimini voluntariam? Cur ad obitū festinat. s. immaturum? Parcite forme vestre, parcite inuenturi. Ne me quidē despiciatis obitum filijs: domum autem in qua estis educati, transeuntem ad alienos, & eos fortasse qui nobis sunt odii, ut quæ suos non habeat hæredes. Et pater quidem sic suam implevit lamentationem. Ex alia verò parte mater comam vellens vnguibus, & è sinu porrigens vbera, partum, & lac, & alios labores quos in ijs alendis susceperat, reuocabat in memoriam, quid non dicens, quid nõ faciens ex ijs quæ possunt mouere ad misericordiam? Post parentes autem rursus sequebantur vxores & chorus impuberum filiorum: illæ quidem enumerates mala viduatis: hi verò, quoniam nondū loqui poterant, intentis oculis intuentes parentes, orbitatē eis reducebāt in memoriam: & alia quæ consentaneum est ijs euenire, qui in hac ætate non curantur, & defenduntur à parentibus. His accedebat turba æqualium & amicorum, quæ dicebat: Recordemini pulchræ & iucundæ vitæ quam inter nos debebamus. Veniat vobis in mentē lux suaui, quam qui sunt experti, est omnino eis molestū ea priuari. Cū hæc sic dicerentur, tota domus erat plena lamentationibus, adeo ut dicti Athletæ emitterent fontes lachrymarū, & discernerentur eorum viscera commiseratione. Quod quidem cū animaduertisset beatus Sebastianus, & timuisset ne misericordia emolliti prodeunt pietatem stans in medio, & aperiens ostendens omnibus se esse Christianū, neque enim exiliuabat oportere se celare, ad eos qui aderant verbis est vsus eiusmodi. Si itabilis quidem & firma, o vos, esset hæc vita, & in omne æuū extendereur, videremini fortasse facere consentanea ab his perpetendis auerentes Athletas. Cū autem eorum quæ sunt presentia nihil firmissimum ac stabile fluant verò ac ferantur omnia, & alia nos vita excipiat quæ non est fluxa, nec vnguā definit: cur ad hæc attrahitis fortes & generosos Athletas, eis suadentes vt maneant in ijs quæ videntur, & ea quæ decidunt presentia ijs quæ manent? An nescitis quodd pro Christo quidem pati, conciliabit regnum cælorum: eum autem negare, & prodere certamen, facit vt qui sic cogitauerit, ab eo excidant? Qui enim, inquit, me negauerit coram hominibus, ego quoque eum negabo coram patre meo qui est in cælis. Sed timetis ne sint omnino perituri, & non amplius futuri, qui vitam presentem relinquunt? Sed ego huius sum fideiussor: ego hunc vobis metum adirno: hæc est enim summa & caput nostræ fidei, hoc persuadet vt terrena despiciamus, quodd postquam hinc excesserimus, ad aliam sumus vitam transaturi, in qua conuenienter ijs quæ gesserit accipiet vnusquisque remunerationem: vbi hi quoque habitantes, & cū Christo lætantes, recordabuntur & parentum, & filiorum, & vxorum, bona eis postulantes suis ad Deū supplicationibus facilem eis vitam præbentes. Desinite ergo flere, & Athletas emollire, & à prompto & alacri animi studio retardare. Non enim vos omnino relinquunt, etiam si hoc videtur: sed erunt seruatores 2 & custodes, nunc quidem ita aduentantes, vt non cadant sub aspectum: post vitæ autem exitum, in æternas suscipientes mansiones, cum eis delectationis futuros participes. Et hæc quidem ad eos qui venerant. Orationem verò rursus conuertens ad fortes & generosos Athletas, dixit: Videtis, o Christi milites, callida maligni inuenta, per quæ conatur vos à vestra salute abducere? Quod enim per tormenta facere non potuit, hoc tentat efficere per vestros necessarios. Sed ne ignoratis vos eius consilia, scientes eum omnibus modis insidiari, & omnibus vos aggredi machinis: quomodo nunc quoque cūm vidit vos venisse ad finē certaminū, & non ferens dedecus quodd sit victus, postquā multa mala vobis intulit, studet post victoriā vos priuare præmijs: vt præter id quodd ex acceptis plagis nihil esset: lucrifactori, præterea Christum quoque amittatis. Hoc est enim illius opus, & grauias inferre, & eam quæ hinc accipitur utilitatem intercedere ijs qui laborant. Sed vos cūm hæc sciatis, resistite fortiter insidijs aduersarij: neque parcite carnibus, quæ sunt paulò post interitorę: neque metui vltimę plage: ea enim sola est in inimici potestate, prodire regnū cælorū, & gloriam in secula permanentem: quam magnum quidem est assequi, & supremū bonorum: ab ea autem excidere, est longē miserimū. Hæc cūm diceret beatus Sebastianus, & promptū & alacre animi studium confirmaret Christi Athletis, dicitur lucem eū circumfulsisse, & vitium esse stantem propē eū iuuenem, & magno vestis splendore resurgentē, adeo vt omnes qui viderunt, obstupuerint, & superne gratiæ hoc esse opus, confelsi fuerint, quæ testimoniuū ferebat eū dixisse veritatē. Hoc aliud quoque est consecutum dignum quodd dicatur, & memoriæ maderetur: quodd quidē eos qui aderant maximē ad fidē adduxit, & persuasit, vt solum verum Deum attenderent. Quædam enim mulier Zoe nomine, coniux Nicolatri, qui ordinem obtinebat primicerij: est autem hæc vna dignitas ex ijs quæ sunt sub præfectura: cūm in grauem morbum incidisset, non poterat quidem loqui, neque cordis motus explicare: intelligere verò & audire quæ dicebantur poterat citra vllum impedimentum. Ea mente agitans verba beati Sebastiani: custodiebantur enim sancti in eius domo, cūm illa

Vides quod post mortē sanctorum anime recipiuntur in cælum, & reoriantur parentum & filiorum, & vxorum pro eis Deum rogant, & bona impetrant? Sancti seruatores nostri sunt & custodes.

illa non posset lingua admirari, vt quæ rectè dicta essent, oculis annuens omnibus, & manum quatiens, ac sancti pedes tangens, propemodum per muta facta, vocem edebat, & tacēs erat prædicatrix pietatis. Cū intellexisset autem vir ille diuinus, non sine Dei numine moueri mulierem: et vellet ad agnitionem multos adducere per miraculum, iubet eam stare in medio, et Christi nomine 3 inuocato, ei statim largitur vt loquatur. Quod quidem cūm vidisset Nicotratus, sanctos quidem laxauit è vinculis, perita autē ab eis venia, quodd in eos prius deliquisset, rogauit eos vt abirent procul à ciuitate. Illis verò preces eius non admittentibus, sed dicentibus se nõ esse suam prodituros nobilitatem nec coronis martyrij aliis esse cessuros: Estem, inquit ille, re vera felix, si causa vestre salutis athleticum certamen suscepsissem, et meū sanguinem pro vobis effudissem, vt fordes malorū abluerem, quas iam mihi inuisit demonū ministerium. Sed si hoc, aiunt, vis consequi, necesse est, vt hic prius congreges eos, qui in diuersis seruantur carceribus, et eos donum Deo offeras: deinde etiam venias ad finem quem desideras, vt hinc maiorem habeas fiduciam, vt qui non solum pro Christo sacrificeris, sed etiā totum populum ei per fidem concilies. Cū hæc verba audiisset Nicotratus, nihil cunctatus fecit quodd iubebatur. Et cūm omnes qui erant in vinculis duxisset in domum suam, admiscuit ijs qui illic erant Christianis. Qui cūm à B. Sebastiano didicissent verbum veritatis, ipsi quidem, 4 ieiunijs vacantes & precibus, præpurgabantur ad suscipiendum baptismum. Cūm autem Præfectus vrbs Chromatius audiisset omnes reos è vinculis laxatos versari in domo Nicolatri, dolore affectus, iubet Claudio Commentariensi eum adducere magna celeritate. Qui cūm fuisset adductus, hæc ei dicit: Cur, o caput impium, eos qui erant in carceribus, congregari fecisti domi tuæ? Ille verò volens interim eum decipere, sapienter sic responder: Non tuam, o Iudex, despiciens potestatem: quis enim tanta esset audacia? sed intendens Christianis maiorem metum supplicij, hoc sum aggressus: vt quæ eis imminabant tormenta videntes in aliis, extimescant, & pareant decretis Imperatorum. Eius itaque ingenij solertiam admiratus Præfectus vrbs, fraudem enim non intelligebat, iussit redire domum. Ille autem domum reuertens simul cum Claudio Commentariensi, narrauit ei pietatem beati Sebastiani: & quodd cūm esset notus Imperatoribus, & ei ab illis maxima haberetur fides, despexerit gloriam & opes, & potentiam: & nunc versetur cum Christianis, eos exhortans, & eis animum addens ad pietatem: & signis quæ sunt contra opinionem, & miraculis verbum confirmas veritatis. Hæc cūm audiisset Claudius, & esset cõsuauius Christi desiderio, eursim domum venit: & duobus acceptis filiis, ex quibus alter quidem consistebatur cum graui morbo hydrops: alter autem erat totus vlcerosus & leprosus, accedit ad Nicotratum, apud quem erant sancti. Et cūm cecidisset in terram adorabat ipsos, conficiens pietatem, & petens vt curarentur filij. Cūm ergo tota domus esset plena viris & mulieribus, qui verbum fidei susceperant, quidam Polycarpus, vir pius & præbyteratus dignitatem assecutus, sola sacerdotali indutus, peractis consuetis precibus, perficit omnes diuino baptisinate. Post quodd cūm qui morbo laborabant, sanitatem recuperassent, & seiuicæ exhortarentur ad suscipiendam fortiter certamina, quoniam præterfluxerat quodd fuerat ei datum tempus dilationis: Præfectus, accessito Tranquillino patre Marcellini & Marci, nõdum enim sciebat illum religionem tenere Christianam, abiecto cultu simulachrorum, dicit eis: Adhuc ne tui filij reculant diis sacrificare, contemnentes iussa Imperatorum? Ille verò dixit, respondens: Beati illi quodd sint in hac sententia, & ab errore liberati, ipsam agnouerint veritatem, & vix me tandem ad eam deduxerint. Dixit Præfectus vrbs: Ergo tu quoque re vera immutatus à mète discelsisti, verbis credēs fallacibus, & ad hæc infelicem traductus religionem? Dixit Tranquillinus: Eram ego quoque aliquando in hac sententia, o Iudex, & quid religionem sectabantur Christianam, arbitrarar decipi, & non esse sanæ mentis. Postquam autem egregium conueni Sebastianum, virum insignem; & qui est, vt scis, magno studio Imperatoribus, & ab ipso didici, quàm sit honesta & veneranda fides, & non vt nostra superstitio, fordida & odiosa, didici experientia quem Deum colere oporteat. Quem qui ignorant, si fas sit dicere, sunt propter errorem miserabiles: & eò magis, quodd sibi videantur esse sani, cūm non sint sani sensibus. Dixit vrbs Præfectus: Dic quibusnam verbis credens aut factis es adeo mutatus, vt eum pro Deo habeas, qui actus fuit in crucem, & alia passus est plena probro & dedecore? Dixit Tranquillinus: Si non iracundē, sed patēter & placidē me audieris, o Iudex, ostendam tibi hunc crucifixum verum esse Deum & Dominum totius nature, tam quæ est aspectabilis, quàm quæ non cadit sub aspectum. Dixit Præfectus: Dic nobis liberè, & nihil reticeas. Vt si res tui Dei bene se habeant, simus nos quoque socij tuæ religionis. Dixit Tranquillinus: Quoniam facta est mihi dicendi potestas à tua mansuetudine, audi paucis mysteriū cõsilij, & reconomia carnis suscepræ: & scies omnino, nisi velis lubens exereuire ad veritatem, nullā aliā religionem carere errore præterquam solorum Christianorū.

Sebastianus Christi nomine vocato, Zoe mulieri muta largitur vt loquatur.

Ecce quomodo etiā amiquibus ad vlti baptisadi per aliquod dies teius nis orationibus præpurgabatur.

Hic Christus quem vos insectamini maledictis, cum esset Deus ab initio, in quem non cadit interitus, & qui mutari non potest & alterari, & qui est semper cum Patre & Spiritu, ipse omnia produxit: primum quidem angelicas potestates cœlestes: deinde autem hunc mundum, & postremum inducens hominem, quem & manus suæ ornat effectione, & regem constituit eorum quæ sunt in terra: & cum eum ad habitandum locasset in paradyso, dat ei mandatum, ut fruatur quidem omnibus quæ in eo sunt arboribus, ab vna autem sola abstinere, eum erudiens ad obedientiam, & maiora procurans per obseruationem: sed vnus cui obtigerat imperium in Angelicos ordines, ad vitium impulsus, & diuina gloria, propter elationem, cū eo ordine cui imperabat, priuatus, non patiebatur videre hominem Deo esse coniunctum, & ad cœlum vnde ipse ceciderat euehi. Vnde etiam inuido in eum coniecto oculo, spe fallaci, & eo modo quo ipse ceciderat, diuina eum gloria spoliatur, & à loco qui ei datus fuerat ad habitandum, & ab immortalitate efficit alienum. Neque verò is deinde intermisit hominum naturam in mala sibi inuicem succedentia immittere, ut quæ à superna ope esset destituta, adeo ut hominem abduxerit à Deo qui eum creauit & formauerat: deduxerit verò ad simulachra & manuum figmenta, & effecerit ut res creata insurgeret aduersus creatorem. Hinc lex data est ad correctionem: & prophetæ opem ferunt Dei figmento: & cum esset morbus immedicabilis, & ad deteriora extenderetur, ipse Patris filius vnigenitus visus est in terra, & in omnibus est effectus similis nobis absque peccato: & cum eum qui defecerat, & eos qui eius parent imperio, cum corpore vicisset, quos vos deos esse putatis, nos ad antiquam reduxit nobilitatem: & rursus ascendit ad Patrem cū eo quod assumpserat: & veniet hac vita dissoluta, & congregabit omne figmentum, daturum rationem eorum quæ fecit bene vel malè. Hæc sunt, & Iudex, arcana œconomiz. Propterea est & crux, & mors, & sepultura, quæ vos cum Christo obicitis, non animaduertitis vos per ea per quæ contemptui habetis, ostendere eum esse colendum & venerandum. Si enim pallus est vt homo, resurrexit vt Deus: etiã si vos relictis iis quæ sunt excelsiora, & quæ eum apertè Deum offendunt, remanetis in iis quæ sunt humiliora, eius in homine benignitatem & œconomiam reputantes imbecillitatem: & neque opera admirabilia, quæ & tunc & nunc sunt in eius nomine, vobis tandem persuaserunt intueri ad veritatem, & agnoscere creatorem. An non vides qualis ego quoque euaserim, ex confessione eius & baptisate: qui prius eram membris dissolutus, & vix poteram ingredi? Postquam hæc audiuit Præfectus, tacuit aliquandiu, & cum quæ dicta fuerant animo agitallet, & vidisset res verbis congruere, & veritatem religionis ex miraculis apertè didicisset, iis qui aderant semotis, vocat Tranquillinum, & ei dicit: Vide frater, esse magnam Christianorum religionem, & non esse alium Deum præter eum solum, qui à vobis adoratur: Si ergo vis me quoque ad eum accedere, & esse tecum participem tuæ religionis, nunc quidem abi domum, secretum tenens consilium: craftino autem die accipiens sanctos quos dicis præesse collectis Christianis, duc eos ad me, adhibito studio ne quis eos videat. Nã ego quoque sum Christo per illos offerendus, relicto errore simulachrorum. Post hæc ergo dimisso concilio, cum in domum suam venisset Tranquillinus, & sanctis narraisset quemadmodum locutus fuerat cum Præfecto, & quemadmodum ei persuaserat, vt religionem sequeretur Christianam, effecit vt omnes magna afficeretur lætitia, cum resciuisent, eum qui prius erat persecutor, mox futurum acrem Christianis athletam. Quare cum 5 nox illa fuisset consumpta in psalmis & hymnis, vbi dies aduenit, accipiens Tranquillinus sanctos Sebastianum & Polycarpum, sicut ei iusserat Præfectus, abiit in domum suã. Quos cum vidisset ingressos, surrexit: & cum pedes eorum tetigisset, eos rogauit vt salutè assequeretur, & liberaretur ab eo morbo quo laborabat: erat enim eius corpus totum tumefactum & mutilum, adeo vt ex hoc ei fieret tardus & torpidus motus. Cum ij autem dixissent fore vt ei membra soluerentur, si ex toto corde Deo crederet: hoc voce clarissima est confessus, abnegata impietate simulachrorum. Nec hoc solum, sed etiam cum ipsa dæmonum simulachra qui erant domi eius, sanctorum monitis inductus contriuisset, & in puluerem comminuisset, ostendit sincerum opus fidei. Quo tempore fit etiam quiddam dignum quod dicatur & memoriæ mandetur, Tiburtius enim filius Chromatij adhuc dubitabat in fide. Et cum vidisset alia quidem simulachra patris esse contrita, vnium autem adhuc esse reliquum opus admirabile, in quo erat vniuersa astrologia, & motus cœlestium, alia esse contrita ægrè ferens, hoc vltimum amplectebatur, & non prius id sinebat conteri, quam per ipsum accepisset sanctorum experientia, & opere confirmatus fuisset ad pietatem: & cum curasset adferendos clibanos, & eis ignem subfrauisset vt accenderentur, dicit sanctis: Hoc velim sciatis, quod hoc pulchro contrito opere, si sanitas quidem fuerit restituta patri meo, sicut estis polliciti, ero ipse quoque verus Christi discipulus, excussa dubitatione. Sin autem eius morbus durauerit, postquam id interierit, vos huic quod videtur supplicio subiiciam tanquã deceptores. His verbis victis, pater quidè prohibe.

g. Nota, cum nox illa fuisset consumpta in psalmis & hymnis.

prohibebat eum ad talem venire experientiam. Sancti verò lubenter accepta conditione, nõ enim diuinæ virtuti poterant non credere, vrgebant iuuenem ad opus conterendum. Quod cum factum esset, lux statim circumfulsit Chromatium, & ei pulcher apparens adolescens, dixit ei: Beatus es quod Christo credidisti, qui nunc misit me ad te vt dem tibi liberationem à morbo quo tenaris. Quæ simularque dicta fuere, dissoluta est membrorum mutilatio, & licebat videre eum qui prius vix ingrediebatur, tanquã ceruum tunc saltare. Propter quod fertur stupefactus Tiburtius protinus accurrisse, & sanctorum pedes tangentem Deum verum confessum esse Christum, & rogasse vt ab eis assequeretur baptismum. Latati autem sancti iuuenis mutatione, ei quæ & patri dato tempore præstituto, vt sordes ex priore vita susceptas abluerent, diuino eos dignantur baptismo. Et post hæc Chromatius prætextu morbi Præfecti vrbis deposito magistratu: nondum enim volebat suam cognosci mutatione, & indigentibus suis dispersis facultatibus, & iis qui iugum trahebant seruitutis manumissis & liberatis, iisque veluti quibuldam primitiis Deo oblatis, deinceps verfabatur cū sanctis, discens fidei rationem. & ad pietatem adhuc magis cõfirmabatur. Sed iis quidem res ita se habebat quamdiu Carinus administravit Gallias, qui Christianis miriorem faciebat persecutionem, parcens amicis qui erant inter illos. Postquam autem ille quidem vitam finiuit, pij verò nullum habebant qui eos defenderet, erupit in eos grauior persecutio, & colunt vbi que erigebantur per totam ciuitatem, in plateis, in fontibus, in foris, in quibus eis quidem qui Diis sacrificabant, concedebant & aquam sumere, & alias res venales: eos autem qui non parebat, præter cætera mala, etiam vacuis dimittebant manibus. Tunc ergo Chromatius vsus consilio illius qui Romanã regebat Ecclesiam, nomen ei erat Gaius, primum quidem domum ducens omnes Christianos, illos accipiebat bonis suis omnibus impertiens, neque sinebat eos è domo egredi, sed eos volebat intus sedere: hoc enim sciebat esse tutius propter imbecilliores. Sed quoniam non poterat fieri vt diu lateret, omnia enim deprehendebat acris persecutio, statuit proficisci in quendam montem, in quo illi erat prædiolum aptum & ad latendum, & ad fructus percipiendos cum Christianis imbecillioribus: & illic effugere periculum. Et postquam hoc fuit statutum, & Christi populus fuit in duas partes diuisus, nempe in eã quæ manebat, & eã quæ volebat recedere, fuit inter beatum Sebastianum & Polycarpum laudabilis controversia, quæ tale habuit initium, & ex hoc mota est. Diuiso enim populo, necesse erat eos quoque vt qui soli aliis præessent, à seinuicem disiungi: & alterum quidem sequi eã partem quæ abscedebat à ciuitate: alterum autem relinquere cum ea quæ manebat. Hi verò volentes ambo subire martyrium, volebat vterque manere: & periculum existimabat nõ adire certamen. Sed hanc bonam litem componit Gaius in medium procedens, & apud eos verbis vtens eiusmodi. Si vna quidem, o beati, via esset quæ ducit ad salutem, nec posset qui ab ea errasset consequi ea quæ desiderantur, rectè haberet vos ita arctè tenere decertationem, ne à salute excideretis. Sed cum hoc quoque largiatur via confessionis, quam scio esse tutiorem & minus periculosam, cur non omiã contentione, laudabili diuisione ceditis alter alteri? Non enim fas est quos Christo coniunxistis, eos relinquere sine pastore, & absque vestra curatione. Videtur autem mihi oportere potius Polycarpum vnã ire cum abeuntibus: vt qui sit & sacerdotio insignis, & ad eos ducendos sit idoneus, & instituendos in pietate. Hæc cum beatus dixisset Gaius, & omnes essent assensu iis quæ dicebantur, Tiburtius filius Chromatij volebat non vnã cum patre recedere, sed manere in vrbe, & accipere coronam martyrij: & cum id concessisset Gaius propter magnam constantiam adolescentis, ille quidem deinceps vnã erat cum sanctis diuino accensus desiderio, & propemodum ægrè ferens quod non citius mitteretur ad stadium decertationis. Beatus autem Gaius, cum eos qui remanserant, ad proposita subeunda certamina proluxa confirmasset oratione: & Marcellinum quidem & Marcum in 7 ordinem Diaconorum, eorum autem patrem in præbytero retulisset: inelytum verò Sebastianum Ecclesiæ defensionem constituisset, cum eis versabatur quotidie, vacantiis ieiuniis & orationibus, & Deum rogantibus, vt se fortiter gererent in certaminibus & tormentis, & redimerentur corona martyrij. Et illi quidem in his erant: quidam autem qui cum variis morbis confictabantur, clam ad eos accedentes, sani reuertebantur: & fiebant ab eis miracula quæ erant contra opinionem: quorum alia quidem prætermittam, vitans facietatem orationis. Vnius verò meminero quàm potero breuissimè. Descendens aliquando beatus Tiburtius è domo in qua erant sancti, incidit in foro in hominem qui ex alto ceciderat, & è casu tam malè se habebat, vt eius necessarij desperantes de salute, sepulchrum solum & iusta ei facienda curarent. Cum itaque ei qui iacebat appropinquasset, & consuetas super eum preces fecisset, reddidit hominem sanum iis qui ad eum arcegebant, adeo corroboratum inuocatione nominis Christi, vt nec ei quidem videretur tale quid omnino accidisse. Post curationem autem eius qui ceciderat, accersitis eius necessari-

6. Vides quomodo baptisauit iure præcedit primorū deo licitorum penitentia non quidem quæ est sacramentum, cum baptisatus sit ianus sacramentorum, sed quæ est virtus.

7. Diaconus & presbyterus duo ordines Ecclesiæ sunt.

8. Precibus & in uocatione nominis Christi Tiburtius collisum hominem de salute deperat.

necessari-

necessariis, Tiburtius dicit eis: Si vultis quoque esse effectores rerum admirabilium, Christo credite, à quo ad me quoque profecta est hæc virtus miraculorum. Postquã verò vidit assentientes & parentes, eos ducens ad Gaium, dicit ei: Sulcipe hos venerande pater, quos hodie per me Christum lucrificet. Ille autem postquam ij verbum fidei didicissent: diuino Baptismate initiatos, commisit aliis sanctis, propter hæc Deo agens gratias, qui facit admirabilia in omnibus inuocantibus ipsum. Sed iam tempus est narrandi decerationem, & quina finis vniciue euenit, quod quidem faciam aliis omisit. Baptisma Zoc orans aliquãdo ad 9 loculum Apostol. Petri, ab impiis comprehenditur, Et primum quidem adducta ad magistratum viciniam, & tantummodo iubenti ei vt sacrificaret statuæ Martis quæ illic stabat, cum vercundè respondisset: Eum Venus magis delectauerit quàm ego: illa de cætero quidem mansit tacens, & oculos humi defigens. Ille autem hoc dicto efferratus, iussit eam seruari in carcere tutissimo, & neque lucem videre, neque cibos sumere. Deinde cum sex dies transiisset in hac afflictione, septimò transmittitur ad Præfectum Flauianum. Qui cum post multas interrogationes vidisset eam non posse persuaderi, iubet eam in aliqua alta arbore à capite suspensam, & multo fumo infernè suffumigatam, sic finire vitam. Et illa quidem sic migrat ad Christum desideratum. Crudeles autem parricidæ corpus eius acceperunt, & lapio de ei appendo in Tyberim iniiciunt, exillimantes fore vt sic non appareret, & nõ esset Christianis morborum medicamentum. Postquam verò beatæ Zoes martyrism fuit sanctis cognitum, id omnes aded incitauit ad similem zelum, vt Tranquillinus dixit beato Sebastiano: Vides Domine mi, quemadmodum sceminæ sexus imbecillitatem prompto & alacri animo corroborantes, coronas præripiunt? Quod simulatque dixisset, domo egressus, & veniens ad 10 loculum beati Apost. Pauli orandi causa, repente fuit comprehensus, & lapidibus obrutus iacitur in Tiberim. Huius corpus Nicolstratus & Claudius simul cum Caltorio ad ripas quærentes, vt mandarent sepulturæ, veniunt in manus eorum qui insidiabantur, & ducti ad Præfectum, aded nec blandis verbis, nec minis, nec vllis insulcibus conuerti potuerunt, vt Præfectus admiratus significaret hæc Imperatoribus, & ab eis acceperit in illos sententiam, quæ sic habebat: Eos qui non parent ædicto nostræ diuinitatis, & nolunt Diis sacrificare, iubemus cum ter fuerint examinati tormentis, marinis tandem tradi fluctibus, nisi castigati suppliciiis, nostri imperij cesserint potestati. Hac ergo accepta sententia Præfectus, postquã multis eis illatis plagis vidit eos non cedere nec inclinari, seruiens decretis Imperatorum, quæ ab illis lata fuerat in sanctos pronunciat sententiam. Et illi quidem sic consummati iaciuntur in mare. Curtuatus autem vir quidã re quidem vera impius, specie verò pius, & se Christianum simulans, cum se retulisset in numerum sanctorum, factis ipsis præbuit suspitionem. Nã & positura capillorum quàm par erat elaborator & nimis accurata, videnturque nimis mollis & delictus, & alia minimè honesta conuersatio, induxit eos qui videbant, vt id quod erat, fraudulentum hominem putarent & deceptorem. Non multum intercessit tēporis, & cum beatum vidisset Tiburtium in quadam sacra æde orantem, & eum indicasset impiis, ipse quoque comprehenditur simul cum Tiburtio. Hoc enim ita volebat, vt neque Christianis videretur esse proditor, & cum satis per ludum simulasset, sic deprehenderetur. Cum itaque Flauianus vtrumque curasset sisti ad suum tribunal, dicit Curtuato: Nū tu quoque pro Deo habes Crucifixum? Cum is aut subridendo dixisset, se illum existimare Deum quem hic beatus, ostendens digito Tiburtium, egrè ferens admirabilis adolefens tantam simulationem, & ira motus, dicit ei: Ne te ipsum decipias & Curtuate, tentans latere in dolis. Nemo qui vescitur in vna cum meretricibus, & perferat in vini potione vsque ad ebrietatem, & alia facit impudente, quorū vel solum meminisse abhorreo, potest esse Christi discipulus, & gloriari illius pro nobis perpersionibus. Putasne nos ignorare qualis sis, & quemadmodum mihi iucundissimam mortem sis machinatus, quæ me celerrimè liberabit ab hoc humili corpore, & coniunget Christo quem desidero? Nã qui expectantur cruciatus & multiplicia tormenta, à me ridentur, & habentur ludibrio. Neque enim timeo exilium, qui domum mea sponte dimisi volentibus, nõ ignem, non flagella, non aliquid aliud ex asperis & terribilibus, quorum mihi minæ intentantur. Redduntur enim hæc omnia imbecilla & debilia diuino auxilio. Dixit Flauianus: Has quidem nugas mitte, & Tiburti, mihi autē parens, parce tuæ nobilitati & iuuentuti: & ne probrosissima hanc mortem amplectaris. Ille verò respondens, dixit: Non est, inquit, probum nec dedecus & Iudex, seruire vni Deo viuenti: sed Dæmonibus & mortalibus hominibus qui honorantur ex vitis, quos qui colunt sunt miserabiles & digni qui luceantur, vt qui in iis quæ adorantur ignominia afficiantur, & sui erroris mercedem hinc accipiant, honor enim eorum qui adorantur, est contumelia eorum qui adorant, & peccare apud ipsos vocatur cultus. Tunc Præfectus ira feruens iussit afferri carbones, & dicit ei: Elige tibi alterum è duobus, vt vel Diis sacrifices, vel super carbones nudis incedas

9. Dno hic habes morem fuisse etiã antiquius orationes fieri ad sepulchra sanctorum, et corpus beati Apostoli Petri esse Romæ.

20. Et hic idem habes de corpore Pauli quod in superiori notulis de corpore Petri.

21. Notent hoc vt mirabile, ita etiam verum dictum nostri temporis hæc stitici.

incedas pedibus. Beatus autē Tiburtius, cum signum 22 crucis impressisset, stetit supra ipsos, & dixit Præfecto: Vide nunc in me quanta sit fidei potentia: & discce hunc solum esse verum Deum quem ego colo, & efficere tandem Christianum exculsis tenebris impietatis. Ille verò timens ne his miraculis multos induceret ad pietatem, iussit vt abduceretur procul à ciuitate, & illi caput amputaretur. Et ille quidem inuenit hunc vitæ finem.

Post eum autem Castellus Diætarium comprehensus, apud quem manebant sancti post Cromatij emigrationem è ciuitate, & post multa tormenta proiectus in lacum, illic finit vitã. Præterea verò Marcellinus & Marcus egregij veritatis Athletæ, comprehensi, & pedes clauis confixi, iussi sunt à Iudice tamdiu stare, donec Diis tribuerint honorem qui eis debetur. Illi autem in hoc tormento aded intolerabili: Ecce quàm bonum & quàm iucundum, & quæ deinceps sequuntur dicitantes, eis postremò lanceis punctis lateribus, sicut Christus, pro quo hæc patiebantur, emisertur spiritum. Atque illi quidem omnes eo modo quem diximus cõsummati, hostiæ ab omni labe & reprehensione alienæ oblati sunt Domino. Sebastianus autem longè generosissimus vltimus ad supplicia referuatus, ipse quoque gloriose suscipit coronã martyrij. Quem cum accersisset Diocletianus, & iussisset ad suum tribunal sisti, dixit ei: Non ego te, & Sebastianus, in maximo honore habebã: & tibi imperium magis quàm aliis credebam, & nunc qui factum est, vt ad tantam sis pessundatus amentia, vt contra tuam vitã & meam potentiam te petulanter & insolenter geras? Dixit Sebastianus: Tunc quidem, & Imperator, cum verum Deum ignorarem, & essem implicatus errore simulachrorum, incõsideratè tuis iussis seruiebam: Nunc verò cum agnoui veritatem, & quem me Deum colere oporteat, despexi & diuitias & gloriam, & alia quibus prius resplendebam, desiderans ea quæ manent & non perfluunt: quæ parata sunt iis qui Christum diligunt: est enim extremæ amentia, Deos putare eos qui facti sunt ex lapidibus, & illa quæ interit materia, & honorare opera manuum hominum quæ paulò post non erunt. His verbis ad iram motus Diocletianus, iussit eum in medio campo tanquã scopum positum multis sagittis peti. Quod cum factum esset, arbitrati Satellites sanctum esse mortuum, eo dimisso recesserunt. Cum nox autem aduenisset, profecta coniux Diætarum in capum, vt eius corpus maderet sepulture, & cum eum inuenisset adhuc viuũ, deduxit domũ, & intra breue tempus reddidit sanum. Hoc cum rescuissent quidam ex Christianis, & ad eum accessissent, obsecrabant vt abiret è ciuitate, ne si rursus apparuisset, pluribus tormentis afficeretur. Ille aut non modò se abdidit, sed etiã stans in alta quadam domo, se prætereuntibus ostendit Imperatoribus. Et cum vidisset Diocletianus, & ad se accersuisset, dicit ei: Non es tu Sebastianus, quem nos prius iussimus interfici sagittis? Sum, inquit, & me suscitauit Dominus à mortuis, vt cognoscas eum esse Deũ qui fecit omnia: & non amplius colas impuros demones, quorum eum sonitu peribit memoria. Tunc is iussit sancto totum corpus clauis contundi ac confringi, & sic eum è vita excedere. Postquã ergo hic beatus migravit ad Dominum, Satellites quidem eius corpus noctu sustulerunt, & in quadam cloacam proiecerunt, cum sic iussisset Tyrannus. Timebat enim ne si fuisset apud Christianos, & faceret miracula, etiã post discessum multos abduceret à simulachris, & persuaderet vt Deum colerent Sebastiani. Hic autem beatus in nocturna visione apparens mulieri cuidã claræ & piæ, ei nomen erat Lucinia, dicit ei: Vade ad huc locũ: & accipe corpus meũ & id 1 sepeli in ea quæ dicitur Crypta, ad pedes Apostolorũ. Illa verò cum surrexisset, & venisset in locũ in quo erat cloaca, sustulit illinc corpus martyris: & cum in loco quæ dixerat, ipsa diligenter & honorificè eum sepelisset, ad sepulchrũ permanit triginta dies: & cum fuisset tandem pax reddita Ecclesiis, illa domũ suã effecit sacrum monasteriũ, & quãdiu quidem fuit ei vita superstes, largissima manu succurrebat egentibus. Quando aut è vita excessit, omnes suas facultates in testamento donauit Christianis. Ad gloriam Seruatoris nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum. A M E N.

22. Cum signũ eius impressisset, stetit ille super carbones ardentes.

23. Habes ex hoc loco sepulturã esse negligendam: Et par esse vt viri Deo dicati splendide illam ex honore rificam habeat. Eã corpora Apostolorum Romæ esse.

VITA SANCTAE LVCIAE VIR-

ginis & Martyris, per Adonẽ Episcopum Treuerensem collecta.



PVD Syracusas Siciliae ciuitatẽ natale sanctæ Luciae virginis & martyris, quæ passa est persecutione Diocletiani & Maximiani sub Pascasio consulari. Hæc nobilissima Syracusanorum, postquam omnia sua, quæ de parentibus ei remanserant, pauperibus, viduis, orphanis, peregrinis, & Deo seruientibus distraxit, à sponso suo, quod esset Christiana, Pascasio Iudici delata, et contra leges Augustorum viueret, impellebatur ad sacrificandum dæmonibus. Tunc beata Lucia Pascasio respondit: sacrificium verum et immaculatum apud Deum et patrem hoc est, visitare

Habetur in manũ tyrolo. eius sub Iudibus Decemb.

3 Permittit Ma-
ximus, ut dicitur
Christianorum Ec-
clesiis, ut solitis
cultibus & obse-
rationibus vacet.
Ergo a tempore an-
tiquo in Ecclesiis
Deus colebatur, &
orationes ad eum
fiebant, & non tan-
tum sum extructe
ad audientiam ver-
bi Dei, & sacramen-
torum exhibitionem,
ut volumus moderni
heretici.

Habetur in Mar-
tius Idus Feb.

Habetur vbi su-
pra, sub vi. Idus
Septemb.

x Vide hic quod
Adriano vel soliti-
us remunerationis
inuitu conuersus
est ad Christum. Nul-
lus autem sanctorum
est qui ob hoc illi
iniqua reprehendi-
derit, quinimo vult
de commendaverit.
Ex quo constat va-
lere etiam illa opera
ad coronam, quae in-
uitu quoque remu-
nerationis sunt, ius-
ta illud Prophe-
tae: Inclinaui cor
meum ad faciendum
iustificationes tuas
in aeternum, propter
retributionem. Cuius
rei illa est effectus
ratio, quod retri-
butio illa nil aliud
quam Deus ipse est,
nec aliud fieri po-
test propter retri-
butionem, quod non
fuit etiam propter
Deum. Nec refert na-
tura quamlibet in-
seipsum reflecti qua
non in seipsam tantum
reflectitur, quantum
ad id quod est ei
singulare, sed mul-
to magis quantum
ad summum ius boni
aut aliis etiam omni-
um maximam ad
communiem bonum.

quod carnes satis laetæ, & in omni luxuria nutritæ, grauiorem ex corruptione nidorem putredinis exhalabant. Denique plerisque medicorum, quod nec morbo aliquid mederi, nec vim fechoris tolerare possent, interficere iubet, in quibus cum quidam iugulandus potius quam medicaturus assisteret, inspiratus à Deo: Cur, inquit, Imperator erras, & quod Deus infert, ab hominibus putas posse reuocari? Nec humanus est iste morbus, nec à medicis curatur. Sed recordare, quanta in seruos Dei egeris, quamque in religione diuinâ impius & prophanus extiteris, & intelliges unde tibi sunt poicenda remedia. Nâ & ego quidem mori cum cæteris potero, tu tamen à medicis non curaberis. Tunc primum se Maximianus hominē esse intellexit, & scelerū suorum immanitatē recordatus, primò omnium errasse se & impiè egisse profetur, & velut satisfacere incipit Deo. Tunc deinde cōuocatis his qui in officio publico sibi parebāt, legē scribi, & cōfessionem emitti iubet, qua nō solū Christianis desinat persecutio, & arceatur omnis iniuria, verum & reedificari eorum 3 permittentur Ecclesiæ, ut solitis cultibus & obsecrationibus vacātes, etiā pro ipsius salute, ex cælo supplicēt Deo.

VITA SANCTAE DOROTHEAE

virginis & martyris, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

A Pud Cæsaream Cappadociæ natae sanctæ Dorothæ virginis. Quæ sub Apricio prouincia ipsius Præside, primum eculei extensione vexata, dein palmis diuissimè cæsa, ad vltimū capitali sententia punita est. Cumq; egrediens de pratorio duceretur ad mortē, Theophilus quidam scholasticus ait ad eam: Eia tu sponsa Christi, mitte mihi mala de paradiso sponsi tui. Quæ statim promisit se esse missuram. Vbi ergo ventū est ad locū, in quo iugulanda erat, paulisper oratione facta protulit orarium suum, & vocato ad se quodā puero annorum sex, misit Theophilo, dicens: Dic ei, Dorothæ ancilla Dei mittit tibi mala de paradiso sponsi sui Christi. Accipies ille, & gratias agens, quod petitionem eius impleisset, cepit sibi faciem tegere, mira que repente suauitate perfusus est.

VITA SANCTI ADRIANI MARTY-

ris, cum alijs vigintitribus, per eundem Adonem collecta.



Pud Nicomediam natae sancti Adriani martyris cum alijs xxij. Maximianus cum grauisimè persequeretur Christianos, apud Antiochiā oblatus est ei quidā Christiani fide ac religione insignissimi: Quos ille post veritatis confessionē extensos lignis & neruis crudis cædi iussit, ac deinde lapidibus ora ipsorum contundi, & linguas eorum præcidi. Hęc omnia cernēs Adrianus, qui erat prior officij, dixit ad eos: Adiuro vos per Deū vestrū, pro quo hæc patimini, dicite mihi in veritate, quæ est remuneratio vestra, quæ expectatis pro his tormentis? Videtur enim mihi magna & magnifica esse. Cui xxij. martyres dixerunt: Expectamus quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, inenarrabile bonum, quod præparauit Deus his qui diligunt eum. Audiens hæc Adrianus statim exiliēs stetit in medio eorum, & dixit his qui gerebant exceptoris officium: Annotate confessionē meam cum his sanctis, & athletis Dei, quia & ego Christianus sum, Post non multum spatium cum audisset Maximianus nomen eius recitari inter nomina sanctorum martyrum, euocato ad se dixit ei: Insanus Adriane? Nunquid & tu vis tam malè perire? Adrianus respondit: Non insanio, sed de multa insaniam ad sanā mentē reuertor. Cumq; perseveranter quæ tunc fidei & veritatis prosequeretur, furore repletus Maximianus, iussit eum ferro vindictū cum reliquis sanctis martyribus ad carcerem pertrahi. Erat autem iuuenis annorum vigintiocto. Et fama celeriter currente, didicit vxor illius Natalia cuncta, quæ circa Adrianū maritū prouenerant: Et gaudio plena, quia erat mulier Christianissima, cucurrit ad carcerem, proci densque ad pedes viri sui, osculabatur vincula eius, dicens illi: Beatus es Dñe mi Adriane, quia inuenisti diuitias, quas tibi nō dimiserunt parentes tui. Verè iā securus pergis ad Christum, bene recedens in ipso diuitias, quas inuenies in tempore necessitatis, vbi de penis damnatorum neminè quisquā liberabit. Nō pater filij, nō mater filia, nō diuitiæ transeuntes, nō illos seruarū ambitio, & patrimonij amplitudo, ad extremū nec amicus amicum. Omnes enim tunc, propria sarcina comitabitur. Tu Dñe mi tecum habēs Christū, in quo omnia tua reposuisti, perge fiducialiter, perge ne timeas, ut percipias promissā ipsius. Non reuocet te vllus inuitus rerum velut vmbra transeuntes: nō affines, non parentū gemitus, nō pulchritudo ipsa corporis tui, execratio seductorum, adulationes amicorum: Non te terreant species tormētorum. Horū, qui tecum sunt, martyrum constantiam & patientiam aspice, his solis incedē.

Hæc

Hæc postquam gloriosissima femina profecuta est, singulorum martyrum vincula deolculans: R ego vos, inquit, serui Christi, confortate hunc Adrianum beatissimis monitis, & lucifacite animam eius in Christo. Vos sitis ei patres, per vos nascatur æternæ vitæ. Ad quam beatus Adrianus dixit: Perge nunc foror mea in domū tuam, & cum agnouero fieri interrogationem nostrā, accersam te, ut videas finem rei. Post aliquot dies cum questio immineret, beatus Adrianus dato precio custodibus, & datis fideiussoribus, perrexit ad domū suam vocare beatam Nataliam. Cumque pergeret, vidit eum qui bene illū nouerat, & præcurrens domum, nunciare illum venire. Quod vxor audiens primò non credidit. Quis, inquit, potuit eum absolueret de vinculis illis? Nō mihi cōtingat ut absoluar, ne quando separetur à sanctis illis. Et cum puer domesticus superueniens affirmaret eū dimissum, suspicata illa, quod martyrium refugisset, contristata flebat amarissimè. Et cum iam videre Adrianum inciperet, proiecit quæ erant in manibus, & accurrens clausit ostium domus, clamās & dicens: Longè efficiatur à me hic qui corruit, & mentitus est Domino Deo suo: Non loquatur mihi, nec audiam linguam, quæ dolose egit in conspectu factoris sui. Et conuersa dicit in eum: O sine Deo præ omnibus hominibus quis te cogit apprehendere opus quod nō potuisti perficere? Quis te separauit à sanctis, aut quis te seduxit, ut recederes à conuētu patris vel repausationis? Dic mihi, quare in fugam conuersus es, antequam fieret pugna? Quare proiecisti arma, antequam videres hostem tibi repugnantem? Quomodo vulneratus es, necdū emissa sagitta? Quid faciam infelicissima, quæ coniuncta sum impio? Nō est mihi concessum, ut vocarer vxor martyris, sed ut dicerer coniunx transgressoris. Ad horā fuit exultatio mea, & ecce per secula erit opprobrium meum. Cui beatus Adrianus pro foribus stans dicebat: Aperi mihi foror mea Natalia, quia non sicut tu æstimas, effugi martyrium. Veni autem propterea, quia instat tempus quæstionis nostræ, ut sicut promisi, præsens fias. At illa non credens: Vide, inquit, quomodo me seducit transgressor? Ecce quomodo mentitur alter Iudas? Recede à me homo, nam antè meipsam interficiam, quam tibi societ. Cumque beatissimus martyr de zelotypia coniugis lætus, sermonibus suis ei satisfaceret, & mihi citius aperiret, moras se facere non posse assereret, tandem ei illa aperiens prouoluit pedibus eius. Inde verò citius exeuntes properabant ad confessionem, ut in numero coronatorum Adrianus inueniretur. Cumque adhuc essent in via, dixit beatus Adrianus: Soror mea dic, quomodo ordinasti substantiam tuam? Cui illa: Noli, inquit, Domine mi, noli memorare quæ sunt muodi huius, ne attrahant animum tuum: auferantur ab animo tuo omnia conturbabilia: solummodo illa festina videre, quæ reposita sunt tibi & sanctis, cum quibus ambulat in via Dei. Completa itaq; die ut produceretur, exhibitū sunt beatissimi martyres in conspectu Maximiani, putrefactis ita iam carnibus eorum præ acerbitate tormentorū, ut vermes de viceribus eorum icscaturerent. Natalia verò applicans se beato Adriano dicebat: Vide domine mi, vel solummodo ad Deum fiat mens tua, nec tuum cor in aliquo tepidat, dū videris tormēta tibi propofita. Labor quidem nunc modicus, sed in secula seculorum æterna repausatio. Maximianus respiciens Adrianū ait: Adhuc tu permanes in insaniam? Beatus martyr respondit: Pro hac amentia & insaniam paratus sum hanc vitam finire. Iratus post piā confessionem ipsius Tyrannus, iussit eum tam crudeliter inuicem sibi succedentibus flagellatoribus cædi, donec apertis costis viscera patefierent. Iterum constrictus ferro in carcerem mittitur: Et cum aliquibus diebus cum reliquis sanctis Dei clausus ibi fuisset, tandem redutur, simul & cum eo alij quos immensitas pœnarum penè absumperat, sistitur Maximiano. Quos ille iam videns irreuocabiles, iussit ut veste magno ferreo confringerentur tibiæ ipsorum. Confractis itaque cruribus ac pedibus incisus, insuper beato Adriano manu incisa, orantes & gratias agentes Domino, emiserunt spiritum. Corpora eorum iussit Tyrannus incendi: Sed subito factæ sunt coruscationes, tonitrua, ac pluuia, & extinctus est ignis. Plurimiq; de apparitoribus fulminibus percussis, pauci fuga vix euaserunt. Accurrentibus interea Christianis rapuerūt ex igne iam extincto reliquias martyrum, & ascēsis nauibus fugerūt, peruenerūtq; Bizantiū, & reuerētē 2 honore sepelierunt eas ibi. Non longo post tempore B. Adriani corpus Romam etiam translatum, 3 honorabilique templo exornatum est. Natalia verò ipsa de Nicomedia sanctorum martyrum amore Bizantium enauigans, post paucos dies aduentus sui, dormitionem accepit in Domino, & iuxta sanctorum corpora sepulta est, Calendis Decembris. Passio horum martyrum sexto Idus Septembris.

2 Vide reliquias
martyrum Bizanti
in reuerenti hono-
re sepultas.
3 Corpus B. A-
driani Romā tra-
satum honorabil
templo exornat
tunc est.

Coronatorum, id est, Seueri, & aliorum, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in martyrologio eiusdem sub iij. Idus Nouembriis.

ROmæ natale sanctorum quatuor coronatorum, id est, Seueri, Seueriani, Carpophori, & Victorini. Hi cum impellerentur ad sacrificandum, reluctantes, nec consensum impijs præbentes, perlingerunt in fide. Nunciatum est autem Diocletiano Imperatori. Qui illic iussit, vt ante simulachrum Æsculapij ictibus plumbatarum cæsi desicerent. Quorum corpora iussit in platea canibus iactari, & iacuerunt ibi diebus quinque. Tunc pij Christiani venerunt, & collecta corpora sepelierunt in via Laucana milliario ab vrbe tertio in arenario iuxta corpora sanctorum martyrum Claudij, Nicostrati, Simphoriani, Castorij, & Simplicij. Passi sunt autem sexto Idus Nouembriis, post duos tamen annos passionis horum quinque martyrum. Cum autem nomina eorum minime reperirentur, statuit beatus Melchiodes Episcopus, vt anniuersaria quatuor Coronatorum dies sub nominibus sanctorum quinque martyrum recoleretur. Intercurrentibus autem annis, cuidam sancto viro etiam nomina eorum reuelata sunt. Festiuitas 2 verò vt fuerat statuta, celebris in aliorum martyrum festiuitate permansit, ac locus quatuor coronatorum nomine insignis.

1 Nota, vt annis versaria quatuor Coronatorum dies recoleretur.
2 Vide festiuitate celebrem horum sanctorum martyrum.

VITA SANCTI BLASII EPISCOPI
& martyris, per eundem Adonem collecta.

Habetur vbi supra sub iij. Nou. Februar.



Sebastea ciuitate passio S. Blasij Episcopi. Qui multorum patratum miraculorum, sub Præsede Agricola, post diuinam cætionem, post carcerem, atque inde suspensionem in ligno, vbi peccinibus ferreis carnes eius direptæ sunt, post iterum teterrimum carcerem, post demersionem lacu, vnde superuadens saluus exiuit, iubente iniquissimo Iudice, capite ad extremum cum duobus pueris truncatur, felicia 1 regna cum ipsis ingressus. Ipso autem adhuc agonizante, septem mulieres beatissimæ, quæ guttas sanguinis eius præterfluentes de beatissimis plagis corporis ipsius colligebant, deprehensæ quod essent Christianæ, post carminum ignis, vbi plumbo superinfusæ sunt, post peccinnes ferreas, quibus carnes earum diruptæ, post æreas tunicas & candentes, nouissime sententia data, percussæ gladio, datoque 2 pretio sanguinis, vitam mereantur æternam.

1 Ecce quomodo post mortem sancti recipiuntur in celo.

2 Nota, Datoque pretio sanguinis vitam mereantur æternam.

VITA ET MARTYRIVM SANCTI
& gloriosi martyris Blasij Episcopi Sebasteæ, & sociorum.
Per Simeonem Metaphrasten.

Februa.
XL



VO tempore vigeat cultus simulachrorum, & multi homines adorabant figmenta, & res creatas, tunc etiam florebat fides omnium sanctorum: cum quibus fides quoque sancti & gloriosi martyris Blasij. Hic ergo sanctus & venerandus vir Blasius, cum toto tempore vitam egisset mirè & mansuetam, sicut scriptum est in Iob: Erat innocens, inculpatus, verus, pius & religiosus, abstinens ab omni opere malo. Quamobrem propter puram vitam, & quæ nulli affinis erat reprehensioni, qui in ciuitate Sebastea Cappadociæ erant fideles, eum creauerunt Episcopum. Is autem profectus in montem qui dicitur Argeus, habitat in spelunca, feræq; ad eum conueniebant, & ab eo benedicebantur: & si contigisset vnum ex eis incidere in eius meditationem, tanquam ratione præditæ expectabant ad speluncam: & nisi imposuisset eis manus eas benedicens, à sancto minime recedebant.

In illis autem diebus iussit Præses Agricola capi omne genus animalium, vt sancti qui tunc erant martyres ab eis consumerentur, & cum eis depugnarent. In motes verò egressi venatores, venerunt etiam in montem qui dicitur Argeus, in quo latebat sanctus & venerandus vir Blasius. Cum autem appropinquassent speluncæ, & vidissent in eius ingressu multitudinem agrestium animalium quæ astabant & exiliebant, dixerunt inter se: Quid hoc sibi vult? & cum venissent propius, inuenerunt intra speluncam sanctum Blasium, sedentem tanquam in quodam thalamo, & diuidentem vnicuique id quod erat ei opus, per benedictionem atque curationes, & Deo fundentem preces. Qui statim reuersi renunciarunt Præsidi Agricola quæ viderant. Præses verò iussit plures milites cum eis proficisci, vt quoscunque illic inuenissent latitantes

latentes Christianos, ad eum adducerent. Euntes autem in montem qui missi fuerant milites, & ingressi speluncam, inuenerunt solum sanctum orantem & laudantem Dominum: & dixerunt ei: Egredere, vocat te Præses. Cum eos verò vidisset sanctus Blasius, valde lætatus est & dixit: Adeste, eamus simul & filij, mei enim recordatus est Dominus. In hac enim nocte ter mihi apparuit, dicens: Surge, offer mihi sacrificia pro more tui sacerdotij. Nunc ergo filij mei, bene venistis, Dominus meus Iesus Christus sit vobiscum. Dum autem ipsi venirent, in via conuertebantur gentiles ad Dei cognitionem per eius mansuetudinem & doctrinam. Etenim per eius preces faciebat Dominus curationes: & cum ad eum afferrentur ægroti, eis imponens manus dimittebat sanos. Non solum autem curabat homines, sed etiam iumenta & bestias. Cum itaque contigisset aliquos deorare, vel aliquid eiusmodi, repetè ad eum afferbatur patiente, & per sanctas suas preces eum statim reddebat sanum. Contigit itaque vt filius cuiusdam mulieris quæ eum habebat vnicuique, partem piscis comedens, os repente deoraret, & mutus merneret. Cum ergo mater pueri de sancto audiuisset, eum allatum proiecit ad eius pedes semimortuum, cum fleu clamans, & dicens sancto: Miserere mei filij serue Seruatoris nostri Iesu Christi: est enim mihi vnigenus: narratque: sancto quid filio suo repente accidisset. Sanctus autem Dei & magnus sacerdos Blasius, manu imposita 1 gutturi pueri, sic orauit, extendens in cælum oculos, & Deo dicens: Qui ijs qui te inuocabant in veritate, præsto fuisti adiutor, & Seruator, audi meas preces: & spinâ infixâ huic puero, tua quæ sub aspectu nò cadit virtute ei exime, eum curas: & de cætero, seu in hominibus, seu in pueris, seu in bestiis tale quid contigerit, illic autem recordatus fuerit aliquis mei nominis, dicens: Deus intercessione serui tui Blasij, accelera tuum auxiliu, fac citò in eo curationem ad gloriam & honorem sancti tui nominis. Et cum ipse hæc dixisset, puerum statim sanum restituit sicut prius, & eum reddidit matri suæ, ore nunquam silente Deum laudentem atque glorificantem. Hominum autem sermone celebrabatur Dei martyr & Episcopus Blasius, non solum Sebasteæ, sed etiam Nicopoli: erat enim eruditus etiam in scientia medendi. In itinere verò ingrediente sancto, contigit vt cuiusdam pauperculæ mulieris, quæ vnicuique habebat porcum, & nihil aliud, porcus à lupo raperetur. Mulier autem quæ erat fidelis, accessit ad sanctum martyrem contra feram. Sanctus verò Christi Sacerdos & martyr Blasius subridens, dixit ei: Ne sis tristis & mulier, ne lachrymeris. Tibi enim reddetur porcus viuus & illeus. Sanctus autem cepit iter ingredi: eo verò ingrediente, lupus qui porcum illesum cõseruauit, eum reddidit viduæ. Ingresso autem sancto in metropolim Sebasteæ, iussit Præses Agricola eum conijci in custodiâ. Die verò sequenti sedes Præses in tribunali, iussit adduci sanctum Blasium. Cum is autem aditisset, videns eum Præses, cepit primum cum eò agere blanditijs: & prius eum salutat, dicens: Salue charissime Blasii, deorum amice & noster. Sanctus autem Blasius dicit ei: Salue tu quoque, Præses optime. Ne eos verò dicas deos sed demonia: quæ quidem tradentur igni æterno cum ijs qui ea colunt. His Præses ira percitus, iussit eum aggressibus baculis verberari. Multis autem horis verberatus martyr Christi Blasius, dicit Præsidi: O nullo sensu prædite, & deceptor animarum, putas me per tua tormenta abducere à Dei mei confessione? Sed non potes. Habeo enim Iesum Christum qui me corroborat. De cætero fac quod volueris. Cum autem non potuisset impius Præses eum à fide abducere, iussit eum rursus duci in carcerem. Cum verò accepisset pia anus & vidua sancti martyris Blasij tolerantiam, & eius fidei constantiam, cum occidisset porcum quæ à fera accepterat iussu sancti martyris, & coxisset caput & pedes, & in canistrum iecisset ex seminibus terræ, & aliquibus alijs ex sua paupertate cum fructibus: cereosque; accendisset, attulit ad sanctum martyrem in custodiâ: & procidit ad eius pedes, rogans vt ex eis fumeret. Cum gratias autem egisset sanctus, & ex eis sumpsisset, ei benedixit, & ei mandauit, dicens: Mulier in hoc habitu perage mei commemorationem, & in domo tua nò deficiet omne bonum à Deo meo. Sed & si quis te hoc modo imitans mei peregerit cõmemorationem, habebit à Deo meo perpetuum donum & benedictionem omnibus diebus vitæ suæ. Et veneranda quidè illa & beata anus, accepto mandato à sancto martyre Blasio, Deum laudans abijt læta in domum suam: & impleta fuit in hac beata vidua scriptura quæ dicit: Dicetur vbique quod fecit ipsa ad eius memoriam. Tyrannus autem cum secundò progressus sedisset in tribunali iussit adduci Dei martyrem. Quo adducto dicit ei Præses: Blasii, dijs ne sacrificas, an vis malè perire? Dixit sanctus Blasius: Dij qui cœli & terræ nò fecerunt, pereant. Quam tu autem mihi minaris mortem, ea mihi vitam æternâ conciliabit. Præses verò cum vidisset eius fidem immutabilem, iussit eum in ligno suspensum cedi vehemeter. Cum diu autem caderetur martyr Dei Blasius, dicit Duci: O impie & inique, putasne me terere plagis? Habeo Iesum Christum qui me corroborat: & non timeo tua quæ videntur tormenta, aspiciens ad bona quæ expectantur, quæ sunt promissa ijs qui ipsum querunt. Tunc iussit Præses eum de ligno deponi. Cum fuisset autem depositus, iussit eum rursus conijci in custodiâ. Cum verò abduceretur

1 Sanctus imposita pueri gutturi manu, et facta oratione extensus in cælum oculis, illu sanauit.

in custodiam sanctus martyr Blasius, ecce septem mulieres piæ & timentes Deum, eum sequebantur, excipientes sanguinem qui ex ipso distillabat, & seipias yngentes. Quas cum vidissent lictores & apprehendissent, duxerunt ad Præsidem, ei dicentes: Hæ quoque sunt Christianæ. Cum eas autem Præses vidisset, dicit eis: Periuadeamini, & dijs sacrificate, vt magnos honores à me consequamini. Venerandæ verò & sanctæ mulieres illæ respondentes, dixerunt ei: Si vis ô Præses, vt dijs tuis sacrificemus, eamus prope lacum: & tu quidem immitte deos tuos in saccum, & eos plumbo obfigna. Nos autem cum abluerimus vultus nostros in lacu, accedemus, & eis sacrificabimus. His lætatus Præses, ad eas adduxit deos suos. Illæ autem cum eos accepissent, deiecerunt & demerserunt in profundo lacus.

Cum hæc vidisset Præses, & furore fuisset percitus, valde rugiens sicut leo, & plaudens manibus, fuit admodum iratus militibus, & dixit eis: O pessimi ministri, cur nõ deos retinuistis, ne in profundu lacus iniiceretur? Respondentes autem milites, dixerunt Præsidi: O optime Præses, dolu tibi locutæ sunt hæ mulieres, & deos tuos demerserunt. Nos verò hoc nescientes, eos nõ tenuimus. Dixerunt autem illæ sanctæ & venerandæ mulieres: Deus verus doli nõ patitur, sed furda ligna, & lapides & aurũ, & argentũ, & oes qui cõfidunt in eis. Tunc furore percitus Præses, iussit fornacẽ accendi vehementissimã, & dissolui plumbũ: & ferroas afferri pectines: septẽ æneas laminas cãdeseri: splendidũ autem linteũ extẽdi in alio loco, dixitque sanctis mulieribus: Eligite vnũ ex duobus, aut adorare & dijs sacrificare, & conseruare animas vestras ambulantes in linteo: aut si nolitis, experiri tormẽta quę sunt vobis parata. Vna verò ex ijs habes duos pueros, rapuit linteũ, & iniecit in fornacem, & id combulsit. Pueri autem dicebãt matri suæ: Veneranda mater nostra, ne sinas nos in hac terra interire: sed quomodo nos impleuisti pulchro & sincero, & suauissimo tuo lacte, nos quoque imple regno celorum.

Præses autem iussit eas suspendi, & earum carnes lacerare pectinibus ferreis. Videbant verò milites ex earum carnibus manare lac pro sanguine. Quinetiam earum carnes cernebantur, vt nix, candidæ. Angeli enim Domini qui descenderant, cum eas cursarent, dicebãt eis: Ne timeatis: Bonus enim operarius cum estate inceperit & perfecerit, & à domino operis fuerit benedictus, & mercedem eius acceperit, lætus vadit in domu suam. Sic ergo vos quoque decerate, vt à Seruatore nostro Iesu Christo æternã, & quæ nanquã desinit vitam accipiatis. Tunc Præses iussit eas depositas iaci in caminum. Cum autem iactæ fuissent, protinus cessauit ignis: & eiectæ sunt ex fornace illæse conseruatæ sanctæ mulieres. Dicit verò eis Præses: Abiectis vestris præstigijs, accedite & dijs meis sacrificate. Sanctæ autem septem mulieres, tanquã vno ore dixerunt ei: Ne tibi bene sit, ô fili diaboli, vt nos relinquamus Dominum nostrum Iesum Christum, & adoremus lapides & ligna, quæ sunt similiter atque tu furda, & nullo sensu prædita. De cetero fac in nos quod velis. Nam nos quoque vocatæ sumus in regnum celorum. Tunc ira percitus Præses tulit in eas sententiam: & accipientes eas lictores, duxerunt eas ad locũ eis propositum. Sanctæ autem septẽ mulieres cum venissent ad locũ in quo erant consummandæ, rogarunt lictores, dicentes: Concedite nobis vt parumper precemur, & flexis in terram genibus sic dixerunt: Gloria tibi magno & glorificato Deo, Gloria tibi Christe qui regnas in secula, qui nos vocasti in viã bonitatis tuæ. Quis est enim magnus sicut tu Deus noster, qui nos fecisti recedere à tenebris, & vocasti nos ad veram lucem & suauissimã? Quam obrem rogamus te Dñe, nos connumera cum prima martyre tua Thecla, accipiens intercessionẽ sanctissimi patris nostri & Pastoris Blasij, qui deduxit nos ad hanc veritatem & fruitionem vitę æternæ. Hæc cum sanctis fuissent precatæ mulieres, & è solo surrexissent, & manus 3 suas extẽdissent, & oculis in cœli suspexissent, in mundo corde & vno animo Deo dixerunt: Gloria tibi Dñe Deus noster, qui nos dignatus es sistere ad hanc tuam aram, tanquam agnas immaculatas & ratione præditas, nostras quoque animas sulcipe in cœlesti tua ara, vt bonus & benignus, Pueri autem accedentes ad matrem, dixerunt ei: Mater, corong vobis sunt paratę apud Deum cœlestem. Nos ergo & commendata sanctissimo & forti athletę, Episcopo nostro & Pastori Blasio, tunc Spiculator abscondit capita septem sanctarum mulierum, & occulte fuerunt consummatæ.

Post hæc autem iubet Præses sanctum Blasium educi & custodiã. Quo ducto dicit ei: Dijs ne modò sacrificas, an non? Dicit ei sanctus Blasius: Miser cum sis cœcus, non vides veram lucem. Quis enim homo qui Deum viuũ vnquã cognouit, mortuus simulachris sacrificat, aut ea adorat? Tu ergo tenebris inuolute & inique, scias te Deum viuũ dimisisse, & adorare lapides nullo sensu præditos. Sed ego non timebo minas tuas. Vt vis ergo me torque, trado tibi carnes meas. Deus autem habet animæ potestatem. Præses dicit sancto: Si te proiecero in lacum, quid tibi proderit quem dicis Christum, quẽ etiam adoras? Dixit autem sanctus Blasius: Cœce, & nullo sensu prædite, adulterina adoras, & putas te esse saluũ. Ego autẽ Christũ viuũ colens, nõ offẽdam tibi in aqua Dei mei virtutes. Tunc iussit Præses eũ iaci in lacũ.

Sanctus

Sanctus verò præueniens obsignauit aquam, quæ stetit perinde ac si fuisset pons. Sedenique in medio lacus, dixit licitoribus: Si habetis deos, ostendite eorum virtutes, & vos quoque ingredimini. Statimque ingressi sexaginta & octo viri, submersi sunt in profundo aquæ. Tunc angelus Domini descendens ad sanctum, dicit ei: Gratia plena & præclara anima, Dei pontifex, egredere ex aqua, & accipe à Deo tibi paratam æternam coronam, Sanctus autẽ Blasius cum ex aqua surrexisset, tanquam super terram ambulans est egressus, & resplendit facies eius sicut lux, adeo vt mirarentur qui eum videbant. Præses vero dixit ei: Ad eone õ miser, statuisti dijs non sacrificare? Dixit sanctus Blasius: Scias Tyranne, quã uiuore, me esse seruum Christi, & nunquam demonibus esse sacrificaturũ. Tunc ira percitus Præses tulit in eum sententiam, dicens: Blasius qui mihi non paruit, & Imperatorem contempsit, & deos probris affectit, & sexaginta octo viros perdidit, gladio truncetur capite simul cum duobus pueris. Accepta autem sententia cum venisset ad locum, stans sanctus precatus est Dominum, dicens: Domine Deus virtutum qui me liberaisti à simulachris. Qui tenebras fecisti lucem, & errorem veritatem. Qui sedes super Cherubim, & aperis cataractas celorum: Qui extendis arcum tuum in manu tua. Qui diabolum humilem & abiectum reddidisti, & draconem confixisti: audi me seruum tuum, & quicumque ad hanc aram tuam acceperit, & quicumque spinam aut os deuorauerit, aut varijs fuerit vexatus morbis, aut in afflictione fuerit, aut in necessitate persecutionis, imple vnus cuiusque cordis petitionem Domine, vt bonus & clemens. Quoniam es semper glorificaturus nunc & in secula.

Cum hæc autem esset precatus, Christus descendit de cœlo tanquam nubes, & eum obumbravit: & dicit ei Seruator: Omnes petitiones eorum implebo propter te, Athleta mi dilecte. Non hæc autem solũ, sed etiam faciam vt precatus es viduę, & benedicam omnẽ domum quæ tui celebrat memoriam: & penaria eorum replebo omnibus bonis propter pulchram tuam confessionẽ & fidem quã in me habes. Hæc cum Dominus locutus esset martyri, cum eum antea eduxisset spiculator è prætorio cum duobus infantibus, capita eis amputauit in Sebastea ciuitate, intra mœnia supra petram, vndecimo mensis Februarij. Fideles autem & pij viri deposuerunt eum in ipso loco. Vbi etiam vsque in hodiernũ diem multæ curationes peraguntur ad Dei gloriam. Cum verò accepisset veneranda & pia anus cõsummationem beati martyris Blasij, celebravit eius memoriam eo ritu quo celebravit in custodia: & non solum cognatis misit ex feminibus terræ benedictiones, & ex reliquis, sed etiam omnibus amicis. Qui vicissim imitantes, rursus in eodem tempore remiserunt non solum fideli viduæ, sed etiam omnibus suis amicis & cognatis. Vnde etiam traditum est hoc sepulchrum & bonum exemplum vsque in hodiernum diem, omnibus qui fideliter peragunt venerandam memoriam sancti martyris Blasij cum lampadibus & hymnis & magno epulo. Ad gloriam omnipotentis & Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia simul cum sancto & viuifico spiritu: Nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

MIRACVLA BEATI QVINTINI

martyris, per diuum Gregorium Archiepiscopum Turonensem scripta.



APVD Virmandensẽ oppidum Galliarum Quintinus martyr quiescit, cuius beatum corpus à quadam religiosa quæ dudum fuerat cœcata, reperitur. Sed mox vt à fluminis fundo reuelatum est miraculum protulit, cum mulieris faciei, vbi primum illuxit, lumina cœcata restituit. In hac igitur vrbe vnus ex latronibus equum præbyteri furto abstulit, inuentus à præbytero iudicij manifestatur. Nec mora apprehensus, & in vincula compactus, supplicio subditur, & opus suum ore proprio indicans, patibulo iudicatur. Sed præbyter metuens ne ob sui damni causam anima hominis auferretur, Iudicem deprecatur, vt concessa illi vita, hic culpæ reus absolueretur à pena: dicens sibi satis esse iam factum, quod per tot tormentorum genera latro quẽ gesserat declarasset. Sed seueritas iudicis cum nullis precibus potuisset flecti, reum patibulo condemnauit. Tunc præbyter cum lachrymis prostratus ad beati martyris tumulũ, suppliciter deprecatur dicens: Quæso gloriosissime athleta Christi, vt eruas hunc pauperẽ de manu mortis iniquæ, ne mihi fiat in opprobrium, si per meam accusationem moriatur hic homo: ostende deprecor virtutem tuam, vt quem asperitas humana nequit absoluere, leuis pietatis moderamine tu dissolvas. Hæc sacerdote cum lachrymis deprecante, disruptis vinculis patibuli reus ad terram ruit. Quod audiens Iudex timore perterritus, & diuinam admirans virtutem, nihil vltra illi nocere præsumpsit.

Habetur 7 opus eius in gloria plurimorum marum edito c. 174

1. Cuius beati corpore
pau Vides quod non
dicit, cineres emor
tuos, vel quid sim
le dedecorosum, vt
dicunt heretici
2. Oratio ante sep
ulchrum martyris
cum præbrato
ne ex lachrymis
3. Vides quod per
sanctorum inuoca
tionem nõ offusca
tur Dei necessaria
inuocatio? Quæ si
maiestati eius dis
pliceret, ad eorũ
inuocationem tot
mirabilia signa nõ
ederet.

Flexis in terrã genibus orãt sanctus.

Ecce oratio eũ extensione manũ ex oculorum in cœlum.

ALOYSII LIPOMANI VERON.
VITA SANCTI MARCELLINI

Papæ & martyris, per Damasum Papam scripta.

Habetur in pontificali eiusdem.



Marcellinus natione Romanus, ex patre Proiecto, sedit annos nouem, menses duos, dies sexdecim. Fuit autem temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die Kalendarum Iulij à consulatu Diocletiani sexto, & Constantij secundo, vsque ad Diocletianum nono, & Maximianum octauo. Quo tēpore fuit persecutio magna, ita vt intra triginta dies, decem & septē milia hominum pronihsui sexus per diuersas prouincias martyrio coronarentur. De qua re & ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, vt thurificaret, Quod & fecit. Et post paucos dies poenitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Christi cum Claudio, & Cyrino, & Antonino capite truncatus est, & martyrio coronatus. Qui dum pergeret ad passionem suā, adiurauit Marcellum præsbyterum, vt præcepta Diocletiani non impletet. Iacuerunt autē corpora sanctorum in platea dies triginta sex, ex iussu Diocletiani. Exinde Marcellus præsbyter noctu collegit corpora sanctorum cum 1 præsbyteris & diaconis, cum hymnis, & sepeliuit ea sexto Kalendas Maij in via Salaria in cœmeterio Priscillæ in cubiculo claro, quod patet vsque in hodiernum diem, secundum quod ipsi sanctus Petrus præceperat, in crypta iuxta corpus sancti Crescentionis. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrē, præsbyteros quatuor, Episcopos per loca quinq; Et cessauit Episcopatus annos septē, mēses sex, dies viginquinq; persequēte Diocletiano Christianos.

1. Vide Christianam traditionē sepe dicitur fideiū corpora. Nemp cum hymnis, sacerdotibus & diaconis.

Habetur in Pōntificali eiusdem.

VITA SANCTI MARCELLI

Papæ & Martyris, per Damasum Papam scripta.



Marcellus natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Vialata, sedit annis quinque, mēribus sex, diebus viginti vno. Fuit autem temporibus Constantij, & Galerij, & peruenit vsque ad Maxentium, à consulatu Maxentij quarto & Maximij, vsque post consulatum. Hic fecit in cœmeterio via Salaria, & viginquinq; titulos in vrbe Roma constituit, quasi dioceses, propter baptismum, & poenitentiam multorum, qui conuertebantur ex Paganis, & propter sepulturas martyrum. Hic ordinauit viginquinq; præsbyteros in vrbe Roma, & duos diaconos per mensem Decembrē, Episcopos per diuersa loca viginquinq; Hic coartatus & tentus est, eod quod Ecclesiam ordinaret, & comprehensus à Maxentio, vt negaret se esse Episcopum, & sacrificijs se humiliaret dæmoniorum. Qui semper contemnens & deridens dicta & præcepta Maxentij, damnatus est in Cathabulum. Qui dum multis diebus seruiret in Cathabulum, 2 orationibus & ieiunijs, Domino deseruire non cessabat. Mense autem nono venerunt clerici eius omnes, & eruerunt eum noctu de Cathabulo. Matrona verò quædam nomine Lucina vidua, quæ vixerat cum viro Marco annis quindecim, & in vidualitate sua habebat annos decem & nouem, suscepit beatum virum, quæ & domum suā nomine tituli beati Marcelli dedicauit, vbi die, 3 noctuq; hymnis & orationibus, domino Iesu Christo confitebantur. His auditis à Maxentio, misit, & tenuit iterum beatum Marcellum, & iussit in eadem ecclesia iterum planas externi, vt ibidem animalia cathabuli congregata starent, & ipsis beatus Marcellus deseruiret. Qui tandem in seruitio animalium nudus, amictus est. Cuius corpus collegit beata Lucina, & sepeliuit in cœmeterio Priscillæ via Salaria decimo septimo Kalendas Februarij. Et cessauit Episcopatus dies viginti. Lucina verò proscriptioe damnata est.

2. Vide quāto studio hi sancti Pontifices martyres sepelirent, quibus esset cœmeteria faciebant.

3. Non cessabat seruire Domino in orationibus & ieiunijs etiā in Cathabulo, iuxta illud Apostoli, in omni loco leuantes puras manus.

4. Ecce nocturnas et diurnas orationes & hymnos.

VITA SANCTI EVSEBII PAPAE,

per Damasum Papam scripta.

Habetur vt supra



Evsebius natione Græcus, ex patre Medico, sedit annis sex, mense vno, diebus tribus, Fuit temporibus Constantini. Sub huius tempore crux Domini nostri Iesu Christi quinto Nonas Maij inuenta est. Baptizatur quoque & Iudas, post Quiriacus vocatus, crucis inuentor. Hic, scilicet Eusebius, hereticos inuenit in vrbe Roma, quos sola manuum impositione reconciliauit. Fecit hic ordinationem vnam mense Decembre, præsbyteros tredecim, diaconos tres, Episcopos per loca quatuordecim. Sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia sexto Nonas Octobris. Et cessauit Episcopatus dies septem.

VITA

VITA SANCTI MELCHIADIS

Papæ & martyris, per Damasum papam scripta.

Habetur vt supra.



Melchides natione Apher, fedit annos tres, menses septem, dies octo, ex die Nonas Iulij, à consulatu Maximini Nono, vsque ad Maxentium secundo, qui fuit mense Septembri, Volusiano & Rufino consulibus. Hic constituit, ne vlla ratione die dominica, aut quinta feria ieiunium quis fidelium ageret, quia eos dies Pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant. Et Manichæi inuenti sunt in vrbe Roma ab eodem. Hic fecit, vt oblationes consecratæ per ecclesias ex consecratu Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. Hic fecit ordinationem vnam per mensem Decembrē, præsbyteros sex, diaconos quinq;, Episcopos per loca vndecim. Hic sepultus est in cœmeterio Calixti via Appia, quarto Idus Decembris. Et cessauit Episcopatus dies decem & septem.

ALOYSIVS EPISCOPVS VE-

ronensis candido lectori.



Ad duo te, probe lector, aduertere oportet in hac, quæ tibi supponitur, vita. Primum illud, aut erratum per scriptorem in sanctæ nomine, & pro Margarita Marinam fuisse scriptam. Nam quæ hic de beata Marina dicuntur, non ei, sed Sanctæ Margaritæ omnino conueniunt, indicatque id, patria, persecutor, certamina, & mortis genus. Cum aliâs Marina virgo tantum fuerit, non etiâ martyr, quæ sanctimonialis sub viri habitu inter monachos habitans falso de incestu accusata ob humilitatem quæ non peccauerat exoluens, expositum sibi puerum, tanquam propriū filium aluerit, monachumq; effecerit. Aut Margaritam ipsam, Marinam quoque dictam fuisse fatendum est. Constat enim tam viros, quàm mulieres non vno tantum nomine sæpius appellatos. Sed primum dicitur nobis verius videri, vt corruptum in hoc exemplar Genzanus noster offenderit, licet illud ex Pontificia bibliotheca habuerit. Alterum illud est nos propter falsas illas narrationes, quæ in sanctorum historijs diabolica suggestione suffarcinatæ sunt, de quibus in sequenti vita fit mentio, animum adiecisse ad Sanctorum illas tantummodo vitas, quæ à priscis patribus ijsq; probis, eruditiss, & illustribus viris, necnon Deum timentibus conscriptæ fuerunt, in vnum volumen redigendas eo quidem consilio, vt haberet Catholica Ecclesia veras, quas de electis sui corporis membris, legeret narrationes: neque apochripa pro legitimis; vel dubia pro certis (vt quandoque cum maxima Sanctorum iniuria factitatum est) reciperet. Magna namque conscientie tranquillitas prouenit, cum quicquid legeris, certus sis omnino scriptorē te nō decipere, sed veracem, & omni prorsus mendacio carentem, rē syncerē vt est gesta, ante oculos tuos afferre. Quod studiū nostrū qualecunq; ex bonorū omnium matre charitate profectū, vt tu quoq; sanctis orationibus tuis apud Dominū commendare, & promouere ex eadē charitate nō abnuas, humiliter oramus.

MARTYRIVM SANCTAE ET EGRE-

giæ, & curationum virtute præditæ Martyris Marinæ.

Per Simeonem Metaphrasten.

XVII. Iulij.



Nihil æquè lætificat, & exhilarat animam bonā, & fidelē, vt quod victoria potitorum athletarum legitur martyrium, & eod magis delectat auditorē, quod meliorem habuerit cōpositionem, aptamq; & probabilem narrationem, & ea recensentem, quæ & persecutoris improbitati, & eorum qui decertabāt, animi magnitudini, quinciam eius quoque, qui vnā decertabat, Christi potentie apta sint, & conuenientia. Sit namque oportet omni ex parte eiusmodi, vt & nihil habeat offensionis, & rem rectis auribus ostendat credibilem.

Etenim scire oportet, non paucas ex ijs, quæ martyrum res gestas continent, narrationibus ab initio fuisse adulteratas, vt quæ à gentilibus fortè, aut ab hæreticis, & prophanis, & veritatis intelligentia priuatis viris corruptæ, & aut nugis, & vanissimis ineptijs forditate, ac conspurcate, & euidentissimis dæmoniorum doctrinis, prauæque, ac sceleratæ mētis exerandis figmentis prophanatæ, & ad Christi, & Sanctorū eius contumeliā cōpositæ fuerint. Et ideo

Et adeo, fidem de cetero adeo labefactant, & tantum ei detrimenti afferunt, ut propterea ne verisimilis deinceps allentatur, sed aut omnino ea reiciat, ac repudiet: aut, vt quæ sunt dubia, despiciat, & ea minoris faciat. Quomodo etiam egregie virginis, & martyris Marinæ quadam hollis nostri contumelia fuit adulteratum martyrium, verè per passionem eius narrationi, tanquam puro frumento, à communi omnium inimico iniectis zizanij, illo, inquam, dæmone, qui illic fingitur fuisse in medio eius certamine, et illius vocibus, adeo vt qui audiunt, attendentes quàm sit ridicula & absurda dictio illa dæmoniaca, dubitent de ipso quoq; martyrio egregiæ victricis Marinæ. Etenim qui adhuc viuos Iesu martyres inuasit, & eos morte afficiendi insatiabili tenebatur desiderio, nihil mirum, si postquam excesserunt ad Agonotheram, & sunt pronunciatii victores, eorum gloriæ conetur infidiat per impios, qui fallâ loquuntur: admiscens mendacia sanctorum rerû gestarum commentarijs. Inanes ergo omnes fabulas, & nugas, tanquam maligni ludibria, illius mystis abiiciens, solis autem veris præclaræ huius martyris tam in verbis quàm in factis decertationibus sub ea quæ consilii, veritate illuminante, mentem adhibens, breuemq; orationem, & quæ nihil superuacanei contineat, componens, sic magnæ, & præcipuum nomen forticæ Marinæ ordine persequar decertationem. Hæc ergo beata puella Marina fuit quidem ex ciuitate Antiochia Pisidiæ, parentibus autem, quod ad corpus quidem attinet, claris. Filia enim erat Ædesij, qui fuit illis temporibus vel maximè insignis sacerdos idolorum. Cùm autem esset vnica, quoniam matrem citò mori contigerat, extra ciuitatem ad quindecim milliaria tradita fuit alenda eius nutrice. Cùm verò ætate crederet, & honestate morum, intelligentijs, & prudentia supra ætatem proficeret, & honorificè à sua nutrice aleretur, & educaretur, audiuit verbum fidei Christi, & id statim in sua defixit cogitatione. Quæuis enim bona anima præpè suscipit eos qui de bono sunt, sermones, & eò citius, quod est meliore ingenio prædita, aut fide acriori. Marina ergo cùm esset adhuc admodum iuuenis, mollisque, & delicata adolescentula, vt corpore speciosa, & omni ex parte pulchra, ita etiã mente, & anima valde bona, postquam solù audiuit Deum bonù, & qui verè est, & viuut, pro salute hominù, ex puella coniugij experte natum hominem: crucifixumq; et sepultum fuisse, & resurrexisse, & cùm ad cælos hominum naturam sustulisset, eam consensu paterno honorasse, statim corde credens, ore quoque est confessâ se esse Christianam, Et sic indes in Dei filium confessione, et fide proficiens, optabat Christi confessorum effici particeps, et socia. Atque Ædesius quidem, qui falso nomine appellabatur eius pater, eam propterea auerfabatur, et abhorrebat. Ea autem Deum cælestem colens supra omnia, eos qui pro pietate torquebantur, et interficiebantur, valde venerabatur, et cordis proposito eorum miserens, vnâ cum eis dolebat, et vnâ patiebat. Oportebat autem deinceps ipsam quoque sicut verbis et cogitatione, ita etiã factis Christum glorificare. Oportebat fidem quoq; eius tentari, et probari, et cùm proba apparuisset, simul cum Regni filijs commiscei. Etenim quæ sicut granum sinapis cælestem sementem suscepit anima, non patitur non in magnam augeri altitudinem, adeo vt cælestes quoq; virtutes in ea habitent. Olybrio ergo, qui tunc erat Præses Orientis, viro audaci, crudeli, & eadem spiranti traditur hæc beatissima adolescens, vt tentareretur. Non enim pijs, & bonis, sed impijs, & malis filijs diaboli, filij Dei omnino traditi, et accensi, et per tolerantiam vincentes aduersarium, sic in exultatione, quæ dici non potest, & gloria, Patri cælesti offerunt. Hæc ergo pulchra virgo Marina, à partibus Asiæ Antiochiam versus contendente Olybrio, ab eo in transitu conspecta contigerat enim vt tunc exiret beata ad gregem patrum aspicendum) cùm eximia sua pulchritudo eum obtupecississet, & sauciaisset, statim capta fuit à parricidæ manibus. Simul atque enim eam aspexit saeuus ille Præses, eam vxorè ducere habuit in animo. Cùm autem eam propè stetit, nomen, et conditionem eius, et religionem sciscitatus est: ipsa verò cùm Dñm nostrù Iesum Christù, vt sibi esset adiutor, liberator, et redemptor inuocasset, aperto ore dicit: Nominem quidem mihi à parètibz imposito vocor Marina. Cùm sim autem nata ingenuis parentibus, gloriæ me esse ancillam Domini mei, et Dei et seruatoris Iesu Christi, qui fecit cælù, & terrâ. Cùm sic audisset Olybrius, & statim ex prima responsione puellæ esset admiratus prudentiâ, & anxio fuisset animo, vt est cõsentaneù, denunciat sequentibus eum satellitibus, vt eâ sibi seruant honorificè. Postquam ergo fuit intra ciuitatem Antiochenâ, & dijs suis pro more sacrificauit, & laudes, vt mos est, in honorè victoriæ Imperatoris celebravit. Cùm autem mansurrexisset, & tota ei assisente ciuitate in tribunali præsedisset, iubet sanctam sibi Marinam. Cùm ea autem esset ingressa, & constanter staret in medio, ipse in eius vultum defixis oculis, & eius formæ venustate resolutis præcordijs, corde verò ad eû obfidete amore incensus, & liquefactus, sic dixit Olybrius: Sciunt oēs dii, ô pulchra puella, scias autem tu quoq; me moueri misericordia tuæ tenerè ætatis, & sui delicati corporis. Quâobrem rogo te mihi morem gere, & dijs sacrifici, meliusq; tecum

agetur,

agetur, quàm cum omnibus tuis æqualibus. Pecuniarum enim & possessionum tibi immensæ accedent diuitiæ. Eris autem clarior & illustrior, quàm omnes feminae ciuitatis.

Sancta autem Marina dixit: Ego quæ didici Deo cæli vero & viuo, & vnguento eius verbo rationalem cultum, & sacrificiù laudis in sancto spiritu perpetuò offerre, deos quos non noui, neque placabo sacrificijs, cùm sint inanimi, & nullo sensu præditi, & quorù nihil interfit, honorentur, an contumelia afficiantur: neq; quæ meo affectori debetur, adorationem rebus tribuam inanibus. Præses dixit: rursus rogo te Marina, mihi morem gere, & adora deos inuictos, hoc apertè sciens, quod si meum audieris consiliùm, eris mihi vxor honoranda & dilecta: & iam coram tota ciuitate te mihi accipiam cõiugem: & ego quidè ero tibi in perpetuum laudem & lætitiã: tu autè eris mihi in iugem spiritus recreationem voluptatemq; & delectationem. Quod si non parueris, scias fore, vt in multas incidens afflictiones igne & ferro consumaris. Dixit sancta martyr: Ne existimes, ô præses, te meæ in Christum fidei rationem inflexurù, aut blanditijs emolliturum, vt te sequatur. Sum enim ancilla Domini mei Iesu Christi qui pro me sustinuit voluntariam passionem, & crucem. Si ergo ille pro me, omnino ego quoque pro ipso debeo mori. Ne putes ergo me esse minis perterrefaciendam: Adsum tibi ad omnia tormèta, supplicia, & mortes impauida, & interrita. Habeo enim, qui me confirmet & roboret, & ignominia afficiam omnes tuas machinas. Tunc ira plenus Præses Olybrius, iuber sanctam virginè Marinam humi extensam virginis cædi immisericorditer. Cùm eius autem corpus dilaniaretur, & sanguis quidem terrâ rigaret, propter ipsam verò totus aspiciens illachrymaretur populus, dictitaret autem præco: Marina diis sacrificia, & ne tantam perdas pulchritudinem inconsiderata persuasione: Ipsa mansit firma, & minimè cedens. Etenim cùm oculos in eum sustulisset, & mente Domini contempleretur, & rogaret vt ei ferret auxilium, æquè absquè vilo sensu ferebat plagas, ac si alius pateretur. Deinde ad præsidem, dicebat: Quæcunque à patre tuo diabolo tibi suggeruntur, in me fac quamprimùm. Habeo enim Christum, qui roborat & confirmat, neque timebo mala, quoniam ipse mecum est semper. Cùm itaque ira ebullisset Olybrius, ferreis eam laminis conclusam, & clauis affixam, iubet ferreis cædi fuscis. Cùm diu autem lanietur, & flaccidisset pulchritudo corporis, auertit quidem ab ea faciem Olybrius, & vultum operuit chlamyde, ne videret: vix tandem verò tortores reprimens, iussit vt ea abduceretur in custodiam. Cùm illic ergo seorsum fuisset egregia illa martyr, mente quidem per preces à se excedens, & ad Deum erecta clamabat: Domine Deus excelsum, à cuius facie labant omnes cælorum virtutes, & omnes principatus, & potestates horrent & contremiscunt, omniq; creata quæ in te continetur natura, omnipotente tuo nutu alteratur, & tua voluntate recitatur & renouatur: Tu Domine altissime, respice è supercælesti tuo throno super me inutilem, & indignam tuam ancillam, quoniã sum deiecto animo, & humiliata nimis: quandoquidem speraui in te, & ad te me ipsam conieci: propter namque nomen tuum sanctum & terribile hæc patior. Intuere, ô sancte, attende mihi sapienter, & recrea hoc meum quod effluxit, corpusculum, & renoua meam animam eamq; tuere, & conferua ad regnum tuum supercæleste, quoniam te adoro, & rogo tuam omnipotètem virtutem & potentiam, audentiq; à te supplex pèto: Da mihi Domine Deus meus, vt ipsis oculis possim videre inimicum meum, qui me ex alto oppugnat: & ostende mihi eius mala machinans & aduersandum caput: & vt ipse à meis conculcetur pedibus, & vt tanquam lutum platearum comminuetur, & despiciatur: præsta ô omnipotens, vt in me quoque glorificetur sanctissimum, & terribile nomen tuæ bonitatis, & clementiæ in secula seculorum. Amen. Hæc sancta martyre Marina orante in carcere, repente fit magnus terrè motus, & ecce ipse diabolus suscepta forma & specie terribilis draconis, qui colore quidem appàrens varius & multiplex, multis autem, iisque sauis serpentibus per totum corpus cinctus & circumdatus, & corpore quidem edens execratur sibilum, tetrum autem emittens odorè & intolerabilè, sanctæ oculis afficit: celeriter autè eam circūcursans, maximum ei attulit timorem & perturbationem: vasto aut oris hiatus eam circumiens, existimabatur eam integram esse deuoraturus. Illa verò mente firma stabilis, & vt quæ ad Deum omni ex parte intueretur interrito & cõstanti animo, precibus, quæ dici non possunt, & intensissimis cordis vociferationibus mente rapta ad altissimum, & simul signo Crucis signata, disruptum quidem ventrè draconis visa est videre ante suos oculos: illinc autè animaduertit se exire integram & illasam. Nã quæ eius vitam administrabat virtus sancti Spiritus, ei et inimici ostendit sequitiam, vt postulauerat: & præbuit, vt ab eo statim liberaretur & redimeretur. Præter opinionem ergo, quæ nulli culpe erat affinis, martyr Christi Marina à seruo illo & pernicioso serpente liberata, videt magnam lucem resulsisse in custodia: Crux autè à terra in cælum vsque peruadens ostendebatur, tanquã fons illius luminis: supra crucè verò conspecta fuit alba columba, & tota pura lucidò

emittens

x. Signo crucis sancta obfignata, a diabolico draconis impetu liberatur.

emittens splendor, Trinitatis, vt mihi videtur, mysterium aperte ostendente visione. Nā per lucem quidem erat ostendi aperte paternam gloriam, per Crucem autē Crucifixū significari vnigenitum, per columbam verō conspiciebatur sancti Spiritus diuinitas, quæ & Ancillam Dei alloquebatur, & consolans animum addebat, dicens: Aue Marina, ratione prædita Dei columba, quoddā vicisti malignum, & bono adhaesisti. Aue, & lætare, & delectare ex toto corde tuo, filia supernæ Sion, quoniam venit dies in qua pro tuis meritis ornata victoriæ coronis, & intelligentem Dei requiem cum prudentibus ingressa, apud sponsum, & regem tuum habitabis. Simul autem hæc de cælo eam alloquebatur, & caruncula renouabatur, & rore spiritus omnino curata, à plagis fuit omnino mundata. Maxima verō exultatione, & læticia beata repleta. Benedicam te, Domine, magna voce confitebatur, laudabo te Domine Deus, & glorificabo nomen tuum, quoddā fecisti mecum res admirabiles. Extollam te Domine, & te laudabo, quoddā meæ miseriam sis miserus, & me visitaueris, & meum corpus curaueris, & animam, & me non tradideris in manus inimicorum, sed etiam defectoris, & perniciosissimi draconis vastam speciem ostenderis ancillæ tuæ, & cum in chaos infinitū cū venenatis, qui eum sequebantur, serpētibus, & dæmoniis, ad abyssos amandaueris, & eos in profundum inferorum damnaueris, & eorum terrorem vt bonus Deus procul à me abieceris. Et nunc spiritu lætans, & exultans in Deo seruatore meo, rogo tuam summè bonam benignitatem, vt me digneris tua per lauacrum regeneratione, & aqua sancti tui baptismatis, vt quomodo sancto tuo spiritu, & sanguine decertationis, ita etiam aqua baptismatis expiata & consummata, digna sicut ingressu tuorum sanctorum. Quoniam tu solus verus sanctus, & in sanctis requiescens, & glorificatus simul cum Patre principio carente & viuifico spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

In his sancta virgine, & martyre Marina per totam illam noctem exultante, & Deū glorificante, mane surgens Præses, & tribunali ante totam ciuitatem & populū præsidens, iubet sacram sibi virginem. Cū vidisset autem eam astare totam sanam, & læto vultu Olybrius, et esset admiratus, sic dixit: Vides o Marina, quemadmodum magni dii tui curā gerunt, qui tuę miserii pulchritudinis te sanam reddiderunt à tuis vulneribus. Æquum est ergo, vt tu quoque pro accepto beneficio referens gratias, eis sacrifices, & eorum, sicut tuus pater, constituta sacerdos sacerdotio fungaris, & eos colas. Sancta Marina dixit: Mihi quidem fas non est, nec honestum, vt vero relicto, & viuo Deo, qui mortuos viuificat, deos colam, qui non viuunt, & eis sacrificem. Te autem maximè decurrit, fueritque sanctissimum, vt abstinens ab errore in rebus huiuscemodi, verum Deum agnoscas, qui corporibus medetur, & animis, & ei soli offeras sacrificia, & cultus spirituales.

Tunc Præses iubet, vt ei nudatæ lampadibus pectus vratur, & latera. Cū diu ergo vreretur, & supplex tacite preces emitteret ad Dñm nostrū Iesum Christū in corde suo, dolores facillè sustinuit. Cū eam autem de ligno deposuisset, iussit magnum lebetē afferri in medium, & eum aqua repleti, & Marinam vincām in aquam immitti, vt in ipsa suffocaretur. Cū id autem celeritate maxima factum esset, sancta martyr vincā, & in vas aquæ injecta exclamauit magna voce: Domine Iesu Christe, qui eduxisti vincōs in fortitudine, qui soluisti vincula mortis, & inferorum, & eos qui habitabant in sepulchris excitasti tuæ potestatis nutu omnipotentis: Tu, Domine altissime, aspice ad ancillam tuā, & rūpe vincula mea, & fiat mihi hæc aqua in vitam æternam, & in supplementum baptismatis à me desiderati, ad depositionem quidem veteris hominis, & qui corrumpitur secundum desideria deceptionis, indumentum verō, & amictum noui, qui secundum Deum creatur in veritate, & iustitia. Sic orans injecta est sancta illa adolescentula in vas illud plenum aqua. Cū primū autem ingressa fuit lebetem, ecce fit magnus terræ motus, & rursus prima columba coronā ore tenens, volauit ipsa hora super aquā, & ingēs ignis columna, & crux super eā, eadē qua prius figura apparuit beate: Et columba quidem cū terigisset sacrum caput Martyris, & repete sursum volasset, sedit super ipsam Crucē. Quæ etiā Athletam placida voce est allocuta, Pax tibi, dices: Ancilla Dei, Nunc cōfide, cælestem accipiens coronā à manu altissimi. Simul autē atq; hoc dixisset, ipsa quoque soluta à vinculis, & ex aqua emergens cū, quæ explicari nō potest, exultatione spiritus, diuinissimā magnificans laudabat Trinitatem, vt circa medium baptizata, & mirandum in modum ab ipsa illuminata. Illic dicitur fuisse factum miraculū valde admirabile, mihi quidē, & oībus pijs valde credibile, nepe alas quidē suas expandisset tanquā ijs quæ fiebant, exultantem, diuinam illam columbam, conspectam super illam lucidā, quæ apparebat, Crucē. Cū in vocē autē erupisset apud sanctā martyre, audientibus omnibus sic fuisse locutā: Huc ad sis nunc, o sponsa Christi Marina, in supernis mansionibus, & accepta corona incorruptionis, in dilectis Dei tabernaculis cum primogenitis filijs patris choros ducens, & lætans, requiesce in seculū. Hanc tanquam Dei vocē cū totus populus exaudiisset,

exaudiisset, & obstupisset, statim Christo crediderunt viri simul & mulieres in magna multitudine: & seipos quoque esse Christianos magna voce exclamauerūt, paratos verō se quoque esse mortem subire pro Christo. Erant autem virorum quidem, vt aiunt, ad quindecim millia, & multæ mulieres. Qui quidem omnes Christum esse verum Deum, & Regē confitentes: deos autē & dæmonēs, & eos qui ipsos colebant, Imperatores aspernantes & nihili facientes, neci fūere dediti, Torum enim qui erat in eius potestate, exercitū in ipsos immittēs Olybrius, omnes interfecit tanquam oues ad occisionē se dantes propter fidem in Christum. Atque hi quidem sic suo sanguine baptizati & expiati Deo offerebatur. Hæc autē cū impius vidisset Olybrius, pronunciauit capitis sententiā in agnā Christi Marinā. Cū ea ergo abducta fuisset extra ciuitatem, in eo loco in quo interempta fuerat ea, quæ dicta est, multitudo, vnus ex militibus apprehenso eius superhumerali, & ense stricto: extēde, inquit, collum tuum, & nunc accipe à Deo tuo desideratum brauium victoriæ: sed memento, rogo te, mei serui tui, quādo fueris in regia cælorum: Re vera enim vidi hodie innumerabilem Angelorū Dei multitudinem te in orbem circumsistatē, & tuā custodientem sanctitatem. Sācta autem dixit: Sustine, o fili, parumper, vt astantes parum alloquar, & precer, & sic implebis quod tibi fuit imperatum. Cœpit itaque alloqui eos qui aderāt. Fratres, dicens, & amici, rogo vos, tantum indigna altissimi ancilla, audite prudenter hanc meā modicam verborum suasionem. Transcendentes ergo omnem creatam naturā eorum quæ videntur, agnoscite patrē luminū, & vniuersorum Creatorem & Deum: agnoscite autē eius quoque vniigenitum Deum veibū Dominum nostrum Iesum Christum: & sanctum & viuificum spiritum. Non est enim aliud nomen, in quo possit aliquis esse saluus. Neque est vnus alius Deus, nisi vnus, qui in patre, & filio, & spiritu sancto consideratur, & adoratur in secula. A M E N.

Hæc cū esset martyr locuta iis qui aderant, sustulit in cælum cordis oculos, & in gemitibus inenarrabilibus clamauit spiritu: Principij expers, immortalis, carēs tempore, increate, qui non potes comprehendī, infinite, & qui non potes inuestigari, Domine Deus vniuersorum, & vniuersæ creatæ naturæ tam quæ videtur, quàm quæ intelligentia percipitur, opifex & administrator, & Saluator omnium qui sperāt in te, ago tibi gratias, quoddā me ad hanc horā deduxeris: Benedico tibi, quoddā appropinquauerim coronæ tuæ iustitiæ: laudo & celebrotuā inenarrabilem benignitatem & clementiā, quoddā tibi visum sit me cooptare cum electis tuis filiis. Et nunc Domine Deus misericordię, omnipotens, omnia intuens, aspice ad me miseram, & abiectā, & exaudi meā deprecationem & imple meas petitiones ad laudem, & honorem, & gloriā sanctissimi & adorandi tui nominis. Et nunc Domine Deus meus, omnibus qui propter te mei corporis tabernaculū, quod pro te decreauit, sunt veneraturi: & omnibus qui edificabunt oratoriū domum in nomine ancillæ tuæ, & sacrificia spiritalia, & oblationesque & preces tibi in ea offerent, & omnibus qui ex fide describēt martyrium meæ decertationis, legendę, & meminert nominis ancillæ tuæ, da eis Domine sancte, bonorum amator, & animarum amice, remissionem peccatorum, propitiationem & misericordiā eis suppedita pro mensura eorum fidei: neque eos tangat vitrix manus, non mala fames, nō pestis execranda, non graue flagellum: neque eis eueniat alius immedicabilis animæ & corporis interitus. Omnibus autem qui in fide & veritate domui meæ, aut nomini meo abhærebūt, & glorificationem, & laudem tibi Domine, offerent, & sacrificium in memoriā ancillæ tuæ, & per me salutem petent et misericordiā, largire eis Domine, affluentem bonorum copiā, quoniam vnus solus es bonus, et benignus, et dator omnium bonorum, in secula seculorum. Amen.

Hæc ea apud se precante, ecce rursus factus est magnus terræ motus, adeo vt non pauci ex ijs qui illic stabant, humi ceciderint: quinetiam ipse quoque miles, qui volebat ei caput amputare. Ipse autē Dominus cum multitudine sanctorum Angelorum exercitus, ita vt mente posset percipi, assistens: Bono animo esto, inquit, Marina, et noli timere, quoniam exaudiui preces tuas, et quæcumque petisti, impleui, et oportune implebo, sicut tu petisti. Et nūc ideo tibi apparui, vt te ad me à terra recipiam. Tuque es beata, quoddā meministi peccantium, quodque coram me pura apparuisti, et apud me gratiam inuenisti. Quāobrem erit tua merces copiosa in cælis. Tunc B. Marina impieta gaudio et lætitia, conuersa dicit militi: Agedum fac deinceps frater quod tibi est imperatū, vt mihi faceres. Ille autem correptus tremore, nolebat ensem in eam tollere. Ipsa verō eum adhortans: animū addens, vix peruasit beatissima virgo, vt caput sibi amputaret. Sic præclara virgo et martyr Marina, cū decertationis cursum pulchre peregisset, legitimumque et perfectum, et admirabile subiisset martyriū, quomodo magno dedecore affecto inimicum, ita etiam insigniter Christum glorificauit. Cuius beatam et sanctam animam per sanctos Archangelos gloriose sublatam, 3 supercælestis, & quæ intelligentia percipitur, Dei domus, quæ eam suscepit, habet intus pro nobis assidue orantem Christū Dominum nostrum. Quem decet gloria in secula seculorum. A M E N.

MARTYR.

Si sancta Dei ancilla, & electa martyr, & virgo, in ætate mortis hæc orat postea, qui in ista in sui memoriā faciunt, non errat, sed probe agere videntur.

Vides sanctorū animas ex hoc seculo recedentes in cælum afferri, & pro nobis orare.

ALOYSII LIPOMANI VERON.
MARTYRIUM SANCTAE MAR-
tyris Æcaterinæ.

Apud Simeonem Metaphrasen.

Nouemb.
XXV.



IMPERANTE impio Maxentio, vniuersum imperium Romanorum amplectebatur impium cultum demonum . In eis enim Alexandria præsidens in excelso & sublimi tribunali, emitte hoc impium edictum, vt omnes simul qui erant in eius potestate ad ditione, simulachris sacrificarent . Vnde etiam per vniuersum Romanum imperium, manifesta fuerunt quæ decreta fuerant, literis ita se habentibus. Imperator Maxentius omnibus qui sunt in mea ditione salutem . Magnum consecuti beneficium à deorum benignitate, veluti quendam huius munificentie remunerationem, censuimus nos eis oportere offerre sacrificia . Omnes ergo si fieri potest, ad nos venientes, ostendite vestram in magnos deos beneuolentiam . Scientes quod qui hoc nostrum edictum contempserit, & ad aliam à nobis prohibitam aspexerit religionem: excidat ab ipsa magna Deorum beneuolentia, & subiicietur à nobis malis extremis.

Cùm hæc literæ in omnem partem peruulissent, licebat videre confluentem ad ipsum multitudinem metu minarum: quorum alij quidem adducebant oues & boues: alij autem varia genera auium. Neque erat vllus immunis, sed erant omnes intenti in apparatu sacrificij. Nam qui erant valde diuites, constitutum erat vt magna animalia adducerent ad sacrificium: parua autem pauperes: prout vnicuique suppeditabant facultates, & erat vniuscuique in Deos beneuolentia. Ad magnificentiam autem eos maxime incitabat Imperator, adferens ad sacrificandum centum & triginta tauros. Cùm omnes ergo ad ipsum conuenissent Alexandriam, valde lætatur est videns multitudinem populi & sacrificiorum, adeo vt nec alterum quidem tempus expectarit, sed protinus surrexerit, & citissimè ad templum processerit, & ipsum peregerit sacrificium. Cùm eo autem currebat omne genus & omnis ætas, & vniuersus Senatus & omnes magistratus, plebsque & vulgus hominum, quæ ad sacrificium pertinebant vnusquisque adferens, adeo vt propter multitudinem eorum qui conuehebant angusta esset ipsa ciuitas, angustum templum: clamore verò brutorum animantium circumsonaret tota regio circumcirca: videns autem sacrificiorum ipse quoque acriter insiceretur. Cùm hæc sic fierent, mulier quædam nomine Æcaterina, ætate iuuenis, pulchra specie, quæ genus ducebat ex sanguine regio, omnem autem & externam, & nostram scripturam perlegerat: multis ancillis comitata degebatur Alexandria, & sic asseruabatur in ædibus regis, & solum Christum norat ipsam, & ei animæ seruabat pulchritudinem, & in eum solum erat cor eius amore inflammatum.

Hæc sic videns homines grauissimum subire naufragium, & venire in extremum interituum periculum, animo grauitate affecta, & pro Domino emulatione ac zelo incitata, tunc maxime statuit suum ostendere desiderium, & ardentem pro fide zelum . Et cùm nonnullos se eum accepisset famulos, protinus profecta est in templum, in quo erat multitudo cum Rege sacrificans, & stans in limine, aliorum quidem vulcus ad se attrahebat, vt quæ insigni esset pulchritudine, & internam speciem ostendebat per externam. Sensim autem sua munda labra aperiens, dixit se habere necessarium aliquid quod diceret Imperatori. Qui itaque nunciis referendis præerans, Imperatori de virgine annunciant. Cumque ille iussisset, statim introducitur. Quæ cùm stetisset coram impudenti Tyranno, cùm ille adhuc vacaret sacrificio, constanter & libere sic ei allocuta. Oportebat quidem, ô Imperator, te ex teipso tuâ videre deceptionem, quod hominum in quos cadit interitus, simulachris, tanquam diis, offers sacrificia: & gentilem hanc stultitiam & dedecus abicere . Quoniam autem sinistro parentis demoni, ad adeo manifestam cæcitis veritatem, oporteret omnino sapienti saltem qui est apud vos Diodoro credentem, cognoscere quidnam sint vestri dii: & non tam inconsideratè quæ non decent velle facere, & non deos putare simulachra hominum qui vitâ miserè finiunt. Ille enim dicit & deos fuisse homines, & propter aliqua beneficia nominatos fuisse immortales. Scribit aut ipsos quoque habuisse proprias nominationes appellaciones: & imperasse quibusdam regionibus & ciuitatibus . Dicit verò homines deceptos ignoracione, eos vocasse deos, & retulisse in numerum immortalium . Porro autem alius quoque sapiens apud vos ex iis qui conscripserunt historias, dixit illum Sarrum inuenisse primum res gentiliû. Eos enim qui prisca temporibus, aut fortitudinis, aut amicitie, aut alicuius alterius virtutis opus dignum quod memorie mandetur, aut in quod studium conferatur ostenderunt, dicitur honoratè se statuis ac simulachris. Qui autem maiorum mentes ignorarunt posterè, quod eos solum memorie gratia, vt qui rem aliquam laudabilem fecerant, honorassent, eisque imagines & statuas posuissent, ad homines interitui & omnino similibus obnoxios affectionibus accesserunt: & vt eis fierent sacrificia, honoratè haberentur, & dies festi celebrarentur prouiderunt. Eos vestre

Eos vestre quoque sapiens Plutarchus Chironæus arguit, dicens eos inducere errorem imaginum, quibus oportet te quoque credere, ô Imperator. Non enim alienis omnino, sed tuis credes: & non tam multas animas inducere in extremum barathrum interitus. Pro quibus ipse miserè lues penas, & æternum subibis supplicium, gehennam, inquam, ignis quæ nunquam definit, sed maiorem semper flammam accendit. His ergo persuadearis, ô Imperator, & persuasus agnosce verum Deum solum, qui dedit tibi hoc imperium, & præterea ipsam quoque vitâ præbuit: Qui cùm esset Deus æternus & immortalis, propter nos homo quoque factus est: crucemque & mortem elegit, nos faciens surgere à morte inobedientiæ, & vt ipse scit, nostram procurans salutem. Is & eorum qui errant est seruator: & eos quos pœnitet, benignè & clementer excipit. Ad hæc ira impletus Maxentius, & cùm feruens sanguis ad cor eius modicum affluxisset, vox quoque ei fuit extincta: & nec potuit quidem omnino respondere.

Cùm autem ad se vix tandem rediisset, & quæ à martyre dicta fuerant vidisset esse validiora, quàm vt contra ei dici posset. Nunc quidem, inquit, ô mulier, sine peragere sacrificium: paulò post autem de iis quæ dicis audiemus apertius. Peracto ergo sacrificio, & festo per hæc soluto, in regiam reuersus accessit beatam. Postquam autem ea adstitit: Dic nobis, inquit, quoniam es, aut quoniam sunt ea verba quæ es nobis locuta. Illa autem: Nescis, inquit, Imperator, quoniam ego sum? Sum filia Imperatoris qui te præcessit: vocor autem Æcaterina . Sû verò exercitata in omni disciplina rhetoricæ & philosophiæ, geometriæ, & aliarum scientiarum. Sed illa omnia nihil ducens, veni vt desponderem immortalis sponso Christo, qui locutus est per prophetas: Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobo. Cùm autem Imperator admiratus esset quæ dicta fuerant, & in eam intentus defixisset oculos, & existimasset eam non esse vnâ ex iis quæ natæ sunt à terra, sed se deorum aliquam videre visionem loquentem in habitu humano, cùm sic putasset, & eam perperam esset allocutus, beata sermonem excipiens dicit ei: Verè dixisti, ô Imperator. Dæmones enim quos deos nominas, reuera nos spectris decipiunt dæmoniacis: & nos prouocant ad libidinem & intemperantiam, & ad nefarias impellunt cupiditates. Ego autem cuiusmodi quæ sum, sum puluis & lutum, efficta in hanc formam, & eius honorata imagine. Quamobrem hinc magis conuenit admirari sapientiam Opificis, quod in luto & in materia tam vili potuerit tantam extruere pulchritudinem. Quæ quidem egrè ferens Imperator: Noli, inquit, diis maledicere, qui & ipsi sunt immortales & gloriam habent immortalem. Martyr autem: Inuenies, inquit, tu quoque, ô Imperator, quidnam sunt dii tui, si velis solum tuam abicere parumper deceptionem: verum quoque Deum agnosces qui est æternus: & immortalis, cuius vel solum nomen pronunciatum, vel crux etiam figurata in aere, tuos Deos vertit in fugam. Si velis autem, vel ex ipsa veritate apertam faciamus demonstrationem . Cùm itaque Imperatori suspecta fuisset libertas martyris, timeretque ne se vindique circumfisteret & implicaret demonstrationibus, ipse autem non posset respondere & resistere, sed & suos deos apertè dedecore asficeret, ipse quidem nec eam tantum audire sustinet, præ se ferens non decere vt eum femina differeret. Ad te autem, inquit, à me adducetur Oratores, qui omnes tuas rationes & propositiones abundè confutabunt: vt cùm tu quoque abundè didiceris tuorum dogmatum imbecillitatem, aspicias ad id quod est vtile, & nostro pareas dogmati. Hæc dixit, & sanctam quidem iubet seruari in custodia: ipse autem statim emittit epistolam in hæc verba: Imperator Maxentius omnibus qui sunt mee ditionis salutem . Quicumque deorum sapientissimi Mercurij curam geritis, inuocatis Melis quæ sunt causæ cognitionis, venite ad nos vsque, sapientissimi: mulierculæ, quæ nobis veluti ex quadam machina apparuit, os obstruere, ne magnos deos irrideat, neque fabulæ esse putet quæ sub falso reguntur probabili. Sic enim & patriam sapientiam omnes admirabuntur: & nos vestra dicendi facultatem & artem laudantes, & acceptam habentes, vos magnis donis remunerabimur . Cùm eæ ergo literæ breui per totum suum perassissent imperium, conuenerunt ad ipsum electi numero quinquaginta Oratores, qui erant acres ad inueniendum, & multum valebant in dicendo. Quos cùm proximè siltendos curasset Maxentius, vt familiaritate eos magis acueret & incitaret: Quæ, inquit, à nobis ad vos missæ sunt literæ, significarunt causam vestri huc aduentus. Vos ergo pulchre vos ipsos pareris & instruat. Neque quod sit aduersaria femina, segnius aut negligens veniatis ad certamen, sed tanquam contra fortissimum aduersarium, generoso & excelso animo, & cum omni apparatu in eum insurgatis . Nam si viceritis quidem, non videmini multis paruum erexisse trophæum. Sin aut, quod abbit, vos vinci contigerit, magnum dedecus vobis conciliabit, & ridebitini ab omnibus. Aspicientes enim ad sexum, quod sit mulier, eam esse existimant in dicendo imbecillam, & eius eloquentia nullas esse vires arbitrantur: eamque nihil generosum ac forte posse aut facere, aut dicere. Ego autem vt qui eius accuratè habeam experientia, opinor ab ea secundum futurum Platonè qui tulit primas partes sapientiæ

1. Ecce quod est
Sancti incubuerit
exterioribus discipli-
natis . Cur ergo
eas nescio qui nunc
eliminare volunt a
scolis Christianorum
rumo

2. Nota magnam
virtutis figuram
vniuersæ Crucis.

Vosque sic velim esse paratos, perinde ac si aduersus illum ipsum essetis decertaturi: est enim melius magna expectantes inuenire minora, quam parua sperantes incidere in fortiora.

Ad hæc dixit vnus ex Oratoribus, qui erat eximius inter omnes qui erant cum ipsis. Cōsentaneum est, & Imperator, hæc ita se habere, et intelligentem esse mulierem, et acuti ingenij. Sed non videtur mihi fore, vt sustineat venire in conspectum Oratoris, nedum vt cum eo inear certamen disputationis, et aut aliquid proponat aut opponat. Quid est enim mulier ad artem Rhetoricam? Veniat tamen solum te iubente, et videbis quæ deinceps consequitur. Cùm ergo Oratore adeo tumidum vidisset Maxentius, ad voluptatem et lætitiā statim fuit conuersus, speras stultus linguam adeo intemperantē et audacem persuasuram linguæ moderatæ & plene sapientia. Tuber ergo ante se sisti martyrem. Collecta quoque fuerat frequens multitudo concurrēns ad spectaculum certaminis, vt scirent ex vtra parte stare victoria. Nōdum peruenerant ad custodiam ij qui iussi fuerant eam adducere, cùm Angelus Domini eā apparens, ait: Noli timere Dei puella, Ecce enim præter tuam sapientiam tibi dabitur à Deo sapientia, & persuadebis quinquaginta Oratoribus: neque solum persuadeabis, sed et ipsos, & multos alios qui sunt cum eis ad Deum adduces. Deinde tu quoque eris redimita corona martyrij. Hæc ille quidem cùm dixisset, abiit. Cùm eam autem accepissent ij qui iussi fuerat, adducunt ad tribunal Imperatoris. Et statim egregius ille Orator, quem prius diximus, toruē intuens, & superbe loquens. Tu es, inquit, quæ deos nostros tam impudenter & adeo insolenter iniuria afficis? Martyr autem valde leniter & placidè respondit: Ego sum, sed non impudenter & insolenter, vt dixisti, sed moderatè potius & verè sum locuta. Dixit verò Orator: Cùm magni Poète deos altos illos nominent, quomodo tu in eos linguam moues, & tã insolenter audes in eos insultare? et si, vt fertur, tu quoque eorum gustasti sapientiam, & fuisse participes dulcedinis? Illa autem prudenter respondens: Habeo quidem, inquit, sapientiam sicut mei Dei donum, qui est sapientia & vita: & quem timere, & eius madata seruare, est inicitium sapientia perfectioris & maioris. Res autem vestrorum deorum cùm sint ridiculae, & plene multa deceptione, nondum vllam pro meritis assectuæ sunt vituperationem. Verum enim uerò dicit nobis quisnam ex tuis magnis, vt dicis, Poëtis, & quomodo Deos ipsos nominauit? Orator autem: Primum quidem, inquit, sapiens poëta Homerus Iouem precans sic dicit: Iuppiter gloriosissime, maxime, & alij dii immortales. Deinde insignis quoque Orpheus in sua Theogonia, sic gratias agens deo Apollini, dicit: O Rex filius Latonis, eminus feriens, potens Phoebe. Qui omnia inueneris, & imperas mortalibus & immortalibus. Sol qui in altum pennis aureis extolleris. Atque sic quidem præstantissimi & primi ex poëtis ipsos honorabant, & deos apertè vocabant. Neque tu ergo decepta Crucifixum attendas tanquam Deum, quem nullus ex veteribus sapiens inuenitur nominasse, neque scire an esset Deus.

Martyr autem dicit: Res deorum fateor ita se habere: neque contradixerim. Sed illa adiciemus. Nam Homerus quidem quem dixisti præstantissimum poëtarum, ille ipse rursus maximum omnium deorum Iouem innumerabilibus subiicit absurditatibus, alicubi quidem mendacem & peruersum, vtrumque vocans & deceptorem: alicubi autem à funone, Neptuno, & Minerua præter rationem coniectum in vincula: Nisi enim à Thetide ei significata fuissent insidiae: & Ægeum præfecisset custodiae suæ salutis, deorum & hominum pater fortè tibi iacuisset supinus, vincus, & mulieribus & Neptuno illulus. Rursus Orpheus Musicus vos qui eos colitis magnæ attentionis damnauit & stuporis, & maxime in libro quem, vt dicis, scripsit de ortu deorum, & creatione mundi, sic vestram vanitatem significans, & ignorantiam, dicit: Neque aduentans malum homines intelligunt: neque cùm aduenit, malum possunt auertere. Cui etiam ad stipulatur sapiens vester Sophocles, dicens: Est Deus qui cælum fabricatus est & longam terram, & ponti glaucos fluctus, & ventorum violentias. Mortales autem corde valde errantes, bellatorum statvimus solatia & deorum imagines, ex lignis & lapidibus auro structis figuras. His autem sacrificantes, & dies festos nouos celebrantes, propterea nos pios esse ducimus:

Quod autem Crucifixum ne solum quidem nomen dixisti habere apud veteres, oporteret quidem non esse nimis curiosum, neque de eo humanas scrutari rationes, quod sit Deus verus opifex cæli, & terræ, & maris, & solis, & lunæ, & astrorum, & vniuersi hominum generis, incomprehensibilis, inscrutabilis, interminatus, ineffabilis. Vt verò res eius ex vestris quoque confirmem, sic enim fuerit omnino à suspitione alienum testimonium, audi sapientissimam inter mulieres Sibillam, generationem eius secundum carnem, & eius in nos prouidentiam & curam ineffabilem apertè significantem. Si vis autem ipsa quoque verba audiemus. Vix tandem autem venit quidam in hanc multisfidam terram, et absque lapsu fiet caro. Indefessis autem terminis diuinitatis soluet corruptionem affectionum in medicabilium. Et ei erit inuidia in incredulo populo: & in alto suspendetur tanquam reus mortis.

Hæc au-

Hæc autem omnia leniter patietur. Vide quoque vatem à mendacio alienum Apollinem, oblitum solitæ suæ obcurtatis & obliquitatis, & nudam etiam nolit edentem veritatem. Vnus, inquit, me cogit cœlestis, qui est lux tripliciter resurgens. Qui verò passus est Deus, nō passa est autem ipsa diuinitas. Ambo enim, & mortali corpore, & alienus à corruptione. Ipse iam Deus est vir, omnia ferens in mortalibus, crucem, contumeliam, sepulturam. Qui etiam ex superciliis calidas aliquando fudit lachrymas. Qui quinque millia impleuit frumento. Velle enim est diuina potentia. Christus est meus Deus, qui in ligno fuit extensus, qui mortuus, qui ex sepultura in cælum est sublatus. Hæc refert Apollo deus tuus, etenim cùm sit, est expers principij, & coæternus cum Deo qui genuit principium, radix & fons honorū vniuersorum: & cùm quæcunque sunt ex nihilo produxisset, & ea que ornaret ac regeret, & sua manu contingeret, nostrum genus est fabricatus: & nobis multas vias munit ad salutem. Cùm eos autem vidisset supplantatos transgressione, & amisisse ipsum caput salutis, nempe obedientiam, ipse rursus facit id quod est caput salutis: & qui est eiusdem naturæ cuius pater, sit propter nos id quod ego, & versatur simul cum hominibus, & obit terram, castigans, admonens, docens, omnia faciens & procurans. Deinde etiam subit mortem pro ingratis famulis, eamque ignominiosissimam: conspuiturque, & colaphis cæditur, & sustinet Creator omnia quæ condemnati: & facta sunt hæc omnia propter nos, vt solueretur prima condemnatio, & de medio tolleretur tyrannis diaboli, & cæli portæ nobis rursus aperirentur, quas malè nobis clausimus. Et nec hucusque quidem stetit, sed cùm etiam tertio die surrexisset, & in cælos ascendisset vnde venit, ineffabilem sancti spiritus nobis donauit gratiam, & misit Discipulos illius mandata prædicantes, qui ipsi quoque omne periculum subibant, & mortem quotidie sustinebant, vt animæ mortem à nobis depellerent, & omnem errorem à nobis abducerent, & vniuersum orbem terræ ad eum adducerent. Propterea oportet nos quoque omnia peruadere, & esse participes eius perpersionum, complatatos similitudini mortis eius, vt resurrectionis & regni sinus cum eo participes. Oportet ergo te quoque his persuaderi, & ipsum verum Deum agnoscere, & ei familiarem effici qui dicit: Venite omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: quod si non his, at iis saltem quæ dicta sunt à diis tuis & poëtis. Omnino enim tibi & sapiens Plato, & Musicus Orpheus, qui sua lira, vt fertur, mouebat etiam inanimata: Præterea autem egregius quoque ille putus Apollo, eum tibi vel inuiti consentur: & veritatis aliquid ab eis est ostensum, vt omnis impiis tolleretur occasio, etiam ipsi sunt insatiati, & videntes non viderunt, & audientes non intellexerunt. His obstupuisse Oratorem, & eius linguam planè obmutuisse cùm vidisset Imperator, ad Oratorii reliqui cœtum conuersus, hortatus est vt ipsi quoque aggredierentur martyrem. Illi autè statim detraclant certamen, dicentes: Non possum, & Imperator, aliquid opponere cōtra ea quæ dicit: & maxime quod eum qui est inter nos præstantissimus, tant grauiter videmus ab ea superatum. Tunc Maxentius non potens ferre furorē, iubet statim regem accendi in media ciuitate, & in eum iniici quinquaginta Oratores. Illi autem hac audita sententia, prociidunt ad illius beati pedes, & eam vehemēter obsecrant & supplicant, vt ab illius Deo eis ignoscatur: si quid ab eis peccatum sit ignorantia: & vt diuino dignentur baptismō & dono sancti spiritus: & quoad eius fieri posset, illi coniungerentur. At hæc martyr diuina repleta læticia: Estis, inquit, verè beati, quod relictis tenebris securi estis lucem veritatis: & relicto Rege qui in terris intèrit, accessistis ad eum qui est in terris ab interitu alienus & immortalis. Ignis enim quem impij illi vobis sunt minati, erit quodam modo vobis baptismā & scalē ad cælū, si qua sit macula, si qua sordes, eam expurgans, & tanquam lucidas quasdam stellas, vos ad illum ipsum Regem sursum ducens, & efficiens iucundos & amabiles. Et ipsa quidem cum eis hac spe & sermone animum addidisset, & vnicuique arma inexpugnabilia, nempe Christi signaculum, immisisset, cum gratiarum actione & læticia dimittit ad martyrium. Spem autè consecutus est euentus: & cùm eos accepissent milites, letos quidem iaciunt in flammā ignis septimodecimo mensis Nouembris. Vespere autè quidam ex pijs egressi ad colligendas reliquias, inueniunt eas sanas, et saluas adeo vt nec pilus quidē earum à flamma omnino sit cōsumptus: hoc primum signum illorum cum Deo coniunctionis, præbente prouidentia.

Cùm ergo vt par erat, Deo egressent gratias, & inopinato miraculo multos attraxissent ad agnitionem veritatis, eas præclare & sanctè deponunt in quodam loco. Imperator autem Maxentius totam cogitationem desigebat in martyrem: & de illa erat perpetuò sollicitus, vt eam lucraretur, vel ipsam curam imperij postponerebat. Cùm itaque vi dicendi et disputationibus desperasset se eam posse inducere, eam blanditijs aggredietur illicere, et apud egregiam martyrem vobis est vsus eiusmodi: Crede mihi pulchra filia, qui tibi consulo tanquam tibi bene volens pater: Magnis diis sacrificata, maxime autem Musarum præfidi Mercurio, à quo profecta est hæc tua magna cognitio, et qui te exornat tãta dicendi gratia, et meū

tecum diuidam imperium; sciant dii omnes, & mecum habitabis in regia. Illa verò, vt quæ
 esset, magno & excelsò animo ad excipiendam amicorum dicendi libertatē, & rursus acerrimi
 ingenij ad deprehendendam adulationem, etiam si maximè cõtexeretur yafis & variis
 labyrinthis: Depone, inquit, ò Imperator, fictionem: neq; referas & imiteris dolum vulpis.
 Ego enim semel dixi tibi me esse Christianam: & veni vt essem sponsa Christi, & eum ha-
 beo solum sponsum & consiliarium, & ornamentum virginicatis, stolamq; martyrij longè
 præfero cuius purpuræ regie. Imperator autem adhuc præ se fersus se eius curam gerere:
 Ne cogas me, inquit, vel inuitum hanc tuam præclaram purpurâ iniuria afficere. Illa autem:
 Fac, inquit, quod velis. Nam per hanc quæ est ad tempus, & citò dissoluitur, cõciliabis mihi
 veram & immortalē gloriam: & magna quoque alia, vt arbitrator, multitudo, & maximè
 tui palatij, per me Christo credent: & ipsi quoque me prosequuntur ad sacros illius thalamos
 magnificè transeuntem. Hæc illa quidem dixit. Deus autem desuper annuit, & deduxit ad
 effectum ea quæ dicta fuerant. Maxentius autem his valde iratus, iubet martyrem exui re-
 gali illa purpura, & boum neruis cædi crudelissimè. Cum hoc autem factum esset, vt iusse-
 rat, & martyr vel niue cadente crebrioribus flagris intolerabilibus duas horas valde cõditur,
 & eum venter simul verberaretur, lauabatur virginale quidè illius corpus sanguine: & mul-
 tis ex iis qui aderant aperte ciebat lachrymas. Ipsa autem tam constanter & fortiter resiste-
 bat intolerabili illi & vehementi vi tyranni, vt propemodum videretur eius corpus esse la-
 pideum: nisi eius naturam fluuij sanguinis arguissent. Vix tandem autem fera illa immanis
 caligans ad plagarum spectaculum, martyrem inclisidit in custodia, iubens vt ea rursus asserua-
 retur, vsque ad diem duodecimū, vt consideret quomodo, & quibus hâ generibus supplicio-
 rum eam consumat. Hæc quidem ita se habuerunt. Martyr verò coniecta in carcerem, rur-
 sus reseruabatur secundo tribunali.

Augusta autem vxor Imperatoris cum audiisset de martyre, & esset animo in eâ bene af-
 fecta, desiderabat videre eius faciem, & eam audire loquentem, de qua talia narrari audiver-
 rat. Desiderans autem id minimè assequatur, & non assequi quod, desiderabat, erat ei gra-
 uissima calamitas. Cum ad eam autem aliquândo ingressus fuisset Porphyrio, is verò erat Dux
 exercitus, & manu fortissimus, & in bello optimè exercitatus, & in eo primas partes obti-
 nens. Cum ergo Imperatrix aliquando eum solum inuenisset, tanquã ei arcanam aliquã nar-
 raturâ actionem, prius Porphyriõnem adstringit iureiurando, & fidem ab illo accipit, fore vt
 nullus ab eo resciret arcanum. Deinde illa ei exponit suam desiderium, & quemadmodum
 desiderabat inscientibus omnibus cõuenire martyrem. Cum beatâ aut illam vocem audiuis-
 set, respondet Porphyrio: Ego, inquit, ò Domina, faciã tibi quod desideras, esto solum parata.
 Cum verò ad esset vespera, & Augustam accepisset Porphyrio cum ducentis militibus pecu-
 nia corruptis custodibus, cum ipsa ingreditur ad beatâ. Augusta aut, cum vidisset illum optatè
 vultum martyris, admittatâ diuinam quæ in ea florebat gratiam, & splendidi qui illum emite-
 rebatur radium, prociçit citò ad pedes eius, & ei effudit lachrymas, lacrimas, & hæc locuta est
 cum lachrymis: Nunc ego sum re vera beatâ & Imperatrix, quod sum tali dignata spectacu-
 lo, & video meum desiderium consecutum esse effectum: ego enim iã diu tui magno teneor
 desiderio, vt tuo, inquam, fruere aspectu & sermone, ò serua Dei, & vel ipsam animã luben-
 ter amittens cū imperio, nunc sum potita desiderio. Si deinceps ergo vel mors accesserit, non
 me amplius dolore afficiet, vt quæ sim assecuta id quod desiderabam, & amoris meo satisfac-
 cerim. Lætor ergo corde, & animo sum optimè affecta, tã iucundum splendore ex tuo vultu
 accipiens. Es itaq; beatâ & felix meritò exultimãda, quod Christo adhaerens, à quo tã multa
 dona & gratiæ tibi suppeditantur. Ad hæc dixit martyr: Tu quoque es beatâ, ò Imperatrix,
 quod in Angelorum manibus video coronã tui capitis in altum elatam, quã post tertium diẽ
 per id quod te manet supplicium redimãta, proficisceris ad verum Regem, regnãs perpetuò.
 Sed sum timida, dicit beatâ Imperatrix: & timeo tormenta, maximè autem Imperatorem,
 quod sic fœuus & immanis, & insulcet hominibus. Martyr autem dixit ei: Sis, bono animo,
 habebis enim Christũ in corde tuo habitantem, & te nõ attinget tormentum: hic enim parũ-
 per castigabitur tuum corpus, & immortaliter illic rursus quiescet. Hæc cum sancta diceret:
 excipiens Porphyrio: Rogo te, dic mihi, inquit, quid mihi dabit Christus, si in illum credã: ei
 enim ipse quoque iam volo militare. Martyr autem: Nondum, inquit, legisti aut audiuisti
 scripturam Christianorum? Nunquam, inquit Porphyrio, qui ab ineunte ætate semper fue-
 rim, in bello occupatus, & nunquam curam conuerti ad alia. Illa verò: Et quoniam, inquit, lin-
 gua narrãt bona illa quibus fruëris? Fieri enim non potest vt complectatur oratio, quæ ab
 illa benigna dextera sunt parata iis qui ipsum diligunt. Propter hæc gaudio repletus Porphy-
 rio, ipse quoq; credit Christo cõducens militibus. Et cum Imperatrix & ipsi valedixissent
 Martyri, & cauisissent sibi à custodibus secreta futura: ea quæ ab ipsis facta fuerat, media nocte
 illinc

illinc egrediuntur. Christi autem martyr Æcaterina, habes Dominum patre magis beneuo-
 lum, maguã ab eo curã sui est consecuta. Totis enim illis duodecim diebus, in quibus eum
 habebat custodia, per columbam alimentum accipiebat à superis. Deinde ipse quoq; egregius
 Agonotheta Christus, cum ijs qui circa ipsum erant copijs, & gloria sua apparens, magis cõ-
 firmavit eius fortitudinem, & impleuit audacia, dicens: Ne extimescas, ego enim sum ter-
 cum, nec te attinget tormentum, sed per tuam tolerantiam ad meum nomen multos ad-
 duxeris, multas quoque consequeris remunerationes.

Cum hæc vltima nocte ei Christus mandasset, mane Maxentius præcedit in tribunali, &
 beatam iussit adduci: & assitens Martyr: cum gratijs spiritalibus, & dulci illa alacritate, adeò
 vt ij quoque qui aderant, nitido splendore resfulgerent, grauius admodum terret Imperatorẽ.
 Ipse autem ei dicit malitiosè & fallaciter: Te, inquit, decet imperium ò filia. Age ergo cum
 Dijs sacrificaueris, impera nobiscum. Neque velis rogo, videre interire tormentis tantã pul-
 chritudinem. Illa autem: Est, inquit, solum terra & cinis, & id tibi rursus dico ò Imperator:
 tempus verò facit eam florescere, & morbus tabefacit, vt quæ nihil firmum habeat nec sta-
 bile. Interim autem dum Martyr hæc ei diceret, quidam Præfectus nomine Chursafadem,
 acris quidem ad iram, promptus autem & ingeniosus ad puniendum, cum hæc audiret, pat-
 tim dolens vicem Maxentij, partim autem suæ benevolentie dans experientiam, cum se
 paruo tempore sustinuisset, tanquam apud se meditans & inquit, dixit: Ego tibi, ò Impe-
 rator, nõ parua cura adhibita, inueni quomodo possis vel ei citò persuadere, vel eam perdere.
 Modus autè est eiusmodi. Iube sub vna sibipla fieri quatuor rotas, & vniciq; rotæ inhi ferras
 & claus acutos. Deinde machinã funibus & paruis rotis trahi ante eius oculos. Et si cum eã
 quidem viderit ferri maximo impetu ac strepitu, persuasa fuerit, & nobiscum Dijs sacrifica-
 uerit, consequetur promissa. Sin minus, in rotas iniectæ miserabiliter per vim ei erumpet ani-
 ma. Atque hæc quidem dixit Præfectus: cum autem eius sermonem arripuisset Imperator,
 dat quidem martyrem custodiendam, & rursus iubet machinam fieri in tertium diem. Cum
 hoc autem factum esset, martyr rursus adducitur: & Pare mihi, dicit ei Imperator, & dijs sa-
 crifica. Sin minus, ego te huic tormento subiciam: iubens nouam illam machinam trahi an-
 te eius oculos. Quæ quidem cum magno impetu & strepitu moueretur, rursus ei dicit Im-
 perator: Vides, inquit, ea te, si non pareas, excipiet. Illa autem: Sæpe, inquit, meum animum ti-
 bi dixi ò Imperator, & eũ tibi aperui. Ne ergo cuncteris, sed facias quæ tuo sedent animo.
 Imperator autè spes quædam adhuc decipiebat, futurum fortasse vt persuaderetur & mutaretur.
 & multis apud eã rursus vsus est adulationibus. Cum autem cognouisset se frustra labo-
 rare, iubet quidem alligari rotis generosam martyrem, ipsas verò moueri celerrimè. Vt mo-
 tus vehemẽtia mortẽ lubiret grauiorem, sed ijs quæ meditabatur cõtrarius diuinæ erat gra-
 tia: euentus. Martyr enim simul omnino soluta fuit à ferro, & rotis, & illis vinculis: quod An-
 gelus desuper ad eam aduolasset, rotæ autem sua sponte volutate interemerunt multos ex
 infidelibus, adeò vt exclamarent quidam ex circumstantibus propter inopinatum, & quod
 erat contra opinionem spectaculum: Magnus est Deus Christianorũ. Propter hæc magna ira
 fuit rursus accensus Maxentius, & furore qui minimè poterat cohiberi, & grauiora rursus sup-
 plicia parabantur Martyri. Sed coniuu Augusta repente apparẽs ex cubiculo Imperatoris: &
 eũ ad se attraheis, dissoluit consiliũ: imò verò sustulit insidias. Alicunde enim venit tanquam
 spiritus. Absolue, dicens, famulam magni Dei, quam non attingit tormentum, te vera enim
 despis decertans aduersus Deum. Quamobrem maiore ira feruens Imperator, maximè quod
 nec familiarissimos haberet secũ contentiones: interim præterita martyre, vniuersum furo-
 rem immittit in coniugem. Cum ergo arcam maximam curasset adferendam, & plumbo eã
 humi affixisset, ita vt stabilis esset & immobilis, maxillas, proh dolor, suæ coniugis configit
 aculeo subiecto operculo tabulæ: Deinde iubet operculum deorsum ferri vehementius, &
 non prius sili, quã ipsas maxillas omnino abscidisset, diuturnitate supplicij grauiorem fen-
 sum ei doloris afferens. Cum hoc autem factũ esset, vbi vidit illas miserabiliter abscissas im-
 mitis ille & vel ipsis feris inmanior, veluti rem leuẽ arbitatus quod spectat ad dolorem, in-
 fert adhuc grauiorem, & pronunciat sententiam, vt eius caput amputetur gladio. Augusta ergo
 lubenter accepta sententia læta dixit Martyri: Ora pro me. Illa verò: Vade, inquit, in pace,
 in æternum enim regnabis cum Christo. Atque illi quidem iussu Imperatoris amputatur cap-
 ut extra ciuitatem vicesimo tertio Nouembris. Sed neque dux exercitus Porphyrio, & qui
 cum eo erant, hoc beatũ iter deseruerunt. Sed quomodo illie Augustæ duces fuerunt ad mar-
 tyrem, ita etiam piè secutæ sunt eam abeuntem ad commonem Dominum. Nam cum ipsi
 quoque se stitissent pro tribunali: Ego quoq; sum Christianus, dixit Porphyrio. Sed hi quo-
 que qui sunt mecum, sunt insignis ad Deum ductus exercitus. Hoc non sustinuit audire Ma-
 xentius: sed cum ex profundo corde euilasset: Perij, inquit, cum perdidim admirabilem

virum Porphyrtionem. Deinde etiam conuersus ad suos milites: Vos autem, inquit, quoniam de causa Deos patrios habuistis contempserunt? Cum illi verò nihil responderent Porphyrio: Cur dimissio, inquit, capite, ò Imperator, pedes interrogas? est tibi mecum loquendum. Ille autem: Malum, inquit, caput, tu es eorum caput: & cum eum plura loqui non permitteret pudor, eos quoque statim morte condemnat, & ipsi quoque consumuntur vicefimo quarto Nouembris, efficiturque; affecta est prædictio quam Martyr prædixerat Imperatori, cum dixit: Multi ex tuo palatio Deo per me credent. Ille autem cum rursus beatam listendam curasset & ceterina, & in eum omnem mouisset improbitatem, & nihil non esset machinatus, ubi nec promissa nec minis eam omnino vidit posse expugnari, iubet ipsam quoque duci ad mortem. Cum ergo eam accipientes milites eduxissent è ciuitate, & duxissent ad locum martyrii, circumstantes magna multitudo, maximè autem mulierum quæ erant claræ, & insignes, acerbè plangebant & lamentabantur, & lugebant vltimum illum decessum. Illa aut vultu constanti, et nequaquam perterrita, petit tempus ad orationem. Quod ei concedunt milites. Illa verò cum & manus & animum ad cælos 3 sustulisset, dixit: Domine Iesu Christe Deus meus, ago tibi gratias, quòd statuisti supra petram pedes meos, & direxisti gressus meos, & nunc extendende palmas quæ pro me in cruce fuerunt lauciatæ, & suscipe animam quam sacrificauit pro te & tua confessione. Memento Domine quòd sumus caro & sanguis, & ne permittas vt quæ à me facta sunt per ignorantiam, in aperto proferant acres rerum nostrarum examinatores ante tuum terribile & incorruptum tribunal, sed quem pro te effudi sanguinem, eo meas maculas ablue. Da autem vt hoc meum corpus quod pro te fuit confisum, non possit aspici ab ijs qui querunt, & qua prouidentia finxisti corda nostra, aspice ex alto sancto tuo Domine adhuc populum qui te circumstitit, & deduc eos lumine tue agnitionis. Da autem ijs quoque qui per me inuocant sanctum tuum nomen, petitiones quæ sunt eis conducibiles, vt per omnia laudentur tua magnalia, nunc & in secula. Cum sic precata esset, iussit milites facere quod fuerat imperatum: Vnus autem ex eis stricto gladio beatum eius caput amputat vicefimo quinto mensis Nouembris.

3 Orat sanctæ cū sublatione manuum & oculorum ad cælum.

4 Vide duplex miraculum, lac fluxit pro sanguine & angelus venerandum sanctæ corpus conposuerunt, & in monte Sina deduxerunt

Habetur To. 1. Epistolæ eius fol. 8.

5 Monachorum institutum antiquissimum

Porro autè hic quoque facit Deus aliquod miraculum, honorans suam Martyrem, & ad effectum deducens illius preces. Nam qui aderant viderunt 4 lac fluens pro sanguine, & angelum cum venerandum illius corpus composuissent in ipso tempore consummationis, vili sunt deducere in montem Sina, ad gloriam patris & filij & spiritus sancti: Qui sunt vna diuinitas & regnum. Cui conuenit honor & potentia in secula seculorum. Amen.

VITA PAULI PRIMI EREMITÆ,

per Diuum Hieronymum scripta.



Nter multos sæpe dubitatum est, à quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim alius repetentes, à 1 B. Helia & Ioanne sumpsere principium. Quorum & Helias plus nobis videtur fuisse, quam monachus: & Ioannes autè prophetare cepisse, quam natus est. Alij autem, in quam opinionem vulgus omne consentit, asserunt Antonium huius propositi fuisse caput: quod ex parte verum est. Non enim tam ipse ante omnes fuit, quam ab eo omnium iucitata sunt studia. Amathas verò & Macarius discipuli Antonij, quorum superior magistrum corpus sepeliuit, etiam nunc affirmant Paulum quandam Thebæum principem istius rei fuisse: quod non tam nomine, quam opinione nos quoque comprobamus. Nonnulli & hæc & alia prout voluntas tulit, iactant: subterraneo specu crinitum calcaneo tenus hominem fuisse, & multa quæ persequi ociosum est, incredibilia fingentes. Quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia videtur.

Igitur quia de Antonio tam Græco quam Romano stylo diligenter traditum est: pauca de Pauli principio & sine scribere disposui: magis quia res omisa fuit, quàm fretus ingenio. Quomodo autem in media ætate vixerit: & quas Satanæ perulerit insidias, nulli hominum compertum habetur. Sub Decio & Valeriano persecutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt, multas apud Ægyptum & Thebaidam Ecclesias, tempestas sæua populata est. Voti tunc Christianis erat pro Christi nomine gladio percuti. Verum hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat iugulare, non corpora. Et vt ipse qui ab ipso passus est, Cyprianus ait: Volentibus mori, non permittebatur occidi. Cuius vt crudelitas notior fiat: duo memorie causa exempla subiicimus. Perseuerantem igitur in fide martyrem, & inter eculeos laminasque viatoris, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole, ligatis manibus post tergum resupinari, scilicet vt muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagine antè superasset. Alij iuuenili etate flo-

rentem, in amenissimos hortulos præcepit abduci. Ibi quoque inter lilia candentia et rubentes rosas, cum leni iuxta murum aquarum serperet riuus, et molli sibilo arborum folia ventus perstringeret, super exstructum plumis lectum resupinari, et ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitur relinqui. Quòd cum recedentibus cunctis, materrix speciosa venisset, cepit delicatis stringere colla complexibus. Et quod dictu quoque scelus est, manibus attrahere virilia: vt corpore in libidinem concitato, se victrix impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi; et quo se verteret, nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem cælitus inspiratus, præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit.

Per ibidem ergo tempus quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaidam, cū sorore iam viro tradita post mortem amborum parentum in hæreditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, literis tam Græcis quam Ægyptiacis apprime eruditus, mansueti animi, Deum valde amans. Et cum persecutionis procella detonaret, in villam remotiorem & secretiore secessit. Verum quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sororis maritus cepit prodere velle, quem cælare debuerat. Non illi vxoris lachrymæ, hò communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus, ab scelere reuocauit. Ad hæc instabat crudelitas, quæ pietatè videbatur imitari. Quod ubi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium desertam confugiens, dum persecutionis sine præfolaretur, necessitatem in voluntatem vertit, ac paulatim progrediens, rursusque subsistens, atque hoc idem sepius faciens, tandem reperit faxem montem: Ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur. Quo remoto (vt est cupiditas hominum occulta cognoscere) auidius explorans, animaduertit in tus grande vestibulum, quod apertò desuper cælo, patulis diffusis ramis vetus palma contexerat, fontem lucidissimum ostendens: cuius riuum tantummodo foras irrupentem, statim modico foramine, eadè quæ genuerat aquas, terra sorbebat. Erant præterea per exelum montem haud pauca habitacula, in quibus scabræ iam incudes & mallei, quibus pecuniæ olim signatæ visabantur. Hunc locum Ægyptiorum literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuisse, ea tempestate quæ Clæopatraz iunctus est Antonius. Igitur adamato (quasi quòd à Deo sibi offerretur) habitaculo, omnem ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem. Cibum et vestimentum ei palma præbebat. Quod ne cui impossibile videatur, Iesum testor & sanctos Angelos eius, in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidisse me monachos, de quibus vnus per triginta annos clausus, hordeaceo 2 pane & lutulenta aqua vixit. Alter in cisterna veteri (quam gentili sermone Syri cubam vocat) quinque carycis per singulos dies sustentabatur. Hæc igitur incredibilia esse videbuntur his, qui non crediderunt, quia omnia possibilia sunt credentibus. Sed vt ad id redeam vnde digressus sum, cum iam centum tredecim annos beatus Paulus vitæ cœlestè ageret in terris, & nonagenarius in alia solitudine Antonius moraretur (vt ipse asserere solebat) hæc in mentem eius cogitatio incidit, nulli vitrà se perfectum monachum in eremo consedissee. At illi per noctem quietè reuelatè est esse alium vltèrius multo se meliore, ad quem visendum deberet proficisci. Illic erupente lucè venerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, cepit ire velle quo nesciebat. Et iam media dies coquentes desuper sole feruebat, nec tamèn à cœpto itinère abducebatur, dicens: Credo in Deum meum, quia quod mihi seruo suo promissit, ostendet. Nec plura his, cospicit hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Hippocentauro vocabulum indidit. Quo viso salutaris impressione signi armat frontem. Et heus tu, inquit, quoniam in parte hic seruus Dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & frangens potius verba, quam proloquens, inter horrentia ora senis blandum quasiuit alloquium. Et dextræ protentione manus cupitum indicat iter, & sic patentès campos volucris transmittens fugat, ex oculis mirantis euauit. Verum hæc vtrum diabolus ad terrendum eum simulauerit, an (vt solet) eremus monstruosorum animalium ferax, istam quoque gignat bestiam, incertum habemus.

2 Vide hic miram Monachorum abstinenciam & ciborum delectum

Stupens itaque Antonius, & de eo quod viderat secum voluens, vltèrius progreditur. Nec mora, inter saxosam contalem haud grandem homunculù videt, ad uncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Infractilique & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei & lorica spei, vt bonus præliator arripuit: nihilominus memoratum animal, palmarum fructus eidem ad viaticum quasi pacis obides asseribat. Quo cognito gradum prescit Antonius, & quisnam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit: Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi: quos vario delusa errore gentilitas, Faunos, Saryrosque & incubos vocans colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur vt pro nobis communem Deum deprecèris, quem pro salute mundi venisse cognouimus, et in vniuersam terram exire sonus eius. Talia eo loquente, longè vnus viator vbertim scilicet lachrymis rigabat: quas magnitudo lætitiæ, indies cordis effuderat. Gaudebat quippe de Christi

de Christi gloria, & de interitu Satanæ. Simulque admirans, quòd eius posset intelligere sermone, & baculo humum percuciens, aiebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris. Væ tibi ciuitas meretrix, in quam totius orbis dæmonia confluxerunt. Quid nunc dictura es? Bestiæ Christum loquuntur, & tu pro Deo portenta veneraris. Necdum verba compleuerat, & quasi pennigero volatu petulenti animal aufragit. Hoc ne cuiquam ob incredulitatem scrupulum moueat, sub rege Constantino vniuerso mundo teste descendit. Nam Alexandria istiusmodi homo viuis perductus, magnum populo spectaculū præbuit, & postea cadauer examine, ne calore æstatis dissiparetur, sale insulo Antiochiam vt ab Imperatore videretur, allatum est. Sed vt propositum persequar, Antonius cæptam regionem pergebat, feratam tantum vestigia intuens, & eremi latam vastitatem. Quid ageret, quòd verteret gradum, nesciebat, iam altera affluerat dies. Restabat vnum, vt deseri se à Christo non posse confideret. Pernox secundas in oratione exegit tenebras: & dubia adhuc luce, procul intuetur lupâ sitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere. Quam sequutus oculis, & iuxta speluncâ cum fera abisset, accedens intro, cæpit aspiciere: nihil curiositate proficiente tenebris arcentibus visum. Verum (vt scriptura ait) perfecta dilectio foras mittit timorem: suspensio gradu, & anhelitu temperato callidus explorator ingressus, ac paulatim progrediens, læpulusque subsistens, sonum aure captabat. Tandem per cæcæ noctis horrorem procul lumen inuitus: dum audis properat, offenso in lapidem pede, strepitum concitauit: post cuius sonitū beatus Paulus ostium quod patebat occultans, fera obstruit. Tunc verò Antonius præ foribus corruens, vsque ad sextam, & eò amplius horam, aditum precabatur, dicens: Qui sim, vnde, cur venerim nostri. Scio me non mereri conspectum tuum: tamen nisi videro, non recedam. Qui bestias recipis, hominem cur repellis? Quæsiui, & inueni: pulso, vt aperiatur. Quòd si non impetro, hic moriar ante postes tuos: certè sepelies vel meum cadauer. Talia perstabat memorans, fixusque manebat. Ad quem responsum paucis ita reddidit heros. Nemo sic petit, vt mineatur: nemo cum lachrymis iniuriam vel calumniam facit. Et miraris si non recipiam, cum moriturus adueneris? sic aridens Paulus patefecit ingressum. Quo aperto, dū in mutuos miscerentur amplexus, proprijs se salutauere nominibus, gratiæ Domino in commune referuntur. Et post sanctum osculum residens Paulus cum Antonio ita exorsus est. En quæ tanto labore quæsiisti, putridis senectute membris operit incultra canicies. En vides hominem, puluerem mox futurum. Verum quia charitas omnia sustentat, narra mihi quæso, quomodo se habeat humanum genus. An in antiquis vrbibus noua testâ confurgant: quo mundus regatur imperio: an supersint aliqui, qui dæmonum errore rapiantur. Inter has sermocinationes suscipiunt alitem corum in ramo arboris confedisse, qui inde leniter subuolabat, & integrum panem ante ora mirantium deposuit: post cuius abcessum: Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, verè pius, verè misericors. Sexaginta iam anni sunt quòd accipio dimidijs semper panis fragmentum: verum ad aduentum tuum, militibus suis duplicauit annonam. Igitur Domino gratiarum actione celebrata, super vitrei marginem fontis vterque confedit. Hic verò quis frangeret panem oborta contentio, penè diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitij, Antonius iure refellebat ætatis. Tandem consilium fuit, vt apprehensio è regione pane, dum ad se quisque nititur, pars cuique sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ in fonte prono ore libauerunt: & immolantes Deo sacrificium laudis, noctem translegere vigilijs. Cumq; iam esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic loquutus est: Olim te frater, in istis regionibus habitare sciebam: Olim te conseruū meū mihi promiserat Deus. Sed quia iam dormitionis meæ tempus aduenit, & quòd semper cupiebam dissolui, & esse cum Christo, peracto cursu superest mihi corona iustitiæ: tu missus es à Domino, qui humo corpusculum meum tegas, imò terræ terram reddas. His Antonius auditis, flens & gemens ne se desereret, atque vt comitem talis itineris acciperet, precabatur. Et ille: Non debes, inquit, quærere quæ tua sunt, sed quæ aliena. Expedi tibi sarcina carnis abiecta, agnum sequi. Sed & cæteris expedi fratribus, vt tuo adhuc instituantur exemplo. Quamobrem quæso perge, nisi molestum est, & pallium quod tibi Athanasius Episcopus dedit, ad inuoluendam corpusculū meū deser. Hoc autè beatus Paulus rogauit, nò quòd magnopere curaret, vtrum tectum putresceret cadauer, an nudum (quippe qui tanto temporis spatio, contentis palmarum folijs vestiebatur) sed vt à se recedenti mæror suæ mortis leuaretur. Stupefactus ergo Antonius, quòd de Athanasio & pallio eius audierat, quasi Christum in Paulo videns, & in pectore eius Deum venerans, vltra respondere nihil ausus est: sed cum silentio lachrymans, exosculatus eius oculis manibusq; ad monasteriū, quod postea à Sarracenis occupatum est, rediebat. Neq; verò gressus sequebatur animum. Sed quamuis corpus inane ieiunij, seniles etiā animi frægerant, tamen animo vincebat ætate. Tandem fatigatus & anhelus ad habitaculum suum confecto itinere peruenit. Cui cum duo discipuli, qui ei longo iam tempore

tempore ministrare cõsueuerant, occurrissent dicentes: Vbi tam diu moratus es pater? Respondit. Væ mihi peccatori, qui fallum monachi nomē fero. Vidi Heliā, vidi Ioannē in deserto, & verè vidi Paulum in paradyso: & sic ore compresso, manu verberans pectus, ex cellula palliū protulit. Rogantibusq; discipulis, vt plenius quidnam rei esset exponeret, ait: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, & ne modicum quidem cibi sumens, per viam qua venerat regressus est, illū sities, illū videre desideras, illū oculis ac mente contēplans. Timebat enim quòd euenir, ne se absente, Christo debitum spiritum redderet. Cumque iam dies alia illuxisset, & trium horarum spatio viam remeauisset, vidit inter Angelorum choros, inter prophetarum & Apostolorum populos, niueo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere. Et statim in faciem suam procidens, sabulum capiti superiaciebat, ploransque & euolans, aiebat: Cur me Paule dimittis? Cur insalutatus abis? Tam tardè notus tam citò recedis? Referebat postea beatus Antonius tanta se velocitate, quòd reliquum erat viæ ecurrissè, vt instar atis peruolasset: nec immeritò. Nam introgressus speluncam, vidit, genibus 3. complicatis, erecta ceruice, extensisq; in altum manibus, corpus exanime. Ac primum & ipse viuere eum credēs pariter orabat. Postquam verò nulla (vt solebat) suspiria precantis audiuit, in flebile osculum ruens, intellexit quòd etiam cadauer Sancti, Deum (cui omnia viuunt) officioso gestu precabatur. Igitur obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoq; & psalmos de Christiana traditione decantans, cõcristabatur Antonius, quòd sarculū quo terram foderet non haberet: fluctansque vario mentis æstu, & secum multa reputans, dicebat: Si ad monasterium reuertar, tridui iter est. Si hic maneam nihil vltra proficiam. Moriar ergo vt dignum est, iuxta bellatorem tuum Christe ruens, extremum halicum fundam. Talia eo animo volente, ecce duo leones ex interioris eremi parte currentes, volantibus per colla iubis, feriebantur: quibus aspectis primò exhorruit. Rursusq; ad Deum referens metem, quasi sterneret, adulantibusque caudis circa pedes accubere, si emitu ingenti rugientes: proflus vt intelligeret eos plangere, quomodo poterant? Deinde haud procul cæperunt humum pedibus scalpere: 4 arenamque cæratim egerentes, vnus hominis capacem locum foderunt. Ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium ceruice resecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesque lingentes. At ille animaduertit benedictionē eos à se precari. Nec mora, in laudationem Christi effusus, quòd muta quoq; animalia Deum essentirent, ait: Domine, sine cuius nutu nec folium aboris defluit, nec vnus passerum ad terram cadit, da illis sicut tu secis. Et manu annuens eis, vt abiret imperauit. Cumque illi recessissent, sancti corporis onere seniles curuauit humeros. Et deposito eo in fossam, deluper humum cõgregans, 5 tumulum ex more composuit. Postquam autem alia dies illuxit, ne quid pius hæres ex interstati bonis nò possideret, tunicam eius sibi vendicauit quam in sportarium modum de palmæ folijs ipse sibi contexuerat. Ac sic ad monasterium reuersus discipulis cuncta ex ordine replicauit, diebusque solennibus 6 Paschæ & Pentecostes semper Pauli tunicam vestitus est.

Liber in fine opusculi eos interrogare, qui sua patrimonia ignorant, qui domos marmoreas vestiunt, qui vno filio villarum insuunt prædia: huic seni nudo quid vnquam defuit? Vos gemma bibitis, ille naturæ concauis manibus satiescit. Vos in tunicis aurum textitis, ille ne vilissimum quidem indumentum habuit mancipij vestri. Sed è contrario illi quidem periculo paradyfus patet, vos auratos gehenna suscipiet. Ille vestem Christi, nudus licet, tamen seruaui: Vos vestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus vilissimo puluere cooperitus iacet resurrecturus in gloriam: Vos operosa saxi sepulchra premunt, cum vestris operibus arinos. Parcite quæso vobis: parcite saltem diuitijs, quas amatis. Cur & vestros mortuos auratis obuoluitis vestibus? Cur ambitio inter luctus lachrymasque non cessat? An cadauera diuitum nisi in serico putrescere nesciunt? Obsecro, quicumque hæc legis, vt Hieronymi peccatoris memineris: cui si Dominus optionem daret, multò magis eligeret tunicam Pauli eum meritis eius, quam regum purpuram eum pennis suis.

SANCTI ATHANASII EPISCOPI

in vitam Sancti Antonij monachi præfatio.



Thanasius Episcopus ad peregrinos fratres. Optimū, fratres, iniistis certamen, aut equari Aegypti Monachis, aut superari nitentes virtutis instantia. Et enim apud vos iam plurima sunt monasteria, monachorum quoque nomen est celebre, & hanc voluntatem habet quisque mirabitur, orantibusque vobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis à me, vt vobis scriberem de cõuersione

3 Tu qui desides ceremonias Ecclesie & ritus orandi, vix hic etiam sanctissimi viri cadauer extensus manibus et complicatis genibus Deū officioso effectu deprecari. Vide etiā de traditione Christiana esse, hymnos et psalmos in deserta locorum sepultura decantare.

4 Si negligendū esset Christianorum sepulura, ut quidam infelices nostrō tempore iam faciunt, non Deus tanto miraculo Pauli sepulura procul rasset, nec de ea Antonius tantopere sollicitus fuisset.

5 Nota, tumulum ex more composuit, est ergo Ecclesiasticus mos super defunctorum corpora tumulos cõponere.

6 Dies solennes Paschæ & Pentecostes etiam Antiquis temporibus.

uersione beati Antonij volentibus discere quemadmodum cœperit, quidque fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vitæ, & si vera sunt ea quæ de ipso fama dispersit, vt ad eius æmulationem, atque exemplum vos insinuat pollicitus, magna cum læticia suscepti vestræ charitatis imperium. Etenim mihi ingens lucrum est, atq; vtilitas hoc ipsum quod recordor Antonij, & vos cum admiratione audientes scio eius propositum cupere sectari: perfecta est siquidem ad virtutem via Antonium scire quid fuerit.

2 Perfecta est ad virtutem via scire Antonium quid fuerit.

2 Hæc tu qui dicitis de sermone sat cultatum non habere mandatum Dei nec consilium. Et paupertate euan gelica non esse de sermone verum, sed non esse ad verum, non considerat opibus. Vide quid sit dicitur, si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & c. quod hic Athanasius Dominicum apostolat imperium. Et quomodo hanc paupertate euan gelicam intellexerit Apostoli & viri Apostolici, necnon Deo plenus Antonius, an secundum tuam somnia, vel iuxta communem sensus ecclesie fecerunt? Discite miser, & corrigere alia quando. Quod autem hanc desertio habeat mandatum maximum. Vide Iherosolym cap. 23. Leuitici. Mandatum autem vel imperium sane intellige, vel supposito statu perfectionis, ad que aliquis aspirat. Vel mandatum accipe pro consilio, vt frequenter est apud Patres. Vel forte quod magis ad rem videtur inspirat.

VITA SANCTI ANTONII ABBATIS,

ab Athanasio Episcopo Alexandrino conscripta.



Antonius nobilibus religiosiq; parentibus natus, in Ægypto oriundus fuit, tanta suorum nutritus cura, vt nihil aliud præter parentes, domumq; cognosceret. Et cum iam puer esset, non se literis erudiri, non ineptis infantium iungipallus est fabulis, sed Dei desiderio flagrans, secundum quod scriptum est, innocenter habitabat domi. Ad Ecclesiam quoq; cum parentibus sæpe conueniens, nec infantum lasciuia, nec puerorum negligentiam sectabatur, sed tantum ea quæ legebantur auscultans, vtilitatem præceptorem vitæ institutione seruabat: non suis, vt solet illa ætas, pro varijs & delicatis cibis vnquam tædio fuit, non escæ mollioris blandimenta sectatus est, his solum quæ dabantur, contentus, nihil amplius requisivit. Post mortem autem parentum annorum circiter decem & octo, seu viginti, cum sorore admodum paruula derelictus, & domus, & sororis honestam curam gerebat. Nec dū verò sex fluxerat menses, quibus ad Ecclesiam (vt solebat) accurrens, recordabatur quomodo & Apostoli omnibus spreto secuti fuissent Saluatorem, & multi, vt legitur in Actis Apostolorum, facultatibus suis venditis, precia ad pedes eorum detulissent egentibus partienda, quæue, aut quanta spes ipsidem reposita esset in caelis. Falsa secum voluens intravit Ecclesiam, & accidit vt tunc legeretur Euangelium, in quo Dominus dicit ad diuitem, 2 Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, quæcumq; habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cælo. Quo audito, quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam concepisset, & veluti propter se hæc esset scriptura recitata, ad se dominicum traxit imperium: statimq; regressus, possessiones quas habebat, vendidit. Erant autem ei trecentæ palmæ vberes, & valde opimæ, quas in vicinis largitus est, ne in aliquo aut sibi, aut sorori molestia gigneretur. Cætera verò, quæ in mobilibus possidebat, vniuersa vendidit, & aggregato non exiguo pretio, indigentibus dedit: paucis tamen ob sortem reseruat, quæ & sexu, & ætate videbatur infirmior. Rursus autem Ecclesiam ingressus, cum audisset Dūm in Euangelio dicentē: Nolite cogitare de crastino: reliqua quoque portione pauperibus distribuit, neque se versari passus est domi, sed forore fidelibus ac notis virginibus commendata, vt earum nutriretur exemplo, ipse iam omnibus seculi vinculis liber, asperum atque arduum arripuit institutum. Necdum autem tam crebra erant in Ægypto monasteria, neque omnino quisquam aniam solitudinem nouerat, sed quicumque in Christi seruitute sibi metipsum prodesse cupiebat, non longè à sua villula separatim instituebatur. Erat igitur in agello vicino senex quidam vitam solitariā à prima sectatus ætate: hunc Antonius cum videret, æmulatus est ad bonum. Et primò quidem incipientes etiam ipse in locis paululū à villa remotioribus manebat, exinde autem, siquidem in hoc studio vigilantem compererat, procedens quærebat vt aptis prudentissimam, nec ad habitaculum suum ante remeabat, nisi eius, quæ cupiebat, frueretur aspectibus, & sic, tanquam munere mellis accepto, abibat ad sua. Tali ibidem institutus exordio, cum per dies singulos ita animum roboraret, vt nec opum patrum

narum, nec suorum meminisset affinium, omne etiam desiderium & sollicitudinem erga id quod cœperat, exerceret: operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non manducet: mercedem sanè operis sui, precio panis excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter, 3 quippe qui didicerat, quod oporteret sine intermissione Dominum orare. Auditioni etiam scripturarum ita studium commoderat, vt nihil ex eius animo laberetur, sed vniuersa Domini præcepta custodiens, memoriam pro libris haberet. Sic suam vitam insinuat, ab vniuersis fratribus puro diligebatur affectu, & omnibus, ad quos studio diligendi pergebat, obediens fratribus singulorum gratias hauriebatur. Huius continentiam, incunctatam illius sectabatur, istius lenitatem, illius vigilantiam, alterius legendi æmulabatur industriam, istum 4 ieiunantem, illum humi quiescentem mirabatur, alterius patientiam, alterius mansuetudinem prædicabat: omnium quoq; vicariam erga se retinens charitatem, atq; vniuersis virtutum partibus irrigatus, ad sedem propriam rediebat. Ibi secum vniuersa pertractans, omnium in se bona nitabatur exprimere. Neque verò aduersum cœuos aliquando mouebatur, sed ea tantummodo flamma egregio viro crescebat in pectore, ne secundus cuiquam in prædictis operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat, vt cum omnes gloria antiret, omnibus tamen charus esset. Nam & vicini & monachi, ad quos sæpe veniebat, Antonium videntes, deicolam nuncupabant, indulcisque naturæ vocabulis, quidam vt filium, alij vt patrem diligebant. Dum hæc gereret Antonius, quibus omnium in se præuocaret affectum, inimicus nominis Christiani diabolus impatienter ferens tantas in adolescere virtutes, veteranis eum aggressus est fraudibus. Et primò quidē tentans, si quo modo posset ab incepto eum instituto detrahere, immittebat ei memoriam possessionum, sororis defensionem, generis nobilitatem, amorē rerum, fluxam seculi gloriā, escæ variā delectationē, & reliqua vitæ remissioris blandimenta: postremò virtutis arduum finem, & maximū perueniendi laborē, necnon & corporis fragilitatē suggererat, & ætatis spacia proluxa, profusā maximā cogitationum caligine suscitabat, volens eum à recto proposito reuocare. Postquam autē diabolus orationibus eius ad Deum per passionis fidem se intellexit elidi, consueta aduersum omnes adolescentes arma arripens, nocturnis eum inquietabat illecebris. Et primū noctibus infesta multitudine, & horribili metu sonitus eū exagitare conabatur. Per dies etiā tam apertis in eum telis iruebat, vt nullus ambigeret, quin Antonium contra diabolū dimicaret: nam & ille cogitationes fordidas conabatur inferere, & hic eas oratu summouebat asiduo. Ille titillabat sensus naturalis carnis ardore, hic fide, 5 vigilijs, & ieiunijs corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens signata lasciuia, hic vltices gehennæ flammæ, & dolore vermiū recordans, ingestæ sibi libidini opponebat. Ille lubricum adolescentiæ iter, & ad ruinā facile proponebat: hic æterna futuri iudicij tormenta cōsiderans, illæsam animæ puritatē per tentamenta seruabat. Ista autē omnia ad confusionem diaboli febant. Qui enim simile se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente, vt miserimus, deludebatur: & qui contra carnē & sanguinē læuiebat, ab homine, qui carnem portabat, elisus est. A diuubar enim seruū suū Dominus, qui nostri gratia carnem suscipiens, victoriā corpori contra diabolū largitus est, vt singulis ita certantibus Apostolicū liceret proferre sermonem: Non autem ego, sed gratia Dei quæ mecum est. Postremò cum nec hoc argumento destruere posset Antonium draco teterrimus, & videret se semper ab eius cogitationibus repellī, secundum quod scriptū est: Stridens dentibus, & vlians, qualis est merito, talis apparebat & vultu, puer horridus atq; niger, ad eius se genua prooluens, humana voce flebat dicens: Multos seduxi, plurimos decepi, nunc autem vt à cæteris sanctis, ita & tuo fum labore superatus. Quem cum interrogaret Antonius, quisnam esset, qui talia loqueretur, ait: Ego sum fornicationis amicus, ego multimoda aduersum omnes adolescentes turpitudinis arma suscepi, hinc & spiritus fornicationis vocor. Quantos pudicè viuere disponentes fesselli, quot tenuiter incipientes ad sordes pristinas redire persuasi. Ego sum, propter quem Propheta lapsos increpat, dicens: Spiritu fornicationis seducti estis: & re vera per me illi fuerant supplantati. Ego sum qui te ipsum sæpe tentavi, & semper repulsi sum. Cum hoc Christi miles audisset, gratias agens Deo, & largiore aduersum inimicum cōfortatus audacia, ait: Multū ergo despicibilis, multumq; contemptibilis es: nam & obscuritas tuæ & ætas, infirmarū signa sunt rerū. Nulla mihi iam de te cura est. Dominus mihi adiutor est, & ego exultabo super inimicos meos. Et statim ad vocem cantantis phantasma quod videbatur, euanuit. Hæc autē Antonij contra diabolū fuit prima victoriā, imò virtus in Antonio Saluatoris, qui peccatum in carne cōdemnauit, vt iustificatio legis in nobis cōpleretur, quia non secundum carnē ambulamus, sed secundum spiritū. Sed neq; Antonio securitatem dedit hic vnus triumphus, nec diabolū semel fractæ defecere vires. Nā & iste, vt leo rugiens, quærebat aditū, per quem posset irumpere: & ille scripturarum doctus eloquio,

to a Deo ad eū vltimam profectā esse mandati. Vnde B. Gregor. lib. 2. Reg. gest. epi. C. ad Martinum imp. scribit, offerit aliquos sine vite monastice professione saluos fieri non posse. 3. Antonius frequenter orabat. 4. Vide quod est ante Antonij monachi ieiunabant, & humi quiescebant.

5. Vigilis & ieiunijs corpus omne vallabat.

non ignorabat multas esse daemonum captiones. Propter quod solerti propositum labore seruabat, considerans quia posset fatanas in carnis colluctatione superatus, nouarum aduersus se artium machinas acris commouere. Idcirco magis ac magis subiugabat corpus suum, ne victor aliorum in alijs vinceretur. Disponens igitur duriori re vitæ lege constringere, cum omnēs infatigabilem adolecentis mirarentur instantiam, sanctum toleranter ferebat laborem, & voluntariæ seruitutis longum in Dei opere studium consuetudine in naturam verberabat. Inediæ autem, 6 & vigiliarum in tantum patiens erat, vt crudelitate viribus vinceret. Pernoctabat in oratione sapissimè, edebat lemel in die post solis occalum, nonnunquam biduo, triduoq; sic permanens, quarta demum die resiciebatur. Sumebat verò panem & sal potumque aquæ parparuum. De carnibus verò & vino tacere melius puto, quàm quicquã dicere, quoniam nec apud plurimos quidem monachorū istiusmodi etiã in vlti haberetur. Quietæ autem membra concedens, iunco contexto atq; cilicio vtebatur; nonnunquam etiã super nudam humū iacebat vnguenta penitus repudians. Dicebat enim minimè posse vten-tium, & præcipuã iuuenum corpora roborari, si olei essent lenitate mollita: oportere verò asperos carni labores impetare, secundum Apostoli præceptum dicentis: Quando infirmor, tunc fortior sum & potens. Allerebatq; sensum sic animi posse reuiuiscere: si corporis fuisset impetus fatigatus. Vnde nec temporum longitudine laborum merita pensabat, sed amore & famulatu spontaneo semper tanquam in principijs constitutus, ad profectū diuini merus desiderium cõcibat: nouisq; cupiens augeri præterita, supra memorati doctoris sermonum recordabatur, qui ait: Præterita obliuiscens, & in futurum conualescens. Meminerat quorq; Helix propheta dicentis: Viuit Dominus, cui alto hodie ante ipsum, & dislerebat cur hodie esset appositū, quia non cõputabat Helias præteritum tempus: sed tanquã quoti-die in certamine constitutus, talè se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati eius. Igitur sanctus Antonius secum reputans oportere Dei famulum ex instituto magni Helix exemplū capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere, ad sepulchra non longè à villa constituta secessit, vni de cognitis mandans, vt statutis diebus sibi alimentã deferret. Et cum in vna marmorea supradictus frater eum clausisset, solus ibidem morabatur. Metuens ergo diabolus, ne accessu temporis eremum quoque habitari faceret, ita eum aggregatis sacellibus suis varia coque lacerauit, vt doloris magnitudo & motum auferret & vocem. Nam & ipse postea referebat, vulnera fuisse tam grauiã, vt vniuersa hominū tormenta superarent: sed Dei prouidentia, quæ nunquam in se sperantibus deest, conseruauit eum. Alio die is què supra diximus, frater aduenit, cibos deferens assuetos, atque eum iacentem in terra semimortuū, fractis foribus inuenit. Quem impositū humeris, ad villulæ domicilium reportauit. Quo audito ingens vicinorū, atq; affiniū multitudo concurrens tristi in medio positi vicinū debuit reddere officiu. Etiam mediū noctis parte transgressa, & grauis pernixiles omnium oculos vicebat sopor: Antonius, anima paululū redeunte, suspirans eleuauit caput, ceteris verò alta quiete prostratis, eum à quo delatus fuerat, vigilare conspexit, eumq; nutu aduocã obsecrauit, vt nullo penitus excitato, ad pristinum se referret habitaculū. Relatus ergo iuxta cõsuetudinē solus iterum permanebat, & stare quidè propter recentes plagas non poterat: orans verò prostratus, post orationē clara voce dicebat: Ecce ego hie sum Antonius, non fugio vestra certamina, etiam si maiora faciatis, nullus me separabit à charitate Christi. Psallebatq; dicens: Si cõstant aduersum me castra, non timebit cor meum. Talia eo dicere, bonorū hostis diabolus admiraturs quod post tot verbera fuisset ausus reuerti, congregatis canibus suis, & proprio furore se lanians: Videtis, ait, quod nec spiritu fornicationis, nec corporis doloribus superatus, insuper audacter laesit nos. Oĩa arma corripite, acris nobis impugnandus est. Sentiat, sentiat: debet scire quos prouocet. Dixit, & in adhortantis vocem audientiu turba cõsentit, quia innumeras diabolus habet artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita vt loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria dæmonum exinde turba se effunderet: nã & bestiarum, & serpentium formas induentes, omnè protinus locum replere phantasijs leonū, taurorum, luporū, aspidum, serpentium, scorpionū, necnon & pardorum, atq; vrsorum. Et hæc singula secundū suam fremebant naturam. Rugiebat leo occidere volens, taurus mugitū & cornibus minabatur, serpens sibilo personabat, luporum impetus inhiabat, pardus discolor à tergo aitoris sui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus, & vocis horridæ dirus auditus. Antonius flagellatus atque confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed imperterritus durabat mente pervigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, sensu tamen idem permanens, quasi de inimicis luderet, loquebatur: Si viriū aliquid haberetis, sufficeret vnus ad prælium, sed quoniam Dominus vos eneruante fragimini, multitudine tentatis inferre terrores, cum hoc ipsum infirmitatis indicium sit, quod irrationabiliū induitis

induitis formas bestiarum. Rursusq; confidens aiebat: Si quid valetis, si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce præsto sum, deuorate concessum. Si verò non potestis, cur frustra nitimini? Signum enim crucis, & 7 fides ad Dominum inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra sanctum Antoniu minantes fremebant dentibus suis, quod nullus eorū tentamenta sequeretur effectus, sed maxime econtrario gigneretur illusio. Nō oblitus Iesus colluctationis serui sui, eidem protector factus est. Deniq; cum eleuaret oculos, vidit desuper euulmen aperiri, & deductis tenebris radium ad se lucis influere. Post cuius splendor aduentum, nec dæmonum aliquis apparuit, & corporis dolor extemplo deleuit est. Aedificiu quoque quod paulò antè dissolutum fuerat, instauratum est. Illic præsentia Domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore trahens longa suspiria ad visionem, quæ ei apparuerat, loquebatur, dicens: Vbi eras bone Iesu, vbi eras? Quare non à principio adfuisisti, vt sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est, dicens: Antoni, hic eram, sed expectabam videre certamè tuum. Nunç autè quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis exurgens intantum roboratus orabat, vt intelligeret se plus recepti tunc virium, quàm antè perdidit. Erat autem tunc Antonius annos natus trigintaquinq;. Exinde cum voluntati promptæ mēstia religiosa succrescerent, vadens ad supradictum senem, precabatur vt in deserto pariter abirent. Causante illo senile æuum, & rei nouitatem, solus contendit ad montem, & eremi adhuc monachis ignotæ vitæ, rupto metu, viam conatus est pandere. Sed nec tunc cessauit infatigabilis aduersarius: nam impedire eius propositum volens, argenteum discum in itinere proiecit, quo viso Antonius callidi artificis agnouit astutiam, itaq; intrepidus, & discum tortis intuens oculis, doli autorem in phantasmate obiurgabat argenti, talia secum reputans. Vnde hic in deserto discus? Auium hoc iter est, nulla sunt vestigia commeantium: lapsus de sarcina, præ magnitudine latere nō potuit, sed & qui perdidit reuersus, ob solitudinem locorum, inuenisset profectū quod ruerat. Hoc artificium, diabole, tuum est, non impediens voluntatem meam, argentum tuum tecum sit in perditionem. Hæc illo dicente, discus, vt fumus à facie eius euauit. Dehinc non vt antè in phantasmate, sed ingentem auri massam in itinere conspexit. Verum hanc vtrum diabolus simulauerit, an ad Antonium comprobandum, quia, nec veris opibus inuicæretur, virtus celestis ostenderit, ignoratur: hoc tamen agnouimus, quia quod visum est, aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli rapido cursu, quasi quoddam vitaret incendium, ad montem vsq; perrexit, ibiq; flumine transuadato, inuenit castellū desertum plenum ob tempus, & solitudinem venenatorum animalium, in quo se constituens, nouus hospes habitauit. Statim ad eius aduentum ingens turba serpentium quasi persecutorum passa, profugit. At ille obstructo lapidibus introitu, panes mensium sex, vt Thebæis mos est, secum recondens: nam crebrè per annum incorrupti durare solent: necnō & exiguū habens aquæ, solitarius perdurabat, nunquam inde procedens, nusquã aliq̃ suscipiens, intantum vt cum bis in anno per rectum desuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium. Multis igitur videndi eum desiderio, & studio requirendi ante ostium eius pernoctantibus, audiebantur, vt vulgi voces aduersum Antonium tumultusq; dicentiū: Quid te nostris ingeris habitaculis? quid tibi & deserto? Abcede à finibus alienis, non potes hic habitare, nō nostras insidias sustinere. Et primò quidè, qui foris erant, existimabant aliquos homines scalis positos introisse, ibiq; cõtendere. Postquam autè per cauernã introspectientes, nullū viderunt, dæmones intellexerunt cõtra eum cõtendere, & nimio metu perterriti, Antonij auxilium flagitabant. At ille ostio propinquans, ad cõsolandos fratres ne timerent, atq; vt inde recederent precabatur: trepidantibusq; assererat à dæmonibus incuti metū: signate vos, inquit, & abite securi, ipsosq; semetipsos finite deludere. Itaq; illis reuertentibus, hic remanebat illæsus, nec vnquam in certamine lassabatur. Accedentium autè augmentum profectuum, vel debilitas repugnatum, maximū eius cõtentioni leuamè addiderat, tum eius animo cõstantia suggererebat. Rursusq; ad eremum venientibus turbis quidam mortuum eum se existimauerant repturos, ille psallebat intrinsecus: Exurgat Deus, & dissipetur inimici eius, & fugiant qui oderunt eū, à facie eius sicut deficit fumus deficiant: vt liquecit cera à facie ignis, ita pereant peccatores à facie Dei. Et iterum: Oēs gentes circumdederunt me, & in nomine Dñi vindicauit in eis. Sic Antonius annis viginti solitariè tráfactis, atq; ab hominū segregatus cõspectibus perdurauit. Cum ergo multorum, & propositum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum cõcurreret, necnō & patientiam infinita se cateris conglomeraret, tandè penè iam per vim foribus euulsis, quasi ex aliquo cœlesti aditu conseratus apparuit. Obstuperunt vnuerſi, & oris gratiam, & corporis dignitatem, quod nec per iniquitatem inuenuerat: nec ieiunijs, dæmonumque certamine faciem eius pallor obsederat: sed econtrario quasi nihil temporis egisset, antiquus membrorum decor perseuerauit.

7. Signum crucis
& fides ad Dominum,
murus inextinguibilis.

Potèd quanta miracula, quæ in illo animi puritas fuit? Nequaquam hilaritate nimia resolutus in ritum est: nunquam recordatione peccati tristitia ora contraxit, nò magnis stupentium seclatus est laudibus. Nihil in illo indecens solitudo: nihil asperum quotidianæ cum hostibus bella contulerant, sed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur, ab immundis spiritibus, & infirmitatibus varijs Dei gratia per Antonium liberauit. Sermo eius salè conditus cõsolabatur mœstos, docebat infidios, concordabat iratos, omnibus suadens nihil amori Christi anteponendum. Præponebatq; ante oculos bonorum: magnitudinem futurorũ, & Dei clementiam, & beneficia rexecebat indulta, quòd proprio filio suo non pepercerit Deus, sed pro nostra omnium salute eum tradiderit. Nec mora, plura audientium corda ad humanarum rerum contemptum hæc eius suavis oratio, & habitandæ eremiticæ istud eius exordium fuit. Quid sanè & Arlenoitarum oppido gestum sit, non transibo silentio. Nam cum fratres vellent inuisere, & riuulũ fluminis Nili, qui crocodilis, & multis eiusdem fluminis bestijs plenus erat, transiudare esset necesse, tam cum comitibus suis transiuit illæsus, quàm inde redibat: incolumis. Rursusque in pristinis laboribus perseverans, multos magisterio suo fratres confirmavit, ita vt breui tempore plurima fierent monasteria: nouos, antiquosq; monachos pro ætate vel tempore, paterno moderabatur affectu. Quadam autem die cum sanctus Antonius congregatis fratribus rogaretur, vt eis instructoria largiretur præcepta, cum propheticâ fiducia exaltans vocem, aiebat: Ad omnem quidè mandatorum disciplinam scripturas posse sufficere: sed & hoc optimum fore, si mutuis seruicem Fratres sermonibus consolarentur. Et vos ergo, inquit, vt patri, referte quæ nolitis: & ego, quæ per longam ætatem cõsecutus sum, quasi filijs indicabo. Hoc sit autem primum cunctis in communi mandatum, nullum in arcepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientè augere semper debere quod cõeperit, præsertim cum humanæ vitæ spacia æternitati comparata breuissima sint hac parua. Ita exorsus paululũ siluit, & admiratus nimium Dei largitatem, rursus adiecit, dicens: In præsentia hac vitæ æqualia sunt pro rerũ cõmutatione commercia, nec maiora recipit ab eemente, qui vendit. Promissio autem vitæ sempiternæ vili precio comparatur, scriptum est enim: Dies vitæ nostræ septuaginta anni: si autè in potetarijs octoginta anni, quicquid reliquum est, labor & dolor est. Quando ergo octoginta, aut centum, aut multos annos laborantes in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis prædictis omnium nobis seculorum regna tribuentur. Non terrâ hæreditabimus, sed cælum, corpus quoq; corruptũ relinquentes id ipsum cum incorruptione recipiemus. Ergo filioli, non vos aut tædium defatiget, aut vanæ gloriæ delecet ambitio. Non sunt enim condignæ passionis huius temporis ad superuenturâ gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nemo, cum aspexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingètia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cælorum breuis ac parua est. Si ergo nec vniuerso orbi renunciantes, dignũ aliquid habitaculis possumus compensare celestibus, se vnusquisq; consideret, & statim intelliget paruis thesauris & parietibus, vel modica auri portione contempta, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit, nec tædere quasi parua sit recepturus. Vt enim contemnit aliquis vnam æream drachmâ ad drachmas centum aureas conquirendas: ita etiam qui totius orbis Dominum dereliquit, centuplum de melioribus præmijs in sublimi sede recipiet. Ad summum illud perspicere debemus, quòd & si nostras velimus retentare diuitias, cum lege mortis ab ipsis diuellamur inuiti, vt in libro Ecclesiastes scriptum est: Quia nescit homo quid sit post eum in labore suo. Cur ergo nõ facimus de necessitate virtutem? Cur nõ ad lucranda regna cælestia vltro relinquimus quod lucis istius sine perdendum est? Nihil eorum curæ sit Christianis, quæ secum nõ auferre possunt: illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad cælum, sapientiã scilicet, castitatem, iustitiã, virtutè, sensum peruiquem, pauperum curam, fidem in Christo robustã, animum iræ victorem, hospitalitã: Hæc sectantes, mansuetudinem nobis in terra quietorum, secundum Euangeliũ, præparabimus. Cõsideremus Domini esse nos famulos, & seruitutè debere ei, à quo creati sumus. Vt enim seruis præteriti gratia famulatus, præsens aut futurũ nõ cõtemnit imperiũ, nec audet asserere quòd ex labore trãfacto instantis operis habere debeat libertatè, sed iugi studio (vt in Euangelio scriptũ est) eandè semper exhibet seruitutè, vt & Dño placere possit, ne metu lucratur & verbera: Sic & nos diuinis congruit parère præceptis, scientes quòd æquus ille retributor, in quo quemq; inuenit, in eo sit iudicaturus, quod propheticè per Ezechielè voce testatur: Nam & infelix Iudas propter vnus noctis impietatè omni præteriti tẽporis labore priuatus est. Idcirco tenendus est continuis instituti rigor habentibus Deũ auxiliatorè, sicut scriptũ est: quia omni proponenti bonũ Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandã Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur: similiter & nos humanæ cõditionis vitã accipientem retractãtes non peccabimus: cum enim excitati à somno ad vesperam nos peruenire dubitemus, & quieti

& quieti corpora concedentes de lucis non confidamus aduentu, & vbique naturæ ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus prouidentia gubernari. Hoc modo non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur: sed nec irascemur quidem aduersus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus, quin potius metu quotidiani recessus, & se iungendi corporis iugi meditatione, omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierũ amor, libidinis extinguetur incendium, iniucè nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes vltimæ retributionis aduentum: quia maior formido iudicij, & poenarũ timor horridus simul & lubricæ carnis incentiua dissoluit, & mentem animã, quasi ex aliqua rupe sustentat. Ideoq; precor vt ad finem propositi omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens & Loth imitetur vxorem, præsertim cum Dominus dixerit nullum ponentè manum super aratrum, & respicientem retrorsum, dignum esse regno cælorum. Respiciere autè retrorsum nihil aliud est, quàm in eo poenitere quod cõperis, & mundanis rursus desiderijs obligari. Nolite, quæso, virtutis, tanquam impossibile nomen pauere, nec peregrinum vobis, aut procul positum videatur hoc studiũ quod ex nostro, Dei gratia præcedente, pendet arbutio. Huius operis homini inferrã natura est, & eiusmodi res est, quæ nostrã tantummodo expectat voluntatè. Græci studia transmarina sectentur, & in alieno orbe constitutos, inaniũ literarum querant magistros: nobis verò nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet: in omni sede terrarum cõstituta sunt regna cælorũ. Vnde Dominus in Euangelio ait: Regnum Dei intra vos est: virtus quæ in nobis est, mentem tantum requirit humanam. Cui enim dubiũ est, quia naturalis animæ puritas, si nulla fuerit extrinsecus sordè polluta, sors fit & origo omnium virtutum. Bonam necesse est esse eam quam creauit bonus Creator. Quòd si fortè cunctabimur, audiamus Iesum filium Nauæ populo dicentem: Rectũ facite cor vestrum ad Dominum Deum Israël. Nec Ioannes dissonam tulit de virtute sententiam, prædicans: Rectas facite semitas eius: siquidem hoc est rectã esse animã, cum eius principalis integritas nulla vitiorum labe maculatur, si naturam mutauerit, peruersa tunc dicitur: si conditio seruetur, virtus est. Animam nostram cõmendauit nobis Deus, seruemus depositum, quale accepimus. Nemo causari potest extrinsecus situm, quod in se nascitur: facturam suam qui fecit, agnoscat: opus suum inueniat vt creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus: ne deturpes homo, quod tibi largitio diuina concessit, operam Dei immutare velle, polluere est. Illud etiã sollicitè prouidere debemus, vt tyrannicam iræ superemus insaniam, quia scriptum est: Iracundia viri iustitiam Dei nõ operatur. Et iterum: Desideriũ concupiscens parit peccatum, quo perfecto, mors gignitur. Diuinæ vocis præceptum est, vt iugi custodia tueamur animã nostram, quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos, demones scilicet, cõtra quos nobis, secundum Apostolicam contestationem, pugna sine intermissione est: Ait enim: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates huius mundi, aduersus spiritalia nequitia: in cælestibus: Ingens eorum turba istum peruolat ærem, non procul à nobis hostium caterua discurret. Et diuersitatem quidè eorum non est meæ paruitatis exponere, sed hanc maioribus concedo rationem. Quod autè in præputo est, & ignorare nõ expedit, dolos scilicet eorũ aduersus nos cõpositos breuiter indicabo. Hoc primũ debemus mentibus affigere, nihil Deum fecisse, quod maius est, nec ab eius institutione dæmonũ cepisse principia: peruersitas ista non naturæ, sed voluntatis est vitium. Boni etenim, vt pote à Deo cõditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruere de cælis, ibiq; in cœni sordibus volutati gentilitatis impias constituere culturas: & nũc de nobis torquentur inuidia, atq; vniuersa mala cõmouere non cessant, ne pristinis eorũ sedibus succedamus. Diuersa autè eorũ, & partita nequitia est. Quidam enim ad summum nocendi verticem peruenerũ, alij ex cõparatione peiorum videntur esse leuiorẽ, atq; omnes pro possibilitate virũ diuersa contra singulas causas sumplere certamina. Idcirco necessariũ est donum spirituum discernedorũ à Dño petere, vt possimus tam fraudes eorũ, quàm studia præudentes, aduersum disparem pugnam dominicæ crucis eleuare vexillũ. Hoc munere Paulus accepto docebat, dicens: Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exemplũ etiam nos oportet ex his quæ passi sumus, mutuis nos iniucè instruere sermonibus. Hostile illis contra oēs Christianos, maximè verò cõtra monachos & virgines Christi odium est. Eorum semitis laqueo tendunt, eorum mentes impijs atq; obscenis cogitationibus nituntur euertere: sed nihil nobis in hoc terroris incutiant. Fidelium enim orationibus atq; ieiunijs ad Dominum statim corruunt: nec tamen si paululum cessauerint, prorsus plenam putetis esse victoriam. Solè saucij grauius affligere, & mutata arte pugnandi, cum cogitatione nihil egerint, paucioribus terret, affumctes nunc mulierum, nunc bestiarũ, nunc serpentium formas, necnò & ingètia quædam corpora, & vsq; ad rectũ domus porrectum caput, infinitas species, & militum cateruas. Quæ omnia ad primum quoque crucis signum vanescunt.

8. Facit hoc cõtra monachos & virgines Christi maxime versatũ odiũ diaboli, nisi quia hi duo status sũt magis Deo propinqui & acceptiũ. Cum autem etiam nostri heretici hos cõdem tantopere insectentur, potes cognoscere cuius capitis illi stat mœna bre, si orationib; fidelũ & ieiunijs statĩ demones corruunt, nõ sunt hæc res inanes & sua perniciosa, vt gate siunt quidam.

9. Cur quæso cõtra monachos & virgines Christi maxime versatũ odiũ diaboli, nisi quia hi duo status sũt magis Deo propinqui & acceptiũ. Cum autem etiam nostri heretici hos cõdem tantopere insectentur, potes cognoscere cuius capitis illi stat mœna bre, si orationib; fidelũ & ieiunijs statĩ demones corruunt, nõ sunt hæc res inanes & sua perniciosa, vt gate siunt quidam.

His quoque agnitis fallaciarum modis, incipiunt praesagire, & futurorum dierum eventus vel le predicere. Cumque in his contemptui fuerint, ipsum iam sua nequitia principem, ac totius mali summum ad subsidium sui certaminis vocant. Crebro denique Antonius talis a se visum diabolum asserbat, quale & B. Iob Dño reuelante cognouerat. Oculi eius ac si species luciferi, ex ore eius procedunt lampades incensae, crines quoque incendijs sparguntur, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi fornacis astuantis ardore carbonum, halitus eius vt pruna, flamma verò ex ore eius glomeratur. Cum huiusmodi terroribus visus est princeps dæmonum, inquit Antonius, & ingentia saepe, vt dixi, promittens impietatis suae definit lingua magniloqua, de qua Dñs triumphat, ad Iob dicens: Arbitratur enim ferrum, vt paleas, aëramentum, vt lignum putridum: maria, vt fata erasat: tartara profunda, tanquam captiua æstimabit: abyssum, vt deambulatorium. Per prophetam quoque increpat, dicens: Persequena comprehendam, & oem orbem terrarum manu mea vt nidum tenebo, & vt oua derelicta auferam. Si iniquus funereas euomens voces bene viuèrium aliquos frequenter illaqueet, sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus: fallit enim, nihilque verum semper promittit. Nam si non mendacia cuncta loqueretur, quomodo talia, & tam infinita promittens, hamo crucis vt draco aduncatus à Dño est, & capistro ligatus vt iumentum, & quasi mancipium fugitiuū vinctus circulo, & armilla labia perforatus, nulli omnino fidelium deuorare permittitur? Nunc miserabilis vt passer ad ludendum irretitus à Christo est, calcaneo Christianorum substratus gemit. Ille qui vniuersa maria à se delata plaudebat: ille qui orbem terrarum manu sua tenens pollicebatur, ecce à nobis vincitur, ecce me aduersum se prohibere non potest disputantem. Contrènda est filiole, penitus cum inanibus verbis superba iactantia, fulgorque; ille qui lucere se simulat, non veri splendor est luminis, sed quibus artusur est indicat flammam. Nam dicto citius recedens suarum secum refert simulachra pœnarum. Solent etiam cum modulatione nonnunquam apparentes psallere. Proh nefas, ad hæc & impuro ore sacra scripturarum eloquia meditantur. Frequentior enim legentibus nobis, quasi Echo ad extrema verba respondent. Dormientes quoque excitant ad orandum, vt totius noctis somnum eripiant: plerisque etiam, dum se in monachorum nobilitate habitu transferunt, monachos coërcent, & pristina quibus consueuerunt, peccata imputant: sed ferendæ sunt eorum increpationes & admonitiones ieiunandi, vigiliarum quoque; fraudulenta suggestio. Ob id enim familiares nobis species assumunt, vt afinitate virtutum nocentes, facilius virus interferant, & innocentes quoque; per speciem honestatis elidant. Impossibile postea, so durumque; hoc studium prædicantes, vt dum onerosum esse videtur quod ceptum est, ex desperatione tædium, & ex tædio succedat ignauia. Idcirco propheta missus à Dño, in tuosa denuncians sublimi voce dicebat: Væ qui potat proximum suum subuersione turbida. Huiusmodi enim exhortamenta deprauatoria sunt itineris, quod ducit ad cœlum. Idcirco cum venisset Dominus ad terras, & vera de eo dæmones prædicarent (verè enim dicebant: Tu es Christus filius Dei viui) vociferantur ora claudebat, qui vinctas hominū linguas soluebat, ne cum præconio veri peruersitatis venena miseret, & vt nos eius exemplo, etiã si profutura suaderent, in nullo his commodaremus assensum, quia profectò non congruit nos post libertatem à Domino concessam, & scripturarum præcepta vitalia, à diabolo viuendi capere exempla, qui suum deserens ordinem, sacrum Christi temeratur imperium. Propterea etiam Dominus eum de scripturis loquentem iubebat tacere, quia peccatori dicit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Omnia dæmones simulant, colloquuntur saepe cum fratribus, & eos saepe conturbant, saepe inconditis excitant sonitus, manus apprehendunt, sibilant, insipienter cachinnant, vt vel in puncto peccati Christiani pectus introcant. Cumque ab vniuersis fuerint repulsi, ad extremum debilitate suam lamentatione restantur. Et Dominus quidem quasi Deus, & suae consueitudinis maiestatis, obmutescere his imperabat: nos autem vestigijs sanctorum inhaerentes, eandem gradiamur viam, qui memoratos subtilius fallacias peruidentes canebat: Cum cõsisteret aduersum me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & filius à bonis. Et iterum: Ego verò tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum vt homo non audiens. Christus silentiū vt Dominus imperauit, vt nos diabolo nihil credamus, & vincimus. Si orare cõpellunt, si ieiunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra cõsuetudine id agamus. Denique etiam si irruentes mortem nobis intantare videantur, ridendi potius sunt quam timendi: quia cum sint debiles, minantur cuncta, nec faciunt. Equidè de istis iam transitoriè me dixisse memini, tamè eadem explicanda sunt latius, quia non mediocriter adfert repetiti medellà. Adueniente Dño d: structus est inimicus, & omne penitus eius robur elanguit. Propter quod pristinae virtutis memor, quasi tyrannus iam senescens cum ruisse se videat, in pernicite grassatur humanam, nec tamen potest summo Deo pectus cogitationum, & ceterarum arte fraudum pervertere.

Nam

20. Et vobis tēpō
gic hereticis dicen-
tes: Querosus ex
dura nimis est mo-
nachus: virginis
mitas impōsibilibus
ostēdit se esse mem-
bra diaboli.

Nam luce clarius est cum aduersarij nostri, cum nec humana carne sint septi, vt causare valeant, idcirco nos à se non posse superari, quia clauso oculo interiori intrare non valeat. Et re vera si fuissent hoc fragili corpore colligati, obserua to in exitu, iidem negaretur accessus. Cum autem (vt diximus) hoc impedimento sint liberi, & obstruata penetrent, atque in omni libenter volent aere, manifestum est ob eneruationem eorum permanere Ecclesiae corpus illatum. Denique satellites impij cum principe suo diabolo, quem Saluator in Euangelio homicidam & patrem malitiae ab initio fuisse firmat, nobis aduersum se dimicantibus fortiter nullo modo celsissent, si potestas eorum non fuisset ablatam. Nam si mentior, cur nobis Satana, parcis, qui vbiq; discursis? Cur qui nullo claudens loco, aduersum te bene viuendum, & disputantium non potes labeactare constantia? Sed forte alle nos diligis, quos quotidie conaris obruere, aut credibile est te esse bonitatis magistru, & fauere magis optimis quam nocere? Et quid tam charum tibi esse potest, quam laedere, maxime eos qui tuis sceleribus viriliter repugnant, secundum quod scriptum est: Quia abominatio est pietatis peccatori. Quis tam fecudum ad malitiam possidet pectus? quis tam editas in plere conatur insidias? Scimus te impurissimum cadaver, scimus quia idcirco vitimus Christiani, & cõtra te nobis est secura congressio, quia infirmatus es à Domino. Ideo detur is confoderis iaculis, quia minationem tuam non sequitur effectus. Quod si fallimur, curcum in terrore simulato, cur magnitudine corporum nostram aggredieris fidem? si voluntatem sequitur possibilitas, tantum tibi velle sufficit. Is enim potentiae mos est, non extraneae fallaciae adiumenta conquirere, sed sua virtute implere quod cupiat. At nunc dū theatri mutacione formarum, quasi rudem infantiam scenica nitetis simulatione deludere, exhaustas vires manifestius probas. Nunquidnam verus ille Angelus coram Assyrijs missus à Domino, aut populorum eguit locierate, aut sonitus quaesuit, aut plausus, & non potius tacitam exercens potestatem, centum cõtangentia quinque millia hostium sermone velocius iuxta iustitiam Domini prostravit imperiū? Vos ergo cum fragiles sitis viribus, perpetuus vos consequitur interitus. At dicit aliquis: Cur diabolus egrediens beatum Iob omnem in ruinam impulit domum? cur eius opibus penitus dissi patis parietū quoque fundamenta subuertens, vnu in numero se sololis coaceruauit sepulchrum? cur ipsum ad extremum diu vulneris nouit e percussit? Qui hoc apponit, audiat è diuerso, non diabolus potuisse hoc, sed Dominum, à quo potestas aduersum nos dupliciter datur, vel ad gloriam, si probamur: vel ad penam, si delinquimus. Quin potius ex hoc animaduertat, ne contra vnum quidem hominè diabolū quicquam potuisse, si non potestate accepisset à Domino. Nullus enim, quod suae ditioni est, ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro, què nec experitū potuit vincere? sed nec cõtaturata quidè eius, nec cõtra oues, nec contra sues sine concessu Dei propriū robur exercuit, ut in gregem porcorum. Quomodo igitur qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei h omine, & tã charū cõditori animal suo valebunt iure peruertere? Magna, dilectissimi, diuersi in dæmones arma sunt, vita synce ra, & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto: Pertimescit si Satanas rectè viuendum vigilas, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanam gloriæ contemptum, humilitatè, misericordiam, iradominatum, & præcipuè, purum cor erga Christi amorè. Nouit teterimus coluber ex præcepto Domini sub iustorum se iacere vestigijs, qui ait: Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Si autem & diuinationem se habere simulant, venturos fratres nunciauerint, & affuerit quos venire prædixerant, nec sic fides est commodando mendacibus: ob id enim præcessere venientes, vt credulitas sibi pareat vt ex nuncio, & postea aditus ex credulitate fallacia. Verum in hoc nullum Christiano de herese miraculum, cum non tantū qui leuitate naturæ per cuncta discurrunt, valeant praenite gradientes, homines quoque egorū velocitate præfeci, nuntiant affuturos. Non enim ea quæ nondum fieri cepta sunt referunt, quia Dominus solus cõscius est futurorū, sed quorum cõspiciunt in actu initium, eorum sibi tanquam apud ignaros vendicant de futuris fieri rationem. Nam quantos nunc putatis, qui velocitate pueri istū ceptum, nostrumque contra se semones ante relatu alicuius hic positū longè manentibus indicare? Hoc quod dico nobis perspicuum fieri potest ex èplis, si quis à Thebaide aut alicuius regionis oppidò ceperit proficisci, & hunc dæmones viderint in itinere ambulante, pernicitate memorata possunt prædicare veniente. Ita & de Nili inundatione solenni, cum multas in Æthiopia viderint pluuia, è quibus fluuius intumescens ultra altitè effluere consueuit, præcurrentes ad Ægyptū nunciat annis aduèctum. Hoc autem & homines, si illi est celeritas esset tanta natura, facilius nuntiauerunt. Vt enim speculator beati David ad verticem loci celsioris ascendens, prior, quam hi qui in terra erant prospiciens venientes, non quædam incerta de futuris, sed de his, qui venire ceperant, nunciabat: sic & dæmones

tr. Quid dicit be-
retico? per times-
cit satanas rectè
viuentium vigilas,
as, orationes, ieiunia,
nia, voluntariam
paupertatè, quæ
tu spernis.

q. iiii cura perui-

cura peruigili omnia considerantes, rapido cursu sibi inuicem nunciāt. Sed si forte cōtigerit, vt Dei nura ad finē cōpra non veniant, hoc est, si aut viator e media regredatur via, aut suspensus nubibus aquae ad altum caeli cardinē deferatur, tunc decipientium vna cum credentibus error aperitur. Hæc gent. litatis fuere principia, his prælagatorum dolis apud delubra de monum quondā credebatur oracula, quæ aduentu Dñi noctu Iesu Christi indictio sibi silentio obmutuerūt, suolq; perdidere captiuos, Quis (rogo) arbitratur medicum ex obseruatione morborum, cum animæ estuantis incendia de venarum pulu, leuq; digitorum attacku, diuinam arbitratu habere noticiam? Quis gubernatorem navigationis suae viam inter caeli sydere requirentem, maiestatis honore veneratur? Quis agricolam de aridis aestatis feruoribus, aut de hyemali aquarum largitate, vel frigore disputantē, non potius experiētia laudat, quam Dei consecrat nomine? Verū vt concedamus paulisper vera dæmones nunciare, respondete mihi, quis fructus est nosse venientia? Nunquid aut sciens hæc aliquando laudatus, aut punitus est nesciens? In hoc vnusquisq; sibi præparat, seu tormenta, seu gloria, si vel negligat scripturarum mandata, vel faciat. Nullus ob id nostrū hanc arripuit viā, vt habeat præcipientiam futurorum, sed vt præceptis Domini obediens, amicus esse incipiat de seruo, Curandum est non præcire quæ veniunt, sed implere, quæ iussa sunt: nec institutionibus bonis hanc flagitate mercedem, cum magis debeamus victoriam contra diabolum ab auxiliatore Domino postulare. Sed si forte aliquis hoc libenter assumat, vt futura cognoscat, habeat purum cor, quia credo animā Deo seruiētē, si in ea perseverauerit integritate, qua renata est, plus scire posse quam dæmones. Talis erat anima Heliq; quæ aliis incognitas virtutes faciebat. Nunc iā cæteras vobis dæmonū explicabo fallacias. Solent nocte venientes Angelos Dei se fingere, laudare studium, mirari perseverantiam, futura præmia polliceri. Quos cum videritis, tam vos, 12. quam domos vestras crucis armate signaculo, & confestim solentur in nihilū, quia metuunt illud trophæū in quo Saluator aëreas expolians potestates, eas secit ostentui: Solent etiā varijs simulationibus mēbra torquere, & nostris prociaciter offerre se vā sibus, vt mentē pauore, & corpus horrore cōcutiant. Sed & in hoc fides Deo tuta & immota fugat eos, quali infirma, ludibria. Non est autē difficultis bonorū spiritū, malorūq; discretio, quæ sic Deo tribuētē, panditur. Sanctorum Angelorum amabilis & tranquillitas aspectus est, quia non contendunt, neque clamant, neq; audiet aliquis vocem eorum, verū tacitē, leuiterq; properantes, gaudij, exultationem, fiducia pectoribus infundunt, siquidem cum illis est Dominus, qui est fons & origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis, & placida Angelorum luce radiatur, tunc anima celestium præmiorum auditate flagrans, effra. & (si possit) humani corporis domicilio, & membris exonerata mortalibus, cum his quos videri abire, festinat ad cælum. Horum tanta benignitas est, vt si quis pro conditione fragilitatis humane, miro fuerit eorū fulgore perterritus, om nem cōtinuū, ex corde auferat metū. Ita Gabriel, cum Zachariæ loqueretur in tēplo, & Angeli cum diuinū virginis partū parturibus nunciarent, & qui dominici corporis agebāt excubias, securis videntium se mētibus ostendētes, ne metuerēt imperabāt. Metus enim non tantū ex pauore animi, quantū ex magnarū rerū sepe incurritur aspectu. Pessimorū verō vultus truces, sonitus horridi, lordidi cogitatus, plausus motusq; indisciplinorū adolescentū, vel lacronū, è quibus confestim timor animæ, sensibus stupor incurritur, odiū Christianorū, monachorū mœror, tædiumq; suorum, recordatio & metus mortis, cupido nequitia, lassitudo virtutis, cordis habitatio. Si igitur post timorem horrore concepto successerit gaudium, & ad Deum fiducia, atque ineffabilis charitas, venisse sciamus auxilium, quia securitas animæ præsentis maiestatis indicium est. Sic namque & Abraham Patriarcha videns Deum gauisus est, & Ioannes cum Mariam superuenisse sentiret, quæ in sacri ventris hospitio vniuersitatis gestabat parentem, exultauit necdum natus in gaudium. Si autē incussa formido permanerit, hostis est qui videtur, quoniam nec resouere nouit: vt Gabriel patientem virginem, ne timeat, iubet, & sicuti pastores nuncio consolati sunt, quinimo pauorem duplicat, & vsque ad profundam impietatis foueā, vt sibi homines prosternantur impellit. Exinde misera gentilitas dominicæ interdictionis ignara, falsō dæmones Deos opinata est. Christianorum autem populos his fallacis iri citri non passus est Dominus, qui diaboli in Euāgelio audacter sibi principatū omnij præsumētē repulit, dicens: Vade satanas, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Horum verborum etiam nobis licentia est tributa, quia idcirco locutus est talia, vt similitudo tentamentorum auctoris nostri frangatur eloquiis. Illud mei quoque charissimi, admoneo, vt vitæ magis sit vobis q̄ signorum sollicitudo. Nullus ex vobis hæc faciens, aut ipse superbia intumescat, aut despiciat eos qui facere non possunt. Conuersationem magis scrutamini singulorum in hac vita, & imitari vos quæ perfecta sunt, cōuenit, & implere quæ desunt. Nam signa facere non est nostræ paruitatis, sed Dñi potestatis, qui ad discipulos gloriantes

21. Crucis signa
culo tam vos quæ
Vestras domus ar
mate

gloriantes: in Euāgelio, ait: Ne gaudeatis quia dæmones vobis subiecti sunt, sed quod nomina vestra scripta sunt in cælis. Nominum enim in libro vitæ conscriptio, testimoniū est virtutis & meriti: expulsiō autē satanæ largitio Saluatoris est. Vnde his, qui non in vitæ laboribus, sed in prodigijs exultabant, dicentibus: Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? respondebit Dominus: Amen dico vobis, Non noui vos: Discedite a me operarij iniquitatis. Non enim nouit Dominus vias impiorum. Hoc ergo magnopere postulemus, vt donum spirituum discernendorum mereamur accipere, quod, secundum sententiam scripturarum, omni spiritui non credamus. Vouerā quidem iam finire sermonem, & silentio premere quæcumq; meæ acciderāt paruitati: sed ne puteris me frustra commemorasse, quæ euenire non possent, idcirco licet insipiens sim, tamen Dominus, qui secretæ mentis est inspector, nouit nō me causa iactantiæ, sed vestri gratia profectus hoc facere, pauca replicabo de plurimis. Quoties me nimis laudibus efferre conati sunt, cum à me in nomine Domini maledicta reciperent? quoties augmenta Nilii fluminis futura dixerunt, cum à me audirent. Et hoc ad vestram quid pertinet curā? Quoties mimicitates vt milites armati, scorpionibus, equis, beluis, & varijs serpentibus circūdeierunt me, & domum, in qua eram, repleuerunt, cum ego ecclera psallerem: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur: & statim misericordia Christi fugabantur. Quodā autem tempore cum ingenti luce venientes dixerunt: Venimus, Antonius, & dicitō citius impiorum lumen extinguebatur. Post menses autē paucos cum corā me psallerent, & de scripturis sibi met sermocinarentur, ego tanquā surdus non audiebam. Commouerunt aliquando monasterium meum, & ego mente immobili Dominum deprecabar: Sæpe strepitus, sæpe saltationes, sæpe sibilos ingesserūt, & me psallēte, sonus eorum in voces flebiles vertebatur. Credite mihi filioli, quod dicturus sum vobis. Vidi aliquando diabolum excelsum corpore, qui se Dei virtutem & prouidentia ausus est dicere, & ait ad me: Quid vis vt à me tibi donetur, Antoni? At ego sputū vi maxima in os eius iugē minās, totū me in eum Christi nomine armatum ingessi: Et statim ille procerus aspectu inter medias manus exoleuit. Ieiunanti etiā mihi visus est, vt monachus, & panes offerens his sermonibus suadebat vt velceret, & huic aliquid indulgerē corpusculo: Et tu, inquit, homo es, & humana fragilitate circundaris, labor paululum conquiescat, ne egritudo subripiat. Illico luridā faciem serpentis agnouit, & cum ad consueta Christi munimenta confugerem, tanquam per fenestram fumus laberetur, euauit. Auri quoq; decipulā mihi in deserto frequenter retēdit, quod ideo offerebat, vt aut visu irretiret me, aut tactu commacularet. Sæpe quoque me à dæmonibus non denego verberatū: Canebā autē sic: Nullus me separabit à charitate Christi. Ad cuius vocis auditum in se inuicē desidentes, non meo, sed Domini fugabantur imperio: qui ait: Vidi satanā quali fulgur cadentem de cælo, Hæc ego filioli, Apostolici memor eloquij in me transformauit, vt propositū vestrū nec dæmonū terror, nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniā ob vestram vtilitatem multa memorando insipiens factus sum, & huius rei vobis impertiri cupio notionē, quam verā esse nullus ambigat audientium. Pullauit aliquando dæmon monasterij ostium: egrediens video hominem enormi sublimitate porrectum caput vsque ad cælum. Cum ab hoc quisnā esset inquirem, ait: Ego sum Satanas. Et ego: Quid, inquam, hic quæris? respondit. Cur mihi frustra imputant monachi? cur mihi oēs Christianorum populi maledicunt? Et ego: Iuste faciunt, tuis enim frequenter molestantur insidiis. At ille ait: Nihil ego facio, sed ipsi se inuicē turbāt. Nā ego miserabilis factus sum. Rogo, nōne legisti: Quia defecerunt inimici frameq; in finem, & ciuitates eorum destruxisti? En nullū iam habeo locū, nullam possideo ciuitatem, iam mihi nulla sunt arma, per omnes nationes, ciuitatēq; prouincias Christi resonat nomen, solitudines quoque monachorum stipantur choris. Ipsi se, quæso, tueantur, & me sine causā non lacerent. Tunc ego Dei gratiā cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum: Non tuę veritati quæ nulla est, tam nouam, & tam inauditam adfero sententiā: nam cum fallaciæ caput sis, hoc sine mendacio coactus es cōfiteri. Verē enim Iesus tuas funditus subruit vires, & honore nudatus angelico volutaris in fordibus. Vix dum verba cōpleueram, & ille sublimis Saluatoris nomine deiectus est. Quæ ergo iam, o filioli, poterit residere cūctatio? quæ trepidatio manebit vltierus? Quis nos eorū turbo poterit conuellere? Securæ sint anime singulorum, nō sibi fingant vanas cogitationes, vana discrimina, non aliquis timeat à diabolo sublatum ad præcipitia posse deferri. Pellatur omnis anxietas. Dñs enim, qui nostros prostrant inimicos, manens, vt promisit in nobis, à varijs nos Satanæ munitis incuribus. En ipse diabolus, qui huiusmodi cum suis fatellitibus exercet astutias, nihil se posse contra Christianos fatetur. Iā curæ Christianorū & monachorū sit, ne per eorū inertia vires dæmonibus præbeatur. Nā quales nos & nostras repererint cogitatio.

17 Antonius flexis genibus orat &c.

montem demonum multitudine se vidisse referebant, ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem, & fortiter colluctantem. Qui tamē & aduenientes suo refouebat hortatu, & flexis genibus, 17 armis quoque orationum omnem Satanæ prosternebat exercitum. Admiratione plane dignum est in tam immani solitudine unum hominem nec demonum quotidianas expauisse confessiones, nec tantarum bestiarum quadrupedum, siue reptilium diuersæ celsissimæ feritatis. Iulius David cecinit: Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commouebitur in æternum. Immobilem & tranquillam retinens animi firmitatē, & demones fugabat, & feras (sicut scriptum est) secum pacificabat. Sed & diabolus, ut supradictus propheta ait: obseruans eum fremdebat dentibus suis: Et ille Saluatoris auxilio ab vniuersis tutus perseuerabat insidijs. Quadam ergo nocte cum peruigil Antonius obsecraret Dñm, tantos in monasterium eius bestiarum greges coaceruauit, ut omnes eremi beluas circum se aspiceret. Quæ cum rictu oris morsum corpori mitterentur, intellexit hostis astutias, dixitque: Si a Domino in me vobis est tributa licentia, deuorate concessum. Si autem demonum huc venistis impulsu, quantocius abite, quia Christi famulus sum: ita factum est, & iubentis vocem omnis bestiarum multitudo, quasi maiestatis verbere cæderetur, ausugit post hæc. Fluxerant tunc, & alia oritur cum eodem hoste certatio (nam semper ut venientibus pro his, quæ sibi detulerant, aliquod munusculum rependeret, laborabat) traxit quandam sportellam, quam texebat, triciam, siue funiculum. Ad cuius motum exurgens vidit bestiam pube tenus humanam faciem præferentem, quæ exinde in animam finiebatur. Post cuius aspectu vexillum crucis in fronte sua pingens, hoc tantum ait: Christi seruus sum, si ad me missa es, non fugio. Nullum in medio spatium, & statim informe prodigium dicto oculo cum satellitum turba fugit, & in medio cursu ruens extinctum est. Ista autem explosi mors atque enecatæ prodigij, demonum erat communis interitus, qui omni studio laborantes, Antonium a deserto deducere non valuerunt. Mirandis plus miranda succedunt. Non grande post ista tempus excesserat, & tantarum victoriarum homo fratrum precibus vincitur, a monachis enim rogatus ut eos dignaretur inuillere, vnâ cum his profectus est, impositis camelo aqua, & panibus, quia nusquam præter monasterij locum, ex quo hauserat, potabilis aqua per arenam viam reperiebatur. Verum in medio itinere bibendi subsidia defecerunt. Ardor nimis, æstus intolerabilis, morsu cuncta minantur. Circueunt, & quaerunt saltu collectâ pluuiis lacunâ, nihil profus remedij, nihil occurrit penitus ad salutem. Camelus quasi periturus & ipse æstans dimittitur, æstuantis pectus exurit, & sitis desperatione feruescit. Mouit senem fratrum cõmune discrimen, & vehemensissimè contristatus ingemuit. Dehinc ad solita precum auxilia cõfugiens, paululum ab eis secessit, ibique genibus flexis supplices manus tetendit ac Dñm. Nec mora, & ad primas rogatis lachrymas in orationis loco fons ebulliens erupit, ibique extincta sitis, & arenæ membra refecta sunt, & plenis vtribus inuentum potant camelum. Ita enim casu euenerat, ut camelus errans per eremum, dum funiculum trahit, in quodam lapide eiusdem funiculi alligatione teneretur. Tandem cõfecto itinere ad monachos, qui inuitauerant, peruenit. Tunc verò quasi Patri omnes obuiâ occurrerunt, & honorifico salutato in oscula eius, & amplexibus certatim ruunt. Proposita feruenti gaudet Antonius, & lætæcibus de aduentu suo cunctis, quasi xenia de mote portans, spiritualia impartitur alimenta. Laudat veterum studia, hortatur nouorum. Sororem quoque iam vetulam virginem videns, & aliarum puellarum magistrum, mira exultatione sustollitur. Exinde quasi diu abesse ab eremo, rursus festinauit ad motem. Plurimis iam ad illum venientibus, cum etiâ vexati à demonibus, malo necessitatibus coacti auderent deserta penetrare, quos ille cõsolans, & monachis in cõmune præcipiens, aiebat: Credite in Iesum, fideliter mente à malis cogitationibus, carnem ab immundicijs seruare purâ, & iuxta eloquia diuina, ne seducamini in saturitate ventris, odite vanam gloriam, orate sepius, psallite vespere, mane, & meridie, & mandata scripturarum reuoluite. Recordamini gestorum, quæ sancti quique fecerunt, ut exempli memoria animam incitet ad virtutem, refrenet a vicijs. Suadebat etiam iugi meditatione retinendum Apostoli sermonem, quo ait: Sol non occidat super iracundiã vestram. Non tantum autem super iracundiã solē occidere non debere interpretabatur, sed & super omnia delicta hominum, ne peccatorum vnquam nostrorum aut in nocte luna, aut in die sol testes abscederent. Illius quoque admonebat præcepti, quo memores esse dicit: Diudicate vosmetipsos, & probate, ut rationem diei notisq; facientes, si in se delictum deprehendisset, peccare desisterent: Sin autem nullus error decepisset, perseuerantes instarent potius incepto, quam arrogancia tumidi, aut alios contemnerent, aut sibi iustitiam vendicarent, iuxta supradicti doctoris eloquium dicentis: Nolite iudicare ante tempus, magis debere eos Christo, cui soli occulta patent, reserare iudicium. Multas esse (ut scriptum est) vias quæ videntur hominibus iustæ, sed fines earum ad profundum respicere inferni, sæpe nostra non posse nos intelligere peccata, sæpe falli in ratione gestorum:

18 Vide solitum modum orandi in antiquis quoque fuisse patribus.

19 Considera hæc Antonij præcepta ad monachos suos, & videbis si monachismus nosster res sit nouitas, an antiquissimus.

gestorum aliud esse Dei cuncta cernentis iudicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium indicat arcanis. Equum autem esse nos nobis compati, & iniucè onera nostra portare, ut concessio examine Saluatori, proprias conscientias nosmetipsos iudicantes intueremur. Nec non dicebat magnâ esse ad virtutem viam, si singuli vel obseruarent, quid gererēt, vel vniuersas cogitationes fratribus referrent: Non enim posse aliquem peccare, cum relaturus esset ad alium quæcumque peccasset, & subire pudorem in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem coram alio audere peccare etiam si peccet, tamen telum vitare peccati, mentiri magis & negare ei, & verus delictum nouo iniciando augeri delicto. Igitur quasi sub oculis agebat nostris, & cogitatu confundimur & actu, si omnia referenda faciamus, multo autem magis si peccata nostra fideliter describentes, aueramus in ordinem. Tunc verò annotatio delictorum fratrum videbitur oculis. Tunc timebimus peccati maculas, conscientia sibi nos arguent apices, & quomodo meretricibus membra miscentes confunduntur ad præsentiam cæterorum, ita & nos erubescamus ad literarum scripturas. Hæc agamus, hanc virtutis gradiam viam, & corpora mentibus subiugantes, perniciosas diaboli cõteramus insidias. Talibus sermonibus hortamentisque & venientes ad se monachos incitabat ad studij, & patrietibus condelebat, plurisque eorum Dominus per Antonium liberauit. Nunquam tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam, aut contristatus de oblesis ad hæc corporibus murmurauit. Magis autem eodem semper animo, & vultu manens, gratias Deo referebat, suadens occupatis ut correptionem, qua vexabatur, patientius ferrent: Non enim Antonij aut cuiusquam hominum omnino hanc esse medicinam, sed Dei solius, qui consuevit & quibus velle, & quo velle tempore dare sanitatem. Ita consolatione sua, & vexatos æquanimiter ferre tentationem, & iam liberatos non sibi, sed Deo gratias referre docebat. Fronto autem quidam vir ex Palestinis, qui infestissimo demonio vexabatur (nam et linguam eius laniabat dentibus, & oculorum nitebatur lumen extinguere) perrexit ad montem, rogabatque beatum senem, ut pro se Dominum rogaret. Orauit Antonius, dixitque ad eum, vade & curaberis. Illo incredulo sibi, & violenter ibidem contra præceptum remoranti eadem geminabat Antonius, dicens: Hic curari non poteris. Egrade, & calcata Ægypto statim te misericordia Christi cõsequetur. Tandem credidit, & profectus est, ac visa Ægypto, secudum promissionem senis, quam ei Dñs oranti reuelauerat, infestatio cessauit inimici. Virgo verò quædam, quæ à Tripolitanæ regionis ciuitate deuenerat, inauditis ac fiebilibus doloribus laborabat. Etenim narium purgamenta, oculorum lachrymæ, aurium putridus humor in terrâ cadens confestim in vermes vertebantur. Augebat calamitatem corpus paralyti dissolutum, oculos quoque peruersos contra naturam habens. Hanc parentes eius deserentes, cum ad Antonium monachos ire didicissent, credentes in Domino, qui pertinacem sanguinis fluxum in Euangelio tactu sibræ stare præceperat, rogauerunt ut miserabilem filia comitatum sulciperent. Illis renitentibus eam vsque ad Antonium perducere, remansere parentes eius suis cum filia debili apud beatum confessorē & monachū Paphnucium, qui effosis pro Christo oculis sub Maximiano persecutore, tali dehonestamento corporis plurimum gloriabatur. Peruenit igitur ad Antonium monachi: Cumque de morbo puellæ referre disponderent, relationem eorum senis sermo præuenit, & omnem debilitatis & itineris vsque ad sanctum Paphnucium causam, quasi ipse interfuisset, exposuit. Rogantibus autem eum monachis, ut parentibus cum filia permitteretur ingressus, non cessit, sed ait: Ite inuonietis puellam, si non est mortua, curatam: Et adiecit: Nullus debet ad meam humilitatem venire, quia largitio curationum non est humanæ miseriæ, sed Iesu Christi misericordiæ, qui vbiq; in se credentibus prestare consuevit auxilium. Quamobrem & illa, pro qua petitis, suis precibus liberata est, & cum ad Dominum orarem ego, mihi presentia sanitatis eius indulta est. Dixit, & verba eius puellæ incolumitatis secuta est. Nam exeuntes foras ad beatum Paphnucium, & filiam sospitem, & parentes lætos repererunt. Non multos autem post illos dies cum duobus fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, & vno siti mortuo, alter iaceret in terra mortem expectans: Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos monachos vocauit, qui forte ibidem sunt reperti, & festinatè præcepit, ut lagenam aquæ assumentes, inuaderent iter quod ducit ad Ægyptum, dixitque: Vnus è fratribus huc aduenientibus: modò migravit ad Dominum: alter si non succurreritis, addetur: hoc enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait, & iuxta præceptum eius monachi festinantes, extinctum corpus inueniunt, terraque id operientes, alterum rescissatum suo iunxerunt comitatu, erat autem spatium itineris vnus dies. Fortasse aliquis quaerat, cur non antequam moreretur, Antonius dixerit. In congruo prorsus Christianis argumento vitur, quia non Antonij, sed Dei iudicium fuit, qui & de recedente quam voluit sententiam tulit, & de sitiente reuelare dignatus est. Hoc tantum in Antonio mirabile est, quod in monte remotissimo sedens, corde peruigili cuncta procul posita Domino indicante,

A LOYSII LIPOMANI VERON.

200

præfeto Alexandria Dux Ægypti fuit, homo Arrianæ iniquitatis studioſiſſimus fautor, ita Christi Eccleſiam perſequeretur, vt animo veſano virgines, monachosque nudatos verberaret in publico, ad eum Antonius literas miſit, quarum iſta ſententia eſt: Video iram Dei venientem ſuper te: deſine perſequi Chriſtianos, ne te ira occupet, quæ proximum iâ tibi miſetur interitum. Legit infelix epistolam, & irriſit, atque in eam expuens proiecit in terram, portitores quoque multis aſficiens iniuriis, Antonio talia renunciarî præcepit: Quoniâ cura tibi tantopere monachorum eſt, etiam ad te mei vigoris tranſibit diſciplina. Sed conſeſtim minitatorum oppreſſit ſupplicium, & poſt quinque dies os eſtrenatum vitio diuina cõpescuit. Egreditur enim ad primam manſionem Alexandria, quæ appellatur Chæreum, cum ſupradicto Ægypti præfeto Neſtorio, vehuntur equis, quos inter omnes Balatius, cuius erant, maſtuetiſſimos nutrierat. Cùm ergo pariter ſolito libimet equi alluderent, mitior, quo Neſtoris vehēbatur, morſu repentino Balatium decuſit in terram, ac ſic in eum inhians lemora eius lacerauit, atque corroſit, vt ſtatim relatus ad ciuitatem poſt tertium diem moreretur, vniuerſique agnoſcerent minarum ab Antonio prædicarum effectum quârocioſius cõſecutum digno perſecutoris ſine completo. Cæteros ad ſe venientes mira cum modeſtia Antonius admonēbat, vt obliſa ſeculi dignitate, remotioris vitæ beatitudinem appeteret. Si qui autem maioris poteſtate premebantur, nec poterant obtinere iuſticiam, ita eos obnixè defendebat, vt ipſe pro illis pati videretur iniuriam. Multis vtilis fuit præclari ſenis oratio, multi magnis diuiciis, & altiori militiæ gradu derelicto, eius adheſere curricula. Et vt inſinita breui ſermone comprehendam, bonum Ægypto medium Chriſtus indulſerat. Quis non triftitiam apud Antonium mutauit in gaudium? Quis non iram vertit in pacem? Quis orbitatis luctum non ad eius temperauit aſpectum? Quis non merore paupertatis, quo premebatur, abiecit ſtatim, & diuitum deſpexit opulentias, & in ſua lætatur eſt paupertate? Quis poſt laſitudinem monachus non eius iuuatus eſt hortatu? Quis adoleſcentiæ ætatis accenſus ardoribus, non ex eius admonitu pudicitia amator fuit? Quis vexatus à diabolo ſine medela rediit? Quis inimici cogitationibus diſtractus, cœca tempeſtate ſopita, ſereno non reſreſſus eſt animo? Sciebat enim quo quilibet laboraret incommodo: & ex vitæ meritum diſcretionem ſpirituum agnoſcens, adhibebat morborum, prout erant vulnera, ſaniſationem. Vnde effectum eſt, vt poſt eius doctrinam omnes diaboli panderentur inſidiæ. Multæ quoque, & deſponſatæ puellæ ad eius conſpectum ab ipſo penè thalamo recedentes, in Eccleſiæ matris gremio conſederunt. Quid plura? Totius orbis homines ad eum conſuebant, & vniuerſarum gentiũ varietas bellicoſiſſimam contra dæmones virum conſpicere geſtiebant. Nullus de ſuſtra illuc venire conqueſtus eſt, omnibus delectabile, atque iucundum laboris commercium fuit. Fatigatio enim itineris emolumentum viatici reportabat, ſicut rei probauit effectus. Nâ poſt reſolutionem eius, quaſi communis vulneris orbitatis excepto, proprium ſinguli patientem luxerunt. Quis autem ſinis vitæ eius fuerit, dignum eſt & me commemorare, & vos cum deſiderio audire, quia & hoc imitabile in eo cunctis fuit. Iuxta cõſuetudinem ad viſendos fratres, qui in exteriori monte erant, venit, ibique à diuina prouidentia de ſua morte cõdiſcens, ita exorſus eſt. Vltimam, ſiſtoli, patris audite ſententiam: non enim arbitror quod in hoc ſeculo iterum vos viſuri ſimur. Cogit conditio naturæ, vt poſt centenarium numerum, quem annis quinque ſupergeſtor, iam reſoluar. Ita locutus eſt audientium pectora cõtriſtauit, gemitus, lachrimæque dicta necerentia conſecutæ ſunt. Amplexabatur eum vniuerſi, quaſi iâ de ſeculo reſeſſurum. At ille tanquam aliena deſerens, ad propriam patriam profecturus, magna cum lætitia præcipiebat, deludia inſtituto non debere ſubreperere, ſed tanquã quotidie moriturus, vt ante prædixerat, à ſordidus cogitationibus animam cuſtodire, & omnem æmulationem ad ſanctos quoſque conuertere, ad Meletianos verò ſchiſmaticoſque, ne propè quidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiqua peruerſitatem: neque eum Arrianis communionem iungamini, quia impietas eorum iâ omnibus manifeſta eſt. His etiã illud addebat, nullum debere Chriſtiani, cùm ſeculi viderit poteſtates pro Arrianorũ, & Meletianorũ pugnare nequiria, à Chriſti terriſſis diſcedere veritate: mortaliũ illa eſſe deſenſionem, nec diu fallacè permanere poſſe phantaſiã. Quapropter aiebat: Cuſtodienda eſt pia fides in Chriſto, & patrum religioſa traditio, qua ex ſcripturam lætione, & crebro meæ paritatis didiciſtis admonitu. Finito ſermone, fratres eum vehementiſſimè retardabant, glorioſo patris cupientes termino decorari. Sed multas ob cauſas, quas & ſilèrio demonſtrabat, præcipuè tamen ob præſumptam Ægypti cõſuetudinem cõtradixit. Mos etenim Ægypti eſt, nobilitatem & præcipuè beatorũ martyru corpora linreamine quidè oba uoluere, & ſtadium funeri ſolium non negare: terra verò non abſcedere, ſed ſuper lectulos domi poſita reſeruari. Hunc honorè quieteſcentibus reddi, inueteratæ cõſuetudinis vanas tradidit. De hoc Antonius ſape & Episcopos deprecatus eſt, vt populos Eccleſiaſtica conſuetudine corrigerent, & laicos viros, ac mulieres rigidius ipſe conuenit, dicēs: Nec licitum hoc eſſe,

28. Antonius abſtrahēbat puellas deſponſatas a nuptiis ad virginitatem. Noſtri autem heretici virgines Deo dicatas a moſtiferis ad nuptias remocant.

29. Prima parte vltimorum verborũ Antonij ad monachos ſuos fuit, ne commiſcerentur hereticis, ſed ad ſolos conuerterent omne ſua in vniuerſionem. Secunda, ut cuſtodirent piã fidẽ in Chriſto, & patrum religioſam traditionem. Et tãtũ heretici noſtri temporis audent dicere eam non eſſe ſeruantã, quia puera doctrina & mada data hominũ, que Chriſtus damnat. Quasi Dominus leſus Chriſtus de ſancti traditio.

eſſe, nec Deo placitum, quippe cùm patriarcharum, & prophetarum ſepulchra, quæ ad nos vſque perdurat hæc facta conuincerent. Dominici quoque corporis exemplum oportere inueneri iubebat, quod in ſepulchro poſitum lapide vſque ad reſurrectionis diem tertium clauſum fuerit. Atque hiſ modis vitium circa deſunctos Ægypti, 30 etiam ſi facta eſſent corpora, coarguebat, dicens: Quid maius, aut ſanctius corpore poteſt eſſe Dominico, quod iuxta cõſuetudinem gentium cæterarum humo conditum eſſe ſcimus? Hæc iuſta perſuaſio multorum inſitum euellit errorem, & reſpoſitis in terra cadaueribus Domino gratias pro bono magiſterio reſtulerunt. Metuens ergo conſuetudinem ſupradictam, ne eodem etiam circa ſe laberentur errore, celeriter valedicens monachis qui conſuxerant, ad amicam virtutis habitaculum repedaui. Poſt meſes autem paucos, cùm non mediocri incommodum ſenilia mēbra tui baſſet, vocatis ad ſe duobus fratribus, quos ibidem ante quindecim annos modico interuallo ſeiuictos inſtituerat, quique etiã ei iam ſeni cõperant miniſtrare, ait: Ego quidem, ſiſtoli, ſecundum eloquia ſcripturarum, Patrum gradior viam: iâ enim Dominus me inuitat, iam cupio videre cœleſtia: ſed vos, o viſcera mea, ad meone ne tanti temporis labore repente perdaris. Hodie vos religioſum ſtadium arripuiſſe arbitramini, & cœptæ voluntatis ſortitudo ſuccreſcet. Varias dæmonum noſtris inſidias, vidisti eorum & impetus feroces, & vires effeminatas: ſeſum ſuſpirate, & credulitatem nominis eius veſtris figite mentibus, & à certa fide vniuerſi dæmones fugabuntur. Mementote etiam admonitionum mearum ſine cunctamine tribuatur. Schismaticorum 31 quoque, & hereticorum venena vitate, meumque circa eos odium ſeſtaminum, quia Chriſti ſunt inimici. Scitis ipſi quod nullus mihi nec paciſentem ſermo cum eis aliquando fuerit propter prauam eorum voluntatem, & pertinax contra Chriſtum bellum. In hoc autem magis eſtote ſolliciti, vt Domini præcepta ſeruetis, & poſt mortem veſtram ſancti 32 quique, quaſi amicos & notos, in æterna vos recipiat tabernacula. Hæc cogitate, hæc ſapite, hæc retexite: & ſi qua mei vobis cura, ſi qua Patris memoria eſt, ſi mihi vicarium repēdatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliquias, ne vano corpore honore ſeruetur, ne vituperari ritus à me, vt nēſtis, etiam circa me ſeruetur obſequia, huius enim rei gratia maximè huc ſum reſreſſus. Vos igitur humo tegite, vos patris opere corpusculum, & illud quoque ſenis veſtri cuſtodite madaurum, vt nemo præter veſtrã dilectionem locum tumuli mei nouerit. Conſido in Domino, quia neceſſario reſurrectionis tempore hoc corpusculum reſurgit incorruptum. Veſtimetorum autem meorum ſit iſta diuiſio: Melotem, 33 & pallium tritũ, cui ſuperiaceo, Athanaſio Episcopope date, quod mihi nouum ipſe detulerat. Seraphion Episcopopus aliam accipiat melotem: vos cilicium habetote veſtimentum, & valet, viſcera mea: Antonius enim migrat, & iam non erit in præſenti ſeculo vobiscum. Verba finierat, & oſculantibus ſe diſcipulis, extendens paululum pedes, mortem lætus aſpexit, ita vt ex hilaritate vultus eius Angelorum ſanctorum qui ad preferendam animã eius deſcenderat, præſentia noſceretur. Hos intuens, tanquã amicus videret, animam exhalauit, & additus eſt patribus, ſecundum ordinem ſcripturarum, ſeruaauerunt madaura diſcipuli, inuolutum, vt præceperat, corpus humo operientes: & nemo interim vſque ad hãc diem, præter eos, vbi ſit conditum nouit. Legatarius aut Antonij benedicti, qui tritũ pallium cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonij muneribus amplectitur, & tãquam magna hæreditate ditatus, lætanter veſtimento recordatur imaginem ſanctitatis. Hic Antonio vitæ terminus fuit, iſta principia meritum, quæ licet pariori, vt prædixi, ſermone narrauerim, tam ex hiſ poteſtis aduertere, qualiter homo Dei à pueritia ad ſenectam vſque peruenerit, & quod omni ſemper dubitatione calcata, nec languore quicquã ætati aliquando conceſſerit. Magis autem æqualitatem propoſiti tenens, nec veſtimento mutauit, nec pedes lauit, nec eſcam ſeſtatus eſt molliorem: oculorum quoque aciem, & numerum dentium, licet paululum ob eſtatem viderentur attriti: nec non & pedum inceſſum, totumque etiam corporis firmitatem, ita, & contra iura naturæ meritõ gratia cuſtodiuit, vt lauatorum corporũ, quæ balneis, atque delitiis conſouentur, hilarior eius caro videretur. Hoc etiã fratres, quod per omnes provincias amor eius, famaque volitauit, quæ nec librorum diſſeminatorum oratio luculenta, nec mundanę ſapientię diſputatio, nec nobilitas generis, nec opũ inſinita congeſtio commendauit, cui omnium ore eſt adſcribendũ, niſi Chriſto, cuius hoc donũ eſt? qui deuotos eius animos erga ſua præuidens maieſtatẽ, hominẽ alio penè orbe celatum, & inter tãtas poſitum ſolitudoſ, Africa, Hiſpaniã, Galliã, Italiã, Illyricũ, ipſi etiam, quæ vrbium caput eſt, Rome, vt in exordio præmiſerat, demorſtrauit. Creatoris eſt iſta benignitas, qui ſanctulos ſuos, licet nolentes, nobilitate conſueuit, vt virtus poſſibiliter, nec vltra humanã eſſe naturã ſanctorũ doceatur exemplis, & ad beatę vitę imitationem ex fructu laboris optimus quiſque impellatur. Hunc itaque fratribus librũ magnopere perlegere curate, vt agnita fidelit

30. Antonius deo cui deſer. Hos & a gypti terra condi, etiam ſi ſanctorum eſſent corpora.

31. Cauendã como munio cum hereticis.

32. Vt ſancti poſt mortem in æterna vos recipiant tabernacula.

33. Ecce qualis Antonij veſtitus.

fidei vita sublimium monachorum, sciant quod saluator noster Iesus Christus glorificatus se glorificat, & seruientibus sibi non tantum regna caelorum, sed etiam hic in ipsis montium secretis latere cupientibus, famam tribuit nobilitatem, scilicet ut & ipsi fruantur laude meritorum, & caeteri eorum prouocentur exemplis. Si autem necessarius fuerit, & gentibus legitur, ut vel sic agnoscant, quia Dominus noster Iesus Christus non solum est Deus Dei filius, sed etiam his, qui eum solliciti colunt, & in eum fideliter credunt, hanc dedit potestatem, ut daemones, quos illi deos esse arbitrantur, conculcent, atque eiiciant, deceptores scilicet hominum, & totius corruptionis artifices.

Habetur lib. 1. Histories Tripartitae cap. 11.

ITEM VITA D. ANTONII, PAVLI,

Simplicis, Amos Aegyptij, Theodori, & Eurychiani monachorum discipulorum eius, per Casiodorum Senatore scripta.



Ozomenus. Per Niceni tempora Consilij praecipue insignissimam Ecclesiam demonstrauerunt, & dogma dilatauerunt, vitae virtutibus, qui conuersatione monachica illo tempore fruebantur. Vtilissima namque res ad homines venit adeo ista philosophia, quae multarum doctrinarum & dialecticæ artis studia despiciat, tanquam sit minuta, & melioris operis tempus impediatur, atque ad recte viuendum nihil ostendat. Haec ergo philosophia conuersatione miranda, naturali simplicique prudentia docet omnino quae nequitiam perimant, & operentur vitia. Non enim praedicat virtutem, sed magis exercet, nihil pendens humanam gloriam, viriliterque resistens passionibus animae, & neque naturae necessitatibus se subdit, nec corporis infirmitati succumbit. Diuinae virtutis mentem habens, semper contemplantur omnium creatorem, & eum nocte dieque colens, orationibus & letaniis placat & letaniis placat. Anima vero puritate, & bonorum actuum conuersatione ad ministeria se diuina componens, purgationes, asperionesque contemnens, solas vero pollutiones peccata putans, extrinsecus irruentes castis exuperat, & omnium absolute huiusmodi dominatur. Non per stabilitatem, necessitatemque vitae quilibet voluntate mutatur; non mala patiens vlciscitur, non languore aut indigentia necessarium compressa mordetur, sed potius gloriatur in talibus. Patientiam, mansuetudinem, & diocritatem, in omni vita meditatur, & quantum naturae humanae possibile est, Deo esse vicinum; veluti in transitu vitens praesentibus, neque circa possessionem rerum occupata constringitur, neque ultra quam opus est in praesenti providere forsitan urgetur. Semper aut simpliciter & exercitium huius institutionis laudans, beatitudinem contemplantur æternam, & ad felicem terminum omni viuacitate festinat. Timore diuino sine intermissione suspirans, turpiloquia repuens, & nec vlg; ad vocem emittere patiens, quorum actiones suis actibus noscitur exolvere. In breui comprehendens necessaria naturae, & cogens corpus medicocribus indigere, castitati luxuriam subdit; iniustitia punit iniustitiam, & veritate mendacium. Disciplina rerum omnium mensuras participatur; cum proximis in vnanimitate & communie consistit; amicorum prouida est atque peregrinorum; quae propria sunt, communia facit egentium, & tuetur vitia singulorum: neque gaudentibus importuna, & tribulatis remediū consolationis apponens. Ad verum bonum diligentia suam semper extendens, sermonibus castis sapientibusque consiliis, ornatu ac vano eloquio remotis, erudiens, atque curans veluti quibusdam medicaminibus audientes, cum honore & reuerentia dispositiones suas celebras, contentione, certaminibus, iraque priuata. Nam cum sit rationalis, omnem motu irrationali fugit, generaliter passionis corporis deuincit & animae. Huius itaque elegantissimae philosophiae princeps quidem fuit, sicuti quidam dicunt, Helias propheta, & Baptista Ioannes. Philo autem Pythagoricus suis temporibus refert vndique egregios Hebraeorum in quodam praedio circa stagnum Mariam in colle posito philosophatos, habitaculum verò eorum & cibos conuersationem talem introducit, qualis & nos nunc apud Aegyptiorum monachos esse conspicimus. Scribit enim inchoantes eos ad philosophiam, 3 cedere omnibus sibi competentibus rebus, cunctisque; abrenunciare permixtionibus, & extra muros in solitariis agris & hortis inhabitare. Domos autem esse esse sacra, quae apud nos monasteria nuncupantur; & in eis conuersatione solitaria honesta celebrare mysteria, diligenterque psalmis & hymnis placare diuinitatem: & ante solis occasum non gustare cibum, alios autem per tres dies & amplius; caeterisque diebus in paupere habere cubilia, vino semper & sanguine habentibus abstinere, cibum eorum esse panis & salis, & hysopi, & potum aquae; Mulieres eis cohabitare, seniores virgines propter amoris philosophiae spontanea voluntate nuptiis abstinere. Et Philo quidem hoc modo referens, videtur aperire, quia hi qui ex Hebraeis secundum eum Christiani sunt facti, adhuc haud

1. Monachos res utilissima, philosophia a Deo ad homines descendens, qui vitam virtutibus Christianam dogma dilatauit, & Ecclesiam Dei maxime insigne reddidit. Haec notens haereticus nostri.

2. Hic vos appello quos quos religioni & institutis monasticis bellum perpetuum indixistis, pro maiori parte ferre huius sanctae discipline, desertores. Et qui later cetera iactatis, observationes monasticas non esse opera constitutorum, & aristissimum genus monachorum ponere religionis fastidium in ceremoniis exterioribus, in iudiciis superstitiosis, in hypocrisis & falsis opinionibus. Videre quo omnes vestrae blasphemiae haec in loco detegantur & confirmantur, eum in sancta, tam synecrota, tam demum Christiana haec professio esse ostendatur.

3. Vides hic voluntariam Monachorum paupertatem, acerbissimum perpetuum, miram abstinentiam cum ciborum detractu, secessionem & frequentes orationes: Quae quidam garriat Apostate nostri.

daice viuerent, eorumque constitutiones seruarent. Apud alios enim non inuenitur huius vitae conuersatio. Vnde conicio ex illo apud Aegyptios hanc philosophiam habuisse principia. Alij vero dicunt huic causam fuisse conuersationi persecutiones, quae religionis causa per tempora prouenerunt. Et quoniam fugientes in montibus & vallibus desertorum; morabantur ad modum se vitae huius assueuerunt. Sed siue Aegyptij, siue alij quidam huic ab initio philosophiae praeserunt, illud tamen apud omnes constat, quia ad summam reuerentiam atque perfectionem, moribus exercitationibusque decentibus, hanc conuersationem usque perduxit Antonius maximus monachorum, quem tunc in desertis Aegypti morantem propter gloriae virtutis eius, Imperator Constantinus amicum fecerat, literis honorabat, & ut pro quibus vellet ei rescriberet, expetebat. Fuit autem iste vir Aegyptius genere, ortus insigni vico in loco Hieraciaci apud Aegyptios constituto. Is puer relictus orphanus paternis donauit agros conuicaniis suis; aliam vero substantiam disponens, pretium pauperibus erogauit, studiosi existimans philosophiam, non solum semetipsum spoliare pecuniis, sed eas dispensare proficue. Iunctus autem studiosi secundum se viris, virtutes zelabatur vniuersorum, probans bonam vitam suauem fieri ipsa consuetudine, licet fuerit primo difficilis. Modos adinueniebat abstinentiae potioris, & quotidie exercitatione crescebat. Tanquam semper incipiens aliquid innovabat, afflictionibus corporis puniendo libidinem, sacrae vero sapientiae voluntate passionibus animae repugnanda. 4. Erat enim eius esca solus panis & sal. potus aqua, prandiumque tepus, solis occasus. Frequenter enim duos & amplius dies sine cibo manebat. Vigilabat (ut ita dicatur) semper quidem iugi nocte, & orationibus contingebat quidem diem. Si vero somnus incumberet, stando paululum dormiebat, plerumque pavimento iacens, solumque terram stratum refectionis habens; olei siquidem vntionem, laucrorum aquae similium vsum modis omnibus euitabat, quia humectatione sua in molliciem robur corporis immutarent. Aiunt enim neque nudum eum aliquando visum, sed propterea neque sciebat, neque mirabatur, sed potius mentem bonam tanquam antiquiorem literis, quarum tamen inuentorem iure laudabat. Fuit autem praecipue clementissimus, castus, fortis, gratus colloquutionibus sine vlla tristitia. Et licet qui cum illo disputarent, certatiue quaestiones inferrent, tamen more solito sapienter & disciplinabiliter crescentem sedabat saepe contentionem, & ad mensuram delibitam protinus transferebat. Loquentiumque sibi strepitum temperabat, eorumque mores, veluti quadam regula componebat. Tantis itaque virtutibus diuinae prouidentiae redundans, se futura praescire non aestimabat esse virtutem, & propterea nec laborandum inaniter circa praesentia suadebat, quando nec ignorantem futura poene succumbere, nec scientem propterea sanctum esse declarabat. Veram namque beatitudinem in cultura Dei & legum eius obseruatione dicebat. Si cui autem haec esset cura, docebat ut purgaret animam quod posset inspicere, & futurorum notitiam possidere, Deo videlicet praescientiam declarante. Vacare autem nec ipse patiebatur, & bene victurum semper operari praecipiebat: ac semetipsum discutere, & secum ponere rationem eorum quae gessit die noctuque: si quid autem indecens ageret, confiteretur, ut de caetero parceret in delicto, semetipsum scilicet erubescens, si plurima sui delicta comperisset, simul etiam metuens, ne per conscriptionis iudicium fieret aliis manifestus. Erat enim laboriosus, & maxime pro solatiis oppressorum. Quis etenim alter sic feruentissimè fuit studiosus, quorum gratia saepe veniebat ad ciuitates? Plurimi namque sic compellente cogebant eum legatione fungi apud iudices & magistratos, quorum singuli vel videre eum iudicabant nimis egregium. Loquentem audire, & praecipiente parere gloriosum. Qui cum talis esset, studebat tamen ignorari & latere per eremum. Si verò necessitate faciente venisset in ciuitatem disposito negotio pro quo venerat, ad desertum continuo reuertebatur. Piscis namque dicebat pro humectatione nutririi substantiam, monachis autem ornatum ferre solitariam vitam. Et sicut illi terrae actu tabescunt, sic gloria monachorum ad vrbes accedendo foedatur. Obediens verò se gratumque conspicientibus exhibebat. Studebatque ut neq; haberet tumentem superbamque naturam, nec putaretur eiusmodi. Sed haec quidem pauca virtutum Antonij dicere sum compulsus, ut tanti viri per haec exempla consideremus philosophiam. Plurimos autem atque probatissimos habuit auditores, quorum alij quidem in Aegypto & Lybia, alij verò in Palestina & Syria & Arabia clauerunt; & vnusquisque eorum non minus se quam doctor, apud quos & commoratus, exercuit, multosque docuit, & ad similem virtutem, philosophiamque perduxit: ita ut quorundam hic labor esset circuire per ciuitates, & provincias, vel per agros, & diligenter Antonij discipulos eorumque requirere successores. Sed quomodo poterant inueniri facile, quibus erat studium diligentissimum sua vita latere, & non sicut plurimi nunc hominum elati per gloriam, semetipsos expompan, & cunctis insinuat? Fuerunt itaque probatissimi discipuli, quos percepimus Antonij; alij quidem multi, necnon & Paulus appellatione Simplex. Hunc autem cum rusticus esset, bona specie coniungere

4. Hic tu quae bilateras ceremonias ostendit, quae in vestitu vestitque et aliis obseruantia monachorum exhibentur, neque res ridiculas et recenter consitas. Quid ad haec dicitis pauper homo, cum tantus vir Antonius eas omnes apprehenderit, & ad summam perfectionem praeserit.

5. Et tu aures didicere, acutissimum genus monachorum ponere religionis fastidium in ceremoniis exterioribus, in iudiciis superstitiosis, in hypocrisis & falsis opinionibus. Videre quo omnes vestrae blasphemiae haec in loco detegantur & confirmantur, eum in sancta, tam synecrota, tam demum Christiana haec professio esse ostendatur.

6. Vides hic voluntariam Monachorum paupertatem, acerbissimum perpetuum, miram abstinentiam cum ciborum detractu, secessionem & frequentes orationes: Quae quidam garriat Apostate nostri.

habuisse,

habuisse, & ea in ipso facinore adulterij deprehensa, tacite subripsisse, & iureiurando firmasse nunquam se cum ea esse miscendum. Tum ad adulterum: Habe, inquit, eam: Et repente discessit ad eremum ad Antonium. Dicunt enim eum mansuetissimum & patientem valde fuisse. Deinde cum iam senex esset ad vitam monachicę perduratiōis insuetus, omnibus eū Antonius experimentis exercens, in nullo inuenit inferiorem, perfectęque eum philosophię esse testatur, seorsum præcepit habitare, tanquam non egentem doctore. Confirmabat autem Deus Antonij testimonium, & operibus ostendebat virum esse gloriosum, & ipsoque doctore superiorem, atque ad affligendos & expellendos demones præparatum. Circa hoc itaque tempus philosophabatur & Amos Ægyptius, de quo sermo fertur, quia cogentibus parentibus duxisset uxorem, nec tamen eam fuisset expertus. In principio namque nuptiarum sponsam tanquā sponsus in thalamo percipiēs, & solus cum ea remanens, ait: Nuptiæ quidem (sō mulier) nostræ vsque ad hoc celebratę sunt tempus. Et quale bonum sit posse virginem permanere, ex sacris edocebat literis, ac seorsum solus manere tentabat. Sed quoniam de virginitate quidem sermones virgo laudauerat, diuidi autem ab eo graue iudicabat, in aīo cubiculo dormiens, annis decem & octo cum ea mansit, neque tunc ad monachicā abstinentia se suspendens. Interea mulier viri zelata virtutem, estimauit non esse iustum tantum virum domi cæleri propter se, sed oportere potius seorsum utrumque, philosophari, & ob hoc supplicauit viro. At ille gratias agens Deo pro eiusmodi cogitatione mulieris: Tu quidem, inquit, hanc habe domum, ego mihi aliam fabricabo. Et in meridianam partem deserti stagni Marię veniens, circa locum Scyti, ad montem qui dicitur Nitrię, duobus, & viginti annis ibi philosophatus est, annis singulis visitans secundō mulierem. Huius itaque sacratissimi principis horum monasteriorum, multi fuerunt dignique discipuli, sicut successiones ostendunt plurimęque & veneranda per eum prouenerunt, quę præcipue apud Ægyptios monachos perfectęque seruantur. Nam cum maxima diligentia per successiōnem traditionis alterutrę curant virtutes antiquorum memoria tradere monachorum: sed à me illi memorandi sunt, qui ad nos vsque peruenierunt.


Contigit igitur huic viro & Theodoro eius discipulo, euntibus aliquod transire flumen quod dicitur Lycum. Ne verò alteruter se nudum videret, iussit Amos vt recederet Theodorus. Cūque etiam semetipsum erubesceret nudum intuens, repente diuina virtute translatus est ad ulteriorem ripam. Transiens verò Theodoros æquum, & videns nec vestē eius nec pedes infusos, supplicabat seni vt ei causam rei depromeret. Cūque ille dicere resitaret, ille verò non aliter se properaturum nisi cognosceret, promittente Theodoro nulli se eo viuō rē fore dicturum, confessus est quod etuenit. Proximum verò miraculum huic quoque rei cōtingit quod narrabo. Iniusti parentes alicuius à cane rabido percussum filium & pene moriturū obtulerunt ei, & euilanter deprecabantur vt curaretur. Tum ille ad eos: Nō eget, inquit, mea curatione, sed vos si vultis reddere bouem quem rapuistis dominis suis, ægrotus repente sanabitur, quod etiam contigit. Nam vt restitutus est bos, palsio mox recessit à puero. Quādo autem Amos iste moriebatur, dicitur Antonium vidisse animam eius in cœlum ferri, diuinis potestatis cum psalmodia præcedentibus eam? cōsulentibusque eis qui circa eum erāt causam huius miraculi, non abscondit. Sciebant enim quoniam aere intento obrutu respiciens, cum stupore miraculi cuiuspiam respiceret visionem. Cūque venientes postea quidam de Scyti nunciaissent horam visionis Antonij, & conuenisset cum transitu illius viri, beatificauerunt ambos: illum quidem, quia ad manifesta bona transisset, illum verò, quia tantā à longē meruisset cernere visionem. Multorum enim dierum iter est locorum medio positum, quo debebat alteruter. Et hæc quidem ita relata sunt. In hoc itaque præsalutu audiui probatissime philosophatum Eutyechianum, qui in Bithynia circa Olympum morabatur. Erat quippe gratia diuina repletus, ad curationes passionum & miracula rerum & operum, ita vt ipsi Constantino propter virtutem vitę amicus esset. Illo quidem tempore vincētus quidā Spatarius, qui in suspicionem venerat quasi assumpta tyrannide, fugit, & requilitus circa Olympum cōprehensus est. Rogantibus autem necessariis eius Eutyechianum, vt pro eo ad principem legatione fungeretur: Prius, inquit, prouidendum est, vt is homo liberetur à vinculis, ne crudeliter confictus intereat. Tūc dicitur ad vinculorum direxisse cultos des, rogās vt eum ab huiusmodi necessitate releuarent. Qui cū hoc facere noluisset, sponte ianue clausę referatę, & vincitī catenę sunt repente disruptę. Postea verò ad principem veniens Byzantij tunc agētem, paratissime beneficium promeruit quod poposcit. Non enim poterat Constantinus eius petitionibus denegare, cū ei summi honoris cūmulum exhiberet. Hęc itaque breuiter à nobis dicta de monachis, qui tunc clarē sunt philosophati, sufficiāt. Cui verò de his subtilior cura fuerit, quęrens inueniet plurimorum vitas hic non esse conscriptas.

VITA

VITA BEATI ANTONII SVMMATI

tim delibata, & de conuersiōe duorum iuuenum ad lectiōnem vitę eius, per diuum Augustinum Hippo-nensem Episcopum.

Habetur lib. 9. cap. 6. Confessionum eiusdem.



VODA M die, non recolo causam qua erat absens Nebridius, cū me ad nos domum venit, & ad me, & Alipium Potitianus quidā cuius noster inquantum Afer, præclare in palatio militans, nescio quid à nobis volebat. Et concedimus vt colloqueremur, & fortē supra mensam lutoriam, quę ante nos erat, attendit codicem, tulit, aperuit, inuenit Apostolum Paulum, inopinatē sanē: putauerat enim aliquid de libris, quorū professio me conterebat. Tum verò arridens, meque intuens, gratulatoriē miratus est, quod eas & solas præ oculis meis literas repentē comperisset. Christianus quippe & fidelis erat, & sæpe tibi Deo nostro, psternebatur in Ecclesia crebris & diuturnis orationibus. Cui ego cū indicassem illis me scripturis curam maximam impendēre, ortus est sermo ipso narrante de Antonio Ægyptio monacho, cuius nomē excellenter clarebat apud seruos tuos, nos autem vsquē in illam horam latebat. Quod ille vbi comperit, immoratus est in eo sermone, insinuās tantum virum ignorantibus, & admirans eadem nostram ignorantiam. Stupebamus autem audientes tam recenti memoria, & prope nostris temporibus, testatissima mirabilia tua in fide recta, & catholica Ecclesia. Omnes mirabamur & nos, quia tā magna erant: & ille, quia inaudita nobis erant: Inde sermo eius deuolutus est ad monasteriū greges, & mores suauolentię tuę, & vbera deserta eremi, quorum nos nihil sciebamus. Et erat monasterium Mediolani plenum bonis fratribus extra vrbis mœnia sub Ambrosio nutritore, & non noueram. Pertendebat ille, & loquebatur adhuc, & nos intenti tacebamus. Vnde incidit vt diceret, nescio quando se & tres alios contubernales suos nimirum apud Treueros, cū Imperator pomeridiano Circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic vt fortē combinati spatiabantur, vnum secum seorsum, & alios duos itidem seorsum, pariterque digressos, sed illos vagabundos irruisse in quādam casam, vbi habitabant quidem serui tui spiritu pauperes, qualium est regnum cœlorum, & inuenisse ibi codicem in quo scripta erat vita Antonij. Quam legere cepit vnus eorum, & mirari, & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relicta militia seculari seruire tibi. Erat autem ex eis quos dicunt agentes in rebus.

Tunc subito repletus amore sancto & sobrio pudore iratus ita sibi coniecit oculos in amicum, & ait illi: Dic quæro te, omnibus istis laboribus nostris quō ambimus peruenire? Quid querimus? Cuius rei causa militamus? Maior ne esse poterit spes nostra in palatio, quā vt amici Imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandis periculum? Et quamdiu istud erit? Amicus autem Dei, si voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione nouę vitę, reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus vbi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius, vt mox apparuit. Namque dum legit, & voluit fluctus cordis sui, infremuit aliquando, & discreuit, decreuitque meliora. Iam iamque tuus (ait amico suo) Ego iam abrui me ab illa spe nostra, & Deo seruire statui, & hoc ex hora hac, in hoc loco aggredior. Tu si piget imitari, noli aduersari. Respondit illi adhærere se socio tantę mercedis tantęque militia. Et ambo iam tui edificabant turrim sumptu idoneo relinquendi omnia & sequendi te. Tum Potitianus, & qui cū eo, per alias horti partes deambulabant, quærentes eos, denenerunt in eundem locum, & inuenientes, admonuerunt vt redirent, quoniam declinasset dies. At illi narrato placito & proposito suo, quodque modo in eis taliter voluntas orta esset atque firmata, petierunt ne sibi molesti essent, si adiungi reculerent. Isti autem nihilo mutari à pristinis, fleuerunt, se tamen vt dicebat, atque illis piē congratulati sunt, & commendauerunt se orationibus eorum, & trahentes cor in terra abierunt in palatium, illi autem affigentes cor cœlo, manserunt in casa. Et ambo habebant sponas. Quę posteaquam hoc audierunt, dicauerunt etiam ipse savi-ginitatem tibi. Narrabat hæc Potianus.

1. Sæpe tibi Deo nostro profestebatur in Ecclesia crebris & diuturnis orationibus. Vides orationem cum gestatione seu prostratione; et in Ecclesia

2. Ecce verum quod semper in Ecclesia seruati est, nempe matrimonio per copulā nō cōsummato, licet vni ex spōsis religionem ingredi staret alterius cōsistens.

VITA

pæ, per Damasum Papam scripta.

Habetur in pontificali eiusdem.

Pro baptismo Constantini vide pontificali eiusdem in fine huius vite.



YLVESTER natione Romanus, ex patre Rufino, sedit annis viginti tribus, mensibus decem, diebus undecim. Fuit autem temporibus Constantini & Volusiani, ex die Kalendarum Februarij vsq; in diem Kalendarum Ianuarij Constantino & Volusiano Consulibus. Hic in exilio fuit in monte Soracte, & postmodum rediens cum gloria, baptizavit Constantinum Augustum, quem curavit Dominus à lepra, cuius persecutionem primò fugiens, in exilio fuisse cognoscitur.

Hic fecit in vrbe Roma Ecclesiam in prædio cuiusdam præbyteri sui, qui cognominabatur Equitius, iuxta terras Traianas, quem titulum Romanum cõstituit, vsq; in hodiernum diem appellatur titulus Equitij: vbi & hæc dona cõtulit. Patinam argenteam pensantem libras viginti ex dono Augusti Constantini. Donavit autem & scyphos argenteos ii, qui p̄sauerunt singuli libras denas, Calicem aureum pensantem libras duas, Calices miniliales quinq; pensantes singuli binas libras. Amas argenteas duas, pensantes singule libras denas. Patinam argenteam chrismalem auro elusam, pensantem libras v. Pharos coronatos x, pensantes singuli libras octonas. Pharos æreos viginti, pensantes singuli libras denas. Cantharos cerofrotos duodecim æreos, pensantes singuli libras triginta. Fundum Valerianum in territorio Sabiniensi, qui præstat solidos octoginta, Fundum Stationum in territorio Sabiniensi, qui præstat solidos quinquaginta quinque, Fundum ad duas casas in territorio Sabiniensi, qui præstat solidos quadraginta, Fundum Percilianum in territorio Sabiniensi, qui præstat solidos viginti. Fundum Corbianum in territorio Sorano, qui præstat solidos sexaginta. Domum cum balneo in vrbe in Sicumini regione, quæ præstat solidos octuagintaquinque. Ortum intra urbem Romam, in regione ad duos amantes, præstantem solidos quindecim. Domum in regione Orpheæ intra urbem, quæ præstat solidos quinquaginta octo & tremissem. Hic fecit constitutum etiã de omni Ecclesia. Huius temporibus factum est Concilium cum eius consensu, in Nicea Bithyniæ. Et cõgregati sunt trecetum decem & octo Episcopi catholici, qui exposuerunt fidem integram, sanctã, catholicã, & immaculatam. Et damnauerunt Arrii, Photinum, & Sabellium, & sequeaces eorum. Et in vrbe Roma cõgregavit ipse eum cõsilio Augusti Episcopus ducentos septuaginta septem, & dånauit iterum & Calixtum & Arrium, & Photinum, & Sabellium. Et cõstituit vt præbyter Arrianus respicentem nõ susciperet, nisi Episcopus loci designaret eum. Constituit & chrisma ab Episcopo confici. Et priuilegiu Episcopis cõtulit, vt baptizatum consignent propter hæreticã suasionem. Hic & hoc constituit, vt baptizatum linat præbyter chrisma leuatum de aqua, propter occasionem transitus mortis. Hic quoque constituit, vt nullus laicus crimen clero audeat inferre. Et hoc constituit, vt Diaconi dalmaticis in Ecclesia vterentur, & palla lino stoma leua eorum tegeretur. Idemque constituit vt nullus clericus propter quamlibet causam in curia introiret, nec ante Iudicem cinctum causam diceret nisi in Ecclesia. Sed & constituit, vt sacrificium altaris non in serico neque in panno tincto consecraretur, nisi tantum in lino ex terra procreato, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea & munda sepeplum fuit. Constituit nihilominus vt si quis desideraret in Ecclesia militare, aut proficere, vt esset Officiarius annis x. Lector annos triginta. Exorcista dies xxx. Acolytus annis v. Subdiaconus annis v. Custos martyrum annis v. Diaconus annis vij. Præbyter annis iij. Probatus ex omni parte, vt etiam ab his qui foris sunt, habeat bonum testimoniu, vnus vxoris vir, vxore à sacerdote benedicta, & sic ad ordinem episcopatus ascendere, nullum maioris, vel prioris locum inuadere, nisi ordine temporum cum pudore cognosceret omnium clericorum vota grata, nullo omnino clerico contradicente, vel infideli. Hic fecit ordinationes septem, per mensẽ Decembrem, Præbyteros xlij. Diaconos xxxvi. Episcopos per diuersa loca & tempora lxvi. Huius temporibus fecit Constantinus Augustus basilicas istas, quas & ornauit. Basilicam Constantianam, vbi posuit dona ista. Fastigiu argenteum habens in fronte Saluatorem sedentem in sella v. pedum, pensantẽ libras c. & xx. Et xij. Apostolos habentes singuli quinos pedes, pensantes libras xc. cum coronis ex argento purissimo. Item à tergo respicientem in abside Saluatorem sedentem in throno in pedibus v. ex argento purissimo pensantem libras cxl. Et Angelos iij. ex argento in quinis pedibus, qui pensant singuli libras cv. cum gemmis Alabandensis. Fastigium ipsum pensat libras ij. millia xxv. Coronas iij. ex auro purissimo cum delphinis xx. pensantes singule libras xv. Pharium ex auro purissimo, cum delphinis quingentis, cum catena, qui pensat libras xxv. Cameram basilicæ ex auro pensante in longum & in latum libras quingentas. Altaria vij. ex argento purissimo pensante libras ducentas. Patinas aureas septem, pensantes singule libras triginta. 7 Patinas argenteas xvi. pensantes singule libras xxx. Scyphos ex auro purissimo

- 1. Cum videamus in hac vita tot Ecclesias fabricatas, quæ pretiosa donas, vbi illas a tã sanctis viris collatas, quò potest in sensu cadere prædicitis viti, hæc mala esse, nec Deo placere.
- 2. Si sanctus pontifex constitutum fecit de omni Ecclesia, signum est quod propter B. Petri seclis super eis de tota potestate habebat.
- 3. De consensu Patris conuocatur generale consilium, quia regula Ecclesiastica non potestur aliter posse fieri.
- 4. Vide quam apostoste loquatur Damasus, Syluester, iniquus congregavit Rome Episcopos 277. eum consilio Augusti, Nec ait cum consensu, sicut supra dixerat de Papa, quia non requiritur consensus Imperatoris pro cõgregatione concilij, sed tantum Patris.
- 5. Tot cõsiliata arguunt plenitudinẽ potestatis in Ecclesia.
- 6. Et hic habes omnes Ecclesiasticos ordines enumeratos.

7. Si Deo hæc omnia non placerent, resignosus Imperator non ea clargitus fuisset Ecclesiis.

risimo septem, pensantes singuli libras decem. Scyphum singulare ex metallo, corallo ornatu & vndiq; de gemmis Prasinis & hyacinthinis, auro interclusam ex omni parte, qui pensat libras viginti & vnias tres. Scyphos argenteos viginti, pensantes singuli libras quindecim. Amas ex auro purissimo duas, pensantes singule libras quinquaginta, portantes singule medimnos tres. Amas argenteas viginti pensantes singule libras decem, portantes singule medimnos singulos. Calices minores aureos purissimos quadraginta, pensantes singuli libras singulas. Calices minores miniliales quingentos, pensantes singuli libras duas. Ornamenta in basilica Pharus cantharum ex auro purissimo ante altare in quo ardet oleum Nardinum pisticum, cum delphinis octoginta, pensantẽ libras triginta. Pharus cantharum argenteu cum delphinis viginti, qui pensant libras quadraginta, vbi ardet oleu Nardinum pisticum. Pharos cantharos argenteos in gremio basilicæ quadragintaquinque, pensantes singuli libras triginta, vbi ardet oleu supra scriptu. In parte dextera basilicæ Pharos argenteos quadraginta, pensantes singuli libras xx. Pharos cantharos in leua basilicæ argenteos viginti quinque, pensantes singuli libras xx. Cantharos cerofrotos in gremio basilicæ argenteos quinquaginta, pensantes singuli libras viginti. Metretas tres ex argento purissimo, pensantes singule libras trecetas, portantes medimnos x. Candelabra ex aurichalco numero septem, quæ habent pedes denos, cum ornatu ex argento, interclusa sigillis Prophetarum, pensantia singula libras trecetas, quæ constituit in secutio luminu. Massam Gargillanã in territorio Suesano, præstantẽ solidos quadringentos, Massam Bauronicã in territorio Suesano, præstantẽ solidos trecetum sexaginta. Massam Aurianã in territorio Laurentino, præstantẽ solidos quingentos. Massam Vrbanã in territorio Antiano præstantem solidos ducentum quadraginta. Massam Castis in territorio Catanesi, præstantẽ solidos mille. Massam Trapeas in territorio Catanesi, præstantẽ solidos mille d. c. i. Thymiamateria duo ex auro purissimo, pensantia libras xxx. Donu aromaticu ante altaria, singulis annis libras centum quinquaginta.

Fontem sanctum vbi baptizatus est Augustus Constantinus ex lapide Porphyretico, & ex omni parte coopertu intrinsecus & foris, & desuper, & quantum aqua continet, ex argento purissimo, libras tria millia octo. In medio fontis coluna porphyretica, quæ portat phialã ex auro purissimo pensantem libras l. vbi ardent balsami libras ducentæ. Annexu ex stippe amiatu in labro fontis agni ex auro purissimo fundentem aquã, pensantẽ libras xxx. Ad dexterã agni Saluatorem ex argento purissimo in pedibus quinq; pensantem libras c. septuaginta. In leua agni B. Ioannem Baptistam ex argento in pedibus quinque, tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, pensantem libras c. Ceruos ex argento septem, fundentes aquã, pensantes singuli libras octoginta. Thymiamateriu ex auro purissimo, pensans libras decem, cum gemmis Prasinis & Hyacinthinis vndiq; numero gemmæ quadraginta duas. Donum sancto fonti. Massa Festi ex territorio Prænestino, præstans solidos trecetos. Massa Gaba ex territorio Gabiniensi, præstans solidos ducetos & duos. Massa Pictas, ex territorio supradicto, præstans solidos cc. quinque. Massa Statiliana ex territorio Sorano, præstans solidos trecetos. Massa intra Siciliam Taurana ex territorio Parentiensi, præstans solidos quingentos. Intra urbem Romã domus vel horti præstãtes solidos duo millia trecetra. Fundus Balsi præstans solidos centu viginti. Massa Laninas ex territorio Carfolano, præstans solidos ducentos. Fundus Catullus ex territorio Nomentano, præstans solidos l. Massa Statiana ex territorio Sabiniensi præstans solidos trecetos quinquaginta. Massa Murina ex territorio Appiano Albanensi præstans solidos trecetos. Massa virginis ex territorio Sorano, præstans solidos ducentos. Transmarina intra partes Africæ. Massa Vincis ex territorio Mucario, præstans solidos dcc. Massa Capis ex territorio Capitano, præstans solidos mille c. Massa varia Sardana, præstans solidos quingetos. Massa Camaras ex territorio Curtalupi, præstans solidos ccc v. Massa Nummas ex territorio Numidiæ, præstans solidos dcl. Massa Sulphurata ex territorio Numidiæ, præstans solidos dcc. xx. Massa Baldarioliaria ex territorio Numidiæ, præstans solidos dccx. In Græcia, Massa Cephaleia præstans solidos d. In Mægaulo. Massa Amazon præstans solidos cccxij. Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam à Beato Petro Apostolo in templo Apollinis, cuius locum, cum corpus S. Petri recesserit, ipsum locum vndique ex are Cyprio conclusit, quod est immobile. Ad caput pedes v. Ad pedes, pedes v. Ad latera dexteru pedes v. Ad latera sinistrum pedes v. Subter pedes v. Subter pedes v. Sic inclusit corpus beati Petri Apostoli, & recondidit, & exornauit super columnas Propheticas, & alias columnas tres tinea, quas de Græcia perduxit. Fecit autem & cameram basilicæ ex crimina auri fulgentem. Et super corpus beati Petri, super os quo conclusit illud, fecit crucem auream purissimam præstantem libras cl. Vbi scriptum est hoc: Constantinus Augustus, & Helena Augusta hanc domum regali simili fulgore cõsulantem auro circudant. Scriptum est ex literis nigellis in cruce. Fecit autem candelabra ex aurichalco in pedibus

8. Ecce Ecclesiam adificatã in honorem B. Petri Apostoli.

bus x. numero iiii. argento cōclusa, cū sigillis argenteis, vnde Actus Apostolorum cernebantur, pensantia singula libras ccc. Calices aureos tres cum gemmis Præfins quadragintaquinq., pensantes singuli libras xij. Metretas argenteas duas, pensantes libras cc. Calices argenteos xxx. pensantes singuli libras decē. Amas aureas duas, pensantes singula libras denas. Amas argenteas v. pensantē singula libras viginti. Patinam auream cum turro & colūba ex auro purissimo ornatam gemmis Præfins, & Hyacinthinis, margaritiq; numero ccxv. pensantē libras triginta. Patinas argenteas v. pensantes singula libras xv. Coronam auream ante corpus, quæ est Pharos cantharus cum delphinis quingentis, pensantes libras trigintaquinq;. Pharos argenteos in gremio basilicæ cum delphinis, pensantes singuli libras x. Ad dexterā basilicæ Pharos argenteos triginta, pensantes singuli libras vij. Ipsum altare ex auro & argento clausum cum gemmis Præfins, & Hyacinthinis & albis ccx. pensantibus libras: ccl. Thymiamaterium aureum cum gemmis vndiq; exornatū, pensans libras xv. In redditibus domum quod obtulit Constantinus Augustus B. Petro Apost. per dioceses in Oriente. In ciuitate Antiochia domū Datianā, præstantē solidos ccl. Domunculā Nicenā præstantē solidos viginti & tremissem. Cellas in Aprodia præstantes solidos xx. Balneū in Ceretea, præstantes solidos quadraginta duos. Pistrinum, vbi supra, præstantes solidos xxij. Popinas, vbi supra, præstantes solidos x. Hortum Maronis, vbi supra, præstantes solidos x. Hortū, vbi supra, præstantes solidos xi. Sub ciuitate Antiochena possessionem Sybillinā donatam Augusto, præstantē solidos cccxij. Cartadecadas cl. Aromatū libras cc. Balsami libras xxxv. Sub ciuitate Alexandrina possessionem Timialicā donatam Augusto Cōstantino ab Ambronio præstantē solidos dcxx. Cartadecadas ccc. Olei Nardini libras ccc. Balsami lx. Aromatum libras cl. Storacis Isauricæ libras l. Possessionē Eutimi caduci præstantem solidos quingentos. Cartadecadas lxx. Per Ægyptū sub ciuitate Armenie, Possessionem Agapij, quā donauit Constantino Augusto. Possessionem Panopolitem præstantē solidos decē. Cartadecadas cccc. Piperis Medimnos l. Croci libras c. Storacis libras cl. Aromatum Casæ libras cc. Olei Nardini libras ccc. Balsami libras c. Lini saccos c. Gariophilorum libras cl. Olei Cyprini libras centum. Papyrij canas mundas mille. Possessionē quā donauit Constantino Augusto Ibronijs, præstantes solidos ccccl. Cartadecadas cc. Aromatū, Casæ libras l. Balsami libras l. In prouincia Euphraten, sub ciuitate Cyro possessionem Armanazon præstantem solidos cccclxxx. Sub Tarso Ciliciæ insulam Cordionum, præstantem solidos dcccc. Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam s. beato Paulo Apostolo ex suggestione sancti Syluestri Episcopi, cuius corpus s. sanctum ita recōdidit in gre, & conclusit, sicut beati Petri: & dona obtulit. Nam omnia vasa sacra aurea vel argentea aut ærea ita posuit, sicut in basilica beati Petri Apostoli, & ita beati Pauli Apostoli ornauit sicut illam. Sed & crucem auream super locum beati Pauli Apostoli posuit, pensantem libras cl. Sub ciuitate Tyria, possessionem comita, præstantem solidos quingentos quinquaginta. Possessionem formimula, præstantem solidos decē. Possessionem Tima, præstantem solidos ccl. Olei Nardini libras septuaginta: Aromatum libras l. Casæ libras quinquaginta. Sub ciuitate Ægyptia possessionem Cyreos, præstantem solidos dcxx. Olei Nardini libras septuaginta. Balsami libras triginta. Aromatum libras septuaginta. Storacis libras triginta. Stacten libras cl. Possessionem Basilicam, præstantem solidos quingentos quinquaginta: Aromatum libras quinquaginta. Olei Nardini libras sexaginta: Balsami libras viginti: Croci libras sexaginta. Possessionem insulæ Machabæo præstantem solidos quingentos decem. Papyria canas mundas d. Lini saccos trecentos. Eodem tempore fecit Constantinus Augustus basilicam in palatio Sessoriano, vbi de ligno sanctæ crucis posuit, & in auro & gemmis conclusit, vbi & nomen Ecclesiæ dedicauit, quo nominatur vsque in hodiernum diem Hierusalem. In quo loco constituit dona ista. Candelabra ante lignum sanctū lucentia argentea quatuor, secundū numerum quatuor Evangeliorum, pensantia singula libras octoginta. Pharos cantharos argenteos quinquaginta, pensantes singuli libras quindecim. Scyphum argenteum purissimum pensantem libras decem. Calices aureas ministeriales quinque pensantes singuli libras singulas. Scyphos argenteos tres, pensantes singuli libras octo. Calices ministeriales argenteos decem pensantes singuli libras duas. Patinam argenteam auro clausam cum gemmis, pensantem singuli libras quinquaginta. Altare argenteum pensans libras ccl. Amas argenteas tres pensantes singula libras viginti. Er omnes agros circa palatium Ecclesiæ dono dedit. Possessionem Sponfas via Lauicana, præstantem solidos cclxij. Sub ciuitate Laurento possessionem Patras, præstantem solidos ccx. Sub ciuitate Nepesina possessionem Anglesis, præstantem solidos ccl. Sub ciuitate supra scripta possessionem Terega, quæ præstat solidos clx. Sub ciuitate Falista possessionē præstantem solidos ccxv. Item sub ciuitate Falista possessionem Herculis, quā donauit Augusto, & Augustus obtulit Ecclesiæ Hierusalē, præstantem solidos ccl. Sub ciuitate Tuder possessionem Angulas præstantem solidos clij.

Eodem

Eodem tempore fecit basilicam sanctæ martyris Agnetis, ex rogatu filię suę, & baptisteriū in eodem loco, vbi baptizata est soror eius Cōstantia vnā cum filia Augusti. Et ibidem cōstituit hæc. Patinā auream pensantē libras xx. Calicē aureum pensantē libras x. Coronā Phari cantharum ex auro purissimo cū delphinis triginta, pensantem libras xv. Patinas argenteas duas, pensantes singula libras xx. Calices argenteos v. pensantes singuli libras decē. Pharos cantharos argenteos triginta, pensantes singula libras vij. Pharos æreos ex aurichalco xl. Cerofratos ex aurichalco argento clusos quadraginta sigillatos. Lucernas aureas xij. nixas super fontem. In redditibus circa ciuitatem Fidenas omnē agrum, præstantē solidos clx. Via Salaria sub Parento vndiq; omnē agrum, præstantē solidos cv. Agrū Muci præstantem solidos lxxx. Possessionem in vico Pitonis, præstantem solidos ccl. Agrum Casulas, præstantem solidos c. Eodē tempore Cōstantinus Augustus fecit Basilicam B. Laurentij martyri via Tyburtina in agro Verano supra arenarium cryptę. Et vsq; ad corpus S. Laurentij martyris fecit gradus ascensionis & descensionis. In eo loco construxit absidē, & exornauit marmoribus Porphyreticis, & desuper locū conclusit de argento, & cancellos de argento purissimo ornauit, pensantes libras mille. Et ante ipsum locum in cripta posuit lucernā ex auro purissimo lichenorū x. pensantes libras xx. Coronam ex argento purissimo cū delphinis l. pensantē libras triginta. Candelabra græca ij. in pedibus denas pensantia singula libras x. Pharos argenteos triginta, pensantes singula libras vij. In eodem loco possessionē cuiusdam Quiriæ, religiosæ femine quæ fucus occupauerat tempore persecutionis. Veranum fundū præstantem solidos clx. Possessionem aqua Tufcia ad latus, præstantē solidos clij. Possessionem Augusti in territorio Sabinensi, præstantē solidos cxx. Possessionē Micinas Augusti, præstantē solidos cx. Possessionem Termulas, præstantem solidos lx. Possessionē Aranas, præstantē solidos lxx. Pharos argenteos triginta, pensantes singuli libras vij. Eisdem tēporibus Cōstantinus Augustus fecit Basilicā via Lauicana inter duas lauros B. Petro & Marcellino martyribus. Et Mausoleum, vbi beatissimam Augustam maurensiam posuit in sarcophago Porphyretico. Vbi & donauit patinā auream ex purissimo auro, pensantem libras triginta quinq;. Candelabra argentea auro clusa in pedibus xij. pensantia singula libras cc. Coronā auream, quæ est Pharos cantharus cū delphinis cxx. pensantē libras triginta. Calices aureos iij. pensantes singuli libras x. cū gemmis Præfins, & Hyacinthinis. Amas aureas ij. pensantes singula libras xl. Altare ex argento purissimo, pensans libras cc. Pharos cantharos argenteos viginti pensantes singuli libras viginti. Itē altare ex argento purissimo, pensans libras cc. Patinas ex auro purissimo duas, pensantes singula libras xv. Patinas argenteas ij. pensantes singula libras xv. Scyphū maiorē ex auro purissimo, vbi nomen Augusti designatur, pensantem libras xx. Scyphum aureū minorem, pensantem libras x. Scyphos argenteos v. pensantes singuli libras xij. Calices ministeriales argenteos viginti, pensantes singuli libras tres. Amas argenteas quatuor, pensantes singula libras quindecim. Annis singulis olei Nardini pistici, libras dcccc. Balsami libras centum. Aromatum in incensum sanctis martyribus, beatis Marcellino & Petro libras centum. Fundum Laurentinum iuxta Formiā cū incensum.

xx. Basilicam sanctis martyribus antequitus adolebat in incensum.

s. Ecce alla Ecclesia in honorem B. Pauli Apostoli. 30. vnde corpus Apostoli sanctum dicit.

Clodia in territorio Veientano, præstante solidos lvi. Massam Gargilianam in territorio Suefano, præstantem solidos dclvi. Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus basilicam in ciuitate Albanensi S. Ioannis Baptistæ, ubi posuit hæc. Patinam argenteam penantes libras xxx. Scyphum argenteum deauratum, penantem libras xij. Calices ministeriales decem, penantes singuli libras ternas. Amas argenteas duas, penantes singule libras xx. Possessiones Laurentinas, cum adiacentibus cæpestribus, præstantes solidos lx. Fundum Molas, præstante solidos l. Possessionem Albanælem cum lacu Albano, præstantes solidos ccl. Massam Muci, præstante solidos clxx. Omnia Schemeca deserta, vel domos ciuitatis in vrbe Albanensi, omnia in circuitu Ecclesie Constantinianæ obtulit Augustus. Possessionem orti præstante solidos viginti. Possessionem Tyberij Cæsaris, præstante solidos lxxx. Possessionem Marinas, præstante solidos l. Possessionem Armatianam in territorio Corano, præstantem solidos cl. Possessionem Statilianam, præstantem solidos lxx. Possessionem Medianam, præstantem solidos triginta. Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus intra urbem Capuanam basilicam Apostolorum, quam cognominauit Constantinianam. Vbi & obtulit dona hæc. Patinas argenteas duas, penantes singule libras xx. Scyphos argenteos tres, penantes singuli libras viij. Calices ministeriales xv. penantes singuli libras ij. Amas argenteas duas, penantes singule libras x. Candelabra ærea in pedibus x. numero quatuor, penantia singula libras clxxx. Pharos cantharos argenteos numero triginta, penantes singuli libras v. Pharos cantharos æreos numero triginta. Et obtulit possessiones. Massam Satilianam in territorio Menturino, præstantem solidos cccxv. Possessionem in territorio Caietano, præstantem solidos lxxxv. Possessionem Paterni in territorio Suassano, præstantem solidos cl. Possessionem ad Centum in territorio Capuano, præstantem solidos lx. Possessionem Gauronicam in territorio Sueffano, præstantem solidos xl. Possessionem Leonis, præstantem solidos xl. Eisdem temporibus fecit Constantinus Augustus Basilicam in vrbe Neapoli, ubi obtulit hæc: Patinas argenteas duas, penantes singule libras xxv. Scyphos argenteos duos, penantes singule libras x. Calices ministeriales x. penantes singuli libras ij. Amas argenteas ij. penantes singule libras xv. Pharos argenteos viginti, penantes singuli libras viij. Pharos æreos viginti penantes singuli libras decem. Fecit autem formam aquæ per miliaria octo. Fecit autem & fori, & donum obtulit. Possessionem Macarij, præstantem solidos cl. Possessionem Cimbranam, præstantem solidos cv. Possessionem Scelinam, præstantem solidos cvij. Possessionem Afilas, præstantem solidos cxi. Possessionem Nymphulas, præstantem solidos xc. Possessionem Insulæ cum Castro, præstantem solidos octoginta. Eisdem temporibus constituit B. Syluester in vrbe Roma titulum suum in regionem tertiam iuxta themas Domitianas, quæ cognominantur Traianæ, titulum scilicet Syluestri, ubi donauit Constantinus Augustus parnam argenteam penantem libras viginti. Scyphos argenteos duos, penantes singuli libras viij. Aman argenteam penantem libras decem. Pharos Cantharos argenteos decem, penantes singuli libras v. Cantharos cerostrotos æreos xvi. penantes singuli libras quadraginta. Calices argenteos ministeriales v. penantes singuli libras ij. Fundum Percilianum in territorio Sabinensi, præstantem solidos l. Fundum Barbatianum in territorio Ferentino, præstante solidos trigintaquinque & tremissem. Fundum Stianum in territorio Trebulano, præstante solidos lxxvi. & tremissem. Fundum Berucas, in territorio Corano, præstantem solidos xlv. Fundum Sulpitanum in territorio Corano, præstantem solidos septuaginta. Fundum Tauri in territorio Veientano, præstante solidos xlij. Fundum Sentianum in territorio Tyburtino, præstante solidos triginta. Fundum Ceianum in territorio Prenestino, præstantem solidos l. Fundum Termulans in territorio Prenestino, præstantem solidos triginta v. Possessionem Cylonis in territorio Prenestino, præstantem solidos lvij. Obtulit & omnia necessaria in titulo Equitij. Hic Syluester fecit ordinationes sex per mensem Decembrem, presbyteros xlij, Diaconos viginti sex. Episcopos per diuersa loca numero lxx. Hic sepultus est in cimiterio Priscille via Salaria, apud urbem Romam milliaro tertio pridie Kalendas Ianuarij, Qui catholicus & confessor quiescit. Et cessauit Episcopatus dies quindecim.

ALOYSIUS EPSCOPVS VERONENSIS ad Lectorem.



N hac vita B. Syluestri habens Constantinum Imperatorem à sancto Syluestro fuisse baptizatum, & soli Damaso sanctissimo Pontifici & veraci potius credendum est, quam fallaci turbe omnium hereticorum. Sed & quod ait diuus Ambrosius in libro de obitu Theodosij, quod Constantino, in vltimis constituto baptismatis gratia omnia peccata remisit, huic veritati non obstat: nam per hoc non negat quin Syluester eum baptizauerit, & illud, in vltimis constituto, largo modo accipitur, videlicet ac

videlicet ac si dice retur, cum ante diu regnasset, & infidelis multas strages, martyrum edidisset, ad vltimum baptizatus est. Sed & nos ipsi in Chronicis vetustissimis Farcentis Monasterij litteris Logobardis scriptis legimus Constantinum Magnū anno imperij sui xvij. à sancto Syluestro Papa baptizatum fuisse post tyrannorum interfectionem, scilicet Maxentij, Herculei filij, Maximiani, atque Licinij cognati sui. Id etiam aperte testatur D. Hieronymus in epistola ad Eustochium de vinculis Petri, quæ incipit: Sepulchro rogatus. Quamuis bonus Erasmus eam ex catalogo epistolarum D. Hieronymi expunxerit, & inter aliena computauerit, nepe quia eius sententia non fauebat. Sed quis constituit eum sacrorum scriptorum censorē? Concilium etiam septimum generale, quod contra imaginum oppugnatores Constantino & Irene imperantibus celebratum est, ex relatione Adriani Pontificis, historiam beati Syluestri, in qua manifeste habetur Constantinum Imperatorem ab eo baptizatum fuisse, benigne recepit, & gestis Synodi inseri fecit. Vide in actis Concilij illius Græce scriptis, Actione secunda. Verum & Zonaras Græce historie scriptor peruectus, hoc idem attestatur inquitens: Enarrat deinde Syluestro somnium Imperator, nostrisque mysterijs initiatur, ac baptizatur, & ex piscina totus sanus consergit. Idem scribit & Theophanes septingentorum annorum Græcus historicus. Sed quia de Constantini baptismate agere in presentiarum instituti nostri non est, sanctorum nostrorum vitas prosequamur, & hæc pauca obiter de hac re dixisse sufficiat.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI

Syluestri Papæ Romanæ,

Apud Simeonem Metaphrastem.



ENERANDI quidem, & qui Deum viderunt Apostoli, omnem orbem terræ obeuntes, in hominum animis salutarem seminârunt prædicationem: & multos traduxerunt ab errore ad Dei cognitionem, sed nondum liberè & fidenter se gerebat pietas, donec insignis Imperator, & vel ipsis æquiparandus Apostolis, Constantinus ille magnus, Dei providentia ex agresti olea inferebatur in sacrum, qui autem ab infidelitate eam traduxit ad fidem, is iure iudicetur esse causa, ut se liberè gerat pietas, & omnes ferè se submiserint diuinæ prædicationi. Is autem est diuinus Syluester, cui vel hoc solum suffecerit ad eius laudes celebrandas. Ei autem est vniuersa vita laudabilis, & Deo grata, & quæ ipsi qui virtutem volunt laudare, præbet amplam encomij materiã. Et ipsi quidem qui sunt amantes virtutis, laus illius lætitiã afferet & vtilitatem. Nam iuuabuntur quidem qui ab illius vita incitati fuerint ad imitationem bonorum illius operum. Conuenienter autem ei quod dicit sapientissimus Salomon, etiam lætabuntur. Cum enim laudatur iustus, inquit ille, lætabuntur multi populi. Sunt ergo diuini huius patris res narrandæ & laudandæ pro viribus. Atque quinam quidem fuerint magni illius viri parentes, & à quibus sit in lucem editus, veteri libro de eo tractante in quem incidimus, non fuit declaratum, qui priscè admodum & simpliciter est compositus. Quocirca ea quoque sunt à nobis prætermissa. Cum autem esset adhuc iuuenis, secutus est quendam Curionem presbyterum, virtutem & fide rectum, & in rebus diuinis eruditum, & vita pium, à quo etiam fuit confirmatus & stabilitus in diuinissimis nostræ fidei decretis, compositique sunt eius mores, & formatus animus ad institutum virtutis. Cum iam autem superasset adolescentiam, erat præ cæteris editus virtuti hospitalitatis, & quos offendebat Romam ex externa venientes regione, eos hospitio lubenter excipiebat: eis mensam hilariter apponens, & aqua illorum pedes ablues, & ad quiescendum eos in stragulis collocans. Quod factum est, ut Timotheus quidam vir diuinus, qui ex Antiochia Romam peregrinabatur, & sanctum prædicabat Evangelium, fortè ab hoc diuino patre hospitio acciperetur, & eum hospes perfectus imbueret & institueret in verbo rectæ fidei. Non enim timuit vel reliqui fideles, præconem salutaris dogmatis excipere, sed lætus hospitio excepit eum qui erat æqualis Apostolo, & si cognitum fuisset eum hoc facere, pro ea re pati, lucrum existimans. Cum autem Timotheus anno vno & paulo amplius Romæ diuinam prædicasset prædicationem, & multos ab errore conuertisset ad pietatem, deinde propterea fuisset comprehensus & valde punitus, & longo tempore traditus in custodiam: & in illa maceratus, & tandem trunecatus capite, beatus Syluester ne post decessum quidem destitit à sua in martyrem affectione: sed multum posuit studij ut eius corpus tolleretur. Tyrannorum itaque crudelitatem non extimescens, nec eorum qui obseruabant ne martyrum corpora mandarentur sepultus, villam ducens rationem, profunda nocte vadens ubi situm erat corpus Martyris, inscientibus omnibus id rapuit, & domum tulit. Et tunc quidem tota nocte, cum alijs sanctis, cecinit hymnos qui canuntur in sepultura. Post hæc autem,

Ianuarij. ij.

Vide Christiãnam traditionem, ut in sepultura beati huius hymni & saluti decantentur.

f. iij. fidelis

fidele quadam muliere impensas suppeditante, sanctissimus Romae Episcopus Meliades, Timotheo aedificauit martyrium, in quo deposuit illud corpus martyris.

Vrbis autem Praefectus cum sanctissimum apprehendisset Syluestrum, ab eo exigebat Timothei facultates, vt qui eum apud se hospicio exciperet: & nisi eas, ei dicebat, dederit, & accedens Dijs sacrificaueris, tuum corpus consumam omni genere suppliciorum, & postremo te subijciam morti miserabili. Sanctus autem mentis oculis Praefecti mortem prouidens, Euangelicum ei dedit responsum: Hac nocte, dicens, animam a te repetunt: quae autem minatus es, non licebit ad effectum deducere. His vrbis Praefectus conturbatus, iubet sanctum ferreis vinciri vinctis, & tuto in interiori seruari custodia, Et ille quidem fuerat inclusus. Praefectus autem vrbis prandens, cum ei piscis fuisset appositus, comedeat, os autem gutturi illius infixum, cum nec arte medicina posset euelli, nec praestigijs incantatorum, cum magno dolore velocem ei mortem attulit. Media enim nocte cum non posset amplius ferre dolorem, expirauit. Hoc ijs quidem qui simulachra adorabant timorem attulit, vt Christiani autem bono & confidenti animo essent, effecit: sanctum autem soluit a vinctulis, & sic liberatus fuit a custodia. Qui autem praefecto ministrabant, cum ex eo quod illi acciderat sibi timuissent, sancto procedebant supplices, & prouolui ad illius pedes, rogabant vt diuina ira ab eis auerteretur. Eius autem virtute sic omnes adducite in admirationem, ille non solum erat venerandus fidelibus, sed etiam ipsis infidelibus. Iam autem tricesimum annum agens aetatis, a sacrosancto Meliade, quem prius diximus tunc fuisse Episcopum Romae, ordinatur Diaconus, & referur in cleri catalogum, & erat tanquam quaedam fax lucens in tenebris, & multos deducens ad viam pietatis. Oportet autem lumen inponi candelabro, vt sic eius splendore plures illuminarentur: atque adeo fuit positum sic diuina prouidente a superis administratione. Nam cum Meliades e vita excessisset, omnium suffragijs sanctissimus Syluester fuit electus Romanorum Episcopus. Is autem dicebat illud munus esse maius quam vt id posset sustinere, & se excusabat propter iuuenilem aetatem. Qui autem ferebant suffragia, quoniam ille non curabat ad magistratum, imo vero eum modis omnibus repellebat, eum magis ei suis mandabant suffragijs, & tandem vicit instans populi constantia: & in Episcopatus sede fuit collocatus qui eo erat dignus, & vere erat ciuitas supra montem posita, & lucerna in alto collocata, & lucens omnibus quibus non fuerat extincta mentis videndi facultas, nec tenebris impietatis erant animae oculi omnino occaecati. Cum autem sic fuisset dignatus Archiepiscopatu, & praefectus esset pascendis ouibus Domini, sicut & Petrus summus Apostolus, cuius etiam sedis & potius zeli & ardoris fuit successor, eas ad salutaria adducebat pascua, Dei, inquam, & Seruatoris nostri mandata: & ad aquas poculentas nempe dogmatum rectitudinem: & quae non participant fallam eorum qui male sentiunt qualitatem. Deinde etiam curam gessit boni in Ecclesia ordinis: & cum inuenisset clericos mundanis ac secularibus vacantes administrationibus, intentosque mercaturis, emptionibusque & venditionibus, ille primus legem tulit, vt qui sacrae erant, ab ijs abstinerent, vacarent autem precibus, eis dictans id quod dictum fuerat a vase electionis: Nemo militans implicatur negotijs quae ad victum pertinent, vt duci placeat exercitus. Et quod dixit David: Vacate & cognoscite. Huius etiam diuini patris fuit inuentum, vt primus dies hebdomadis nominaretur Dominicus. Cum enim Iudei ei primum vocaret, & secundum & tertium eos qui sequebantur, & deinceps reliquos: sextum autem & septimum, si spoetas ea quae a primo sit enumerationem, illum quidem nominarent parasceuen, & quod in eo ab eis parabantur quae erant ad septimum necessaria, quonia in illo vetitum erat Iudeis operari: septimo autem propter quietem ab operibus sabbati nomen imposuissent: quonia in eo cessauit Deus a creatione eorum quae videntur: Romani autem vocarent, primum quidem diem solis: eos autem qui deinceps consequuntur, Lunae, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, & Saturni, ipse beatus Syluester, dierum nomina quae a Gentilibus erant imposta, abrogauit propter illorum impietatem: quae apud Hebraeos autem erant eorum nomina, vt quae a Moyse scripta erant qui Deum vidit, admittit, solius primi mutato nomine, & eo vocato Dominico, propterea quod in eo a mortuis surrexisset Dominus. Ab eo quoque est constitutum ne ieiunaretur sabbatis. Nam cum Occidentales ieiunarent sabbatis, hoc minime placuit Orientalibus, dicentibus eos qui sic faciunt, sequi morem Iudaicum. Hic autem magnus pater, cum decreuisset vt in sabbato vno ieiunaret fideles, in quo Dominus adhuc situs erat in sepulchro, ieiunium abrogauit in reliquis. Hinc in eum sunt exortae apud Romanos calumniae, vt qui patrios eorum ritus tolleret. Cum autem congregaretur cum gentilibus, & argueret eos non recte sentire de Deo, cum fabulis crederent, & eos qui non essent Deos putarent, illi signum ab eo petierunt in nomine eius qui ab eo praedicabatur. Signum autem tale fuit. Draco maximus habitabat in profunda spelunca, iuxta montem qui ab eis nominatus fuerat Tarpeius, in quo etiam collocatum Capitolium. Ei autem Draconi quoto quoque mensae alimenta ab eis largē

2 Ecce quomodo etiam tunc in honorem martyrii Basilice et oratoria edificabantur, quae Martyria dicebantur.

3 Vide hie et nota, quod Romanus Pontifex praeficitur ouibus Domini pascedis sicut et Petrus. Cuius sedis sicut successor est, ita et zeli et ardoris esse debet.

Hoc inuentum Basilice ab Apostulo Syluestro accepit, nam Dolonannes in Agoc. ca. 2. asserit se fuisse in spiritu Dominicae die. Vnde et Romae Pontifex suo decreto statuit per omnem uicem priusnam sabbati vocari diem Dominicum.

eis largē suppeditabantur, quae quidam praestigiatores cum virginibus incantatricibus affluentes, in illam speluncam per multos gradus descendebant, & in ea execranda peragentes mysteria, in quibus nulla indignis deerat abominatio, illic cibis relictis reuertebantur. Certis autem temporibus Draco repente ascendens, foras quidem non egrediebatur, sed iacens in ingressu camerae, venenato anhelitu corrumpere aerem, ex quo mors afferebatur vicinis, magis autem imminerebatur interiori infantibus. Huic ergo bene uidebantur Dei tui inuocatione atentum prohibueritis, & si non omnino, at eo certe tempore, te esse veri Dei praedicatorum reputabimus, & ad eum accedemus, & ipsum esse Deum nos quoque confitebitur. Apollonicus autem vir ille eis respondit: A Deo quidem qui a me praedicatur nihil est omnino quod non possit fieri. Quocirca facillime hanc nostram implebit precationem. Ex vobis autem plurimi ne sic quidem abstinebunt ab impietate. Sed rursus retinebunt & amplectentur impietatem. Cum itaque conuocasset quotquot erant Romae fideles, & omnibus triuianum praecipit. Ieiunium, & vt rogaret Dominum, vt admirabilem faceret sua misericordiam cum seruis suis, & eis daret materiam & occasionem salutis: Ipse autem ante alios precationi vacabat & ieiunio. Iam autem peracto quod praestitutum fuerat ieiunio, Petrus summus Apostolorum, huic sanctissimo patri apparuit in somnis, iubens vt ex sacerdotibus & Diaconis ab eo allumerentur ij quos vocabat nominatum, & cum illis veniret ad ingressum speluncae, & illic Deo inuentum offerret cultu: Deinde sic subiret per eos qui sunt in ipsa gradus. Dicensque vt alloqueretur Draconem qui dicebatur, & portas habebat in ore, praecipit vt clauē ferebat manibus, & nomine Domini Iesu Christi inuocato ad se portas traheret, & in adoptatos annulos clauem iniiceret: & cum clausisset, diceret: Haec dicit Apostolus Petrus. Haec portae non aperientur usque ad vespere caecitatem & horribilem diem iudicij. Atque haec quidem sic noctu mandata fuerant sancto Syluestro ab Apostolo. Is autem, vt iussus fuerat, & cultum peregit & descendit, & portis clauē intulit. Videntes autem Gentiles eum descendentem in speluncam, expectabant fore vt ipse & qui cum eo erant statim vorarentur a Dracone, aut mortifero interiret anhelitu. Postquam autem Syluester & qui cum eo erant ascenderunt illaesi, eos qui spectabant cepit admiratio: & fatebantur vim quandam diuinam sequi Episcopum. Cum itaque ab eo tempore satis transfuisset temporis, & cessasset qui a Dracone afferebatur interitus, & illaesa mansit ciuitas, multum ex infidelibus & ipsi qui nuper seruiebant Draconi, accurrerunt ad sanctum, & fatebantur esse magnum Deum quem ipse praedicabat, & rogabant vt diuinum baptismum assequerentur. Quem quidem sunt allecuti, & ab impietate traducti ad pietatem. Sic quidem fuit vir ille sanctus multis causa salutis. Cum autem adhuc vigeret error Gentilium, & qui imperabat errori seruiebant, & hominibus quidem dominabantur, subiecti vero erant Daemonibus, decretum ubique proponerent, vt colerentur simulachra, & ab omnibus offerentur sacrificia, & magnus inter Imperatores & inclutus Constantinus, modo imperio potitus, & errori adhuc seruus, ipse quoque aequē atque ius qui eum praecesserat planē in errore versaretur gentilium, & decreta proposuisset vt punirentur Christiani, nisi persuaderentur libamina offerre simulachris: Tunc ergo hic quoque magnus pater, cum iudicasset non oportere seipsum obicere persecutoribus, ne quod non posset ipse ferre supplicia pro pietate, sed parcens persecutoribus, Roma quidem excessit: in montem autem abiens ibi se abscondit, illic solus cum Deo versans. Qui autem vniciusque salutem procurat Dominus, volens sedare tempestatem & calamitatem ijs qui in ipsum credunt, & efficere vt liberē & confidenter se gereret pietas, malo vlcere ferit Imperatorem a pedibus ad caput usque, & male ei affectum erat vniversum corpus. Ei enim facer morbus incubuit, & floruit lepra per vniversam carnem. Aduersus quam neque valuit ars Medicorum, nec praestigiae & magicae artes incantatorum. Eius enim curatio & laticis spem omnem abiecerant, & Medici indigenae, & qui ducti fuerant a Perside. Cum autem ab eis sic deplorata esset eius curatio, Sacerdotes Iouis ad eum accedunt ex Capicolio, dicentes fore vt non aliter curaretur, nisi facta esset piscina plena sanguine infantium, eoque adhuc bulliente & exhalante ipso lauaretur. Hoc autem si factum esset, fore vt cito curaretur, & e piscina mundus & sanus exiret. Haec cum execrandi illi & sceleratis Sacerdotes suggessissent Imperatori, per vniversam missi sunt regionem, qui infantes colligerent & ferrent in Capitolio. His ablatis, iam dies quoque cecidit erat praestiturus, & in Capitolium ascensus Imperatori. Et illo quidem die abiit Imperator ad locum definitum: & qui erant macerati infantes, parati erant ad occisionem. Eorum autem matres cum Imperatori occurrissent, lugentes & eiulantes comas vellebant, & facies pulsabant, & genas lacerabant vnguibus, vestesque discerpebant, & vbera ostendebant quibus lactabant infantes, molestissimae & miserabilibus vocibus implebant aerem, erantque ijs qui videbant argumentum meroris & tristitiae. Quidni enim essent, cum essent matres, quibus nihil est magis miseriosum? Imperator autem cum stertum audisset & eiulatum, rogauit eos qui aderant quoniam esset eorum causa,

4 Ieiunium et oratio semper vacauerunt ad imperatorem a Deo ingerita benevolentia. Si D. Petrus in somnis apparuit Basilice, si dicitur eum quid agere debeat: si in eorum nomine verba Iesu praecipit, concludit necessario, quod sancti non sunt mortui, vt nonnulli garrunt, quod sicut eorum circa nos agitur, quod magnam habent potestatem post mortem.

causa. Postquam autem audiuit lugentes esse matres infantum qui erant interimenti, quorum sanguine erat lauandus, & virus purgatione morborum quibus detinebatur, tanquam ab ebrietate ad se reuocatus, & mente quieta & tranquilla effectus: Actionis quidem, inquit, impietas est euidentis & manifestis: incertum est autem an sit euenturum, ut polliciti sunt, qui hoc impium facinus iugulerunt. Quod si etiam esset manifestum, fatius esse duco, ut ipse patiat morbis vexatus, quam tot infantum qui nihil mali fecerunt, volens cadere faciam, & matrum eorum animis doloris flammam accendam, quae nunquam poterit marcescere. Haec cum dixisset, reuersus est in regiam, & infantes reddi iussit matribus: statuit autem ut vnicuique eorum praebentur pecuniae: ut eorum dolori ex aequo respondentem afferret laetitiam, gaudentibus quod non solum filios recepissent, sed praeter eos etiam accepissent pecuniam. Atque Imperator quidem sic euasit scelus. Deus autem ei dupliciter procurauit salutem, & summos ad eum & mittit discipulos, qui ei suggererent quae sunt salutaria. Nocturno dormiente Imperatore visus sunt ei adstare duo viri. Rogati autem quidnam essent, responderunt se esse Petrum & Paulum Apostolos Iesu Christi: millos autem esse ab illo, ut ei viam salutis ostenderent, corporisque & animae salutis consequendae rationem docerent, & vitam darent quae non potest dissolui, propterea quod ipse vitam quae est ad tempus dederit infantibus. Si haec ergo vis consequi, accersit Episcopum Syluestrum, qui in monte propter tui metum delitescit: & si illius monitis paruere, ille tibi ostendet piscinam, quae & carnis purgabit vitia, & animae sordes eluet. Haec cum ei dixissent, recesserunt ab oculis Imperatoris, & simul etiam eum dimisit somnis. Eo autem de somnio cum animo cogitante, & visum admirante, accersit medicum qui de more ei medicabatur vlcera. Ille autem eum dimisit, dicens se non amplius egere auxilio artificioso, Diuinitus enim ad me venit auxilium in somnis, & me diuinum somnium adiuit. Haec cum dixisset, mittit quamprimum qui beatum Syluestrum in monte quaerent, & eum ad ipsum adducerent cum omni reuerentia.

Postquam autem inuentus esset ab ijs qui missi fuerant, & iam esset adductus, eum & libenter vidit, & ei iuit obuiam, & eum est complexus. Deinde adiuro te, inquit, per crucifixum quem tu colis, ut dicas mihi an aliqui apud vos Dij colantur, nomine Petrus & Paulus. Ille autem contra respondit: Vnus à nobis Deus cognoscitur & Imperator, qui creauit caelum & terram, & omnia quae sunt in eis. Quos autem ipse nominasti, non Dij, sed Dei sunt ministri, qui ubique Christi nomen annunciant, & postmodum pro illo sunt mortui, ut qui ambos interemerit Nero propter salutarem praedicationem. Propter haec laetitia affectus Imperator: Rogo te, inquit, Episcopo Syluester, horum Christi discipulorum ostende mihi effigies, si habeas, ut sciam an iureuera sint illi qui noctu mihi apparuerunt. Ille autem statim iussit Diacono se summorum Apostolorum asserret imagines, & eas ostenderet Imperatori. Cum in eas autem allatas, oculos iniecisset Imperator, hos esse exclamauit & non alios, qui ad eum in somnis accesserunt, & visum narrauit Pontifici, rogauit ut ei ostenderet piscinam, quam qui ei visus sunt, sunt polliciti esse purgaturam & animam & corpus. Magnus autem ille pater: Non aliter tibi, inquit, & Imperator, licebit illa frui piscina, nisi eum qui tibi ab ijs qui visus sunt est praedicatus, verum esse Deum ex animo credideris. Ille autem: Nisi, inquit, verum Deum credidisset esse Christum, nequaquam tuam accessissem sanctitatem. Ei autem dicit sanctus: Oportet ergo te prius & ieiunare & Imperator, & Deum placare lachrymis, quaecunque peccati consistent. Deponere ergo purpuram & diadema septem diebus, & tuae regiae penetrare ingressus, clausis ianuis, in yacoco & cinere humi iacens in lectu age penitentiam, & iube claudi templa idolorum, & cessare eorum sacrificia: qui sunt in exilio, & metallo damnati, & in carceres coniecti, libera Christianos. Ergo relaxationem ijs qui sunt in vinculis & omnibus alijs afflictionibus. Si benignus in eos qui te rogant, & iustas imple petitiones ijs, quas habes facultates impertire pauperibus. Haec ille quidem dixit. Ipse autem affirmavit se omnia impleturum. Cum autem imposuisset sanctus manum capiti Imperatoris, & preces deinde dixisset, & ei fecisset & o Carethumenum, recessit, & cum accessisset quidquid erat sacri ordinis, & populo eos qui Christum confitebantur, praecipit omnibus ieiunium & preces. Cum ij autem unanimis eius iussu paruissent, suscitae sunt communes & intensae preces ad Dominum, ut Ecclesiae cesset persecutio, & pax eius concilietur, & tandem finis imponatur Daemonum libaminibus, & ijs qui per ipsos errant illucescat lux salutaris. Cum iam autem aduenisset dies septimus, diuinus Syluester venit ad magni Constantinum, & cum eum in Carethesi instituisset, & in sancta Trinitatis mysterio ei initiasset, & diuinam Oeconomiam docuisset mysterium: Tempus est, inquit, & Imperator, ut tibi pareat piscina. Cum ea autem iam esset parata: Haec est, inquit, piscina quam dixerunt ij qui à te visus sunt, & aqua quae est in ipsa sanctificata, inuocatione Trinitatis, purgat animas, tibi autem ea erit & carnis curatio ac purgatio, & morbum tuum fugabit, ut tibi sacrosancti praedixerunt. Apostoli, ingredere ergo diuinum lauacro, primum quidem purgan-

6 Si noctu duos discipulos misit Deus ad Constantinum, signum est quod sancti non possunt dici mortui. Vere enim visum spiritus ex anima eorum in conspectu, alij si mi, licet corpora deceant in sepulchris.

7 Vides hereticum sum imaginem in Ecclesiam esse se et antiquum?

8 Ecce quod baptizandi per aliquot dies ieiunium, lachrymas et penitentiam praeparantur.

9 Nota quod sacrosanctus, cuius in cubatio, sunt insignia penitentium.

10 Vides inter ritus qui ex consuetudine Ecclesiae in Baptismo adhiberi solent, conscribi etiam?

11. Ecce quomodo et ecclesiam semper sacri baptismi praecedat.

purgandus à peccatis & delictis tuis. Deinde etià à morbo qui in tuo corpore pullulauit, req; vexat, & probro & dedetore afficit. Haec cum audiisset Imperator, & lectus vltimam exiisset tunicam, & probrum carnis subiecit oculis, & vnctus fuit sancto chrismate, ingressus est piscinam. Cum autem Syluester eius caput tetigisset, & eum in aquam immerisset, & sancta simulq; veneranda inuocasset Trinitatem, lux repente totam domum circumfulsit: & lucis splendor plusquam solenituit. Exijt itaq; Imperator ex diuino lauacro, habens carnem puram & sanam, neq; plaga nec vlla apparente cicatrice. Aqua autem piscinae erat plena ijs quae ex vlcibus exciderant membranis ac pelliculis, non secus ac squammis piscium. Ille autem cum se vidisset tam repente sanatum, nesciebat quemadmodum satis ostenderet gaudij sui magnitudinem. Cum autem vestis à cadidam induisset luminosam, dixit ijs qui aderant, se sensisse manum desuper extensam, quae eum tetigit immersum in piscina. Et statim edidit decretum, ne quis auderet blasphemare Christum, aut molestiam exhibere Christiano: eius autem qui conuictus fuisset tale quid fecisse, publicari dimidium bonorum: iussit autem templum quoque in regia aedificari Christo Seruatori, cum ipse suis manibus eius figuram descripsisset. Decreuit autem, ut qui vellent, securè possent religionem eligere Christianam, & ad Christi fidem accedere & baptizari, impensis quae fiebant ad illuminationem, & veste suppeditata ex thesauris Imperatoris. Exhinc magna quaedam multitudo accedit ad fidem & diuinum baptismum, & non ex diametro: erat quidem gregi Christi quotidie accessio, idolorum autem cultoribus diminutio, sed pietatem longè magis superabat praedicationis, ipso diuino Constantino, quotidianis sermonibus incitante plurimos ad persuasionem praedicationis, & quod in ipsum factum fuerat miraculum deducere ad fidem Saluatoris nostri Iesu Christi. Cum multi autem verè Deum esse Christum alta voce clamassent, & eos qui non sentirent, exclamarent oportere exterminari ex ciuitate, Imperator silentium populo praecipiens, dixit Dominum velle sua voluntate ipsum confiteri eos qui ad eum accedunt, & sua sponte sacrificare, non autem vi eis & metu intentato. Quocirca ipse quoque dixit: Neminem volo inuitum cogi ad suscipiendam praedicationem: Illos autem admitti, qui pura ac sincera mente credunt Domino, & admittunt praedicationem. Hoc dictum ab Imperatore mouit omnibus laetitiam, & admittunt libertatem & liberum arbitrium. Et sic quidem se habebat populus. Imperator autem proposuit decretum, ut omnes qui erant in carceribus, in metallis fodinis, in vinculis, propter cultum Christi, soluerentur quidem à vinculis, reducerentur ab exilio, educerentur ex carceribus, liberarentur à metalli operibus, & puram reciperent libertatem & relaxationem: Licebat ergo videre Christi Ecclesiam exultantem, & Domino contentem qui eius tempestatem sedauerat, & Tyrannorum mare quod in ipsum rugiebat, sopierat. Per haec malignus & ab initio hominum inimicus accepit certum vulnus. Non erat autem illius malitiae vulnus ferre tacite, sed rursus machinatur aduersus Orthodoxum, & quomodo septem prius misit in expeditionem aduersus primam matrem: & per illam primum parentem est suffuratus: ita nunc quoque mittit in expeditionem serpentes & foetus viperarum, Iudaeos, inquam, aduersus inclitam matrem Imperatoris. Nam cum in Bythinia tunc versaretur vnde orta erat, quidam Iudaei ad eam accesserunt: dicentes, ab Imperatore quidem effectam esse rem bonam, quod sint abolita simulachra: sed non finire ut esset bonum, sincerum & impermissum, sed ei etiam ex errore aliquid mali & auersandi admiscere, nempe credere Iesum esse Dei filium & verum Deum, qui fuit homo Iudaeus, & tanquam maleficus ac veneficus fuit de medio sublatus. Non enim oportere Imperatorem tum illi adscribere sanitate, sed aeterno & soli Deo omnipotenti, qui eius pietatem remuneratur, quod primus diruisset simulachra. Oportet ergo & Imperatorem, aiebant, te Imperatorem tuum filium ab errore auertere, ne quid ei mali contingat propter errorem superstitionis, caelesti Rege ei irato. Haec illi quidem dixerunt: Ea verò haec significauit literis Imperatori suo filio, quicquid has matris accepisset literas, ad eam scripsit, oportere eos qui haec dicunt, Iudaeos, congregari cum Episcopis Christianorum, & eis resistere in disputatione ipsis audientibus: & eum qui visus fuerit dicere meliora & vberiora, victoriam esse consequenturum, & se esse secutos illius opinionem. Haec inclita Helena significauit Iudaeis: & hortata est ut quidam ex eis cum ipsa Romam proficiscerentur. Illi autem, cum viros elegissent qui totius veteris legis scripturas summè didicerant, & voces nouerant Prophetarum, & versati erant etiam in doctrina gentilium, eos mittunt cum Helena Imperatrice, ut in differendo Christianis resisterent. Qui autem missi erant, ad satis magnam redibant multitudinem, cum quibus erat etiam quidam ex Iudaeis praesbyteris, qui vocabatur Zambre, qui erat in arte magica summè exercitatus, & per eam multa ostendebat prodigiola, cui plusquam alijs fiebat Iudaeorum sodalitas. Etsi enim victi essent in disputando, existimabant se Zambre praestigijs certam habituros victoriam. Cum ij autem Romam venissent, eorum aduentum sancti significat Syluestro Impera-

12. Sancto etiam chrismate inungebantur, qui ad sacri baptismi las uacri veniebant. Ex hoc loco cōstituta habes omnium illorum mendacia qui dicunt cōstitutum non fuisse a beato Syluestro baptizatum. 13. Mos fuit antiquis ut baptizati veste cādidam induerentur.

Impera-

Imperator, & rogat ut de fide cum eis contendat. Ille autem lubens certamen suscipit. Dies itaque praefinitus fuit disputationi, & diuinus Syluester alios quoque; accessit Episcopos ut disputationem secum aggrediatur. Cum adesset autem dies praefinitus, venit & ipse Syluester in regiam, & quidam Episcopi, & multitudo Iudaeorum: certaminis autem auditores & iudicatores, & ipse pius praesidebat Constantinus & praeclearus senatus, eius autem mater Imperatrix sedebat intra velum. Diuisi autem quidam ex Iudaeis, dicebant oportere aliquos ex Episcopis, secretos ab alijs, cum eis decertare. Quibus Syluester: Non sunt, inquit, nobis vires in multitudine, sed in Deo qui omnia corroborat, quem innocentes ad hoc certamen, dicimus: Exurge Deus & iudica causam tuam. Iudaei autem: Noltra, dixerunt, sunt haec verba & nostrae scripturae: Te autem oportet tuis uti & non nostris, o Episcopo. Syluester autem: Vobis quidem, inquit, ab initio locuta est scriptura veteris testamenti & praeconia Prophezarum. Nihilominus autem ea quoque; ad nos pertinent. Quoniam horum plurima de Christo sunt praedicta, & alioqui necesse est ex his vobiscum disserere. Nam veluti quidem libri nobis euasere proprijs, sed non nostri quoque; vobis, & sicubi est illis à nobis aliquid adductum fuerit, id à vobis circumscribitur. Quocirca vestris libris utemur ad demonstrationem, quorum hoc nobis vendicamus, quod est magis admirabile, & clariorem efficit victoriam, quod sumptis armis aduersariorum, ijs eos qui resistunt percutientes, bello euademus superiores, & pure potiamur victoria. Ad haec dixit Imperator, aduersus id quod dixit Episcopus non posse contradici, Si enim o Iudaei, vestras adducunt scripturas ij qui Christum colunt, ad suam probandam opinionem, eis citra controuersiam tribuetur omnino victoria. Haec cum dixisset Imperator, & senatus ei esset suffragatus, Iudaei coeperunt loqui dicentes: Cum omnipotens Deus dixerit in Deuteronomio: Videte quod ego sum & non est Deus praeter me, quomodo ipsi Iesum qui est homo, Deum existimatis & nominatis, & tres Deos inducitis, nempe & eum qui à vobis colitur, & Iesum, eum decernentes esse Dei filium, & praeter hos Spiritum? Num enim sic opinantes, non aperte aduersamini ei qui docuit non esse alios Deos, qui est Deus productor vniuersorum? Ad haec à Deo inspiratus contradixit Syluester: Si citra ullam animi perturbationem mentem vestris adhiberitis scripturis, nihil nos noui diceretis opinari, si Dei filium & Sanctum spiritum statuamus. Haec enim non nobis à nobis ipsis dicta sunt, sed inuenerit sunt à diuinis Prophetis. Et ante alios quidem dicit David Propheta & Rex, patrum vestrorum in Seruatore nostrum praenuncians insaniam: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersus Dominum & aduersum Christum eius? Ecce ergo Dominum & Christum eius dicens, non vniam personam inducit, sed duas: Quod autem Dei filius sit Christus, significat idem Propheta dicendo: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Alius est ergo qui genuit, & alius qui est genitus. His Iudaei opposuerunt. Quonia ergo, ut dicitur genuit Deus eum, qui est impatibilis, statuis patibile, & ei tribuis affectionem. Quomodo autem filius est Deus qui in tempore est genitus, & ut esset, habuit in tempore? Illud enim hodie, est temporis, & non sinit Deum existimari aeternum. Non patibilem generationem, o Iudaei, in Deo dicimus, dixit à Deo afflatus Syluester: sed diuinam & impatibilem & Deo conuenientem: & quomodo dixerit quispiam Verbum nasci ex mente. Neque; introducimus temporale ex Deo filij eius generationem, sed temporis expertem & aeternam. Nam temporum quoque; effectorem cum alijs nouimus esse filium. Effector autem temporum non est sub tempore. Illud autem, Hodie genui te, dictum est à Dauide, non supernam & quae est ante secula, & ei conuenit, diuinitatis significat generationem, sed eam quae est inferius, quae est in tempore & in carne, quam suscepit propter nostram salutem. Nam nouit quidem hic Propheta Christum & Deum ante secula. Quamobrem dicit etiam: Sedes tua Deus in secula. Praedicat autem eius quoque; in extremis temporibus generationem, propter mysterium susceptae carnis dispensationis. Quamobrem subiungit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Per hoc quidem Filius meus es tu, temporis expertem & quae est ante secula significans generationem. Per hoc autem, Ego hodie genui te, inferioris & eam quae est sub tempore. Hoc autem: Ego hodie genui te, introductum est à propheta ostendente patrem, eam quoque; quae inferius facta est generationem, tamquam propriam sibi attribuere, & quae illius voluntate facta sit.

Quod autem vestra scriptura spiritus quoque meminit, idem Propheta David testatur, dicens: Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Hic ergo trium facit mentionem, Patris, inquam, & filij, quem vocat verbum, propter supernam generationem, eam ostendens esse impatibilem, & sancti spiritus. Porro autem alibi quoque meminit spiritus: spiritum tuum sanctum, dicens, ne auferas à me. Et rursus: Quod ibo à spiritu tuo, qui est scilicet & implet vniuersa. Et rursus: Emittes spiritum tuum & creabuntur. An non haec dicta sunt à diuino Dauide? Non Moses etiam qui Deum vidit, in libro Genesis Deum introducit dicentem: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram? Cum quo ergo differens

differens est Deus introductus, si non dixerimus esse aliam cum qua loquebatur personam. Non hoc autem omnino dixerit quispiam, dictum esse ad virtutes coelestes. Illud enim: Ad imaginem nostram, non concedit tale quid cogitari. Non est enim eadem imago & similitudo Dei & Angelorum, quoniam non est eadem natura. Necessario ergo sequitur, alium esse eum cum quo differebat, ut qui sit eiusdem cum illo naturae & similitudinis, vel ut magis proprie dicam, identitatis. Quisnam autem is existimari possit nisi filius, qui est eiusdem essentiae, gloriae, & potentiae, & ut semel dicam, imago patris immutabilis? Quidnam ergo noui sumus opinati, qui decernimus esse patrem, filium & spiritum? Et si gentilibus haec esse incredibilia videantur & inania, non est nouum, quoniam illi nostris libris non sunt imbuti. Vobis autem quomodo haec esse putentur inania, qui diuinarum Prophetarum voces meditamini: quorum nullus est qui de Seruatore non praenunciauerit? Cum autem diuinus pater pergeret adhuc dicere, orationem interrumpens Imperator, dicit Iudaeis: Dicta quae nobis proposuit scriptura & Episcopus, o Iudaei, itane, ut dixit, se habent in vestra quoque scriptura? Illi autem: Ita se habent, dixerunt, o Imperator. Ergo quod, inquit, attinet ad Trinitatem, mihi videmini vinci, & dare Syluestro calculum victoriae. Non, si nos quoque; ad haec obiecerimus, o optime Imperator, quae contradicere potuerimus, esse iudicabitur Syluester superior. Plurima autem habemus quae contradicamus, & ea statim dixissemus, nisi nobis videretur superflua oratio & inanis conatus. Non enim nunc agitur, sit ne vnus Deus an tres, sed quod Nazarenus non sit Deus. Nam & si concessum fuerit oportere tres opinari Deos, non tamen propterea sequitur, ut Iesus qui natus est homo, & ortus est ex hominibus, & conuersatus cum hominibus peccatoribus, & publicanis, & cum illis conuiuia inijit, & tandem fuit condemnatus propter maleficia, & ligno crucis affixus, & sic mortuus, Deus existimetur & nominetur. De hoc ergo nunc aduersus illos decertatur, qui nouum hunc Deum introducunt, & si de eo aliqua possint dicere, aut aliqua habeant testimonia, ea dicant. His sic dictis, praeclearus Syluester: Non tres, inquit, Deos nos esse dicimus o Iudaei, ut vos putatis: sed vnum Deum, qui in tribus personis aut hypostasibus colitur & adoratur. Caeterum de hac re differat oratio, quoniam nominata est à vobis superuacanea & inanis laboris. Consequens autem erat, ea quae aduersus vestram ab initio propositam quaestionem à nobis sunt adducta ex libris vestris, ostendere non fuisse recte dicta, & sic procedere nobis disputationem. Sed quoniam de his modò dicere recitasti, de Domino nostro Iesu Christo, ut vobis videtur, verba faciamus. Hinc autem est incipiendum. Deus qui produxit omnia, cum ad bona opera produxisset & formasset hominem, ubi eum vidit declinare ad omne vitium, non neglexit suarum manuum figmentum quod peribat, sed ei placuit ut suus filius qui manet ab illo inseparabilis (est enim vbique Deus) ad nostros quoque; veniret fines, factus ex muliere, factus sub lege, ut eos qui erant sub lege redimeret. Quod autem ex muliere pariendum esse Deum responsum fuerat, praedixit diuinus Propheta Esaias, dicens: Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. Hoc autem nomen ut vos quoque; scitis, significat Dei aduentum ad homines. In Graecam enim vocem traductum ex Hebraeo significat, Nobiscum Deus. Deum ergo ex virgine nasciturum, hic Propheta longo antè tempore praenunciauit. Sed dicunt Iudaei, librum Esaiæ non habere virginem, sed adolescentulam: corruptam autem esse à nobis scripturam, ut qui in nostris libris scripserimus virginem pro adolescentula. Quod nomen quidem adolescentulae, inquit diuinus Syluester, vestra scriptura soleat accipere pro virgine, multis in locis possumus ostendere, o aduersarij: interim autem hoc quoque; aliunde ostendetur. Stultam enim Prophetæ orationem vel potius ipsius Dei, dixerit quispiam, nisi intelligamus adolescentulam dictam esse virginem. Nam cum Esaias tanquam ex persona Dei dicat Achaz: Petis ne tibi signum in profundo aut in alto? Cum illis autem dixisset se non petiturum, nec Dominum Deum tentaturum, Propheta Deum inducit loquentem. Ipse dabo vobis signum. Iam vero ipsum signum quale erit inquit. Ecce virgo in vtero concipiet. Si non ergo dicitur dicitur adolescentulam à Propheta dictam esse virginem, quomodo signum esse reputabitur? Eam enim quae est virgo coniuincta, ut à vobis acceptum est nomen adolescentulae, in vtero concepit, non est signum, sed naturalis consequentia, & eorum quae sunt aliquid. Signum autem est eorum quae fieri non solent. Quod si etiam dederimus in libro Prophetico scriptum esse adolescentulam, sic quoque adolescentula virgo esse intelligetur, ut signum sit id quod est promissum, & non ex ijs quae sunt naturaliter, neque habent aliquid alienum & insuetum. Conuenienter ergo huic promissioni, virgo concepit in vtero. Nullus autem homo inuentus est, qui natus non sit ex virili semine post primam parentem, & eam quae est ex illius latere constituta: neque absque cum viro congressione auditum est vnquam peperisse mulierem. Cum autem sancta virgo conceperit ex sancto spiritu, & peperit absque corruptione, fuit nobiscum Deus ex promissione: ceperit ex sancto spiritu, & peperit absque corruptione, fuit nobiscum Deus ex promissione: Atqui non Emanuel, sed Iesus est nominatus qui natus est ex Maria, Iudaei contra dixerunt:

Restat ergo ut non qui est promissus à Propheta, sit is qui à vobis colitur Iesus, sed alius. Hic sit ut neque fuerit cum hominibus Deus. A Deo autem motus Syluester intulit aduersus hanc objectionem, dictum esse quod populi scilicet eum vocabant. Videntes enim ea quae ab ipso sunt mirabilia, Deum vocabant, & credent secum esse Deum, Mos est autem scripturae, promouens nonnunquam ut rerum euentibus, quomodo etiam est illud: Vocabunt pueri, cito spolia, velociter praedare. Atqui nusquam inuentus est aliquis qui sic fuerit vocatus. Quod autem depraedatio inimicorum, & distributio spoliatorum facta sit per Christum, propterea dictum est à Propheta tanquam nomen, id quod per ipsum est euentum. Quinetiam dicit de Hierusalē: Vocabitur ciuitas Iustitiae. Atqui nusquam inuenta est in rota nostra scriptura ciuitas nominata iustitiae, sed vocata est perpetuo Hierusalē, quoniam autem murata erat in melius, propterea dicta est ciuitas iustitiae à Propheta respōso. Alia quoque inuenit quispiam dicta hoc modo in scriptura. Tale quid etiam praedixit Esaias de eo qui erat nasciturus de virgine. Rerum enim euentum dixit futurā ei vocationem, non à matre, neque ab eo qui putabatur pater, sed à multis. Quinetiam ipsum quoque nomen quo vocatus est, scilicet Dominus, re ostendit euenturam: Iesus enim, sicut vos non ignoratis, populi salutem significat. Seruator autem fuit ihs qui eum crediderunt esse Christum.

Non solum autem Esaias dixit Deum nobiscum futurum, sed Hieremias quoque eius ad nos aduentum praenunciavit. Hic est Deus noster, non reputabitur alius praeter ipsum. Et post nonnulla: Post haec in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Atqui dixerunt Iudaei: Non quomodo dixit de futuro Esaias, ita etiam praedixit Hieremias: sed de eo quod iam factum fuerat, & in tempus praeteritum, non in futurum refertur. Quo fit, ut non sit iudicandum eum loqui de Nazareno. Mihi videmini o Iudaei, ait Syluester per Apostolos, vestra sponte conuiuere ad veritatem, & nolle lucem intueri. Non enim dixerim vos ignorare proprietates responsorum Prophetarum: & quod scire mos sit Prophetis futura praedicere, perinde ac si iam facta essent, propterea quod omnino futura sit Prophetia, & non possit excidere. Quomodo enim quae iam facta sunt, quin facta sint, fieri non potest: ita etiam diuina responsa non possunt excidere, & propterea quae futura sunt, nonnunquam tanquam facta, sunt à sacris introducta Prophetis. Et his plena est vestra scriptura. Atque si Deū quidem in terris visum ante Hieremiam, & conuersatum cum hominibus nobis possitis ostendere, aliquam rationem haberet contradictio. Sed quoniam hoc fieri non potest, oportet deinceps in futuro accipi dicta Prophetarum, quomodo sunt etiam alia eiusmodi in vestris libris, & praeter cetera in libro psalmodum, in quo de Christo praedixit Dei parens David, & tanquam iam facta praedixit. Nunc quidem Discipuli ingrati animi crimine perpetua notas ignominiae, dicendo: Qui comedit panes meos, magnificauit super me supplantationem. Nunc autem populorum deplorans amentiam, & Gentium audaciam. Fuerunt autem populi quidem vestra synagoga, Gentes autem exercitus Romanorum: Quare fremuerunt gentes, dicēs, & populi meditati sunt inania: & alia quae sequuntur. Modò autem crucis passione, cum dixit: Foderunt manus meas & pedes meos. Et quae facturi erant milites, dicendo: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem: & dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Rursus autem praedicens sepulturam dum diceret prophetice: Poluerunt me in lacu inferiori: modò autem ascensum in caelos prius cōtemplans & prius annuncians, & clamans: Ascendit Deus in iubilo. Quinetiam antiquae vestre parens Iacob dum deficeret benedicens suis filiis, quoniam Deo afflatus praesciuerat Dominum venturum ex Iuda, & multa quidem alia ei dixit Domino cōuenientia, & praeter cetera eius quoque ostendens sepulturam, & resurrectionem: Procidens dormiit, inquit, ut leo, & tanquam catulus, quis excitabit eum? Porro autem Esdras quoque praedicens passionem, sic inuentus est figurasse orationem, & conscripsisse ea quae erant futura tanquam quae iam inuenissent. Alligauit me clamantes super tribunal Iudicis, me humiliastis, ut supra lignum penderē tradidistis. An non, inquit, haec omnia o Iudaei sunt voces Prophetarum? An à vobis dicentur, esse falsa dicta Prophetarum? Haec quidem sic scripta esse in libris Hebraicis, dixerunt Iudaei, nos quoque assentimur. Tu autem nobiscum agis sophisticē, & nos conaris decipere: & dubia vis probare per dubia: & per ignota ignota ostendere: & eam adduci demonstrationem, quam Dialecticus nominauerit *δυναμιον*, id est, mutuum, & se inuicem probantem. Nam cum pollicitus esses te ostensurum illud de Iesu dictum esse à Propheta Hieremia: In terra visus est, & cum hominibus conuersatus est, etiam si oratio relationem fecerit in futurum, dubia adduxisti testimonia, & quae certum sit non dicta esse de IESU. Sed nos non decipies o Episcopo. Nam neque nos sumus Graeca ignari sapientiae, neque sophisticorum imperiti argumentorum. Non sum ego Sophista, ait Deo inspiratus Syluester, nec accuratē Graecam teno eruditionem, sed sermone imperitus, Dei autem confisus sapientia, verbo quod est Deus & homo, & viuifico spiritu, non autem sophisticorum verborum

persuasione,

persuasione, subij vobiscū differendū certamen: & dixi vobis vera, firmaque ac stabilia. Quoniam autem quae dicta sunt non reprimunt vestram curiositatem: Aliunde quoque cōstendam in vestra scriptura hanc esse consuetudinem, ut praeteritum tempus accipiatur pro futuro. Sufficiunt autem ad demonstrationem psalmi graduum. In his enim eam quae ex Babylone tempore Cyri facta est liberationem captiuorum Hebraeorum, & secundum in Hierusalē ascensum, & templi reedificationem prius significans diuinus pater David, Nam ut propheta & homo à Deo inspiratus, multis ante saeculis vidit mentis oculis ea quae futura erant, & tanquam iam facta, prius scriptis ea quae euentura erant plurimo post tempore. In primo autem psalmo graduum statim dicit ex persona populi captiui: Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudiuit me. Et post aliquantum: Hei mihi quod incolatus meus: & deinceps psalmi graduum euocant auditorem ad tempus praeteritum. Et sic non in his solum, sed etiam in pluribus alijs inuenta est oratio figurata à Dauide. Videntur tamen haec vobis sufficere ad probandum, an adhuc mihi opus erit alijs? Si ita haberent, dixerunt Iudaei, ut tu dicis Episcopo, sufficerent. Nunc autem & de psalmis falsum dicis, & de eorum scriptore Dauide. Non enim loquuntur de reditu qui fuit ex Babylone post captiuitatem, sed de liberatione ex Aegypto quae fuit tempore Moysi, & merito in praeteritum tempus sunt compositi. Facile quidem est, ait vir diuinus, ex iis qui dicti sunt psalmis ostendere, vos vestra sponte esse malos. Non enim vos ignorare, dixerim, quod de reditu ex Babylone hos psalmos David propheticē composuerit, sed in hoc non immorabor, sed ex alio euidentius ostendam id quod quaeritur. Mihi autem rogati respondete: Quando dominata est gens vestra Hierosolymis, nonne postquam egressa est Aegypto? Hoc verum dixisti, dixerunt Iudaei: Non Iesus primum nominata est & Salem? Ne hoc quidem est falsum. Non qui vestri habuit administrationem Propheta & Rex David, cum multis praesulis iudicasset eos qui ipsam habitabant, illam propriam ciuitatem esse dixit & nominauit: Assentimur. Non capta fuit ciuitas tempore Nabuchodonosor: & diruta quidem sunt moenia, illud autem ditissimum & celeberrimum templum Solemonis fuit euersum: & abductus fuit populus Babylone captiuus? Haec sic acciderunt. Propterea ergo factus est Dauide centesimus sextus psalmus qui dicit: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Paulò post. Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextera mea, & quae deinceps consequuntur in psalmo. Ecce ergo hic quoque Propheta ea quae multis post saeculis euentura fuerant, non tanquam futura praedixit, sed ea tanquam quae iam facta fuerant narravit. Nec poteritis dicere eum haec praedixisse de reditu ex Aegypto. Nondum enim vestra facta fuerat ciuitas Hierusalem: nec hoc nomine appellata fuerat, ut vos confessi estis. De hoc reditu loquuntur etiam psalmi graduum, etiam si vos eos circumscripsistis, & hoc est manifestum ex hoc tertio psalmo qui factus est ex persona bello capti populi Hebraeorum qui erat in Babylone, qui dicit: Laceratus sum in his quae dicta sunt mihi, in domum Diribitum. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Quinetiam in septuagesimo octauo psalmo, ea quae tempore Antiochi accidit Hierusalem depopulationem praedicens Propheta David: Deus, inquit, venerunt gentes in hereditatem tuam. & in templo cernens maculatas hostias quas tunc sacrificabant, & introducta in ipsum simulachra, & eam quae alioqui facta est sanctorum iniquationem: Polluerunt templum sanctum tuum, praedixit, & reliqua quae sunt in psalmo prius enunciauit, & tanquam iam facta defleuit quae erant ventura: & iis qui erant facturi, perinde ac ihs qui iam fecerat male est precatus. Cum ergo sic in multis fingeretur oratio in diuina scriptura, non fuerit nouum, si quaedam de Christo sic dicta sunt à Prophetis, & hoc modo figurata fuit ab eis oratio. Haec cum in rebus diuinis sapiens differuisset Syluester, Iudaei: Nihil, aiebant, est horum falsum, sed tu quae dicta sunt de alijs, Iesu improbe tribuis: & sic mentem simpliciorum surripis. Ergo, inquit sanctus, aliquem alium à virgine conceptum & natum datis, aut ante Seruatorem Christum, Deum in terra visum, & cum hominibus conuersatum demonstrare potestis, aut alias gentes fremuisse & populos esse inania meditatores aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Quin autem alij accōmodatiis illud. Foderunt manus meas & pedes meos: & illud, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem: & in escam datum ei esse fel, & potatum eum esse aceto: & possum esse in lacu, & surrexisse in iubilo, ut Deū, qui vicit inimici. Canticum enim est pro victoria iubilatione. Dicite ergo an haec possitis alicui alij tribuere? Haec cum audisset Imperator: Mihi, inquit, videmini o Iudaei, esse victi. Illi autem: Ne sic, aiebant, seras contra nos sententiam o optime Auguste: postsumus enim adhuc multa alia opponere Episcopo. Et iam dicat quana de causa Iesus cum esset Deus, ut ipse dicit, natus est ex Virgine, & carne suscepit. An enim non poterat omnipotēs aliter reuocare genus hominum, & efficere ut ex casu surgeret? Quomodo autem Deo quoque à Diabolo fuit adhibita tentatio, dum modo quidem exigeret ut esturiens faceret panes ex lapidibus: modò autem iuberet ut se ex alto deorsum deiceret,

ij vt id quod

vt id quod cerneretur probaret esse Dei filium: & rursus eum impelleret ad adorationem, & pollicetur se ei daturum regna terre. Ad hæc dicit beatissimus Syluester: Nihil est quidem o Iudæi, quod non possit à Deo fieri, & vt res est, ita creditur. Oportebat autem Diabolum vinci ab eo qui ab ipso vincus fuerat. Homo autem ab illo vincus iuit, & homo qui non factus est ex naturæ consequentia, neque ex coitu & congressu viri, sed ex terra formatus incorrupta: incorrupta enim tunc erat terra, vt quæ nondum fuisset maledicta neque polluta sanguine fratris, aut cædibus aliorum animalium neque mortuorum corporum, vt postea vocata esset sepulchrum, aut prophanis actionibus inquinata & sceleribus. Atque ex terra quidē talis caro formata fuerat Adamo primo parenti: ipsa autē diuina insufflatio facta est in animam. Eū ergo hominem qui sic natus fuerat, cum vicisset malignus, se insolenter iactabat, vt qui diuina insulcasset figmento. Oportet ergo, vt dictū est, à tali rursus homine vinci, & cadere eum qui est princeps: & auctor mali. Talis autē est Dñs Iesus, non natus naturæ legibus, sed vt ille ex terra incorrupta, ita Dominus ex vtero incorrupto, & ventre virgineo & sancto. Et quomodo ille fuit viuificatus diuina insufflatione, ita hic etiam sanctissimo & viuifico spiritu cōstitit, perfectus homo in omnibus sine peccato. Qui ergo quomodo Adā nō naturaliter, sed supra naturam factus fuerat homo, & alius vocatus Adam vicit eum qui primū Adā vī deceperat & vicerat, & per quæ maleuolus & hostis hominibus primū nostrum deuicuit parietem, per ea noui quoque; Adam inescare aggressus, nō potuit. Per intemperantiā enim & gloriæ cupiditatē illum decepit. Si ex ligno prohibito comederis, eris tanquā Deus, cognoscēs bonum & malum, & aduersus Christū quoque; per eadē conatus & gloriari, cum videret eū tanquam Adamum propter id quod apparebat, & elurienti apposuit lapides, petens vt eos mutaret in panes: & pollicitus est se illi daturum regna terre, si prociēs eum adoraret. Illud enim erat gulæ, hoc autē primi loci cupiditatis & dominandi desiderij. Vndique; autē depulsus fuit malignus, & cum primū vicisset Adam, secundum aggressus apertē victus est hostis. Propter hæc Deus est inter homines, & mater virgo, & hostis tentator. Nō diuina autē natura, sed humana fuit tentata, & in passione similiter passa est humanitas, imparibili remanente diuinitate. Aliena dicis o Episcopo, respōdere Iudæi, & ab ijs qui intelligunt omnino non admittēda. Quomodo enim vnquā admiserit intelligētia, duarū rerū vnitarū vnā quidē pati, alterā verō effigere perpersionē: & vnā quidē dolere, alterā verō non sentire dolorē: & hæc quidem mori, illam verō manere immortalem? Etenim nos quoque; constamus ex duabus naturis, nempe ex anima & corpore, ex quibus anima quidē est immortalis: corpus verō subiectum mortalitati: sed corpore patiente, animā quoque; simul pati cū eo cognoscimus: & eo dolente, illam quoque; simul dolere. Et quā diu carnī vnita est anima, fieri non potest, vt si ea cruciatur, non anima quoque; sit particeps cruciatus. Est autem hoc euident. Nam cum ex carne euolauit anima, illa nihil sentit omnino molestiæ. Non diuinarum naturarū in Christo commixtionem neque confusionem opinamur o Iudæi, diuinus dixit Syluester, sed vnionem quidem, vtraque; autem natura suas inconsumas seruante proprietates. Nam comedebat quidem & dormiebat vt homo, & fleuit propter Lazarum mortuū. Vt Deus autem, viuificauit mortuos, curauit paralyticos, per mare ingressus est pedibus, violentis ventorum flatibus assurgens mare deprensit, strauit, & sedauit. Mari agitato fluctibus: Sile, dixit, cōpescere, & statim euasit placidum & tranquillum, & non transiit increpationem. Ita etiam perpersiones & tentationes applicandæ sunt carnī cui innatum erat, vt pateretur & tentaretur: non autem diuinitati. Nam cum perfectum hominem suscepisset Dominus noster Iesus Christus, & anima quoque; & mens in ea est assumpta, & carne patiente, vnā quoque; dolere animam, humanæ naturæ legibus nos quoque; dicimus: cum carne autem Domini pati id cui non est innatū vt pariat, dico autē diuinitatem, nunquam dixerimus. Sed quomodo, rursus dixerunt Iudæi, potuerit hoc vnquā fieri? Quomodo quod à te afferitur potuerit concipere cogitatio? Si autem in rebus materialibus, & ijs quæ apud nos fiunt, hoc fieri ostendimus, dixit à Deo inspiratus Syluester, nō fuerit hoc à nobis admittendum etiam in diuinitate in quam non cadit interitus. Post hæc dixit Imperator & Senatus: A ratione alienū fuerit o sancte Syluester, si ei quod dicis nō assentiantur Iudæi: Si duo quædam vnita ad te adducta fuerint, quorū vno patiente, alterum nō fuerit simul particeps perpersionis. Tibi quidem o optime Imperator, & illustri Senatui, respondit admirabilis Syluester, hæc sic videtur, & in alterā partem nō propēdet calculus. Dicat autē Iudæi quoque; an illis placeat id quod dicitur, & an huic quoque; sententiæ illi assentiantur. Dicite, ait Imperator Iudæis, quid vobis videtur, si id quod dixit confirmauerit Episcopus. Illi autē: Fieri quidem non potest, dicebāt, o Imperator, vt tale exemplum nanciscatur Syluester. Sin autē nactus fuerit, & impleuerit id quod est pollicitus, si contra illius dicta nos nihil dicere poterimus, nos quoque; lubenter tuam sequemur sententiam. Sit mihi ergo exemplū o Imperator, ait sanctus, purpura tuæ potentia.

tentia. Non est ea fila serica, quæ natura quidem vilia, & ante purpurā nō in magno pretio habita, purpuræ autem sanguine colorata, & magni sunt pretij, & fiunt ornatum Imperatoris: Quando ergo ea nebantur à textoribus, & vel extendebantur ad flamen, vel ab eis parabantur ad subtegmen, & aliquando quidem secabantur, aliquando autem inter se colligabantur, vtrum erat id quod nebatur, aut secabatur, aut ligabatur, fila serica, an id quod ea colorauit, color, in quā purpuræ? Augustus & Senatus, Serica fila, dixerunt, o Episcopo, nebatur & secabantur. Sint ergo, dixit sanctus, imago, fila quidem serica, carnis Domini. Purpura autē, diuina, & imparibilis naturæ, & quomodo fila quæ prius ei ant pretij, colorans purpura flore suo, longē facit pretiosiora: ita etiam diuinitas carnī vnita, quam suscepit Dominus, eam fecit longē pretiosiorē, sed illa patiente non passa est diuinitas, quomodo neque purpura, dum fila secabantur serica, aut quæ ex eis cōtexta fuerant, fuit concisa. His applauserunt Imperator & Senatus: Et optimū est, dixerūt, exemplū, & ratio quæ seruat promissum, & apertē ostēdit solā passam esse Iesu carnē, non autē diuinitatē. Imperator autē orationem conuertens ad Iudæos: Quid vos ad hæc dicitis, inquit? Magnæ quidem audaciæ, dixerunt, o Imperator, tuæ repugnare sententiæ. Vbi autem de Deo agitur & contenditur, he tua quidem potentia erit nobis impedimento, quominus cōtradicamus. Nobis enim nō solūm videntur hæc fila serica neri & scindi, sed etiā simul neri & scindi purpura: & ita Syluestro non succedere quod dixerat, & non præstitisse quod erat pollicitus. Cum autē cōtradiceret Imperator & Senatus, à Deo inspiratus Syluester: Perticax, o Imperator, inquit, est hoc genus, & semper duræ ceruicis. Ne ergo tua labore potentia, sed his quoque; adhuc alia adficiantur exempla, adiuvante fortē sancto & intelligente spiritu: qui hominē docet sciētiā, eorum obstruēt ora, & persuadebūt. Er ad Iudæos cōuersus: Solis, inquit, radius qui arbori applicatur, & eā illustrat, nō est, inquit, ei vnitus, quādiu eā illustrat? Omnino affirmarunt Iudæi. Si ergo securis aliqua arbore exciderit dū illuminatur, nū etiā simul excisum solarē radiū putabitis? Si autē splendor quoque; solis cum luto congregitur, eritne eius factoris, aut etiā forditū vilo modo particeps, & non potius diuicū eo versans, & lutū excicabit, & exhauriet humiditatē, & salubre reddet id quod est putrefactū? Quomodo ergo is qui ligna secat, non vnā secat solarē radiū secans arbore: ita nec passa est diuinitas patiente seruatore in humanitate neque; fuit particeps carnis proprietatū ei vnita, sicut nec sol appropinquans rebus fordidis & putrefactis, impletur immunditia, quæ ex illis cōtrahitur. Cum hæc sic dicta essent ab illo egregio rerū diuinarum interprete, Imperator quidem, & vniuersum applausit auditoriū, & eum laudatū, illius verba admirans & eorū parentē. Iudæi autē steterunt sientes, & se inuicem fixis oculis intuentes. Sanctus autē dixit Imperatori: Hæc exempla dixi, o Imperator, non vt quæ rei naturā attingant: Quæ enim oratio rebus potuerit exequari? sed quæ conuenienter nostræ imbecillitati, exilem quandā & obscuram præbent imaginē eius quæ comprehendī non potest susceptæ carnis Oeconomiae. Reliquis autē Iudæis tacētibz, Zambres solis suis fretus præstigijs, & prodigiosum aliquid per eas auens ostendere, & per id venari spectatores: Si verbis, inquit, o Imperator, & copiosus Syluester & aptus ad persuadendum in disputationibus, propter eā ne nos relicta patria religione eum sequemur, & hominū credemus quæ patres nostri cōmuni cōsensu condemnarunt? Quod autē Deus est solus qui à nobis colitur & non alius, ego nō verbis, vt Syluester, sed rebus ostenderim. Iube ergo huc magnum & agrestem taurum adduci, & manifestum erit tuæ potentia, & omnibus qui adsunt, non esse Deum præter Deum nostrū. Cum ita quæreretur agrestis taurus, dixit quidam ex ijs qui assistebant Imperatori, apud se esse talē ferum & immanem taurum, quæ neque posset aliquis efficere vt iugum subiret, neque eum manū demulcere. Iussit itaque Imperator taurum adduci. Cum abirent autem qui iussi fuerant taurum adducere, venerandus Syluester rogauit Zambrem: Cur à te quæritus fuit taurus? Cum is autem aduenerit, quidnam à te fiet? Ille autem: Nomen, inquit, Dei quā à nobis colitur, audiri non sustinet natura, neque si quis id audiuerit, potest amplius viuere. Nostri enim maiores, ad sacrificia tauros maximos offerentes, in taurorum aures hoc nomen dicebant: & statim tauri magnum & flebilem edētes mugitum cadebant: & erant parati vt sacrificarentur. Syluester autem: Si hoc, inquit, nomen, vt dicis, cum auditur, eum qui audit interimit, quomodo tu hoc didicisti? Zambres respondit: Non licet, inquit, tibi nosse modum, neque huius rei arcano imbui mysterio, cum sis in nos malè affectus, & hostili animo in Iudæos. Hæc cum dixisset Zambres præstigiator, dicit ei Imperator: Si non vis Episcopo aperire mysterium, at nobis interim oportet dissoluere dubiū. Est enim re vera dubiū quod dicitur, nisi quis dixerit hoc disci dū legitur. Zambres autē nō pellis, inquit, nō alia charta, nō lignū, nō lapis, non vllum aliud corpus potest hoc nomen scriptū cōtinere. Nam protinus & qui scribit, & corpus in quo scribitur interit. Imperator verō: Dic ergo, inquit, quomodo ipse hoc didicisti? Etenim fieri nō potest, vt hoc

dicitur, si neq; dicatur neque scribatur. Zambres autem: Ego, inquit, ð Syluestro, septem dies vacavi ieiunij, Deinde noua peluis argentea, qua nemo adhuc vsus fuerat, impleta fuit aqua fontana: & cum aqua fuisset benedicta, literę fuerunt in ea insculptę quodã digito, quę vacatẽ mentem mysticę nomen Dei docebant. Dixit aut̃ ingeniosus Syluester: Sic quidẽ, vt dicis, ð Zambre, mysticę didicisti nomen quod non auditur? Quid autem quãdo in aurẽ submurmuras hoc alicui, non ipse quoque hoc nomen audis, sicut is cui hoc dicis? Quomodo ergo non tu quoque moreris? Non apud te de hac re verba feci Syluester, respondit preestigiator. Iam enim prius tibi dixi, me tibi nolle modum & causam aperire. Sed quid vobis opus est, cum liceat rebus ipsis confirmare quod dicitur? Ex duobus vnum elige. Aut enim ipse Nazarenĩ inuocato nomine, taurum statim mortuum ostende, & eum esse Deum nos quoque admittemus: Aut cum ego in aurem eius dixerõ nomen Dei nostri, si cadet statim taurus mortuus, oportet vt tu quoque assentiaris non esse alium Deũ nisi eũ quẽ colimus. Laudarunt quã dicta, fuerant ij qui audiebant, & anxij fuere Christiani. Diuus autem Syluester iubebat eos esse bono animo, & minimẽ perturbari: & promittebat fore, vt viderentur ab omnibus Dei mirabilia. Tunc ergo Zambre dixit Imperator. Oportet te prius implere tuã promissionẽ. Pollicitus enim es te taurũ posse verbo occidere. Ille verò dicit: Quomodo iubes me hoc facere ð Auguste, vide vires dei qui à nobis colitur, q̃ sunt inexpugnabiles. Hęc cum dixisset, appropinquauit tauro qui trahebatur à multis fortibus adolescentibus, validis funibus eius cornubus & collo alligatis. Quorum alij quidem hinc, alij verò illinc eũ trahebant, ne in vtramvis inclinaret. Si enim ad dexterã partẽ iruebat taurus, eum trahebãt ad sinistram. Si eum aut̃ impetus ferebat ad sinistram, eum trahebãt ij qui stabant ad dexterã. Cum ergo accessisset, & in aurem eius validẽ infurrasset, taurus magnum & horrendum edens mugitum, & cum tremore membris in orbẽ circũactus, cecidit protinus, & videbatur mortuus. Propterea Iudei quidẽ exilerunt & plauserunt manibus, & vicimus, exclamauerunt. Vniuersum aut̃ theatrũ opstupuerat, et erat plenu tumultu. Sãctus aut̃ cum indixisset omnib⁹ silentium, & sedasset tumultũ, dicit Iudeis. Non sunt verba vestra scripturę: Ego occidã & viuere faciam, vt in qua sit Deus omnipotens introductus hoc dicere. Illi aut̃ hæc ita se habere assensũ sunt. Si ergo, dixit Syluester, ex Deo ð Zambre perfectũ fuit vt moreretur, per eiusdem rursus inuocationẽ fiet, vt ipse quoque reuiuiscat. Est enim beneficus Deus, non maleficus. Illud est enim ei natura, hoc verò præter naturam. Et benefacere quidẽ est ei voluntarium: malefacere autem, violentum & inuoluntarium. Fit autem nõnquam propter aliorum vilitatem. Si ergo quod est præter naturam, & quod à Deo non sua sponte suscipitur, tam facile perfectum est ð Zambre, facilius efficietur id quod est ei secundum naturam: & de cætero quem nomine Dei, vt ipse dicit, occidit taurum, si rursus viuificauerit inuocatione omnipotentis, me quoque habebit eius verbis assentientẽ. His sic dictis à Dei interprete, Zambres, strophis verborum, inquit, fretus Syluester ð Imperator, per ea vult adumbrare. id quod modò factum est miraculũ Dei nominis inuocatione. Sed nõ opus est nũc verbis, nec eorũ ornatu ac probabilitate, factis aut̃ opus est. Et si qua est tibi virtus ð Episcopi, & Iesu qui à te colitur, eam factis ostende. Et vis, inquit ille beatissimus, ostendam Christi virtutẽ, inuocatione eius bouẽ viuificans quẽ tu interfecisti? Verba sunt hæc ð Syluester, inquit Zambres, & inanis iactatio. Non potest enim fieri, vt taurus viuificetur. Ei autem dicit magnus Constantinus: Si ergo quod tu dicis fieri non posse, possit Episcopus ad opus deducere, eius ne verbis assentieris, & Deum esse confiteberis eum qui ab ipso prædicatur? Certẽ, inquit, ð Imperator, vno per salutẽ, si video hunc taurũ resurgere, ipse quoque Christum fatebor Deum, & me submittam Syluestri dogmati. Hoc omnes quoque affirmarũt Iudei.

Tunc ergo sanctus cum genu 14 flexisset, & solo caput demississet, & oculos irrigasset fluxione calidarum lachrymarũ, Deum per se orauit. Deinde surgens, & manus in altũ tollens, dixit cunctis audientibus: Domine Iesu Christe, qui es Dei filius & Deus, cui facile est viuificare & morte afficere, percutere & sanare, tibi placeat, vt hic bos qui ða monia inuocatione morte fuit affectus, à sancto & viuifico & venerando tuo nomine viuificetur. Iam enim tempus est, vt tua ostendantur miracula ad salutem multorum, propter quam ipse in terrã descendisti, exaudi me seruum tuum in hac hora, vt sanctissimum tuum nomen sit in maiori adhuc admiratione. Et cum hæc dixisset, prope taurũ accedens, voce sublata exclamauit. Si est verus Deus quem ego prædico Iesus Christus, qui natus est ex Maria virgine, surge, & ita super pedes tuos, tua abiecta feritate. Protinus itaque motus taurus exiit, & stetit à nullo detentus, & ad eum accedens mirificus ille pater, cum ab impositis eum soluisset vinculis: Abi, inquit, vnde venisti, ostendens deinceps omnem mansuetudinem, neminem lædẽs, neque contra vllum insurgens. Hęc tibi iubet Iesus Christus omnim Deus: Ille autem statim sensum abiit, & quisto pede, qui prius erat immitis & immanuetus. Hęc eos qui videbant

14. Vide quantum valuerit facti oratio eũ genu flexione et lachrymis atque manuum subscriptione.

videbant obtufofecerunt, & verẽ magnus est qui à Syluestro prædicatur Deus, clamabant. Iudei aut̃ ad sanctum accurrentes, illius pedes prehensarunt, & rogãrunt vt oraret pro ipsis, & eius Deum placaret, & inclyta Imperatrix Helena velis ablatis intra quẽ sedebat, audiens ea quã dicebantur, & spectaas ea quã fiebant, egressa est, & procidit ad sancti pedes: Credo Christo, dicens, & rogans vt diuinũ baptismũ consequeretur. Vir aut̃ ille Apostolicus, omnibus in Dñm nostrum Iesum Christum credentibus eum propitium futurum pollicitus, cũ ijs qui diuinum volebant assequi baptismum, 15 ieiunium præcepisset & sanctificationem, dissoluit conuentum. Deinde cum eos catechesi imbuisset quierant illuminandi, & in ijs quẽ de more sunt prius eos iniciasset, baptizat primum quidem Imperatricem: post eam autem, Romanorum quoque multitudinem quã non facile numerari poterat, & eos qui illic aderãt Iudæos qui omnes crediderunt. Hęc aut̃ cum piẽ administrasset, & fidem dilatastet, fiduciamque & libertatem dedisset prædicationi, & deinde vnã cum Imperatrice profectus esset Hierusalem, & ad quaerendam salutarem Christi crucẽ ei collaborasset, & propter inuentio-nem eius esset collectatus, & multos illic quoque Iudæos ad Christi fidem adduxisset, & eos diuino baptismo iniciasset in nomine sanctæ Trinitatis, & euasisset plenus diebus spiritus, terram quidem terrẽ reddidit: Spiritum autẽ deposuit in manibus Angelorum, abducendum ad Christum qui fuerat ab eo prædicatus, & multorum laborum quos propter illum susceperat accepturum remunerationes, quando veniet vnicuique redditurus secundum sua opera. Quem decet omnis honor, & adoratio cum patre principij experte, & increato, & honore ei æquali spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. A M E N.

25. Ecce ieiunio est catechismo de more sancta Ecclesia baptizandos præparata.

VITA HELENÆ CONSTANTINI

Imperatoris matris, quomodo sanctam Domini Crucem Hierosolymis inuenerit, Per Rufinum Præsbyterum Aquileiensem scripta.

Habetur li. 10. Histor. Eccle. cap. 7



ER Nicaeni Concilij tempora Helena Constantini mater, femina incomparabilis fide & religione animi, ac magnificentia singulari, cuius iure Constantinus & esset filius, & crederetur, diuinis admonita visionibus, Hierosolymam petiit, atq; ibi locum in quo sacrosanctum corpus patibulo affixum pependerit, ab incolis perquiri. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat, quod ab antiquis persecutoribus simulachrum in eo Veneris fuerat dehiũ, vt si quis Christianorum in illo loco Christum adorare voluisset, Venerẽ videretur adorare. Et ob hoc infestusque & penẽ obliuioni datus fuerat locus. Sed cum (vt supra diximus) religiosa femina properasset ad locum celesti sibi indicio designatum, cuncta ex eo prophana & polluta deturbans, in altum purgatis rudibus, tres confuso ordine reperit cruces. Sed ob-turbabat reperti muneris læticiam vnus cuiusque crucis indiscreta proprietas. Aderat quidem & titulus ille qui Græcis, & Latinis, atque Hebraicis literis à Pilato fuerat conscriptus: sed nec ipse satis euidenter Dominici prodebat signa paribuli. Hic iam humanæ ambiguitatis incertum, diuinũ flagitat testimoniũ. Accidit in eadem vrbe primariam quãdam loci illius feminam graui ægritudine confectam, seminecẽ tacere. Macarius per idẽm tempus Ecclesiæ illius Episcopus erat. Is vbi cunctantem reginã, atq; omnes pariter qui aderant videt: Adferte, inquit, huc totas quã reperte sunt cruces, & quẽ sit quã portauerit Dñm, nunc nobis adaperiet Deus. Et ingressus cũ regina pariter & populis ad eã quã decumbebat, defixis genibus huiuscemodi ad Deum precēs profudit. Tu Domine, qui per vnigenitum filium tuum salutem generi humano per passionem crucis conferre dignatus es, & nunc in nouissimis temporibus adspirasti in corde ancillæ tuæ perquirere lignum beatum, in quo salus nostra pependit, ostende euidenter ex his tribus, quã crux fuerit ad Dominicam gloriã, vt quẽ ex tertia ad ferule supplicium, vt hæc mulier quẽ semiuua decumbit, statim vt eam signum salutare contigerit, à mortis Ianuis reuocetur ad vitam. Et cum hæc dixisset, adhibuit primò vnã ex tribus, & nihil profecit: Adhibuit secundam, & ne sic quidem aliquid actum esset. Vt verò admoit tertiam repente ad apertis oculis mulier confurrexit, & stabilitate virium recepta, alacrior multò quã cum sana fuerat, rota domo discurrere, & magnificare Dei potentiam cepit. Sic euidenti iudicio regina votõ compos effecta, & templum mirificum in eo loco in quo crucẽ repererant, regia ambitione cõstruxit. Clauos quoq; quibus corpus Dominicum fuerat affixum, portat ad filium. Ex quibus ille frenos cõposuit quibus vteretur ad bellũ. Et ex alijs galeam nihilominus belli vibus aptam fertur armasse. Ligni vteretò ipsius salutaris partem detulit filio, partẽ verò thecis argenteis conditã dereliquit in loco:

Defixis genibus precēs ad Deum profudit.

Quid diei o ita spiritalis sicut ipi materialis euer fori Sancta semina Hierosolymis templum mirificum in locovbi crucẽ repererat, regia ambitione cõstruxit.

cineris habuiffemus, fuprà quàm nobis ad bafilicam quæ proximè in nomine Domini con-
 ſummabitur dedicandam neceſſarium erat, miſiſſemus vnanimiter tuæ, ſed quia nos non
 habuimus huius muneris copiam, & ille ſe ſpem eiufdem gratiæ copioſam habere dixit, à
 ſancta Syluia quæ illi de multorum ex Oriente martyrum reliquijs ſpoſondiffet, inuenimus
 quod dignè, & ad 2 bafilicæ ſanctificationem vobis, & ad ſanctorum cinerum cumulandam
 benedictionem mitteremus, partem particulæ de ligno diuinæ crucis, quod nobis bonè be-
 nedicta Melania ab Hieruſalem munere ſancti inde Epifcopi Ioannis attulit, hoc ſpecialiter
 forori noſtræ venerabili Baſſulæ miſit cõſerua cõmunis, ſed quod alteri veſtrum datur, vtri-
 uſque veſtrum eſt: quia in vtroq; veſtrum vna ratio manet, & ſexum euacuat fides, qua in
 virum perfectum ambo concurrunt. Accipite ergo ab vnanimis ſatribus in omni bono ve-
 ſtrum ſibi conſortium cupientibus, accipite magnum in modico munus, & in ſegmento
 penè atomo baſtulæ breuis, ſumite munimentum præſentis & pignus æternæ ſalutis. Non
 anguſtetur fides veſtra carnalibus oculis parua cementibus, ſed interna acie totam in hoc mi-
 nimo vim crucis videat, dum videre vos cogitatis lignum illud, quo ſalus noſtra, quo Domi-
 nus maieltatis adſixus, tremente mundo pependit, exultetis cum tremore recordemur: &
 petras filias ad huius aſpectum crucis, & ſaltem ſaxorũ æmulatione præcordia noſtra ſcin-
 damus timore diuino. Reputemus, & velum templi eodem crucis myſterio ſciſſum, & in-
 religiamus illius veli ſciſſuram eò fuiſſe prætentam, vt audientes vocem Domini, & myſte-
 rium pietatis immentæ, non obduremus corda noſtra, ſed à carnalibus diuidamur, & ſcin-
 damus infidelitatis velamen, vt reuelata cordis facie, ſalutarium Dei munerum ſacramenta
 videamus. Non autem vobis & hoc ſcribimus, vt imitemini compositionem iſtam, qua tu-
 bello aureolo ſem tantæ benedictionis incluſimus: magis enim nos tali paratu fidem ve-
 ſtram imitari ſumus, vt veſtram vobis formulam mitteremus in ſpecie auri: quia ſcimus vos
 vt aurum ignitum intra vos habere: regnum Dei, hoc eſt, fidem crucis, qua regnum celorum
 inuaditur. Si enim, inquit, compatiatur, & conregnabit. Et ideo non ad fidei firmamen-
 tum, quia viſionem fide præueniſtis, ſed propter meritum fidei, quam auditu receptam, factu
 probatis, miſimus vobis in Domino ligni ſalutaris donum, vt crucem, & corpore poſſidere-
 cis quam tenetis ſpiritu, & propoſiti virtute portatis.

Sed quia idipſum fides videtur poſtulare, nõ alienum puto, quia cognitu dignum eſt, enar-
 rare ſpeciale poſt tempora paſſionis hiftoriam reuerſatæ & inuentæ crucis: quæ ſi ignore-
 tur, facile eſt perſpicere, qua difficultate approbetur dominicæ crucis eſſe lignum hoc, quod cer-
 tum eſt, ſi in manus Iudæorũ veniſſet, omnia cõtra fidem Chriſti præcauentiũ, conerendiũ
 & exurendum fuiſſe: neque enim in cruce abolenda negligentes fuiſſent, qui ſignauerunt ſe-
 pulchrum: ne ferre potuiſſent, vt in cruce ſuperſtite paſſio illius coleretur, cuius reſurrectio-
 nem vacuo diſcuſſis ſignaculis ſuis monumento probatã, coli ferre non poſſunt. Quid er-
 go nunc quaeritur vbi fuerit abdita, quia niſi latuiſſet, illis præſertim perfectionum tempo-
 ribus, Iudaicam confeſtus inuidiam, & pene ſupergreſſis ſæuitiam, manifeſtum eſt abolen-
 dam fuiſſe. Facile enim aſſequi coniectura poſſumus, qua vi excidiſſent crucem ſi extare vi-
 diſſent, qui & crucis locum perſecuti ſunt. Nam Hadrianus Imperator exiſtimans ſe fidem
 Chriſtianã loci iniuria perempturũ, in loco paſſionis ſimulachra Iouis conſecrauit, & Ber-
 leem Adonis ſano prophanata eſt, vt quaſi radix & fundamentũ Eccleſiæ tolleretur, ſi in his
 locis idola colerentur, in quibus Chriſtus natus eſt vt pateretur: paſſus eſt vt reſurgeret: reſur-
 rexit vt regnaret: iudicatus vt iudicaret. Me miſerum, etiam iſta pro nobis Dñs omnipotẽs
 perpeti non recuſauit, vt vbi pro ſalute generis humani crucifixus pependit, ibi hominum
 ſacrilegio ſperneretur, & ſuper crucẽ ad quam orbe cõcuſſo, & ſole refugo, & diſſidentibus
 mortuorum excitatione monumentis, rerum natura nuſſauerat, ſtabat ſimulachrum dæmo-
 nis, & ara ſimulachri pecudum buſta ſumabat, & Dei nomen defebatur ſtatuis mortuorũ,
 cum ipſe viuorum Deus qui & reſurrectio mortuorum eſt, non ſolum mortui, ſed & cruci-
 fixi hominis blaſphemaretur opprobrio. In Bethleem quoq; vbi agnouerat bos poſſeſſorem
 ſuum, & Aſinus præſepe Domini ſui, ibi principes hominum inſiciatũ Saluatorẽ Deum,
 infames hominum amores mortẽſq; coluerunt. Prodira nouo ſydere Regis æterni vbi cuna-
 buſa ſupplices cum ſuis opibus adorauerunt Chaldei, ibi barbaras libidines ſacrauerunt Ro-
 mani. Vbi natum Saluatorẽ cum exercitũ Angelorũ concinentes celefti gaudio ſaluatorẽ
 illuſtrata nocte paſtores, ibi Veneris amaſium mixtè ſermiuitis planxerẽ meretricis. Proh do-
 lor, quæ pietas hoim hac impietate cõpẽſare poterit, vbi ſacra nati Saluatoris infantia vagie-
 rat, illic Veneris lameta fingentiũ laſciuiſti luctib⁹ infamis ritus vlulabar, et vbi virgo pepererat,
 adulteri colebatur. Maſit hoc ſeculi prioris nefas in tẽpora noſtris proxima Cõſtãtini, qui pri-
 ceptus eſſe principibus Chriſtianis nõ magis ſua, quàm matris Helenę fide meruit, quæ diuino
 vti exitus docuit, inſpirato cõſilio, cum Hieroſolymã agnoſceret, nomine cõregnabat, vt ſibi
 facultatem

facultatem daret cuncta illic loca Dominicis impreſſa veſtigijs, & diuinorum organos ope-
 rum ſignata monumentis, purgare deſtructis templis & idolis, ab omni prophanæ impieta-
 tis contagio, & religioni ſuæ redderet, vt Eccleſia tandè in terra originis ſuæ celebraretur.
 Itaq; prompto filij Imperatoris aſſenſu mater Auguſta, patefactis ad opera ſancta theſauris,
 tota abuta ſiſco eſt, quantoque ſumptu atque cultu regina poterat, & religio ſuadebat, ædifi-
 catis bafilicis contexit omnes, & excoluit locos, in quibus ſalutaria nobis myſteria pietatis
 ſuæ, incarnationis, & paſſionis, & reſurrectionis, atque aſcenſionis, ſacramentis Dominus
 redemptor impleuerat. Mirum verò inter hæc quòd in bafilica aſcenſionis locus ille tan-
 tum de quo in nube ſuſceptus aſcendit, captiuam in ſua carne ducens captiuitatem noſtram,
 ita ſacratus diuini veſtigijs dicitur, vt nunquam regi marmore, aut paſſi recepti, ſemper
 excuſſus ſolo reſpuente quæ manus adornandi ſtudio tentauit apponere. Itaque in toto
 bafilicæ ſpatio ſolus in ſui ceſpitis ſpecie virens permanet, & impreſſam diuinorum pedum
 venerationem, calcati Deo pulueris perſpicua ſimul, & adtigua venerantibus arena confer-
 uat, vt verè dici poſſit: Adorauimus, vbi ſteterunt pedes eius. Sed in hiftoria crucis acci-
 piendo magnum & verè diuinum miraculum. Regina illa venerabilis vt venit Hieroſolymam,
 diligenter & piè locis illis, & circà omnibus, diuinorum curioſa inſignium, & oculis hauri-
 re geſtens fidem quam pijs auribus literiſque perceperat, crucem Domini ſtudioſiſſimè in-
 quirere adora eſt. Sed quæ via vel ratio inueniendi ſubefſet, cum index idoneus nemo in-
 ueniri poſſet. Vbi memoriam & curam religioſæ conſcientiæ vel obſeruantia, & antiquitas
 aui, & ſuperſtitionis impie diuinitas aboleuiſſet? Verum ipſo omnium & terris & animis
 opertorũ conſcio, & teſte Deo, fidelis mulier ſanctum ſpiritum per affectũ piũ meruit: quo
 aſpirante, cum rem ab humana cõſcientiã diuinitus remoram fruſtra diligens requiſiſſet, de
 loco tantum paſſionis certior fieri ſtudit. Itaque non ſolum de Chriſtianis doctrina & ſan-
 ctitate plenos viros, ſed & de Iudæis peritiſſimos vt propriæ (qua miſeri & gloriantur) im-
 pietatis indices exquiliuit, & accitos in Hieroſolymam cõgregauit: tum omnium vna de
 loco teſtificatione confirmata iuſſit illicò vrgente ſine dubio conceptæ reuelationis inſtin-
 ctu, in ipſum locum operam ſolſionis accingi, paratq; mox ciuium pariter & militari manu,
 breui laborem iſtius molitionis hauſit, & contra ſpẽ omnium ſed ſecundum ipſius tantum
 Regiæ fidem, alta egeſtione, referatis terræ ſinibus, abdita crucis arcana patuerunt. Sed
 cum tres pariter cruces, vt quondam fixæ Dominò & latronibus ſteterant, repertæ fuiſſent,
 gratulatio repertarum cepit anxia dubitatione confundi, iuſto piorum metu, ne forſitan aut
 pro cruce Domini patibulum latronis eligerent, aut ſalutare lignum pro ſtipite latronis abii-
 cendo violarent. Reſpexit pijs fideliter aſtutantium cura Dominus, & ipſi potiſſimum quæ
 tam piè ſolicitudinis princeps erat, huius cõſilij lumen inſudit, vt aliquem recens mortuum
 inquiri & inferri iuberet. Nec mora, verbum factum, cadaver illatum eſt, deponitur, iacenti
 vna de crucibus admouetur, ſed eorum ligna mors ſpreuit. Poſtremò Dominicam crucẽ pro-
 dit reſurrectio & ad ſalutaris ligni tactum, morte profuga ſunhs excuſſum, & corpus erectũ
 eſt: tremefactiſque viuentibus ſteter mortuus, & ſunehribus, vt Lazarus quondam, vinculis
 expeditus, illico inter expectatores ſuos rediit. Inceſſit. Ergo crux Dñi tot operata ætatibus,
 & Iudæis in tempore paſſionis abſcondita, neque Gentibus in adificatione ſani terram ſine
 dubio ad ipſam fabricam egerentibus reuelata eſt, nonne diuina manu latuit, vt nunc inue-
 niretur, cum religioſè quaereretur? Ita vt crucem Chriſti decuit, experimento reſurrectionis
 inuenta, & probata crux Chriſti eſt, dignoq; mox ambitu conſecratur, condita in paſſionis
 loco bafilica, quæ auratis coruſca laquearibus, & aureis diues altaribus arcano poſitam ſa-
 crario crucem, ſeruat, quam Epifcopus vrbs eius quotannis cum Paſcha Domini agitur, ade-
 randam 4. populo princeps ipſe venerantium promit. Neque præter hanc diem quæ crucis
 ipſius myſterium celebratur, ipſaq; ſacramentorum cauſa eſt, quaſi quoddam ſacra ſolemnitatis
 inſigne profertur, niſi inter dum religioſiſſimi poſtulent, qui eã tantum cauſa illo 5. per-
 egrinari aduenierint, vt ſibi eius reuelatio quaſi in pretium longinquæ peregrinationis deſe-
 ratur, quod ſolum Epifcopi beneficio obtineri ſerunt, cuius & tantum munere de eadẽ cruce
 hæc minuta ſacri ligni ad magnam fidei & benedictionis gratiam haberi datur. Quæ quidem
 crux in matèria inſenſata vim viuam tenens, ita ex illo tempore innumeris penè quotidie
 hominum votis lignum ſuũ cõmodat, vt detrimeta non ſentiat, & quaſi intacta permaneat,
 quoti die diuiduum ſumentibus, & ſemper totam veneratibus, ſed iſtam imputribilem virtu-
 tẽ, & indetribile ſoliditatẽ de illius profectò carnis ſanguine bibit, quæ paſſa mortem, non vi-
 det corruptionẽ. Speramus autem & vobis non ſolum benedictionis monumento, ſed & in-
 corruptionis ſeminarium futurũ, vt eius inſpectio fidem veſtrã etiam de recordatione beati il-
 lius latronis accendat, qui bene verſo latrocinio, longas in magnis laboribus ſanctorũ vias,
 de momento fide, & momento confeſſionis anticipans, nõ immeritò ante ipſo Apoſtolo &
 martyres,

¶ Eceſ ante quũ
 morum conſecraſ
 di eccleſias cũ ſan-
 ctorum reliquijs.

3. Quid dicent
 heretici, qui ſi
 pere templorũ
 cul
 tul detrahunt,
 cum
 uiderint bafilicam
 auctatũ coruſca
 laquearibus, & au-
 reis diuſe altaribus
 tur, a ſancta regia
 na in honorẽ Do-
 minicæ crucis ſuſſ
 ſe extructam?
 4. Adoratur, et vo-
 re a cuncto populo
 lo adorari debet iſt
 gnum dominicæ
 crucis.
 5. Cur damnantur
 nunc peregrinatio-
 nes ad loca ſancta,
 cũ etiã ſanctorum
 priſcorum patrum
 tempore religioſe
 aſſumerentur?

martyres, præparatum ipsis ab initio (vt ait) regnum primus inuasit, & pius cæli prædo diripuit, quia Christum crucifixum similitudine suæ pœnæ videns in eo (statu, de quo etiam discipulorum fides turbata nutauerat. Dominum tamen maiestatis (vt erat) confessus est, & petes in regno Dei memoriam sui heri, gloriam resurrectionis ante ipsam resurrectione credidit, quam Apostoli postea quæ facta est, nõ tantum videndo, sed experiendo residerunt. Nec ipsi tamen de resurrectione carnis potius quàm de resurrectionis qualitate dubitantes, quia videlicet in orbem terrarum mittendi forent ad omnium Gentium informationem, nõ auribus tantum: sed & oculis prædicandâ fidem capere debebât, vt qd' firmitus didicissent, cõstanti edoceret.

ITEM DE SANCTA HELENA, ET

quomodo Crucem Domini inuenit, per Eutropium Historicum.

Habetur libro eius 11. Rerũ Romanarũ in Flaminio Cõstantino.

Mater Cõstantini Imperatoris Helena nomine, in somnis admonita, Hierosolymã propperavit, & sepulchrum Christi, licet difficillimè, tamen inuenit, sordibus coopertum, & desuper templum Veneris ædificatum, vbi virginis captibus insultabant: præcepitque destrui sceleratissimum, ipsumq; puluerem funestis sacrificijs violatum eijci, et procul à ciuitate dispergi. Exin locum purgari præcipiente, statim palam monumentum Dñi apparuit. Apparuerunt & circa illud suffollæ tres cruces & clauis, simul & titulus literis Græcis & Latinis cõscriptus: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Dicitur autem quia etiam mortuus crucis tactu surrexit. De hoc ligno Sybilla dixit apud Riganos: O ter beatum lignum in quo Deus extensus est. Tunc ergo quæ crux Domini esset, quæ latronum dubitare ceperunt. Proinde Macarius ciuitatis præsul, huiusmodi tractatu dubitationem soluit. Mulierq; namque nobilitate claræ longæ ægritudine fatigatæ, vnam illarum crucum cum oratione promptissima adhibens, virtutem Saluatoris agnouit. Mox enim vt mulierem attingit crux, passionem sanctissimæ ægritudinis effugauit, & semine salutem restituit.

De clauis quidem, quibus manus Christi fuerant perforatæ, alios in galeam misit Imperatoris filij capitis gerens, vt iacula bellica submoueret: alios freno equino permiscuit, & cautelam Imperatoris agens, & veterem philosophiam adimplens. Olim Zacharias propheta clamauerat, dicens: Et erit quod in freno est sanctum Domino omnipotenti. Saluatoris verò crucis partem quidem aliquam distribuit, quam Constantinus suscipiens, & credens saluari ciuitatem, vbi hæc particula seruatur, in sua statua, sicut fertur, in foro Cõstantini positam super columnam porphyreticam deuotè condidit. Reliquam partem in argentea theca clausam, Macario sacerdoti ciuitatis reliquit, & vndique congregans artifices maximas & illic, ornatasque Ecclesias ædificauit.

VITA HELENÆ MATRIS CON-

stantini Imperatoris, per Suidam scripta, Alberto Lino Veronense Interprete.

Helena regina magni Cõstantini mater fuit, femina virtutibus omnibus ornatissima. Hæc sedit autem & se humiliter, submissèque ad Christi imitationem cum aduersus oes, tum maximè aduersus sacrum habitum monasticam vitam agencium. Sæpe namq; illas cogregans, quæ perpetuè virginitati studebant, recumbensq; in toris stramineis illis ministrabat, obsonia apponens, & pocula porrigens. Quin & earum manibus aquam affundens, ancillæ munus obibat. Eodem modo filium quoq; æterna laude dignissimum erudiebat, ne virtutis ergo fastu intumesceret, omniq; cura & cogitatione in republicam rectè administrandam incumbere, ac Deo cum timore & tremore seruiret. Inde factum est, vt Constantino Imperante, & nobiliores Indi, & Iberes, Armeniq; ad baptismum accesserint.

DE CONSTANTINO MAGNO,

beato Martino, & inuentione Crucis, Per B. Gregorium Archiepiscopum Turonensem.

Romanorum xxxiiij. Imperium obtinuit Constantinus, annis triginta regnans feliciter. Huius imperij anno vndecimo, cum post decessum Diocletiani pax reddita fuisset Ecclesijs, beatissimus præsul Martinus apud Sabbariam Pannoniæ ciuitatem nascitur, parentibus gentilibus, non infimis tamen. Huius quoque tempore venerabile crucis Dominicæ

si laudatur S. Helena, quod maximas Ecclesias Hierosolymis ædificauit & ornauit, sur quo datur vitio quiboc idem nostro tempore factum?

Vides quod etiam sanctæ huius reginæ tempore mulieres quædam perpetuam virginitatem seruabât.

Dominicæ, lignum per studium Helenæ matris eius repertum est, prodente Iuda Hebræo, qui post baptismum Quiriacus est vocatus. Vsq; ad hoc tẽpus historiographus in Chronicijs scribit Eusebius. A vigesimo enim primo eius imperij anno Hieronymus præbyter addidit, indicas Iuuecum præbyterum Euagelica versibus cõscripsisse, rogatè supradicto Imperatore.

DE CONSTANTIS IMPERIO.

per Autorem supradictum.

Svb Constantis autem Imperio, Iacobus Niebenus fuit. Ad cuius preces inclinatæ aures diuinæ clementiæ, multa pericula à ciuitate eius repulerunt. Sed & Maximus Treuitorum Episcopus, potens in omni sanctitate reperitur, nonodecimo Constantini iunioris anno. Antonius monachus transijt, centesimo quinto ætatis suæ anno, Beatissimus Hilarius Pictauiensis Episcopus, suauis hereticorum exilio deputatur, ibiq; librũ pro fide catholica scribens, Constantio misit, qui quarto exilij anno eũ absolui iubes, ad propria redire permisit.

DE BEATO MARTINO.

Per eundem Autorem.

Tunc iam & lumen nostrum exoritur, nouisq; lampadam radijs Gallia perlustratur, hoc est, eo tempore beatissimus Martinus in Gallijs prædicare exorsus est. Qui Christum Dei filium per multa miracula verũ Deum in populis declarans, Gentiliũ incredulitatem auertit. Hic enim sana destruxit, hæresim oppressit, Ecclesias ædificauit: & cum alijs multis virtutibus resulgeret, ad consummandum laudis suæ titulum, tres mortuos vitæ restituit. Quarto Valentiniani & Valentis anno S. Hilarius apud Pictaui, plenus sanctitate & fide, multis vbiq; virtutibus editis, migravit ad cœlos. Qui & ipse legitur mortuos suscitasse. Melania verò matrona nobilis, & incola vrbis Romanæ, Hierosolymas ob deuotionem abiit, Urbano filio Romæ relicto. Quæ ita se in cuncta bonitate, ac sanctitate omnibus præbuit, vt Thecla vocaretur ab incolis.

1. Ecce primum huius destructionis gentilitatis & hæreses, Ecclesiarum ædificatio.

VITA SANCTI MARCI PAPÆ,

per Damasum Papam scripta.



MARCVS natione Romanus, ex patre Prisco, sedit annos duos, menses octo, dies viginti unũ. Fuit autem temporibus Cõstantini Augusti, & Nepotiani, ac Secundi cõsulum, ex die Kalendarum Februarij, vtq; in die Kalendarum Octobris. Hic cõstituit, vt Episcopus Ostiensis, qui cõsecrat Episcopus vrbis, tunc pallio vtretur, & ab eodẽ Episcopus vrbis Romæ cõsecraretur. Et cõstitutum de omni ecclesiastico ordine fecit. Hic fecit duas basilicas, vnam via Ardentina vbi requiescit, & aliã in vrbe Roma iuxta Palatinas. Ex huius suggestione obtulit Cõstantinus Augustus basilicæ quam constituit via Ardentina, fundum Rolari cum omni agro campestri præstantem solidos quadraginta. In basilica in vrbe obtulit hæc: Patinã argenteam pensantem libras xxx. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras xx. Scyphum argenteũ unũ, pensantem libras x. Calices ministeriales argenteos tres, pensantes singuli libras duas. Coronam argenteam pensantem libras x. Fundũ Antonianum via Clodia, præstantẽ solidos triginta. Fundum Baccanas via Appia, præstantẽ solidos quadraginta & tremilles duos. Fundum Morrea via Ardentina, præstantem solidos xlv. & tremilles. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrẽ, præbyteros viginti quinque, diaconos sex, Episcopus p diuersa loca vigintiseptem. Qui etiã sepultus est in cõemitorio Balbinæ, via Ardentina, quod ipse cõstituens fecit, pridie Nonas Octobris. Et cessauit Episcopatus dies viginti.

Habetur Pontificali eiusdem.

1. Vide quã antea quæ sit pallij vsus in Ecclesia.

2. Si itã liberalis in Ecclesia fuit, Magnus Constantinus, quis audeat illos reprehendere, quod nostro tempore in Dei templo pretio sa cõseruadonariã.

VITA SANCTI HILARII EPISCOPI,

per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.



IN Gallijs ciuitate Arelatensi, natale S. Hilarij Episcopi docti & præclarissimi viri. Qui paupertatis amator, & erga inopum prouisionem, nõ solum mētis pietate, sed & corporis sui labore sollicitus erat. Nã pro reficiendis pauperibus etiã rusticationem cõtra vires suas homo genere clarus, & longè aliter educatus, exercuit. Sed nec in spiritualibus neglexit. Nam & in docendo gratiam habuit, & absq; personarum acceptione oibus castigationem ingessit. Inter sua verò opera ingenio immortalis ad multorum vtilitatẽ necessario ope vitã S. Honorati decessoris sui cõpõluit. Moritur Valentiniano & Martiano Imperatore.

Habetur in Martyrolog. eiusdem sub 3. No. Maij.

ALOYSII LIPOMANI VERON. DE SANCTO HILARIO PICTA uenſi Epifcopo, Per D. Gregorium Archiepiſcopum Turonenſem.

Hilarius beatiffimus quarto exilij anno ad urbem propriam eſt reſreſſus, impletoq; operis boni curſu migravit ad Dominum. Ad cuius beatum ſepulchrum multæ quidem virtutes offenſæ narrantur, quas liber vitæ eius continet: ſed præcipue duo leproſi in eodem loco mundati ſunt. Mons autem erat in Gabalitano territorio, cognomento Helarum, Jacum habes magnum, ad quem certo tempore multitudo ruſticorum quaſi libamina lacui illi exhibens, lineamina projiciebat, ac pannos, qui ad uſum veſtimenti virilis præbentur. Nonnulli lanæ vellera, plurimi etiam formas caſei, ac ceræ, vel panis, diverſaq; ſpecies, vnuſquiſq; iuxta vires ſuas, quas ditumorare perlongū puto. Veniebant autem cum plauſtris potum cibūque deſerentes, maſtantes animalia, & per triduum epulantes. Quarta autem die cum diſcedere deberent, anticipabat eos tempeſtas cum tonitruo, & corrufcatione valida, & in tantū imber ingens cum lapidum violentia deſcendebat, ut vix ſe quiſquam eorum putaret euadere poſſe. Sic fiebat per ſingulos annos, & inuolebatur inſpiens populus in errore. Poſt multa verò tempora quidam Sacerdos ex urbe ipſa, Epifcopatu aſſumpto, acceſſit ad locum, prædicauitq; turbis, ut deſiſterent ab his, ne cœleſti ira conſumerentur: ſed nequaquam eius prædicatio à cruda ruſticitate recipiebatur. Tunc inſpirante diuinitate, Sacerdos Dei baſilicam in honorem beati Hilarij Picta uenſis eminus ab ora ſtagni ædificauit, in qua reliquias eius locauit, dicens populo: Nolite filioſi, nolite peccare ante Dominum, nulla eſt enim religio in ſtagno. Nolite maculare animas veſtras in his ritibus vanis: ſed potius cognofcite Deū, & amicis eius venerationem impendite: adorare autem ſanctum Hilarium Dei Antifiſitem, cuius hic reliquæ ſunt condite: ipſe enim poteſt pro vobis apud Dei miſericordiam interceſſor & aſſiſtere. Tunc homines compuncti corde conuerſi ſunt & relinquere lacum, omnia quæ ibidem projicere erant ſoliti, ad ſanctā baſilicam conferebant, & ſic ab errore quo vincti fuerant, relaxati ſunt. Sed & tempeſtas deinceps à loco illo prohibita eſt. Nec ultra in hac ſolenitate, quæ Dei erat, noquit, poſtquā beati Cōfeſſoris ibidē ſunt reliquæ collocatæ.

Vide quod ſancti tanquā amici Dei venerationem impendimus. nō autem tanquam Deo. Ecce quō ſancti ſunt pro nobis interceſſores apud Deum miſericordia.

VITA D. ATHANASII EPISCOPI

Alexandri, à diuerſis Autoribus magis per extenſum conſcripta.

Ex lib. 70. Hiſtorie Eccleſiaſt. ſub ſini præbyteri Aſquileiſis cap. 4.



Dicit Petri martyris Alexander epifcopus agebat. Visio quod etiam in hanc dies ſanctum martyrem rebratur. Facit contra a-mabapifias, qui ritibus que mos eſt in baptiſmo, intellegit deceremoniæ, que ex conſuetudine vniuerſis eccleſiæ adhibentur, quas moderari beatus abominatur, dicentes eas a miſis de annis etiam inuentas, quod ſanctus eſſe ex hoc loco conſtat.

GITVR apud Alexandriam, deſuncto Alexandro, Athanaſius ſuſceperat ſedem. Quod verò eſſet vir acris ingenij, & in Eccleſiaſticiſ negotijs apprime vigilās, ſatis iā tunc hæreticis innotuerat, cum ad conſiliū Nicænū cum Epifcopo ſuo Alexandro venerat, cuius ſuggeſtionibus hæreticorū doli ac fallaciæ vigilanter detagebantur. Statim ergo ut eū Epifcopum factum cognouerant, rati id quod res indicabat, ſua negotia per illius ſollicitudinē nō facile proceſſura, oibus modis querere aduerſus eum machinas deceptionū parabāt. Verum non mihi abſq; ordine videtur, pauca de huius viri origine ſuprà repetere, & cuius à puero institutionis fuerit, ab his qui cum ipſo vitam duxerant accepimus, memorare.

Tempore quo apud Alexandriæ Petri martyris diem Alexander Epifcopus agebat, cum poſt expleta ſolenia conuenturos ad conuiuium ſuū clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorum ſupra oram maris ludum, imitantium, ut fieri ſolet, Epifcopum, atq; ea quæ in Eccleſijs geri mos eſt. Sed cum intērius diuine pueros inſpiceret, videt ab his geri quædam etiā ſecretiora & myſtica. Perturbatus illicō vocari ad ſe clericos iubet, atq; eis quod eminus ipſe videret, oſtendit. Tum abire eos, & comprehenſos ad ſe pducere oēs pueros imperat: Cumq; adſent, quis eis ludus, & quid egiffent, vel quomodo, peruncſatur. Illi, ut talis habet ætas, pauidi, negare primò, deinde, rem geſtā per ordinē pandunt, & baptizatos à ſe eſſe quofdā catechumenos conſentent per Athanaſium, qui ludū illius puerilis Epifcopus fuerat ſimulatus. Tum ille diligenter inquirens ab his qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, & quid reſpōderint ſimul & ab eo qui interrogauerat: Vbi videt ſecundū religionis noſtræ ritum cuncta cōſtare, collocutus cum cōſilio clericorum, ſtauiſſe traditur, illis quibus integris interrogationibus & reſponſionibus aqua fuerat inſuſa, iterari baptiſmū non debere, ſed adimpleri ea quæ à ſacerdotibus mos eſt. Athanaſium verò, atque eos quos ludus ille vel præbyteros habere viſus fuerat, vel miniſtros, conuocatis parentibus, ſub Dei obteſtatione tradit Eccleſiæ ſuæ nutriendos. Paruo autem tempore, cum à notario in-

tegrè

tegrè, & à Grammatico ſufficienter Athanaſius fuiſſet inſtructus, continuò tanquam fidele Domini commendatū, à parentibus reſtituitur ſacerdoti, ac velut Samuel quidam in tēplo Domini nutritur, & ab eo pergente ad pat. es in ſenectute bona, ad portādum poſt ſe ephod ſacerdotale deligitur. Sed huius tanti in Eccleſia pro fidei integritate agones fuerunt, ut etiam de hoc videatur dictum eſſe illud quod ſcriptum eſt: Ego enim oſtendam ei, quanta cum pati oporteat pro nomine meo. In huius etenim perſecutiones vniuerſus conuictus orbis, & commoti ſunt principes terræ: Gentes, regna, exercitus, coierant aduerſus eum. Ille autē diuinum illud conferuabat eloquium, dicens: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum: ſi inſurgat in me prælium, in hoc ego ſperabo. Verum quoniam tanta ac talia eius geſta ſunt, ut magnitudo quidē rerum nihil me prætereire patiatur: multitudo verò geſtorum quamplurima cogat omittere, incertus æſtuat animus, dum deliberare non valer quid teneat, quid omitat. Et ideo pauca nos quæ ad rem pertinent memorabimus, reliqua eius ſama narrabit, ſine dubio minora verò nunciatura. Nam nihil quod addere poſſit, inueniet. Igitur Alexandro mirabili ſene, qui Arrioproſtrauerat blaſphemias deſuncto, poſt menſes quinque; Nicæni cōcilij, Alexandrinorum Eccleſiæ ſuſcepit Athanaſius, & per eum de veritate fidei quæ peruertebant, ſecundū ſcripturas edoceret, omnimodis inſimulare eum apud principem, & velut omnium ſclerū ac flagitorum aggrediuntur exponere, viquequo humani corporis brachium loculo delatum, Imperatori oſtendunt, quod ab Athanaſio exciſum magiæ artis gratia de Arſenij cuiuſdam corpore confirmabant. Sed & alia quamplurima criminofa ſimul & flagitioſa componunt. Quibus ex cauſis Imperator iubet conuocato cōcilio Athanaſium condemnari. Idq; apud Tyrū (miſſo è latere ſuo vno ex comitibus, aditente quoq; Archelao tunc comite Orientis, necnō & eo qui Phœnicem provinciam gubernabat) congregari iubet. Eò deducitur Athanaſius, locus cum humano brachio circumfertur, inuidia & horror non ſolum religioſas, ſed & viles animas peruadit. Hic Arſenius cuius brachium dicebatur exciſum, leſtor aliqui Athanaſij fuerat, & ob culpam correptionē veritus, frequētæ ſe ſubtraxerat. Cuius latebras oportunas ſibi ad huiſcemodi cōmentū flagitioſi hoēs rati, initio cōpoſiti criminis occultatū eū apud quendam fideliffimū ſcleribus ſuis crediderāt, retinebāt. Peruenit tamē ad hunc in latebris poſitū, quid ſuo nomine criminis intentaretur Athanaſio. Et ſue eum ipſa humanitatis contēplatio, ſue diuina perpulſit providentia, clā per noctis ſilentia euadēs clauſtris, enauigauit Tyrū. Et pridie quam cauſe dicēdæ adſeſſet vltimus dies, Athanaſio ſeſe Arſenius obtulit, utq; ſe rerum geſtarum ſeries haberet, edocuit. Ille domi eſſe hominē, nec innotefcere cuiquam de eius præſentia iubet. Interea cōciliū cogitur, in quod aliquanti cōcinnatæ calūniæ cōſeji, oēs penē inſenſo animo aduerſum Athanaſiū præiudicatoq; cōueniunt. Per idē tempus Paphnutius cōfeſſor aderat Athanaſij innocentæ cōſcius. Is cum vidiffet Maximū Hieroſolymorū Epifcopū, qui vnā ſecum eſſoſulo oculo, & poplite ſucſſo, cōfeſſor exirerat, verum pro nimia ſimplicitate nihil de ſacerdotū ſclere ſuſpicantē, cōfeſſiſſe cum cæteris, quos factionis macula ſociauerat, mediū cōfeſſum adire nō veritus: Te, inquit, Maxime, cum quo mihi vnū atq; idem cōfeſſionis inſigne eſt, cum quo mihi pariter mortale lumē effoſſum, clariorē diuini luminis cōciliauit aſpectū: te, inquam, nō patiar ſedere in cōcilio malignantiū, & cum iniqua gerentibus iroroire: iniectaq; manu cleuans eum de medio eorum, ac de ſingulis inſtruens, perpetua dehinc Athanaſio cōmunionē ſociauit. Sed interim cauſa dicitur. Prima introducitur cauſa mulieris cuiuſdam, quæ ſe diceret aliquando hoſpicio Athanaſij ſuſcepiſſe, & ab eo noctū nihil ſuſpicantem, vim corruptionis eſſe perpeſſam. Introduci ad hæc iubetur Athanaſius, ingreditur cum Timotheo præbytero ſuo, eumq; monet, ut poſtquā mulier dicēdi ſine feciſſet, ſe tacente ad ea quæ dixerat, reſpōderet. Cumq; mulier ea quæ edocta fuerat, peroraſſet, Timotheus cōnerſus ad eā: Verè, inquit, mulier ego manſi apud te aliquando, aut vim tibi vtiſeris feci? Tunc illa (vt mulier ſe taliū procacitas habet) obiurgās Timotheū. Tu, tu, inquit, mihi vim feciſti, tu in illo loco cōmaculaſti caſtitate meam. Simul & cōuerſa ad iudices, obteſtari fidē Dei cœpit, vera ſe dicere. Tū oēs ridiculoſus pudor habere cœpit, quod tam facile docente eo factio cōpoſiti criminis patuiſſet. Nec tamen permiſi ſunt iudices habere de muliere quæſtionē, vnde hæc, vel per quos, aut quomodo fuiſſet aptata calūnia, quoniam iudicandi libertas penes accuſatores erat. Hinc tranſitur ad aliud crimen. Profertur facinus ſeculis inauditum. Hoc eſt, inquit, vbi nemo poſſit verborum præſtigij decipi, res oculis aſpici, verbis ceſſantibus: brachium hoc te, aiunt, Athanaſi, accuſat exciſum. Hæc eſt Arſenij dextera, quam tu quomodo, vel ad quos uſus excideris, indicato. Tum ille: Quis enim, inquit, veſtrum Arſenium nouerat, ut hanc ipſius dexteram cognofcatis? Exurrexerūt aliquanti, qui ſe dicerent optime ſciſſe Arſenium, in quibus nonnulli erant abſque conſcientia factionis.

A. L. eſtor ordo eſt eccleſiaſticus.

Orat de hinc à Iudicibus Athanasius, vt hominem suum quem in negotium deposceret, iubeant introduci. Cumq; introductus esset Arsenius, eleuato eius vultu, Athanasius cōcilio & Iudicibus ait: Hic est Arsenius. Et alleuans eius nihilominus dixit: Hic est, inquit, etiam dextera eius, hæc est & sinistra. Hæc aut, quam illi offerunt, manus vnde sit, vos requirite. Tunc vultu nox quædam, & tenebræ acculatorū oculis infusæ, quid agerent, quò se vertente nesciebant. Ipsum etenim esse Arsenium, testes qui paulò antè scire se dixerāt, cōfirmabant. Verū quia nō iudicandi, sed opprimendi hominis causa cōciliū gerebatur, fragor omnium repente attollitur Magū esse Athanasium, & decipere intuetium oculos cōclamatur, nec debere vilo modo vltra talem hominē viuere: factōq; impetu, suis eum discerpere manibus parant. Sed Archelaus, qui cū cæteris ex præcepto Imperatoris cōcilio præsidebat, ereptū eum de discerpentium manibus, per occultos exitus eduxit, ac fugæ (qua solū posset) salutē mouit cōmendare. Conciliū tamen rursus cōueniens, tanquam si nihil omnino deprehensum fuisset, vt cōsiliū de intentatis criminibus Athanasium condemnat. Et gesta in hunc modum facta per orbē terræ mittentes, ad scelus sui consensum Imperatore cogente cæteros Episcopos pertulerunt. Sciens igitur Athanasius, nō sibi fore tutum cōtra tot acculatores agere, Iudicibus etiam inimicis synodum relinquens, venire festinauit ad Imperatorem. Theodoretus.

Ex li. 3. Histor. Tripartitæ Castidiori tenatoris cap. 5.

5. Nota dedicatio nem ecclesiarū a edificaturū. Nā nūc heretici nostri hoc derident.

6. Vide cōtra præfatis tēporis nauatores ornatum amplum altaris, pallia regalia, nec non vasa auro & lapidibus preciosis decorata, ad diuinum cultum approposita.

Igitur Athanasius ad principem veniens, omnē præsumptionē contra se factā Episcoporum edocuit. At illi apud Mareotem conuenientes, quosdā concordantiū ipsi sacerdotū miserūt ad principem, id est, Theogoniu Nicenū, atq; Theodotū Perinthium, & Marin Chalcedonensem, Narcissum Cilicē, & similes horū, mendacia textentes, & quædam cōmentā fingentes, & nudas admodū calumnias quasi veras accusationes sibi met componentes. Quo factō venerunt ad Æliā ciuitatem. Præceperat enim Imperator, vt omne conciliū à Tyro veniret ad Æliam. Necnō & alios vndiq; cōgregari præceperat, vt templa dedicata & dedicarentur. Misit itaq; pariter deuotos Iudicum pietate ac fide clarissimos, omnia largi: imē expendi præcipiens, nō solū pontificibus ac sacerdotibus, sed etiam egentibus vniuersis qui vndiq; concurrebant. Porò fuerat exornatū etiā sacrū altare 6 pallijs regalibus atq; vasis, auro & lapidibus preciosis decoratū. Sozomenus. Imperator interea Arrium de exilio reuocauit, iussitq; vt quod de Deo crederet, scriptura currente proferret. Tunc ille nouitate nominū quā prius adinuenerat, declinans, aliā explanationē cōtēxit, simplicibus verbis eam & diuina lectione confirmans, iusiurandū quoq; præbuit ita se credere, & hæc etiam mente sapere, nihilq; aliter intelligere. Athanasius aut fugiens de Tyro, Cōstantinopolim venit, & quæ passus esset adito Imperatore narrauit: petens vt quæ in Tyro fuerant gesta, exanimarentur sub eius quoq; præsentia. Porò Cōstantinus Imperator rationabilē eius petitionē iudicans, hæc scripsit Episcopis qui in Tyro conuenerant. Socrates. Igitur Imperator missa sacra cōciliū euocauit, vt in sui præsentia Athanasij examinaret causam, cuius verba sunt hæc. Victor Cōstantinus pius Episcopis in Tyriorū vrbe collectis. Ego quidem ignoro, quæ vestro cōcilio turbulenter atq; cum tempestate decreta sint. Apparet enim quòd quadā tumultuosa indiscipline veritas sit oppressa, vobis videlicet non considerantibus quæ Deo placeant, propter iurgia quæ cōtra proximos vestros habetis: & vota vestra ineuincibilia esse cōtenditis. Sed erit opus diuinę prouidentię, vt & hæc cōtentio apertè deprehensa possit euacuari, atq; nobis palā fieri, si quid illis conuenientes siue qualibet gratia, aut inimicitiarū causa gessistis. Quapropter cū omni festinatione vos omnes ad meam reuerentiam volo concurrere, vt gestorū apud vos integritatē per vos ipsos possitis ostendere. Verum qua gratia hæc scripserim vobis, vosq; ad me literis euocauerim, per ea quæ sequuntur, agnosceatis. Pergenti iam mihi ad cognominis nostri felicissimæ patrię ciuitatē, cum essem cōsensus equum, repente Athanasius Episcopus in media platea cum quibusdam sacerdotibus quos circa se habebat, sic inopinatē nos adijt, vt nobis daretur subito cuiusdā causā formidinis: testis enim mihi inspector oīm Dens est, quoniā nec cognoscere eum quis esset prima fronte præualui, nisi quidam nostrorum, & quis esset, & quā pertulisset iniuriam, tūc narrasset. Et ego quidē neq; consabulatus eum eo sum illo tempore, nec aliqua locutione participatus. Cumq; ille se audiri deposceret, ego verò refutarē, & penē repelli eū p̄cipere cū maiori fiducia nihil aliud à nobis quam vestrum postulauit aduentum, vt vobis præsentibus quæ passus est necessariò posset suis gemitibus explanare. Vnde quia mihi rationabile videtur, & temporibus oportunum, scribi vobis libentius hæc præcepi, vt omnes quicunq; apud Tyrum conciliū celebrastis, indefinenter ad expeditum nostrę mansuetudinis concurrere festinetis, ipsi operibus cōstituti puritate & rectitudine vestri iudicij corā me videlicet, quæ Dei ministrum proprium neq; vos abnegabitis. Igitur vbiq; pacificatur Dei nomē, & integrè benedicitur per meā in Deo culturā, etiam apud ipsos Barbaros q̄ veritatē hætenus ignorabant. Certū namq; est, q̄ qui veritatē ignorat, neq; Deū scire potest. Veruntamē sicut prædictum est, etiā Barbari p̄ me fidelem

fidelem ministrum recognouerunt, & Deū metuerē didicerunt, quem vtiq; protectōrē meū vbiq; ac prouisorē ipsi operibus est ostensum. Vnde præcipue etiam Deū sciunt. Et illi quidem propter nostrū timorem reuerentur Deum. Vos aut qui sancta mysteria eius clemētis proferre videmini, non dicā custodire: vos, inquam, nihil agitis, nisi quæ ad contentionē noscuntur & odia pertinere, & vt absolute dicam, quæ ad humani generis tendere videtur interitū. Sed festinate, sicut dixi, ad nos venire cōtinuē, scientes quòd omni virtute conabor, vt quæ in lege Dei sunt, ac præcipue sine aliqua titubatione seruentur. Quibus vtiq; neque vituperatio, neq; mala superstitio poterit implicari, dispersis vtiq; ac palam cōtritis, & penitus exterminatis sacratis sacratissimę legis inimicis, qui sub schemate sancti nominis, blasphemias varias ac diuersas iniiciunt. Hæc siquidē literę ad æstuationē perduxerunt eos qui fuerant in synodo cōgregati, quoniā plures quidē ad proprias redierant ciuitates. Qui verò circa Eusebiū, & Theogoniu, & Marin, Patrophilū, & Vrsatiū, & Valentem erāt, ad Cōstantinopolitanā venientes vrbe, nequaquā de calice fracto, aut altari subuerso, aut Arsenio perēpto, quòd in synodo cōcinnauerant, quæstionē fieri permisissent, sed aliam inuenire detractionem, suggerentes Imperatori, quòd Athanasius interminaretur non se missurum ab Alexandria frumenta solenniter ad Cōstantinopolitanā vrbe, & hæc audisse dicebant Athanasio dicente ad Amanitiū, Anubionem, Arbathionem, & Petrū Episcopos. Multū itaq; derogatio præualer, quando derogator creditur fide dignus. Hac subreptione ad furorem perductus Imperator, Athanasium relegauit in exiliū, & habitare eū præcepit in Gallijs. Aiunt enim quidam hoc Imperatorem propterea fecisse, vt vnirentur Ecclesię, quoniā Athanasius cōmunicare Arrianis euitabat. Et illē quidē debebat in Tribus Galliarū. Theodoretus. Sed nemo miretur si tantus vir decepsus deliquit, sacerdotibus falsa loquentibus, cum diuinis quoq; Dauid propheta, nō à Pontifice, sed à seruo Siba cōtra Miphiboseth mendacia proponente deceptus sit. Qui cum tres habuisset filios, eos Cæsares nuncupauit, & singulos eorū per decennarios annos imperij sui principes esse cōstituit. Id est, primum quidem filium sui nominis Cōstantinum, Hesperiarum partium in decenniali suo fecit habere principatum: secundum verò, aui nomine nuncupatum Cōstantium, in vicennialibus suis Cæsarem in Oriente cōstituit: minorem verò Cōstantem in suis tricennialibus ordinauit. Anno verò post hæc transacto, ingressus quadragesimum quintū ætatis annū, ægritudine captus, ex vrbe Cōstantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus est. Qui cum Nicomediz degeret, languore grauius dieni vltimū obiit, cum prius Athanasium magnū reuerti præcepisset in Alexandria, licet Eusebius præsens esset, & niteretur cōtraria suadere. Sozomenus. Igitur sub Imperio Cōstantini per Ecclesias talia acciderunt. Quo moriente, rursus ad quæstionē venit dogma Nicæni cōciliij. Nam licet viuere Cōstantino nō id oēs susciperent, tamen apertè reuere nō audebant. Quo moriente, plurimi ab eo se indubitanter abstinuere concilio. Erant isti qui etiā primitus videbantur esse suspecti: præcipue verò Arrij sectatores Eusebius & Theogonius, cuius dogma se firmare credebant, si reuerti Athanasium prohiberent, & consecratori suo Ægyptiacæ diæceseos iura contraderent. Et illi quidem hæc agebant, ministrante ipsi præbytere, per quem Constantini temporibus Arrius fuerat reuocatus. Erat enim is præbyter Constanti quoq; gratus, eò quòd paternum ei seruauerat testamētum, ita vt vsq; ad principem palatijq; potentes haberet accessum. Eusebius autem in aula imperiali videbatur ita perspicuus, vt suos consecratores faceret angustos ac proceres. Quāobrem de dogmate rursus priuatim & publicè disputationes crebrò proferebantur, & simul iniurię, inimicitię, & plurima quæ ex talibus solent sæpius euenire. Interea ab Occidentali parte Athanasius in Alexandria est reuersus, quæ etiam Constantinus viuens redire maluerat. Fertur autem quòd etiam testamēto voluerit hoc conscribere, sed quoniā ita defunctus est, eius maior filius Constantinus Hesperiarum partium princeps hoc egit, literasq; huiusmodi ad populum destinauit Alexandrinum. Constantinus Cæsar populo Ecclesię catholicæ Alexandrię constituto. Neque vestra sacratissimam mentem arbitror ignorare, propterea Athanasium a dorandæ legis prædicatorum ad tempus in Gallias fuisse missum, quoniā ferocitas crudelium inimicorum eius, in exitium sacri eius capitis imminerebat, ne forsitan per malignorum calliditatem aliquid incongruum sustineret. Vt ergo hoc euitarer, ab imminetibus sibi necessitatibus est ablatas. Et ita me præcipiente habitare iussus est, vt in ea ciuitate in qua debebat, bonā ei necessaria nō deessent. Talis enim est eius venerabilis virtus, diuinis freta solatijs, vt etiā molestias asperioris sortitus ebreminat. Quapropter licet ad charissimam reuerentiam vestra dominus noster beatæ memorię Cōstantinus Pius meus pater, eundem Episcopum in suum locum restituere p̄posuisset, tamen quoniā humana sorte præuentus, antequā hæc completeret vota, requieuit, cōsequens arbitratus sum, voluntatē diuinę memorię Imperatoris implere. Qui dū ad vos remeauerit, qualē à me venerationē habuerit, agnosceatis. Non enim mirabile si quid in eo gessim quod

Ex historia Tripartita libro iij. cap. 16.

laudetur. Meam namq; animā imago desiderij vestri, & schema tanti viri ad hoc mouit & inuitauit. Diuina providentiā vos custodiat fratres dilectissimi. His literis fretus Athanasius, Alexandriam venit, libenterq; eū plebs Alexandrina susceperit. Arriani verō cōiuratione facta aduersus eū frequentes seditiones subinde suscitabant, per quas occasio præbebatur Eusebio, vt derogaret ei apud Imperatorem, quodd non decerneret comuni concilio Episcoporum, autoritate sua arripuisset Ecclesiam. Tantūq; his derogationibus actum est, vt indignante Imperatore de Alexandria vrbe proieceretur. Eodem tempore Eusebio mortuente Episcopo Cæsareæ Palæstinae cognomento Pamphili, Agapius discipulus eius suscepit Episcopatum, qui & alios plurimos edidit libros, & de vita doctōris sui multa conscripsit. Sozomenus. Non multo post tempore & Constantinus Imperator, Constantini maioris filius, dū nititur inuadere partes iunioris fratris Constantis, circa Aquileiam, congressione facta perimitur, consuluat Acindyni, & Prodi. Quamobrem Romani imperij principatus Occidentaliū quidem partiū, peruenit ad Cōstantem; Orientalis autē ad Constantiū. Theodorētus. Igitur tempore quo Constantinus ad perenne transtulit imperium, testamento filijs temporale distribuens regnum (nullus enim eorum erat præsens) presbytero à sorore propria ipsi commendato suum credidit testamentum, præcipiens id Constantio dari, qui inter alios videbatur esse vicinior, & prius venire posse credebatur. Hinc iste Cōstantio iactus notus, tradito testamento, accepit ad eum ingrediendi fiduciā. Qui videns facilem Constantij voluntatem, & velut calamum ventis accidentibus agitari, præsumpsit contra Euangelica dogmata bellum assumere, & aduersus Ecclesias asperimē erigere tempestatem. Dicebat enim esse culpabilis, qui consubstantialitatis vocem, quæ scripta non inueniretur, 7 in fidei doctrina posuissent, quod inter sacerdotes & eos discordiam generaret. Hinc ergo Athanasius & eius sectatores accusans, in fidei instruebat. Huius cooperatores erant Eusebius, & Theognis, & Theodoros Perinthius, qui eloquentior videbatur, & scriptis explanationes Euangeliorum quem plurimi Heracleotē vocant. Isti namq; sapies velut propinqui Imperatori, reuersionem Athanasij multorum causam assererebant esse malorum, & non solum Ægyptū, sed etiam Palæstinā & Phenicem, vicinasq; gentes eius gratia dicebat esse turbatas. Proinde huiusmodi verbis lenissimā obsequens Imperatoris intentionē, iussit vt Athanasium ab Ecclesia rursus expelleret. Qui agnoscens eorū cōsiliū, ad partes Hesperias abiit. Post paululū verō temporis Imperator Cōstantinopolim veniens, indignatur ob ordinationē factā Arrianorū. Episcoporum autē constituto concilio, Paulum quiddē remoueri fecit; Eusebium verō ex Nicomedia transferens Constantinopolim, Episcopū esse decreuit. Quo factō Antiochiā profectus est Imperator. Eusebius itaq; nullo modo cessare patiebatur, sed omnia cōmouebat, donec suum propositū duceret ad effectum. Egredere vt in Antiochia Syriæ synodus fieret, sub occasione quiddē 8 dedicationis Ecclesiæ, quā pater Augustorum fabricari ceperat, & post eius obitū Constantius decimo anno eam à tempore foundationis expleuerat, in veritate autē ad subuersionē atq; destructionē Nicæni cōcilij. Ad quā synodum cōuenient ex ciuitatibus diuersis Episcopi nonaginta. Maximus tamen Hierosolymitanus Macarij successor nō adfuit, cogitans quodd ipsi posset subripi, & in damnationem subscriberet Athanasij. Sed neq; Iulius interfuit maximæ Romę præsul, neq; in locum suum aliqū destinauit, cum vtiq; regula ecclesiastica iubeat, * nō oportere præter sententiā Romani Pontificis Cōcilia celebrari. Fit ergo synodus in Antiochia, sub præsentia Cōstantij principis, Consuluat Marcelli & Probini. Erat autē quintus annus mortis Constantini patris Augustorū, præsidebatq; tunc Ecclesiæ Antiochenæ Flacillus successor Euphronij. Fautores igitur Eusebij operæpretium iu dicantes Athanasio derogare, primū quiddē calumniari sunt, quali præter regulam eguliet quam tunc ipsi decreuerant: quoniam nō ex sententiā cōmunis concilij Episcoporum receperat sacerdotium, sed libimet arrogando in Ecclesiā fuisset ingressus. Deinde quoniam eius aduentu turba generata, plurimi seditione sint mortui; & quia aliqui ad Athanasio cæsi, iudicibus dicerentur esse cōtradii. Hac derogatione tunc habita, cōstituerunt Episcopum in Alexandria, primū quiddē Eusebium cognomento Emisenum. Quo ordinato, & in Alexandriam ire metuente, Gregorius fecerunt Episcopum. His ita gestis, transformauerunt fidē, nihil quidem culpantes Niceni cōcilij, sed principium præbētes vt frequentibus cōcilijs alia subinde mutantes, 10 & recitantes efficerent, vt definitio fidei paulatim in Arrianam vesaniam relaberetur. Interea Gregoriū deducebat in Alexandriam Syrianus magister militiæ, & cum eo armati milites, numero quinq; milia, quib⁹ etiam aderant Arrij sectatores illic habitantes. Sed quomodo Athanasius Ecclesia pulsus, ne caperetur, effugerit, arbitror esse dicendum. Erat enī vespera, & populus in vigilijs obseruans, sperabaturq; futura collectio. Inter hæc venit magister militum, & circa Ecclesiam p cohortes suos milites ordinauit. Athanasius autem videns quæ fierent, cogitauit ne propter se vlla læsio populo queneret. Et præcipiens diacono vt cō-

7 Hoc est validissimū hereticorum argumentū, nō inueniri i sacris scripturis, ideo nō credendū nec tenendū. Ne mireris ergo si hoc tēpore nos maiores nostri hoc utatur tanquā telū inuitabili, quod tamē illi infirmis. Vide Hiero. aduersus Luciferianos, Tom. 2.

8 Ecce rursus Ecclesię dedicatio.

9 Vide hic Romani pontificis priuilegiū, & quod regula ecclesiasticæ iubeat non oportere præter eius sententiā Concilia celebrari.

10 Que definita fuerat in cōcilio Nicæno, frequentibus cōcilijs mutantes, effecerūt vt definitio fidei in Arrianā vesaniam relaberetur.

pleret orationem, rursus psalmum fecit imponi. Cumq; consonantia psalmodiæ in celebraretur per vnam ianuam ecclesiæ egrediebantur oēs. Quo factō, milites quiddē, sine commotione steterunt. Athanasius autem inter medios psalterium illeghus abscessit. Et hoc modo fugiens, Romam profectus est. Porro Gregorius Alexandrinę tunc præfedit ecclesiæ. Alexandrinorum verō plebs non ferens quod erat gestum, ecclesiam quæ Dionysij nuncupatur, incendit. Arriani præterea Gregorium remouentes ab Alexandria tanquam odiosum, & quia propter eam factū fuisset incendium, necnon & quia minus ipsorum foueret errorem euocauerūt Georgiū Cappadocē, hominem Arrianæ vesanię. Theodorētus. Quomodo autē & ille cū exercitu venerit, & iste diffugerit, ipse qui passus, & mirabiliter liberatus est, melius enarrabit: nā in Apologia suę fugę sic ait: Veruntamē exquirat modū etiā discessionis & cognoscāt à suis. Erāt enim Arriani cū militibus cōcurrentes, vt eos accenderēt, & ignoatibus nos ostenderent: & licet sine vlla cōpensione sint vel audientes tamē cōfusi quiescant. Erat itaq; iam nox, & aliqui popularū 12 ad vigilijs venerant, expectabatur futura die collectio. Dux autē repente afflicti cum militibus plus quā quinquies milibus, habētib⁹ scilicet arma, & gladios enudatos, arcus, sagittas, & vesces, & Ecclesiā quiddē ipse circūdedit, statūes milites si bitor cohæretes, vt nullus posset egredientiū ab ecclesia eorū manus euadere. Ego verō irrationabile iudicans in tāta cōfusione populū relinquere, & nō magis ante illos pericula sustinere: residēs in sede præcepi, vt diaconus psalmū legeret, populū responderent: Quoniā in seculū misericordia eius & sic oēs in domos suas abierūt. Sed duce postea ingrediente, & militibus sacrariū circūdantibus, vt nos capere possent, clerici quidem qui sunt inuenti, simul & populi clamabant, poscentes vt & nos discederemus vnā cum populo. Ego verō magis ē diuerso dicebam, non nos discedere, nisi omnes singulatim prius exirent, Surgens itaque, oratione facta, sic præcepi vniuersos abscedere, melius esse dicens, me periculo subiicere, quā quemquam eorum excipere læsionem. Egredientibus igitur plurimis, & reliquis subsistentibus, quiddam monachi, qui ibi nobiscum fuerant, & aliqui clericorum ascendentes tra xerunt nos, & ita, testis est ipsa veritas, militibus aliis sacrarium circūdantibus, aliis per ecclesiam discurrentibus, per medium eorū, Domino iter dante atque custodiēte, pericula cuncta transtulimus, Deum magnificē glorificantes: quoniam neque populum neci tradidimus, sed etiam vt saluaretur actum est, & manus querentium nos eflugere præualuimus.

Socrates. Quæ etiam Georgius eodem tempore in Alexandria gesserit, ipsius Athanasij, qui hic passus est, voce narremus. In libro enim quem de fuga sua scripsit, hæc ait: Igitur in Alexandria surrexerunt denuō nos querentes occidere. Et facta sunt nouissima peiora prioribus Repente namque milites circūdantes ecclesiam, pro orationibus prælia celebrabant. Ingrediente namque quadragesima, Georgius ex Cappadocia ex eis missus auxilium mala, quæ illorum calliditate dicerant, Post septimanam 13 itaque Paschæ virgines mittebantur in carcerem: Episcopi vinciti à militibus ducebantur: orphanorum, & viduarum domus diripiēbantur, & inuasiones in domibus agebantur, & noctu Christiani deponebantur. Ob signabantur domus, & fratres clericorum pro fratribus pericula sustinebant. Hæc quiddē pessima, sed grauiora postea sunt præsumpta. Septimana enim, quæ fuit post sanctam 14. Pentecosten, populus ieiunans 15 est egressus ad cœmeterium orationis causa, eō quodd oēs cōmunionem Georgij declinarent. Sed hoc cognoscens ille nequissimus, ipse concitauit Sebastianum ducem Manichæum, qui cum multitudine militum arma gladios euaginos, arcus, sagittasq; ferentium factō impetu in ipso die dominico super populū irruit, & paucos orates inueniens (quum iam plurimi discessissent) talia gessit, qualia ab eis decebat impleri. Incendio namque factō statuens virgines secus ignem, cogebat eas, vt se prostituerent Arrianas. Cumque eas cerneret esse vitricas, & de igne nullo modo cogitare, sic earum vultus lacerauit, vt vix agnosci post tēpora potuerint. Tenēs autē & quadraginta viros, tormēto nouiore discerpit. Sectis namque de palma virgīs, & habētib⁹ suos aculeos, eorum dorfa ita verberibus lacerauit, vt quiddā eorum sapius à medicis incisi sint propter spinas, quę eorum dorfis inhærebant; alij verō dum nō ferrent tormenta: mortui sint. Eos autem qui viuere poterunt, & quandā virginem in exilium deportauit in maximam Oeasim. Corpora verō mortuorum primū quidem reddi non passus est, sed cœlavit, infepulta relinquens ea vt quasi tanta crudelitas latere videretur. Hoc autem aiunt, qui mentis errore desipiunt. Nam cum parentes mortuorum gauderent quidem propter confessionem, fierent autem propter corpora defunctorum, maiora eorum impietatis indicia personabant. Post hæc autem ex Ægypto, atque I, ybijs in exilium deportauerūt episcopos Ammoniu, Muiū, Gaiū, Philonem, Hermem, Plenium, Pfenosirum, Nilammonem, Agathonem, Anagamphum, Amonium, Marcum, Dracontium, Adelpium, Athenodorum, & presbyteros, Hieracem, & Dioscorum, & sic eos acerbissime per itinera pepulerunt, vt quiddam eorum in ipsis itineribus, alij verō per exilia

11 Cum psalmodi consonantia celebraretur.

Ex historia Tripartita, lib. 5. c. 21.

12 Vide vigilijs festorum temporū sicuti custodiri a Christianis.

13 Septimana Paschæ.

14 Sancta Pentecoste.

15 Nota ieiunium in Septimana post Pentecostē de quo habes per D. L. c. 2. nem Peperam seruare.

2. De Pentecostē esse ex postolice traditione.

moreretur, Occiderunt autem Episcopus plusquam triginta, habentes studium secundum Achab, ut si possent, amputarent penitus veritatem. Theodoretus. Super hæc igitur Athanasius etiam consolatorios libros virginibus illis scripsit, quæ crudelissimas pertulerunt passiones, dicens inter hæc: propterea nemo vestrum sit tristes, licet & sepulcrum vobis denegent impij, & prohibeant vos efferrî: Nam usque ad hoc nequitia peruenit Arrianorû, ut & portas clauderent, & circa sepulcrarum loca veluti dæmones residerent, ne quis sepeliretur fidelium dilectorum. Hæc ergo & his similia Georgius in Alexandria fiebat. Sanctus autem Athanasius nullum locum munitum cautelæ suæ putabat: cum itaque aut viuum eum deduci, aut mortuû decollari, & caput eius Imperator sibi iussisset afferri, Pro qua re premium maximum compromisit huiusmodi aliquid nunciari. Igitur Athanasius relinquens Alexandriam Romam profectus est. Contigit autem eodem tempore etiam Paulum Constantinopolitanum pontificem illuc vna concurrere, & Marcellum Anciræ, Alcepanq; Gazæ. Qui dum Arrianus esset aduersus, calumniam passus ab his, quasi subuertisset altare, damnatus est. Pro quo Gazæorum ecclesia Quinciano committitur, Lucianus autem Hadrianopolites Episcopus ob aliam accusationem ecclesia sua priuatus, degebat in vrbe Roma. Cognoscens ergo Romanus Episcopus 17 crimina singulorum, & omnes Nicæno concilio cõcor dare comperiens, eos in communionem suscepit, tanquam omnium curam gerens propter sedis propriæ dignitatem, singulisq; reddidit suas Ecclesias, & Orientalibus scripsit Episcopis, culpans quod non rectè tractassent viros inculpabiles, de suis ecclesiis eos expellentes, & quod Constitutiones Nicæni concilij minimè obieruent. Quorû paucos ad certâ diem sibi inire præcepit, ut coram eis ostenderent iustum se super illis protulisse decreta. Et deinceps non se passurum incriminatus est, nisi ab huiusmodi turbis & nouitate cessaret. Et ille quidem hæc scripsit. Athanasius autem & Paulus epistolas Iulij Orientalibus Episcopis miserant, & singuli eorum suas sedes adepti sunt.

Verum Pontifices Orientis grauius hoc ferentes, & in Antiochia congregati Iulio rescripserunt epistolam, ornato quidem stilo compositâ, ironia verò maxime plenâ, & nõ sine in terminationis qualitate consecratâ. Fatebantur enim circa omnes Romanorum Ecclesiam esse munificam, veluti quæ Apostolicâ haberet curam et antiquitus mater pietatis existeret, licet ab Oriente ad eum prædicatores dogmatis aduenissent. Se verò nõ propterea secundo loco habendos existimabant, eò quod non magnitudine aut multitudine abundarent Ecclesiarum, cum vitæ qualitate non cederent: crimenq; Iulio imponebant, eò quod Athanasij sectatoribus cõmunicasse videretur, & tanquam ipsorû concilio cõtumelias irrogasset, eorûq; sententiam destruxisset: & veluti iniustum eius factû, Ecclesiasticisq; sanctionibus dissonans arguebant. His ita conscriptis addiderunt, quod si susciperet Iulius damnationem ab ipsis factâ, & ordinatos Episcopos in damnatorum locum sumeret, pacem cõ eo & communionem haberent. Si verò placitis ipsorû resisteret, cõtraria celebraret: quippe cum Oriëntales Episcopi nõ restitissent, cum Nouatus à Romana pelleretur Ecclesia. De his autem quæ præter commune placitum de concilio Nicæno gesserant, nihil ei rescribere maluerunt. Hæc itaque Orientales Episcopi Iulio Romano Pontifici rescripserunt. Cum verò Athanasius Alexandriam fuisset ingressus, cõpressio populi partis Georgij, qui illic fuerat ordinatus Episcopus, vehemens facta est. Et ex hoc dicebant turbas & neces hominum prouenisse, & huiusmodi crimina in Athanasij velut authoris sceleris referre: cum hæc in certaminibus frequenter eueniant. Ob quam causam Sabinus Macedoniæ Præsul hereseos Athanasij sequebatur ac culat. Qui si cogitaret quanta mala cõtra Athanasij & Homasianos Arriani gesserint, aut quanta concilia propter eum celebrata sint, aut quanta contra oēs Ecclesias Macedonius heresiarches gesserit erubescens fortè tacuisset. Interea contra Athanasium alia machinatio cõcinnata est. Ecclesiæ namq; Alexandrinorum, Augustorum pater erogando pauperibus frumenta donauerat: quæ dixerunt Athanasium vendere, & suis vtilitatibus applicare. Quod Imperator credens, eum iussit occidi. Hoc sentiens Athanasius, latenter aufugit. Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanasius, nec vllus ei tutus ad latendum supererat locus. Tribuni, prepositi, Comites, exercitus quoq; ad inuestigandû eum mouentur editis imperialibus. Præmia delatoribus proponuntur, si quia viuum maximè: si id minus, caput certè Athanasij detulisset. Ita totis regni viribus frustra aduersum eum, cui Deus aderat certabatur. Interea sex continuis annis ita latuisse fertur in lacu cisternæ non habetis aquam ut solem nunquã videret. Sed cum per ancillam, quæ sola conscia dominorû officijs qui ei latebras præberat videbatur, indicatus fuisset, tanquam Dei spiritu admonitus, ipsa nocte qua ad eum comprehendendum cõ indicibus veniebat, post annos sex migravit ad alium locum. Ita illi qui venerant frustrati, dominisque in fugam versis, de ancilla ut falsa indice penas sumunt.

Verum ne graues alicui latebræ suæ fierent, & occasio calumniæ innocētibus quæreretur, nihil

26 Vides quanta sollicitudo ambiretetur pro humanis corporibus, de sancto uero a fidelibus populis? Et cur aliqui heretici non sicut tempore tantorum gere negligunt mortuorum sepulcras.

27 Romanus Episcopus tanquam omnium curam gerens propter sedis propriæ dignitatem, singulis his Episcopis, uiris sanctis suas reddidit Ecclesias, & reprehensorias literas super eorû iniusta detractione Orientalibus scripsit Episcopis. Ex quo habes Romanam Ecclesiam priuatum super oēs alias Ecclesias.

Ex historia Ecclesie Apostolica lib. x. c. 18.

nihil sibi vltro iam tutum in Constantij regno præsumens, ad Constantis partes profugus abiecit. A quo satis honorificè religioseq; susceptus est. Quiq; causa eius quam fama compererat diligētis cognita, scribit ad fratrem, pro certo se comperisse quod sacerdos Dei summi Athanasius iniultè fugas, & exilia pateretur. Hinc itaq; rectè faceret, si absq; vlla molestia loco suo restitueret: si id noller, curas sibi futurum, ut id adimpleret, regni eius intima penetrans, & penas dignissimas de autoribus (sceleris fumens. Quibus scriptis perterritus Constantius (quod posse facere ea quæ minitabatur, conscius erat fratrem) simulata benignitate vltro venire ad se Athanasium iuber, & leui increpatione perstrictû, ad Ecclesiam suâ permittit securum ire. Admonitus tamen Imperator ab impijs consiliarijs: Non est, inquit, magnum Athanasij, quod Episcopi poscunt de te, ut vnam ex multis quæ sunt apud Alexandria Ecclesiis concedas populis eorum qui tibi communicare nolunt. Tum ille, Deo sibi suggerente, paratum in tempore consilium reperit: Et quid est, inquit, Imperator, quod poscenti tibi liceat denegari, qui potestatem omnium habes iubedi? Sed vnum est quod oro, ut meâ quoq; petitiunculam libetè admitras. Cumq; se omnia quæ vellet, quamuis essent difficilia, promitteret præstaturum, si hoc vnum cederet libens, ait Athanasius: Hoc est quod rogo: ut quia etiam hic (Nam apud Antiochiam res agebatur) sunt nostri populi, qui istis communicare nolunt, vnam eis tenere concedas Ecclesiam. Aquisimum sibi videri, & valde præstandum, letus spondit Imperator. Sed cum rem detulisset ad eos quorum consilijs utebatur, neque ibi se velle accipere Ecclesiâ, neque hic dare respondent, quia plus sibi singuli, qui que quam absentibus consulebant. Ita Imperator admiratus eius prudentiâ, properare ocyus ad suscipiendâ Ecclesiam suam iubet. Operepreciû aut videtur ipsius Constantij, literas quas pro eius reditu scripsit, his gestis inserere. Socrates, Constantius victor Augustus Athanasio Episcopo. Plurimum te circûferri & fluctuare ferocibus maris vndis nostræ mansuetudinis clemētia nõ permisit. Patria quippe terra nudatum & priuatu propriis rebus, errantemque per loca inuia bestiarû, indefectâ nostra pietas non desepxit. Igitur diu distuli scribere voluntatis meæ propositum, sperans spõte te ad nos fortè venturû, & laborum satisfactiõem à nobis exigere. Veruntamen quoniam fortè timor impediuit voluntatis tuæ propositum, literas largitate plenissimas ad tuam beatitudinem destinauimus, ut sine metu nostris aspectibus velociter tuam præsentiam præbere festines; ut desiderio tuo potius experiaris nostrâ clementiam propriis restitutus. Hac etenim causâ & Dñm meum fratremq; Cõstantem victorem Augustum pro te rogauit, ut tibi potestatem ad nos tribuat veniendi, ut ambobus nobis annuentibus, restitutus in patriam, habeas maximum gratiæ nostræ pignus.

Alia epistola eiusdem pro eadem re. Constantinus victor Augustus Athanasio Episcopo.

Licet prioribus literis significauerimus, ut sine sollicitudine ad nostrum debeas venire comitatum, eò quod maxime velimus te ad propria destinare, tamen & nunc has literas ad tuâ misimus sanctitatem, per quas inuitamus, ut sine aliqua diffidentia vel metu ascendens, publicis vehiculis ad nos venire festines, ut quæ desideras possis adipisci.

Tertia Cõstantij Epistola pro eodem. Cõstantinus victor Augustus Athanasio Episcopo.

Dum in Edessa degeremus præsentibus præsbjteris ad nostrum debuisses festinare comitatum, ut videns nostros aspectus, repentè properares ad Alexandriam. Sed quoniam plurimû præterit temporis ex quo suscipiens à nobis literas non occurrissi, propterea etiã nunc cõmonere te festinauimus, ut vel nunc tuam præsentiam nobis velociter præsentare contendas, & ita possis patriæ tuæ restitui, tuâq; securus oratione frui. Ad plenam verò cognitionem Achitum diaconum destinauimus, à quo possis cognoscere etiam nostri animi voluntatem, & quod ea quæ optas, impetrare possis. Has Epistolas ab Aquileia suscipiens Athanasius (illic enim relicta Sardica agebat) mox recurrit Romam, & ostendens literas Episcopo Iulio, in maximo gaudio Ecclesiâ fecit esse Romanâ. Putabatur enim etiam Orientis Imperator ipsorum, fidei consentire, eò quod ad se Athanasium fiducialiter euocaret. Iulius autem Alexandriam clericis atque plebi hæc de Athanasio scripta misit.

Iulius Archiepiscopus præsbjteris, & Diaconis, & plebi habitantibus Alexandriam, dilectissimis fratribus in Domino salutem. Congaudeo vobis & ego dilectissimis fratribus quod fructum vestræ fidei ante oculos iam videtis. Hoc etenim verè gestum quilibet inspiciet in fratre & coepiscopo nostro Athanasio, quem propter puritatem vitæ suæ, & vestras orationes restituit vobis Deus. Ex hoc itaque creditur, puras & charitate plenas orationes vestras ascendisse semper ad Deum. Memores enim estis promissionum cœlestium atque dilectionis, quam ex doctrina predicti fratris mei Athanasij didicistis, & integrum cognouistis secundum insitã vobis fidem, quam percepistis: quoniam nõ vsq; ad finem vobis possit abduci, cuius orationes in sanctissimis animabus vestris tanquam præsentibus semper habuistis. Ergo non plurimis mihi verbis opus est vobis scribere, Quæcumq; enim vobis à me potuerint dici, hæc iam

Ex historia tripartite libro 4. Cap. 10.

hec iam fides vestra præcessit, & diuina gratia communis orationis nostri & vota cõpleuit. Congaudeo siquidem vobis: iterum enim dico congaudeo: quoniam inexpugnatas animas in fide seruastis. Sed etiam ipsi fratri meo Athanasio non minus congaudeo: quia licet multã sit passus trillitiam, nec vnã tamen horam vestri desiderij & charitatis oblitus est. Nã licet corpore ad tempus, à vobis sit abstractus, spiritu tamen vobiscum semper degere videbatur. Et ego quidem charissimi fratres, omnẽ tentationem contra eũ surgentem, reor sine gloria non fuisse. Nam & vestra & eius fides cognita est vniversis & comprobata. Si enim nõ tanta & talia accidissent, quis crederet, quia aut vos tale iudicium, tantãq; charitatem circa talem exhibuissetis Episcopum: aut ille potuisset tantis virtutibus circundari, per quas spe cœlesti fraudatus non est? Promeruit igitur quolibet modo & nũc & in futuro etiam confelsionis gloriosum martyrium. Frequenter enim terra mariq; plurimum estuans, omnem prauitatem Arrianæ conculcauit hæreseos, & crebrò per inuidiam vsque ad periculum impulsus contempit mortem, munitus omnipotente Deo & Domino Iesu Christo Saluatore nostro, sperans & inimicitias declinare, & consolationi vestræ restitui, defrens vobis maiora trophæa ex fortissima conscientia, pro quibus, & vsq; ad terminos terræ totius apparuit gloriosus. Fiduciam itaque habens sui propositi, cœlestiq; doctrinæ clarificatus est immortalis iudicio, & ad vos reuertitur, diligendus igitur apud vos clarior nunc est quàm tunc, quando profectus à vobis est. Nam si materias preciosas, id est, aurum, & argentum, purgando ignis probat, quid dignum dici poterit de tali tantoq; viro, qui cum tantis tribulationes & pericula deuicerit, redditur nunc vobis immaculatus: non à nobis solummodo, sed comprobata ab omni concilio? Suscipite igitur nunc fratres charissimi cũ omni diuina gratia pastore vestrum ac præfulem tãquam verè ἀναστόριον cum his qui tantorum laborum eius participes sunt effecti: & gaudete fruentes orationibus, qui pastorem vestrum, vt ita dicam, esuritis atque sititis, quando etiam ipsi vestram sanitatem salutaribus scripturis cibastis atq; potastis. Nam cũ degeret inter peregrinos, vos ei cõsolatio fuistis, & in persecutione atque periculis refouistis cum fidelissimis vestris animabus & mentibus, ego siquidem iam exulto considerans & ratione prospiciens, & in eius reuersione vninuisusque vestrum gaudium & plebis votiuas occurrence, & concurrentiũ gloriosam festiuitatẽ, & qualis ille vobis erit dies, & quantus, remeante scilicet fratre meo, & quiescentibus præcis malis quorundã machinatione factis: nec non pretiosa ac votiua reuersione cunctos in quadam plenissimã gaudij læticia copulante. Huiusmodi verò gaudium vsque ad nos magnitudine sua pertingit: quibus diuinitus hoc etiam constat esse concessum, vt & nos debeamus in laudem tanti viri consurgere. Sed melius est vt Epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens, & huius vnigenitus filius Dominus & Saluator noster Iesus Christus hoc gaudium vobis præbeat in eternũ, dignum tribuens præmiũ admirabili vestræ fidei, quam circa pontificem vestrum glorioso testimonio demonstrastis: vt & vos & qui vobiscum sunt, & hic, in futuro meliora possideatis quæ oculus non vidit, nec auris audiuit & nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se: per Dñm nostrum Iesum Christum, per quem & cũ omnipotenti Deo gloria in secula seculorũ, Amen. Valere vos opto charissimi fratres. Igitur Athanasij sententiam de cõcedenda Antiochiæ Ecclesia inutilẽ sibi cognoscentes Arriani, hoc quidem differendum esse dixerunt, & agendum quod placeret Imperatori, quia Imperator Paulo, & Athanasio, & Marcello, & Aclẽpe Gazæ, & Lucio Adrinapoleos, secundum ea quæ in cõcilio Sardiceno placuerat, proprias restituerat sedes. Vnde principalia sacra per singulas ciuitates ad eorũ mitrebatur Ecclesias, quibus iubebatur, vt eos repente susciperent. Igitur in Ancira expulso Basilio, & pro eo introducto Marcello, non fortuita turba prouenit, quæ derogatione cõtraria sapientibus irrogauit. Aclẽpam verò continuò Gazæ susceperunt in Constantinopolitana ciuitate. Macedonius ad modicum tẽpus Paulo successit, apud semetipsum in Ecclesiis remota collectiones agens. Pro Athanasio tamen solo Imperator Episcopis & clericis, atq; plebi scripsit, vt eum libenter susciperent. Insuper licet breuẽ cõtra eũ in iudiciis facta fuerant, alijs literis aboleri iussit. Quæ verò de vtraq; re scripta sunt, hæc esse noscuntur.

Epistola Constantij, per quam omnia contra Athanasium habita sunt cassa. Victor Constantius maximus, Pius, Episcopis & præbiteris catholicæ Ecclesiæ salutem. Reuerendissimus Episcopus Athanasius non est Dei gratia derelictus: nam licet breuẽ tempore humana fuerit probatione summissus, tamen debitum prouidentię vniversa prospicietis noscitur suscepisse decretum, recipiens voluntate Dei nostroque iudicio patriam suam pariter & Ecclesiam, cuius diuino nutu præful extabat. Huic enim consequenter oportebat nostrã adesse manifestudinem, vt omnia aduersus eũ, & eius communicatores definita, omnisque suspicio & illuso contra eum gesta, deinceps sit inanis & vacua. & renelatio quam dudum clerici eius habuerunt, competenter firma permaneat. Sed etiam hoc eius gratię adiciendum esse

consumimus

consumimus, vt omnes ordines sacri cognoscant, concessum omnibus ipsi coniunctis vt sine timore sint, siue Episcopi sint, siue clerici: sufficit enim vnicique circa eum rectæ voluntatis vnio. Quicunque enim meliori iudicio atque parte constituti huius eligunt communionem, hos omnes præcipimus ad instar præcedentis prouidentię etiam nunc voluntate Dei nostrę gratiæ largitatẽ adipisci. Epistola Constantij ad Alexandrinos, vt reciperent Athanasium, Victor Constantius maximus pius, populo Alexandrino Ecclesiæ catholicę salutem. In omnibus perhibentes nostræ æquitatis intensionem, scientesq; quoniam diu prouidentia vestri contemplatoris estis alienati, id est, Pontificis Athanasij, qui propter inferram recititudinem, suorumq; morum prudentiam cunctis innotuit, eũ denuo ad vos destinare cõsumimus. Hunc itaque consuetè & competenter suscipientes, & apud clementẽ Deum adiutorem orationũ habentes, vobis congruam simul & nobis placitam concordiam atque pacem secundum Ecclesiæ sanctionem vbique probatã, sufficienter festinate seruare. Non enim rationale est aliquam discordiam inter vos agitari, aut tumultum, nostrorum temporum disciplinę contrarium: & hoc quidem abesse à vobis omnino volumus. Orationibus autem sufficienter, eo scilicet præfule & adiutore apud Deum vos inflare solenniter admonemus, vt tali proposito ad omnium vota proueniente, etiam Gentiles idolorum errori hætenus seruientes, ad cognitionem sacre religionis sub alacritate festinent. O charissimi nobis Alexandrini, rursus igitur admonemus, vt in his quæ dicta sunt persistatis, & omnes Episcopum decreto super no, nostraque sententia destinatum libenter & piè suscipiatis: & toto animo toraq; voluntate amplectendum existimetis. Hoc enim & vos decet, & nostræ mansuetudini noscitur cõuenire. Vt autem omnis turbę seditionis occasio perimatur, iudicibus apud vos habitis literis nostris præcipimus, vt omnes quos sediciosos agnouerint, legitime vindictæ subiciant. Vtraque igitur perspicentes, & nostram cum Deo sententiam, & rationem professionis vestræ, necnon & supplicium contra sediciosos indictum, competenter & congruè sacre religionis iura seruate. Prædictumq; Deo amabilem virum omni reuerentia & honore colite: & orationes vnã cum eo pro vobis ipsis, & nostræ vitæ fauore omnium saluatori Deo latantes offert. Epistola Constantij pro Athanasio, vt aboleretur quicquid pro Athanasio gestum est. Eadem verò forma præsidibus Augustę, Nicęæ, Thebaidis, & Lybię scriptum est. Quicquid pridem ad læsionem & iniuriam Athanasio Episcopo communicantium reperitur actum, hoc nunc aboleri præcipimus. Nam & ministeriũ, quo priuatũ fuerat eius clerici, eisdem rursus volumus obtinere. Hanc itaque præceptionem nostram seruari censemus, vt Athanasio Episcopo suæ Ecclesiæ restituto communicatores eius habeant ministerium, quod semper habuerunt, quod etiam reliqui clerici habere noscuntur, & ipsi gaudio potiantur. Tãris & talibus epistolis munitus sanctissimus Athanasius, per Syriam aggressus venit in Palestinam, apprehendensque Hierosolymã, & Episcopo Maximo significas gesta Sardiceni cõcilij, & quod Imperator Constantius illorum decreto iudicioque consensisset, præparauit vt Episcoporum in illis Regionibus habitantium synodus ageretur. Maximus autem in nullo segnis de Syria atque Palestina vniversos euocauit Episcopos: Facto concilio restituit & ipse beato Athanasio communionem & dignitatem. Scripsit etiam ipsa synodus Alexandrinis omnibus in Ægypto & Lybiis Episcopis, clericis, atque plebi, ea quæ de Athanasio gesta atque decreta sunt. Ob quam rem valde maximo detraxerunt Athanasij derogatores Episcopi, quod primitus deponens eũ rursus ex penitentia tanquã nihil fuisset actũ sententiam pro Athanasio prouulerit, quæ cõmunionẽ ei dignitatemq; præberet: hæc cognoscentes Vrsatius & Valens, qui circa Arrianum dogma studium primitus ardens habuerant, declinãtes à priori voluntate Romam profecti sunt, libellumq; penitentię Iulio offerentes Episcopo & in Consubstantialitatis consensere sermone, & literas Athanasio miserunt, seq; ei deinceps cõmunicare professi sunt. Sic itaq; tũc Vrsatius & Valẽs gestis Athanasij superari cõtuerũ sunt. Athanasius ergo per Pelusium pergebat Alexandriã. Transiens autẽ per ciuitates, edocebat, vt Arrianos vniversi declinarent, & consubstantialitatis dogmã a pleberentur in quibusdam Ecclesiis: & ordinationes fecit. Et hoc fuit initiũ alterius querelæ aduersus eum: quia in aliorum Ecclesiis ordinare presumpsisset. Hæc itaq; de Athanasio prouenerunt, interea respublica fortuitis casibus vrgebatur. Vnde quæ sunt summaria non est incongruum breuiter explanare. Igitur quod ædificatore Constantinopolitanæ ciuitatis moriente tres eius filij Imperium susceperunt, in præcedentibus est narratum. Sciendũ aut quod cũ istis imperauit consobrinus eorũ nomine Dalmatius, vocabulũ patris habes, qui dũ aliquatĩper imperasset, à militibus interceptus est, nõ iubente Constantio vt occideretur, nec tamen prohibete. Cũ verò Constantinus iunior fratris partes inuaderet, & ipse à militibus cõgressione facta peremptus est. Hoc autem iam sepe dictum est. Post mortem verò Constantini iunioris, Persicum contra Romanos motum est bellum, in quo Constantius proficere nõ valebat:

nam cõm

nam cum nocte praelium circa fines Romanorum atque Perfarum fuisset gestum, validiores tunc Persæ ad breue tempus inuenti sunt. Quo tempore neque Christiani sub quiete degabant, sed per Athanasium de consubstantialis verbo circa Ecclesiam erat pugna. Sozomenus. Denique apud Antiochiam non concordabant in professione sua clerici & populus, sed per charas, ut est consuetudo, ad hymnos dicendos Deo in sine psalmorum monstrabant propriam voluntatem. Et hi quidem patri & filio, velut æqui honoris gloriâ dicebant: hi vero patri in filio, per interpolationem præpositionis: filium secundum esse monstrantes. His ita gestis, hærens quid ageret Leontius, qui illo tempore ex hæresi aduersa sedem Antiochiæ gubernabat, cum prohibere non auderet eos qui secundum traditionem Niceni concilii psallere Deo, quia metuebat ne seditio nasceretur in populo, hoc dixisse fertur, tangens caput suum iam canū: Hac, inquit, niue soluta, lutum cogetur immensum. Per hoc ostendens, quod ipso defuncto seditionem populo generaret illa discordia, quæ in hymnis fiebat, non patribus successoribus suis cum populi varietate sentiret. Athanasius igitur veniens ad Ægyptū, explicauit synodales Epistolas Iulij Romani Pontificis: Insuper & synodalem Maximi Hierosolymitani, quæ talia continere dignoscuntur. Sancta synodus Hierosolymis congregata per Ægyptum, Lybiam & Alexandriam constitutis presbyteris, diaconis & plebi, fratribus desideratissimis in Domino salutem. Cunctorū Deo dignè gratias agere non valemus fratres charissimi: in quibus enim miracula semper egit, etiam modò cum Ecclesia vestra fecit, pastorem vestrum & Dominum consecratorēque nostrum Athanasium vobis sua pietate restituens. Quis enim aliquando sperauit oculis carnalibus intueri, quæ nunc & nos & vos inspicitis, respicientes quem videre desideratis? sed verè orationes vestras à Deo omnium sunt auditæ, qui curam habet Ecclesiæ suæ, & vestras lacrymas atque gemitus semper inspexit, quapropter vestras audiuit preces. Eratis enim sicut oves abiectæ & fatigatæ, non habentes vtiq̄ue pastorem. Propterea visitauit vos cælitus pastor verus, & de proprijs ouibus curam gerens, restituit vobis quem noscimini concupisse. Ecce enim & nos omnia pro Ecclesiastica pace facientes, vestrasq̄ dilectioni conspirantes in eius amplexu præcesimus, & comunicantes ei per eum vos alloquimur, scriptaq̄; præsentia destinamus, itaque secundū gratificata vota vestra scitote nos quoque cum eo vinculo charitatis obstrictos. Debetis ergo etiā pietate Deo amabiliū nostrorum Imperatorem incessanter orare, quoniam & ipsi cognoscentes vestrum desiderium vobis restituere destinarūt. Omni ergo honore tenis manibus suscipientes illum gratificas orationes offerte Deo, qui vobis talia condonauit. Festinate autē semper in Deo gaudere, & glorificate Dominum, per quem & cū quo patri gloria in secula seculorum, Amen. Veniens igitur Athanasius in Ægyptū, quos quidem agnouit Arrij sedatores, deposuit. Quibus à se depositis, Ecclesias eorum præcepit fidem tenere Niceni concilij, eamq̄; summo studio custodiri. Sic itaque se rebus habentibus, Magnentius tyrannus circa partes emerit Hesperias. Qui Constantem Imperatorem Occidentaliū partiū factō dolo circa Gallias interemit. Quo gesto intestinum inflammatum est bellum: Magnentius etenim tyrannus totā detinebat Italiam, Africamq̄; & Lybiam, simul & Gallias. In Illyrico verò, & in Sirmio aliud rursus à militibus excitatum est bellū per tyrannū nomine Britannionem. Sed etiam Romam tumultus non fortuitus detinebat. Fratruelis namque Constantini Nepotianus nomine, imperium assumpserat gladiatorū virtute suffultus, & Nepotianum quidē Magnentij milites deposuerunt. Magnentius autem procedens vniuersas partes vastabat Hesperias. Horum igitur omnium malorum immensa confusio breui tempore generata est. Quarto enim anno post Sardicense concilium, hæc acta noscuntur, consulu Sergij & Nigriani. His itaque nuncijs apparebat, quod ad Constantium solum Imperij iura peruenissent, quo prouectu, contra tyrannos semetipsum (ut poterat) præparabat.

Aduersarij verò Athanasij, opportunum se tempus inuenisse iudicantes, rursus aduersus eum calumnias instruebant. Tunc Imperatori Constantino suggererunt, quod omnē Ægyptum subuertisset & Lybiam. Inuidiam verò maximè auxit eius, quod orationes in parocis fecisset alienis. Athanasius interea cum venisset Alexandriam, synodum Ægyptiorum congregauit Episcoporum. Qui consona decreuerunt Sardiceno concilio, atque Hierosolymis celebrato. Constantius igitur Imperator, pridem & ipse Arrianorum secta præoccupatus, omnia quæ paulò antè ei placuerant, in contrarium demutauit. Et primum quidem Ecclesiæ Constantinopolitanæ Pontificem Paulum deportari iussit in exilium, què deducētes in Cucusum Armeniæ suffocauerunt. Marcello autē denuo proiecto, Ecclesiā Ancyranam Basilis rursus inuasi: Lucius autē Adrinopoleos ferro vinctus, in carcere moritur. Tantūque valuerunt quæ de Athanasio dicebantur, ut in immensum furorem cadens Imperator, eum ubicunq̄ue reperiretur, iuberet occidi: cum quo Theodulum, & Olympiū præfules Ecclesiarū Thracensium. Igitur Athanasium voluntas Imperatoris non latuit, sed præsentens fuga dilapsus

dilapsus est, & minas principis declinavit. Cuius fugam dilatauerunt Arriani, præcipuè Narcissus Neromadis episcopus, Georgius Laodiciæ, & Leontius tunc Antiochiæ præsul Ecclesiæ. Is enim cum presbyter esset, dignitate priuatus est, quia cū muliere Eustolia nomine, degens, & turpè suspitionē cælere volens, genitalia sibi met noscitur abiecidisse: & deinceps quidē fiducialiter cum muliere vivebat. Postea verò studio Imperatoris Constantij in Antiochena Ecclesia ordinatur Episcopus post Stephanū, qui primitus successerat Placito. Hęc igitur de his dicta sufficiant. Et inimici quidē fidei, putantes se tempus inuenisse contra defensores eius, valde apud Principem laborabant, ut de Ecclesiis pellerentur omnes qui ab eis videbantur esse depositi tanquā alterius fidei, vel quia viuo Constante, Imperatori Constantio restitissent, ita ut fuisset penè ad bella peruentum. Præcipuè tamen Athanasium accusabant, ob nimiam inuidiam, neq̄; Constante viuo & Constantino eū se diligere præsentente, ab eius molestia recedebat. Sed Antiochiæ cōgregati, Narcissus Cilix, Theodorus Thraciæ, Theogonius Nicanus, Pathrophilus Scythopoleos, Minophantus Ephesus, & alij circiter triginta, scripserunt omnes vniuersis Episcopis, quod contra sanctiones ecclesiasticas Alexandriam rediisset, nec in concilio sine culpa fuisset inuentus. Et iubebant ut neque communicarent ei, neque scripta mitterent, sed Georgio qui ab eis fuerat ordinatus. Verum Athanasio nullus hinc sermo fuit. Igitur deuicto Magnentio, quum solus Constantius Romanorum tenuisset imperium, omni studio laborabat, ut Occidentales episcopi consentirent eis qui consubstantialē esse patri filium denegabant. Et hoc faciebat, nolens à primordio apertè vim facere, sed eis callidè suadere, ut decreto contra Athanasium ab Orientalibus episcopis habito consentirent. Sperabat enim quod si comunij decreto damnaretur Athanasius, facilius suam voluntatem in religione impleteret. Tunc igitur in Italiam conuenerunt episcopi Orientalium non multi, quoniam plurimos eorum aut senectus, aut itineris longitudo prohibuit. Occidentalium verò ultra trecentos, ut præcepto principis concilium Mediolani celebraretur: vbi conuenientes Orientales, antè omnia contra Athanasium decretum fieri commune potestabant, ut hoc factō penitus ei aditus Alexandria clauderetur. Quod cum sensissent Paulinus Gallicanæ Ἐπίσκοπος Dionysius Albæ metropolis Italarum, & Eusebius Vercellensis, episcopi, quod ad destructionem fidei Orientales contra Athanasium agere molirentur, surgentes magna voce clamabant, dolum & circunventionem per ea quæ gerebantur, Christianitatis dogmatibus irrogari. Non enim veras contra Athanasium culpas esse dicebant, cum ad retractionem fidei talia probarentur inuenta. Illis ergo talia proclamantibus, concilium tūc soluitur episcoporum. Theodoretus. Deposito deinde Athanasio, aliam hæretici fidei exponere nisi doctrinam. Sed neutrum horum perducere potuit ad effectū, cum præsentente principe clamaretur, quod iniuste ageretur & impie, quo factō & ipsi ecclesijs sunt expulsi, & in vltimis terræ finibus habitare iussi. Quod rursus mirabilis Athanasius hoc modo in illa apologia describit. Quis tantum poterit memorare, quantum illi gesserunt. Tunc enim episcopi pacem habentibus, & populis per Collectas orantibus, Pontifex quidem Romæ Liberius, & Paulinus Galliarum Metropolitanus Episcopus, & Dionysius Italus, Lucifer Metropolitanus insularum Sardiniae, & Eusebius ex Italia, omnes episcopi boni & prædicatores veritatis abripiuntur, & traduntur exilio, nullam habentes culpam, nisi quod in Arrianam noluerint consentire vesaniam, neque in calumnijs subscripserint nostris. De maximo autem & optimo sene & vero confessore Osio, etiam loqui superfluum. Omnibus enim notum est, quod etiam hunc in exilium deportari fecerunt. Non enim ignobilis, sed omnibus noscitur esse notissimus. Cui namque non præfuit synodo, aut rectè loquens non satisfacere vniuersis? Quæ Ecclesia huius parocinij memoriam non habet? Quis aliquando dolens cum veniret ad eum, non dicebat sanus? Quis indigens quum petisset, non meruit quod poposcit? Et tamen etiam contra hunc presumpserunt, quod impia eorum molimina cognoscens, noluerit propria subscriptione firmare. Socrates. Igitur Imperator illos quidem mittit in exilium. Generale verò concilium fieri cogitabat, ut omnes Orientales Episcopus venientes ad occidentem, si possent, concordēs efficeret. Quod cum propter itineris spacia difficile videretur, duplicem tractauit synodum celebrari, ut in Arimino quidem Itali qui tunc aderant, conuenirent: Orientales autem in Nicomedia Bythinia ciuitate. Hoc ergo Imperatore tractate, effectus non euenit ut voluit, neutrum enim concilium sibi met concordauit, sed vtrūque diuisum est. Nam neque in Arimino conuenientes inter se consonare potuerunt, & Orientales in Seleucia Isauria congregati, aliud schisma sunt passi, quod suo loco narrabitur. Theodoretus. Dialogus inter Liberium & Constantinum habitus, 18 & quomodo Liberius in exilium fuerit missus. Ego quidem Liberij per omnia celeberrimi habitum pro veritate dialogum cum Constantino volo referre, quandoquidem à fidelibus illius temporis est conscriptus. Is enim post Iulium Syluestri successorem Romanam gubernauit Ecclesiam.

Ex hist. Tripart.
lib. 5. cap. 14.

18 Notent hi qui
Liberiū Romanū
pontificem assererē
audent, nota Arri-
ane persistē fuisse
inusu, quod mēda-
cium est peritissia-
mū. Quid enim eo
constitūto & fidei
lī inueniri potu-
e lege obsecro hunc
dialogū, et pariter
exitum huius san-
ctissimi viri

Constantius Imperator dixit: Nos & eò quòd Christianus sis, & Episcopus nostræ ciuitatis, dignum hoc iudicauimus, vt euocantes te, moneremus vt communionē sceleratissimi Athanasij, & ineffabili superbia detenti, abnegare non differas. Hoc enim terrarum orbis bene fieri comprobauit, & synodali sententia alienum ecclesiasticæ communionē decreuit. Liberius episcopus dixit: O Imperator: iudicia ecclesiastica decet eū maxima proferri iustitia. Quapropter si videtur pietati tuæ, disceptationem iube constitui: & si apparuerit Athanasij condēnatione dignus, tunc secundū ecclesiasticæ consequentiæ formā proferatur in eum digna sententia. Non enim possibile est condemnare virum, de quo nihil examinatum est. Constantius Imperator dixit: Vniuersus mundus adiudicauit eius facinora, sed ille (sicut ab initio) tempus eludit. Liberius Episcopus dixit: Quicumq; subscriperunt, non ipsi viderunt quæ gesta sunt, sed propter gloriam & timorem, & ne à te contumelias paterentur, acquieuerunt. Imperator dixit: Quid est gloria, & timor, & contumelia? Liberius dixit: Quicumq; gloriam Dei nō diligunt, tua magis dona præponunt, quem ergo isti non viderunt, non examinantes adiudicauerunt, quod est à Christianitate alienum. Imperator dixit: In facie vtiq; condemnatus est in concilio Tyri, & in concilio pariter decreuerunt contra eū omnes totius orbis Episcopi. Liberius dixit: Nunquam in præsentia sua homo ille adiudicatus est. Quicumque enim tunc cōuenientes condemnauerunt eum, discedente Athanasio à iudicio, sententiā protulerunt. Eusebius eunuchus dixit: In Nicæno concilio alienus à catholica fide probatus est. Liberius dixit: Quinque soli iudicauerunt ex his qui cum eo nauigio venerunt in Mareotem, quos miserunt ad accusationem eius, vt contra eum gesta conficerent. Horū itaque qui destinati sunt, duo sunt mortui, Theogonius, & Theodorus, reliqui verò tres viuunt, hoc est, Maris, Valens, & Vrsatius. Ab his qui misi sunt Sardiā, propter hanc causam synodus celebrata est, qui in synodo libellos obtulerunt, veniam postulantes, quoniam in Mareote per calumniam ex vna parte contra Athanasium gesta confecerint, libellos eorum nunc præ manibus habemus. Cui horum nos credere & communicare conuenit Imperator: his qui primitus damnauerunt, & veniam postea poposcerunt, an eis qui adhuc hæc accusare contendunt? Episcopus Episcopus dixit: O Imperator, non fidei causa neq; iudiciorum ecclesiasticorum sermonem facit, sed vt apud Senatores in Romana constitutos vrbe gloriaretur, quasi superauerit principem. Imperator ad Liberium dixit: Quota pars es totius orbis? quoniam tu solus hominem vindicas nephandissimum, & orbis terrarum pacem Ecclesiæq; dissoluis. Liberius dixit: Non eò quòd ego sum solus, fidei causa minuitur. Nam & antiquitus tres soli reperti sunt resistentes præcepto regis. Eusebius eunuchus dixit: Imperatorem nostrū Nabuchodonosor fecisti? Liberius dixit: Non, sed ita rationabiliter adiudicatus est homo, qui non est examinatus. Sed & ego peto primitus generalem proferri subscriptionem confirmantem fidem in Nicæa prolatam, vt ita reuocatis ab exilio fratribus nostris, & in loca propria restitutus, si hi qui nunc turbas pariter Ecclesijs, visi fuerint Apostolicæ fidei consentire, tunc apud Alexandriam cōuenientes omnes, vbi & accusatus & accusatores sunt, & defensor eorum, & examinata causa possimus proferre sententiam. Episcopus Episcopus dixit: Sed cursum publicum non sufficit subuectui Episcoporum. Liberius dixit: Ecclesiasticæ causæ publico cursu non egent. Ecclesiæ namque sufficiunt vsque ad mare perducere suos Episcopos. Imperator dixit: Quæ dudum susceperunt formā, solui non possunt. Plurimorūq; namq; episcoporū debet valere sententia. Tu solus es qui amicitias illius scelerati defendis. Liberius dixit: Imperator nunquam audiuimus absente accusato iudicē eius scelera proferentē, nisi quia propria videntur hæc odia. Imperator dixit: Omnibus quidē nocuit in communi, nulli tamen ita sicuti mihi. Cui cum non sufficeret interitus fratris mei maioris, ne beatæ quidem memoriæ Constantē cessauit in mei inimicitias frequentes impellere, nisi nos maiori mansuetudine detenti, impellentis momenta temperassemus. Nulla itaque mihi victoria est, neq; contra Magnentium vel Syluanum, nisi illum scelestum ab ecclesiasticis rebus expulero. Liberius dixit: Noli per Episcopos tuas vindicare inimicitias. Magnus enim ecclesiasticorum ad sanctificandum vacare debent. Quapropter si tibi videtur, iube vocari ad loca propria sacerdotes, & si concordēs apparuerint ei quem nos in præsentia defendimus, secundum fidem Orthodoxam in Nicæna synodo constitutam, tunc conuenientes providebunt pro mundi pace, vt homo qui non peccauit, non reprobetur iniuste. Imperator dixit: Vnum est quod quaeritur, volo enim te amplectentem ecclesiasticam communionē Romam denuò destinare, & propterea concordā paci, & subscribens Romam reuertere. Liberius dixit: Romæ iam fratribus valedixi. Maiores enim sunt Ecclesiasticæ sanctiones, quam Romanæ habitatio ciuitatis. Imperator dixit: Ergo trium dierum spatium ad deliberationem habes, an velis subridens Romam reuertere, aut cogitare in quem velis deportari locum. Liberius dixit: Spatium trium dierum rationem nequaquam mutare potest. Quapropter quòd voles mitte me. Imperator autē post duos dies

dies examinato Liberio, & nequaquam à suo proposito reuocato, iussit eum in Beroā Thraciæ in exilium deportari. Egredienti Liberio, Imperator ad expensas quingentos solidos destinauit. Tunc Liberius deferenti dixit: Vade, da eos Imperatori, opus enim habet suis militibus erogare. Similiter & Augusta totidem ei misit. Liberius dixit: Redde hæc Imperator: si opus enim habet his ad expensas militum suorum. Si autem Imperator his nō habet opus, det eos Auxentio & Epicteto. Illi enim his opus habent. Cūq; ab eis nihil accepisset, Eusebius eunuchus obtulit ei alios solidos. Cui Liberius ait: Totius orbis Ecclesiæ desolasti, & tāquā dānato mihi hæc adfersi? Vade, prius disce esse Christianus. His ita gestis, post tres dies nihil accipiens, missus in exilium est.

Veritatis itaq; propugnator & victor in Thraciā (sicuti iussus fuerat) vsq; peruenit. Duobusq; transactis annis Constantius Romam venit, Procerum verò Senatorumq; coniuges rogabant viros suos, vt Constantio supplicarent, vt pastore gregibus restitueret. Aiebant enim, quòd nisi flecterent animū Principis, eos ipsæ relinquerent, & ad pastore, illū maximum properarent. At illi dixerunt: Nos furorē principis formidamus, nec fortē aliquam veniā promeremur. Sed vobis (inquit) magis rogantibus forsitan parceret, & alterū ē duobus fiet, aut preces suscipiet, aut si flecti nequiverit, sine aliqua iniuria vos dimittet. Hoc cōsiliū mulieres illę laudibus maximis efferendę percipientes, cū ornatu solito adierunt Imperatorē, vt ex veste sublimi insignes eas & nobiles arbitratus, reuerentiā ipsis exhiberet, & parceret. A deuntē verò principē, tali vocē clamabant: Misere tantæ ciuitatis, pastoris providentiā nō habentis, quæ luporū patet insidijs. At ille respondit nō egere pastore alio ciuitatem. Esse namq; Pontificē, qui eorum curam haberet. Post magnū namq; Liberium, quidam diaconorū eius Felix nomine fuerat ordinatus. Is expositam in Nicæa fidem inconcusę, seruauit, sed corruptoribus eius sine discretione communicabat. Nullus tamen Romæ habitantium in basilicā ingressus est, cū ille intus adfaret. Hoc autem etiam matronæ illę Imperatori dixerunt. Qua gratiā flexus, præcepit illum inter omnes egregium reuocari, & vtrumq; Ecclesiam gubernare cōmuniter. His ergo literis in Circensē spectaculo reiectis, populus clamabat iustam principis esse sententiam: sicut enim dupliciter coloribus diuisi sunt spectatores, sic oportere alterū his, alterum alijs præsidere. Cū ergo primitus principis literis sic fauissent, postea commoti communi voce clamauerunt: Vnus Deus, vnus Christus, vnus Episcopus. Ipsas enim voces & ego iustum ponere iudicavi. Post has verò Christo amabilis populi piæ, & iustitia exornatas voces, sanctissimus quidem Liberius est reuersus. Felix autē recedens habitauit in alia ciuitate.

Theodoretus. Interea sentiens Athanasius sibi insidias parari, nequaquā ad Imperatorem venire præsumpsit: neq; hoc vtile iudicauit, sed electos ex Ægypto quinq; Episcopos, inter quos Serapionem Thmiuensem virum præcipua vita sanctum, & ad loquendum valde copiosum, mittit ad principem tunc in Occidente degentem (cum quibus etiam tres presbyteros) per quos sibi placaret Imperatorem, vt pro derogationibus satis facerent inimicorum, aliaq; facerent, quæ ei vel Ecclesijs expedirent. Quibus nauigantibus, paulò post literæ venerunt Imperatoris euocantes eum. Ob quam rem & Athanasius & populus est turbatus, cum neq; hæretico Imperatori obedire consultum esset, neq; reluctari periculo vacaret. Veruntamē ire distulit, & literarum baiulus sine effectu reuersus est. Superueniente autē æstate veniens alius ab Imperatore nuncius cum prouinciæ iudicibus, cogebant eum, clerorūq; nimis erat infestus. Porro populum paratum videns ad bellum, etiam ille reuersus est. Non multo post tempore congregantur ex Ægypto & Lybia Legiones. Et cū nunciatum fuisset cæleri Athanasium in Ecclesia, quæ vocatur Theone, assumens milites dux eorum, & Hilarium ab Imperatore denuò destinatum, inopinatō frastri ianuis in Ecclesiam introiuit, & vbiq; requirens Athanasium, non inuenit. Ferrur enim, quòd sæpius diuino nuncio pericula multa effugerit, sicut etiam Deo prouidente hoc discrimen euasit.

Sozomenus. Ex his & huiusmodi factis ei à Deo prænunciatis, à Paganis & hæreticis appellabatur Magus. Sermo namq; fertur, quòd aliquando eo procedente per ciuitatem cōtingerit auolantem corniculam clamitare. Quo factō astans multitudo Paganorum, velut Mago derogantes, petebant vt eis aperiret, quid cornicula illa significaret. Ille verò fertur silentio dixisse subridens: Cras, latina lingua dies ventura significatur. Hoc ergo clamans, tristēm vobis Crastinum significat diem per Imperatoris Romani iussuionem. Et ita contigit, vt Athanasij sermo licet derisus fuerit, venerit ad effectum. Altera namque die principis literæ venerunt ad Iudices, iubentes vt Pagani sua ingredi non permitterentur templa, neque Iannes superstitiones festiuitatesq; celebrarent. Tunc ergo festiuitas eorum venerabilis, generalisq; destructa est. Socrates. Cū igitur frequenter (sicuti dictum est) Athanasius pericula declinasset, clerus & populus ei fauens tenebat Ecclesiā, donec Præfectus (vt dictum est)

Ægypti, & dux militum eijcientibus eos & fulinentibus, Georgio eas contraderent. Qui nō multo pōst venit, & Ecclesias suo iure possedit. Qui dum præter Ichema & mores sacerdotij violentus existeret, & maxime circa Athanasij laudatores, quibus utiq; vincula & plagas viris & foeminis velut tyrannus inferebat, accensus populus penè peremerat eum, nisi vix ereptus fugisset ad principem. Quo factō rursus sequaces Athanasij Ecclesias multo tempore tenuerunt. Quas iterum veniens dux Ægypti, Georgij, noscitur tradidisse fautoribus. Post hæc autem exceptore principis veniente, multi Alexandrinorum supplicio traditi sunt. Post quæ etiam ipse Georgius terribilior superuenit, & priori tempore magis exosus, tāquam qui mouerit principē ad multorū necem. Cui utiq; derogabant Ægyptij monachi, quorum gloriam multitudo vniuersa sequebatur, & vera eorum testimonia iudicabant, quia in summa philosophiæ virtute debebant. Sozomenus. Interea dum adhuc Athanasius cælaretur, Georgius Alexandria crudeliter Paganos afficiebat, & aduersantes ipsi Christianos: utrosq; enim cogebat ad ipsius venire sententiā, & respuentes afficiebat. Erat enim apud sapientes exosus quā despiciens eos, & iudicibus imperans. Apud populum verò quasi tyrannus, & ultra potentes elatus: præcipue tamen Paganos opprimebat, quos sacrificare, & paternas festiuitates agere prohibebat. Tunc enim milites & Ægypti ducem, armatos in ciuitatem introduxit, imagines & ornamenta templorū abstulit, quod ei postea causam necis adduxit. Cyrillo verò depōsito occupauit Hierosolymorū Ecclesiam Heremius, & post illum Heraclius, post quem Hilarius. Hos enim tunc illam Ecclesiam gubernasse percipimus vsq; ad Imperium Theodosij principis, quando rursus Cyrillus ad proprium reuersus est Episcopatum. Hæc igitur apud Orientales agebantur Ecclesias, Interea Iulianus Cæsar bello deuictus Barbaros apud Rhenū fluitantes, alios quidem peremit, alios cepit: clarq; victoria decoratus, cum mediocritate vitæ atq; mansuetudine militibus gratus esset, ab eis appellatur Augustus. Hoc factō, nihil de Constantio cogitans, Iudices ab illo factos honoribus mulcebat, & ad illius inuidiam liceras proferebat, quibus ostenderet eum propter bellum contra Magnentium gestū in Italiam Barbaros induxisse. Repente verò religione mutata, cum prius Christianus esse putaretur, semetipsum Pontificem nominauit: & veniens ad templa Paganorum, sacrificabat, subiectiq; talia colere suadebat. Cumq; Constantius propter bellum Persicum apud Antiochiam moraretur, sperans ille quod sine bello possit Illyricū occupare, ad eos agebat iter, dicens se velle Constantio satisfacere, tanquam non sponte sed voluntate militum insulas Imperij suscepisset. Fertur itaq; cum ad hos terminos accessisset, vindemia iam collecta, circa occasum Pleiadum vvas denuò fuisse prolatas. Insuper etiam imbre ex aëre descendente, in eius veste simul & cæterorum gurtas singulas crucis formasse signacula. Hoc factō videbatur & ipsi alijs, quod botris extra tempus illatis bonum rei panderetur indicium: imber autē cadens vestem supra quam ceciderat, roboraret. Alij verò dicebant vuarum signū quod præter tempus sit, significare perditionem Imperatoris instar huiusmodi botrorum, & parui temporis fore eius imperium. Porro de cruce dicebant prænunciare hoc signum, quod sit cæleste dogma Christianorum, & oporteat signari cunctos crucis indicio. Vnde cognoscitur quod diuersus interpretati quā dixerat Imperator, veritate fraudati nō sunt. Vtrunq; enim oportune dictum sequens tempus ostendit. Cum audiret itaq; Constantius contra se venire Iulianum, in instructione belli Parthici omissa, Constantinopolim veniebat. Socrates. Et apud Mopsucrenem inter Cilias atq; Cappadoce, nimia cogitatione, apoplexiæ passione defunctus est. Consulatu Tanri & Florentij, tertio die Nouembris mensis, anno vitæ suæ quadragesimo & quinto: ex quibus tredecim cum patre regnauit, viginti quinque post illum. Sozomenus. Quo defuncto, Iulianus quidem iam Thracias obtinebat. Et non post multum Constantinopolim veniens, appellatus est Imperator. In initio itaque parcens Christianis, clementior visus est, sciens priores persecutores nihil profecisse ad augmentum Paganismi, quod punissent Christianos: qui magis hinc creuerint, & facti sint gloriosi pro verò dogmate morientes. Inuidens igitur illorum gloriæ, à tormentis abstinuit, iudicans esse necessarium, vt feriore potius & admonitione Paganismum colendum populo suaderet, credens etiam hinc se mōstrare clementem. Fertur enim quum Constantinopoli ad fortunam sacrificaret verbis, accessisset ad eum Marem Episcopum Chalcedonis, & publicè impium, & ἄθεος id est sine Deo, apostatamque vocitasse: illum verò solam ei impropèraste cæcitatē: erat enim senex & propter imbecillitatem oculorum manu alterius agebatur. Super hæc volens etiam lacerare Deum, consuetè dixit: Neque Galilæus Deus tuus curare non potest. Respondens verò Mare, dixit: Ego, inquit, Deo meo pro cæcitate gratias ago: quia hoc ideo factum est, ne te videam pietate nudatum. Imperator autem nihil respondens abcessit. Sic enim putabat porius roboratū Paganismum, sic se patientem ac mitem Christiano populo demonstrasset.

Hæc

Hæc itaq; faciens, eos qui fuerant à Constantio fugati propter religionem, reuocauit, & confiscatis patrimoniis sua restituit, præcipiens populo vt nullū læderent Christianum, neque nolentē sacrificare cōpellerent: sponte verò accedentes ad aras, prius expiari apud dæmones, purgariq; solitis eorū sacrificijs preparabat. Clericis autem ¹⁹ oia priuilegia, honores, consuetudinesq; subtraxit, & leges politas pro eis soluit, ipsosque curiæ tradidit, simul & à virginibus & viduis, quæ pro penuria inter clericos alebantur, iulsi exigi ea quæ pridem à publico accepisse videbantur. Constantinus namque Imperator disponens res Ecclesiarum vnicuiq; ciuitati prospexit, vt clerus sufficientia emolumenta perciperet, & hoc lege firmavit, quod hæcenus mortuo Iuliano seruatur. Hanc exactiōnem aiunt valde fuisse crudelem. Auferebat enim subinde pecunias, & ornamenta sacra: templaque sub Cōstantino & Constantio fundata destruebantur, datæ ad edeficia pecuniæ rursus exigebantur. Hac occasione sacerdotes & clerici, & populus Christianus crudeliter vexabatur. Socrates. Per idē tēpus in Alexandrinorū maxima ciuitate contigit ex huiusmodi causa seditio. Erat locus quidā in ciuitate antiquis tēporibus desolatus & neglectus, multaq; sorde completus: hic Pagani olim Deo Mithræ sacrificantes homines immolabant: quem locū Constantius quasi vacantem Ecclesiæ Alexandrinæ concesserat. Hic Georgius volens oratorium extruere, locū repurgari faciebat. Quod dum fieret, inuentum est illic adytum in multa profunditate constructum, in quo Paganorū mysteria celebrabantur. Erant enim ibi caluarie hominum plurimæ, maiorum pariter & infantū, qui perhibebantur illic extincti, vt ex eorū visceribus artes magicas exercerent. Hæc igitur Christiani reperentes in adyto Mithræ, studuerunt ad irrationem Paganorum vniuersis hæc facinora referare, diuulgabantque capita hominum quæ compererant. Hæc Alexandria Pagani videntes, & opprobrium non ferentes, ira succensi sunt, & omnes quos ad præsens inuenerunt arma induentes, impetu contra Christianos factō, multos interemerunt, alios gladijs, alios fustibus aut lapidibus, alios funibus strangulantes, quosdam etiam crucifigentes ad sacræ crucis iniuriam, plurimos diuersis vulneribus affigentes. Et ita factum est, vt neq; proximis parceretur: sed philosophus philosophū percussit, & frater fratrem, parentes filios: & inuicem in mutua nece grassati sunt. Quamobrem Christiani eundem locum purgare quieuerunt. Interea cum Iudices denunciassent mortuum fuisse Constantium, et imperare Iulianum, seditionem fecit in Alexandria populus Paganorum & impetu factō contra Georgium, vinculis eum alligauerunt. Quem paulo pōst venientes ad carcerem peremerunt, eiusq; cadauer imponentes camelo, à mane vsq; ad vesperam per rotam traduxerūt ciuitatem, & circa serum diei concremauerūt. Multi ferunt Arrianorū quod à fautoribus Athanasij id factū sit: sed ego reor indubitanter hoc fecisse Gentiles, cum utiq; & querelas haberent aduersus eum propter idola & templorum iniurias, prohibitionemq; solennitatū. Quod etiam Iulianus sic se habuisse testatur per literas ad Alexandrinos missas, in quibus culpatur eos, pœnamque relaxat, quasi propter reuerentiam Serapis, quem ciuitatis conseruatore dicit, & Alexandri conditoris eius, necnon Iuliani auunculi sui, qui in paganismo strenuus fuit, & Christianos supra modum oderat. Igitur Athanasium de fuga remeantem, Alexandrinorum populus libenter excepit. Expuleruntque Ecclesiis Arrianos, & Athanasio scepra venerabilia tradiderunt. Verum Arriani in domibus ignobilibus se colligentes, loco Georgij Lucium habuerunt. Ea siquidem tempestate Lucifer Caralensis, & Eusebius Vercellensis Episcopi, Imperatoris iussione ab exilio reuocantur. Vtrique enim ultra Thebaidos terminos ab exilio remeantes tractabant, quemadmodum corruptam Ecclesiæ regulam repararent. Placuit igitur vt Lucifer quidē ad Antiochiam Syriæ perueniret, Eusebius Alexandriam, vt vnā cum Athanasio factō concilio Ecclesiæ dogmata roborarent. Lucifer tamen misit in locum suum Diaconum, per quem professus est ratum se habiturum, quod esset concilio ordinatè constitutum. Ipse autem veniens Antiochiā, fluctuantem inuenit Ecclesiam, erat enim inter se turba diuisa, & non tantū hæresis Arriana, quæ erat sub Euozio, diuidebat Ecclesiam: sed etiā Melitij sequaces, studium habentes circa suum præfulem à suis consortibus recesserunt. Tūc ergo Lucifer ordinans ei Paulinum Episcopum, rursus abcessit. Eusebius autem veniens Alexandriam, cum Athanasio concilium celebravit. Sozomenus. Interea plurimi Episcopi in Alexandria congregati cum Athanasio & Eusebio Nicæni concilij decreta roborauerunt: & cōsubstantialē patri ac filio spiritum sanctum sunt professi, Trinitatēque nominauerunt. Et quoniam de substantia & substantia quæstio turbabat Ecclesias, sapienter decretū est vt his nominibus contra Sabellianos solos vtamur, ne vocabulorum inopia idem putetur esse substantia quod substantia. Verum Athanasius librum de satisfactione fugæ olim à se scriptum tunc eis presentibus legit: cuius partes viles, & quæ profint hic intexens, totum librum multorum versuum quærere, & legere studiosos admoneo. Ait enim: Ecce huiusmodi sunt præsumptiones impiorum hæc agētes, nec erubescētes. In quibus primū cōtra

19. Quod & factū
unt heretici nostris
temporis, vt se Iu-
liano apostata cō-
firmant.

20. Et hoc eiusdē
sermō est eū super
riori.

x iij nos mala

nos mala sunt machinati, haecenus accusant quod manus eorum paratas ad necem declinare poterimus, & amarissimè potius ingemiscunt, quod nos penitus extinguere nequiverunt, & impropere timoris causam, ignorantem quod dum hoc submurmurant, in semetipsum magis retorquent culpam. Nam si fugere malum est, persequi multò deterius. Hic quidem ne moriatur, absconditur: hic autem persequitur, ut occidat. Et ut fugiatur quidem, scriptum est: qui autem quaerit occidere, praevincatur legem, & magis ipse fugiendi praebet occasionem. Si ergo fugam impropere persequentes, pudeat eos potius sui ipsorum. Quiescunt insidiosi, & quiescunt còtinuò fugientes. Sed à malitia non desinunt sua, & comprehendere omni virtute festinant, scientes quia fuga persequutionem patientium indicium est maximum persequentiù. Nullus enim mitem atq; clementem fugit aliquando, sed magis ferocem simul & callidum. Omnis enim qui gemitur & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad David. Sed isti propterea eos qui absconsi sunt, interimere student, ne ipsorum malitiam videantur arguere. Qui etiam in hac parte caecantur. Nam quantò fuga manifestior est, tantò amplius eorum insidiosis neces exiliat; commissa omnibus sunt aperta. Nam siue perimant, mors còtra eos semper exclamat: siue rursus exilia minentur, vndiquaque ipsi contra se mali memoriam destinare noscuntur. Et si quidem sanam haberent mentem, viderent semetipsum in his esse constitutos, sed in consilijs suis offendere. Sed quoniam mentem amiserunt, propterea persequutione decipiuntur: & quaerentes occidere suam non contemplantur impietatem. Nà si derogant eis qui fugiunt quaerentes, quid faciàt cum vident Iacob fugientem à Esau fratrem suum, & Moysen in Madian descendisse propter Pharaonis timorem? Quomodo satisfaciunt fugienti David Saul, qui in domum misit, ut interimere eum, dum absconsus esset in spelunca, & mutasset vultum suum, donec declinaret ab Abimelech, ob quam causam inimicorum evasit insidias? Quid dicant isti, qui omnia proferunt temerè, videntes maximum Heliam in oratione quidem mortuum suscitasse, tamen absconsum propter Achab, & fugisse propter insidias Iezabel? Tunc etiam quaesiti filij prophetarum caelati sunt latentes in speluncis apud Abdiam. Sed si haec tanquam vetera non legerunt, saltem memoriam habeant Evangeliorum. Nam & Discipuli propter metum Iudaeorum recesserunt caelates semetipsum: & Paulus in Damasco ad principem Genis quaesitus, de muro in sporta demissus est, & manus quaerentis effugit. Haec igitur de sanctis viris scriptura dicente, quàm putas excusationem suam petulantiam potuerit invenire? Siue ergo timorè impropere, còtra semetipsum tanquam vesani loquuntur: siue contra voluntatem Dei hoc dicant fieri, scripturarum diuinarum videntur penitus expertes. Nam in lege praecipit fuit, ut deputarentur etiam civitates ad fugam, ut hi qui quaerebantur ad mortem, quoquo modo liberari possent. In novissimo verò tempore seculorum veniens ipsum, quod Moysi loquutum est, patris verbum, rursus hoc dedit mandatum, dicens: Cum persequuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Et post pauca dicit. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quae dicta est per Danièlem prophetam stantem in loco, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudaea sunt, fugiant in montana: qui in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo sua: qui in agro, non revertatur tollere vestes suas. Haec enim sancti, huiusmodi habuerunt conuersationis modum. Quae enim tunc praecipit Dominus, haec etiam ante incarnationem sui presentiam in sanctis loquutus est hominibus terminus ad perfectionem ducens, ut quod Deus iubet, hoc faciant. Propterea & ipsum verbum propter nos humanatum, cum quaereretur (sicut nos ipsi) abscondi dignatum est: & iterum cum persequutionem pateretur, fugit, & insidias declinavit. Decebat enim eum sicuti famem & sitim, ita etiam hoc pati, & hoc ostendere seipsum humanatum. Ab initio siquidem mox ut homo factus est, cum esset paruulus ipsa per Angelum mandavit Ioseph. Surgens sume puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Futurum est enim, ut Herodes quaerat animam pueri. Mortuo quoque Herode videtur propter Archelaum filium eius in Nazareth fugisse: & quando iam etiam Deum seipsum ostendebat, & manum aridam restituerat sanam, Pharisei quidem egredientes, conciliù fecerunt aduersus eum, ut eum occiderent: Iesus autem sciens discessit. Nam & Lazarum suscitauit à mortuis: Ab illo, inquit, die cogitauerunt ut occiderent eum. Iesus ergo iam non palam ambulabat inter Iudaeos, sed abiit inde in regionem iuxta desertum. Deinde Salvatore dicente: Antequam Abraham fieret, ego sum: Iudaei quidem tulerunt lapides, ut mitterent super eum: Iesus autem absconsus est, & exiit de templo. Et transiens per medium illorum ibat, & ita discessit. Putas haec videntes, magis autem audientes, cum non videant, quomodo secundum quod scriptum est, non debeant igne comburi, quoniam contraria his quae Dominus facit & docet, cogitant & loquuntur: Nà quando Ioannes martyrium sustinuit, eiusque corpus sepeliere discipuli, audiens Iesus discessit inde in nauem ad deserti locum seorsum. Dominus itaque haec faciens, ita docebat. Sed utinam isti vel sic erubescerent, & vsque ad homines suam petulantiam declarent, & non magis ac magis insanientes, viderentur etiam ipsum arguere Salvatore,

contra

contra eum utique blasphemias meditantes. Sed neque vclanorum quisquam eos poterit sustinere, cum arguantur ne Euangelia quidem ipsa noice: est enim occasio nostrae discessionis & fuge rationabilis atque vera, quam in Salvatore quidem Evangelista postea memorarunt. Nos autem etiam in sanctis viris oportet talia cogitare. Nam ea quae de Salvatore humano modo conscripta sunt, eadem còmuniter humano generi deputantur. Quae nostra sunt, ille suscepit, & passione nostras infirmitates ostendit. Quod Ioannes ita conscripsit: Quarebat ergo eum tenere, & nullus misit in eum manus, quia nondum venerat hora eius. Nam antequam haec veniret, dicebat ipse matri: Nondum venit hora mea. Et eis, qui fratres eius appellabatur ait: Meum tempus nondum venit. Rursus autem tempore passionis discipulis dicebat: Dormite iam & requiescite. Ecce enim appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sed neque antequam veniret tempus, teneri se passus est, neque cum venisset tempus, absconsus est, sed etiam semetipsum tradidit aduersariis. Sic & beati martyres in persequutionibus temporalibus custodiebant semetipsum, & dum quaerentur, per latibula fugiebant: cum verò inuenirentur, martyrio se subdebant. Haec de Athanasio retulisse sufficiat. Sed Iulianus postquam ad Orientem Persas bello pulsaturus aduenit, & publica, quam prius occultauerat, erga idolorum cultum fieri cepit insania, callidior caeteris persequutor, non vi neque tormentis, sed praemijs, honoribus, bladijs, persuasionibus, maiorem penè populi partem, quam si atrociter pulsasset, elicit, studia auctorum Gentilium Christianos adire prohibens, ludos literarum illis solis Deo deafque venerarentur, patere decernit. Militia singulis non dari, nisi immolantibus iubet. Procuracionem prouinciarum iurisque dicendi Christianis statuit non debere committi, utpote quibus etiam lex propria gladio uti vetuisset. Et proficiebat quotidie in huiusmodi legibus exquirendis, quibus & si quid versutum vel callidum, tamen quod minus videretur crudele, decerneret. Sed non erga Athanasium sic philosophie tenere imaginem potuit. Etenim cum velut tetri serpentes de caernis terrae ebullientes, ad eum processisset magorum, philosophorum, Aruspicum, augurumque manus prophana, omnes pariter allegant nihil suis artibus successurum, nisi prius Athanasium, velut omnium horum obstaculum, sustulisset. Iterum mittitur exercitus, iterum oppugnatur Ecclesia. Cumque eum mœssi & stentes populi circumstarent, propheticum apud eo vsus sermone perhibetur: Nolite (inquit) ò filij conturbari, quia nubecula est, & cito pertransit. Cumque discessisset, & nauis per Nilum fluium iter ageret, comes qui ad ipsum missus fuerat, cognito eius itinere, instanter eum insequi cepit. Et cum forte applicuisset, Athanasij nauicula ad quandam locum, comperit à praetereuntibus post tergum esse percussorem suum & iam iamque nisi prospiceret imminere. Conterriti omnes qui simul aderant seriem eremum suadebant ad fugam praesidium petendam. Tum ille: Nolite, inquit, ò filij deterreris, eamus magis in occursum percussori nostro, ut sciat quia longè maior est qui nos defendit, quam qui persequitur. Et conuersa nauicula, iter agere obuiam ei qui se insectabatur, aggressus est. Ille qui nullo genere suspicari posset in occursum sibi venire quem quaereret, tanquam praetereuntes aliquos interrogari iubet, vbi audissent esse Athanasium. Cumque respondissent viderit eum non longè euntem tota celeritate pertransiens, properat in vanum, festinans capere, quem ante oculos positum videre non potuit. Ille verò Dei virtute monitus, Alexandriam rediit, ibique tutò latebras, vsquequo persecutio cessaret, exegit. Dedit & aliud Iulianus vecordiae suae ac leuitatis indicium. Nam cum Daphnis in suburbano Antiochia iuxta fontem Castalium litare Apollini, & nulla ex his quae quaerebat, responsa susciperet, causaeque silentij percunctaretur à sacerdotibus daemone: aiunt: Babilae martyris sepulchrum propè adstare, & ideo responsa non reddi. Tum ille venire Galilaeos (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) & auferre sepulchrum martyris iubet. Igitur Ecclesia 21 vniuersa conueniens, matres & viri, virgines, iuuenesque immensa exultatione succincti trahebant longè agmine arcam martyris, plallentes summis clamoribus, & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui confidunt in simulachris suis. Haec in auribus prophani principis per sex millia passuum tanta exultatione psallebat omnis Ecclesia, ut coelum clamoribus resurraret. Vnde & ille in tantam iracundiae rabiem deductus est, ut altera die comprehendi Christianos passim & trudi iuberet in carcerem, ac poenis & cruciatibus affici. Quod Salustius Praefectus eius non probans, licet esset gentilis, tamen iussus exequitur, & apprehensum vnum quandam adolescentem qui primus occurrit, Theodorum nomine à prima luce vsque ad horam decimam tanta crudelitate & tantis mutatis carnificibus tortis, ut nulla setas simile factum meminerit. Cum tamen ille in eculeo sublimis, & hinc inde lateribus instante terrore, nihil aliud faceret, nisi quòd vultu securo & laeto psallum, 22 què pridie omnis Ecclesia cecinerat, iteraret. Cumque se omnis expensa crudelitate Salustius nihil egisse perspiceret, recepto in carcerem iuvene, abiisse fertur ad Imperatorem & quid egerit

Ex lib. x Eccles.
hist. cap. 32.

21. Omnis Ecclesia longo agmine arcæ sancti martyris Babilae magna exultatione dicentes: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui confidunt in simulachris suis. Haec in auribus prophani principis per sex millia passuum tanta exultatione psallebat omnis Ecclesia, ut coelum clamoribus resurraret. Vnde & ille in tantam iracundiae rabiem deductus est, ut altera die comprehendi Christianos passim & trudi iuberet in carcerem, ac poenis & cruciatibus affici. Quod Salustius Praefectus eius non probans, licet esset gentilis, tamen iussus exequitur, & apprehensum vnum quandam adolescentem qui primus occurrit, Theodorum nomine à prima luce vsque ad horam decimam tanta crudelitate & tantis mutatis carnificibus tortis, ut nulla setas simile factum meminerit. Cum tamen ille in eculeo sublimis, & hinc inde lateribus instante terrore, nihil aliud faceret, nisi quòd vultu securo & laeto psallum, 22 què pridie omnis Ecclesia cecinerat, iteraret. Cumque se omnis expensa crudelitate Salustius nihil egisse perspiceret, recepto in carcerem iuvene, abiisse fertur ad Imperatorem & quid egerit

nunciaſſe, ac monuiſſe ne tale aliquid tentare veller de cætero, alioquin & illis gloriâ, & ſibi ignominiam quæreret. Tunc Theodorum ipſi nos poſtmodum apud Antiochiam vidimus. Et cum requiremus ab eo ſi ſenſum doloris habuiſſet ex integro, dicebat ſe quidem dolores parviſenſiſſe, aſtituiſſe autem quendam iuuenē, qui ſudanti ſibi, linteo candiciffimo & ſudores abſtergeret, & aquam frigidam frequenter infunderet, & ita ſe eſſe delectatum. Vt tunc mœſtior factus ſit, quando deponi de caleo iuſſus eſt. Comminatus igitur Imperator poſt victoriam Perſicam melius ſe Chriſtianos debellaturum, proſectus quidem eſt, ſed nullus rediit. Ibi naque incertum a ſuis an ab hoſtibus conſeſſus, poſt annum & octo meſes præſumpti Auguſtalis imperij, finem vitæ fecit. Socrates. Caliſtus aut qui inter familiares Imperatoris tunc militabat, & Heroico verſu eius conſcripſit hiftoriam, ait eum à dæmone vulneratum, fuiſſe deſunctum. Iulianus ergo quarto Conſulatu ſuo quem ediderat cum Saluſtio, vi, die Iunij meſis, in Perſica regione deſunctus eſt, anno iij. imperij ſui, ſeptimo verò ex quo Cæſar à Conſtantino fuerat ordinatus, vitæ anno trigefimo primo. Poſt cuius mortē eius Magiæ competere ſunt. Carræ namq; ciuitas eſt, hæc tunc impietatis eius reliquias habens, per hanc iter agens, quoniam per Edelliā propter pię religionis cultum trāſire noluerat, in templum quod à Paganis colitur, eſt ingreſſus, ubi cum quædam cum ſuis confortibus ſacrilegia celebraret, ianuas & clauſtra diſpoſuit, & quosdam ibi milites obſeruare præcepit, vt intra hoc nullus accederet donec ipſe rediret. Cumq; mortuus fuiſſet, & impio pium ſuccceſſiſſet imperium, ingredientes in templum, inuenerunt mira principis ſimulachra, cuiuſque ſapientiâ & famoſiſſimā pietatem. Viderunt enim mulierem à capillis appenſam, extenſas habentē manus, cuius vterum aperuerat, vt Perſarū victoriā in iecore eius inſpiceret. Hoc ergo ſcelus in Caris inuentum eſt. Verum in Antiochia plurimas arcas in Palatio humanis aut capitibus plenas fuiſſe reperas, & innumera in puteis demerſa corpora mortuorum. In qua vrbē cum eius nunciatus fuiſſet interitus, publicā cuncti habuere feſtuitatem, & non ſolum in Eccleſiis & ſepulturis martyrum ſaltabant, ſed etiā in theatris Crucis victoriā prædicabant, illius Magi inſultates. Ego autem etiā clamorem fauoris eorum hic ponere neceſſarium iudicauī, vt etiā apud poſteros hæc memoria referuatur. Communiter enim clamabant omnes: Maxime fatue, ubi ſunt varicinia? Vicit Deus, & Chriſtus eius. Milites igitur in maxima ſolitudo conuenientes, omniſſa omni dilatione, altero die Iouiniano in ſulas Imperatoris imponunt. Erat enim vir fortis & nobilis, & illo tempore χιλκρχ, id eſt, Millenarius, quo Iulianus electionem militibus lege propoſuit, vt aut ſacrificarent, aut militia cederent: qui cingulum magis elegit amittere, quam Imperatoris præceptis impiis obedire. Hic ergo tunc Iulianus propter belli neceſſitatem inter viros militares habebat. Qui cum violenter à militibus ad imperium traheretur, clamabat, dicens: non ſe velle Paganis hominibus imperare, cum ipſe Chriſtianus exiſteret. Cumq; vox hominum communiter proclamariſſet, dicentium, ſe quoq; Chriſtianos, ſuſcepit imperium. Theodoretus. Iouinianus ergo Imperator, mox vt imperij ſui terras ingreſſus eſt primum ſcripſit legem, vt Epifcopi de exilio redirent, & Eccleſiis eis reddendas eſſe profeſſus eſt, qui expoſitam in Nicæa fidem inuiolabiliter ſeruauent. Scripſit etiam Athanaſio, qui præcipuus erat horum dogmatum propugnator, petens vt ei reſcriberet perfectam diuinorum dogmatum diſciplinam. Qui eloquentiores Epifcopos congregans reſcripſit, rogans vt fidem Nicææ expoſitam cuſtodiret, tanquam Apoſtolicis dogmatibus congruentem. Cuius Epiftole verba ſunt hæc, Piſiſimo atque clementiſſimo viatori Auguſto Iouiniano Athanaſius, & reliqui Epifcopi, conuenientes ex perſona omnium Epifcoporum Egyptiorum, Thebaidos, & Lybiæ. Decet Deo amabilem principem dicendi habere voluntatem, deſideriumque cœleſtium. Sic enim verè & cor habes in manu Dei, & imperium cum pace multis annorum curricula gubernabis. Volente igitur à nobis tua diſcere pietate catholicæ Eccleſiæ fidem, gratias ob hoc Domino referentes, curauimus vt prolatam ab omnibus patribus in Nicæa tuæ pietati inſinuaremus fidem. Hanc enim repudiantes quidam, nobis quidem frequenter inſidiati ſunt, eò quòd Arrianę non conſentiremus inſaniæ. Autores verò facti ſunt hærefes, & ſchiſmatum vniuerſalis Eccleſiæ. Vera ergo & pia in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fides, eſt omnibus manifeſta, & ex diuinis literis agnita atque lecta. In hac enim etiam ſancti martyrio cõſummati ſunt, & requieſcentes in Domino nunc conſiſtunt. Manſerat itaque ſemper fides illæſa, niſi calliditas quorundam hæreticorum eam violare præſumeret. Arrius enim quidam, cuiuſq; ſectatores erumpere, & impietatem aduerſus eam introducere tentauerunt, dicentes, ex non extantibus, & creaturam, atque facturam, conuertibilemque eſſe filium Dei. Plurimõſque per talia ſeduxerunt, ita vt etiam qui aliquid eſſe videbantur, blaſphemia huiuſmodi traherentur. Verum ſancti patres noſtri olim conuenientes (ſicuti prædiximus) in Nicæno conſilio, Arrianam quidem ſectam anathemazauerunt, catholicę verò Eccleſiæ fidem (ſcriptura teſte) profeſſi ſunt. Eaſq; prædicatione hæreſis extincta

Ex li. 6. hiſt. Trip. cap. 47.

Ex li. 7. hiſt. Trip. cap. 21.

extincta eſt, quæ vbiq; videbatur accenſa. Hæc itaque fides per omnes Eccleſias legebatur & prædicabatur. Sed quoniam Arrianam hæreſim quidam renouare volentes, ipſam liquidem à patribus in Nicæa prolatam anathematizare præſumpſerunt, aliqui verò fingunt ſe eam profiteri, ſed ipſam veritatem negare noſcuntur, aliter interpretantes conſubſtantialitatem, & ſancto ſpiritu blaſphemantes, cum dicunt eum creaturam eſſe, atque facturam per filium celebratam neceſſariò conſiderantes læſionem ex huiuſmodi cauſa contra populum generatam, offerre tui pietati conſeſſionem Concilij Nicæni curauimus, vt pia religio tua cognoscat, cõquanta ſcrupuloſitate conſcripta ſit, & quantum errent qui extra eam volunt aliquid edocere. Cognoscere Deo amabilis Imperator, quoniam hæc quidẽ prædicatur à ſeculo, & hæc profeſſi ſunt partes in Nicæa conuenientes. In hac quoque fide concordat omnes Eccleſiæ in Hispania, & Britannia, necnon in Gallijs, Italijs, & in Dalmatijs conſtitutæ, in Cappadocia, Myſia, & Macedonia, & vniuerſa ſimul Hellade, ſed etiam in vniuerſa Africa, Sardina, Cypro, Creta, Pamphilia, Licia, Maſuria, & in omni Ægypto & Lybia, Ponto & Cappadocia, partibusque vicinis, & Orientales Eccleſiæ præter paucos Arriſectatores. Omnium namq; prædicatorem ſententiam experimento cognouimus, literas habemus, eoſque nouimus Deo amabilis Imperator, quia cum pauci quidam huic fidei contradicant, præiudicium facere non poterunt in toto orbe terrarum. Multo enim tempore ab hæreſi Arriana pullati, nunc etiam pietati contentione maxima contradicti. Vt verò hæc pietas tua cognoscat, licet ſciat, tamẽ ſtudiuimus fidem Nicæno conſilio profeſſam ab Epifcopis tretentis decem & octo, ſubiungere. Eſt autem hæc Niceni concilij fides. Credimus in vnum Deum patrem omnipotẽtem. Et in vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, natum ex patre vniogenitũ: hoc eſt, de ſubſtantia patris, Deum à Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, nõ factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, incarnatus, humanatus, paſſus eſt, & die tertia reſurrexit. Aſcendit in celos, venturus, iudicare viuos & mortuos. Et in ſpiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat: & antequam naſceretur non erat: & quia ex non extantibus factus eſt, aut ex altera ſubſtantia vel ſubſiſtentia, dicentes eſſe: aut creatum, aut conuertibilem, aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat ſancta catholica & Apoſtolica Eccleſia. In hac fide Deo amabilis Imperator, nos conſiſtere neceſſariũ eſt, tanquam ſacra & Apoſtolica, nullaque mouere eam ſeductione verborum atque contentione: quod ab initio Arriani fecerunt, ex non extantibus filium dicentes. Et quia erat, quãdo non erat, & creatus, & factus, & conuertibilis eſt. Propterea (ſicut prædiximus) & Nicæa ſynodus hæreſim anathematizauit huiuſmodi, fidem verò profeſſa eſt veritatis. Non enim ſimpliciter ſimilem dixerunt filium patri, ne ſimpliciter ſimilis Deo Deus verus eſſe crederetur, ſed etiã conſubſtantialem ſcripſerunt, quod propriũ eſt geniti verique filij, ex vero & naturali patre naſcẽtis. Sed neq; ſpiritu ſanctũ alienauerunt à patre & filio, ſed potius glorificauerunt eum cum patre & filio in vna ſanctæ Trinitatis fide: eò quòd vna ſit in ſancta Trinitate diuinitas. Has literas Imperator legens conſirmauit quam habuerat de ſacris ſcientiam & affectum: aliamq; conſcripſit legem, vt frumentorum conſuetudo redderetur Eccleſiis, quam Maximus diſtribuerat Conſtantino, & dari prohibuerat Iulianus. Et quoniã propter illius impietate orta fames, nõ ſinebat totã tunc ſummã quã Conſtantine conſtituerat, erogari, tertiã partem Iouinianus ad præſens impendi promiſit, ita vt ceſſante fame, frumenta integra præberentur. Sozomenus. Igitur Imperator tunc etiã ſecundo nomine Præfecturã gubernatũ Pretorianam legem dedit, quã vbi capitali ſententia plecterentur, qui vel ſacram virginem nuptiali thoro violare auderet, vel impudico aſpectu aſpiceret, ne dicam abriperere forte tentaret. Quam legem ideo poſuit eò quòd Iuliani temporibus quidam huiuſmodi virgines vxores ducere aut fuerant. Inter hæc Athanaſius Alexandrinæ ſedit Epifcopus cum paucis ſuorum communicato conſilio neceſſarium iudicauit, vt Chriſtianum videret Imperatorem. Veniẽtque Antiochiam, Principem de quibus oportebat edocuit.

Quidam autem, quòd eum ipſe magis euocauit Imperator, vt quæ neceſſaria pro religione & recta fide viderentur, exponere: diſponẽtque, vt decebat, cauſas Eccleſiæ de reſitu cogitabat. Verum Euzoii Arrianę ſectæ Antiochenæ ciuitatis Epifcopus, ſtudebant vt Probatianus quidam eunuchus, in Alexandria vrbē ordinaretur Epifcopus. Cumque hoc ageretur, Lucius Alexandrinus à Georgio præſbyter ordinatus, adiit Imperatorem, & male dicens Athanaſio, quaſi temporibus Epifcopatus illius fuiſſet accuſatus, & plurima exilia ſub præcedentibus ſuſtinuiſſet Imperatoribus, eſſetque circa ſacra per eum cauſa diſcordie, ſupplicabat vt alius in Alexandria ciuitate ordinaretur Epifcopus. Verum Imperator ſciens, quãte Athanaſio inimicorũ inſidie factę fuiſſent, detractioes huiuſmodi nõ reſpexit, ſed Lucium quidem cũ multa interminatione tacere iuſſit, Probatianum verò eiusq; ſequaces eunuchos autores

23 Nota ex hoc pulcherrimo loco prudens lector, eã ſicem tenendã quæ a ſeculo prædicatur, & quã patres ſancti præcedentes profeſſi ſunt, omneſq; in toto mundo conſtitute ſeruas Eccleſiæ, & nõ eã quæ a Luth. ſectatoribus in Germania tenetur. Nam pauci quidam vere fidei contradicentes, præiudiciũ facere non poſſunt in toto orbe terrarum.

24 O hæreſis vbi lateſ nunc, quã ſacras virgines nuptiali thoro violare audeſ: Conſidera quale crimẽ ſit hoc, & quod impũs Iouiani tempore dũtaxat præſumpſiſſet. Quod ſeueriſſima lege capitali puniendũ eſſe Chriſtiſſimus ſanctiſſimus Imperator.

autores huiusmodi scelerum atque turbarum castigandos esse præcepit. Porro Athanasium amicum sibi maximum factum destinavit in Ægyptum, ut sicut ei videretur causam Ecclesiarum populose disponeret. Fertur enim quod cum pro maxima virtute conversationis sapientieque laudaverit. Aiunt quidem antequam sub Constantio Imperatore Arriani tenerent Ecclesias, somnium vidisse Antonium monachum, quasi burdones alare sacrum calcibus evertissent, expectatumque dixisse: Ab adulteris & permixtis hominibus Ecclesiam calcari. Quæ non fuisse mendacia posterior monstravit eventus.

Socrates. Tunc igitur Imperator impetum retinens hæreticorum discessit ab Antiochia, & venit ad Tharsum Ciliciæ, ibique corpus Iuliani sepeliuit. Et cum cuncta solennia funeri eius exhibuisset, consul est designatus. Cumque Constantinopolim festinaret, venit ad prædium nomine Dadastrana inrer Galatiam & Bithyniam, ubi philosophus Themistius cum aliis senatoribus occurrens, Consularem recitavit orationem. Feliciter tunc agi poterant res Romanæ publicæ, & simul Ecclesiasticæ sub principe benigno dispositæ, nisi repentina mors talem virum ab hominibus abstulisset. In prædicto namque prædio hyemis tempore in phraxis languore contractus est mortuus. Consulatu suo & Varronianus filij, septimodecimo die Februarii mensis, qui regnavit mensibus septem, vixit annis trigintatribus.

Sozomenus. Cumque in Nicæam Bithyniæ venisset exercitus, Valentianum ordinavit Imperatorem, virum optimum, & apice principali dignissimum.

Socrates. Valentianus igitur ordinatur vicesimo quinto die eiuſdem Februarii mensis, Pannonius genere, de Cibala civitate, cui tunc erat militum cura commissa: quoniam probatissimè militarem noverat disciplinam. Fuit etiam vir magnanimus, & semper præsentis fortuna melior apparebat.

Theodoretus. Is enim non modo fortitudo sine, sed etiam prudentia, temperantia atque iustitia & corporis magnitudine præfulebat. Adeo enim fuit regalis pariter & urbanus, ut cum exercitus transisset eialium sociare consortem, ille responderit, quod cantatur ab omnibus. Vestrum (inquit) fuit, & milites Imperatore non existente mihi dare regimen imperij. Verum ubi hoc ego suscepi, meum iâ & non vestrum est de rebus cogitare communibus, Cuius verba admirari milites, eius secuti sunt voluntatem. At ille fratrem de Pannonia vocans, quod non debuit, socium fecit imperij.

Socrates. Post triginta dies auspicii sui.

Theodoretus. Cui Asiæ sceptrum contradens pariter & Ægypti, Europiam sibi distribuit. Et veniens ad Hesperiam, omnem illic docuit æquitatem, à prædicationibus pietatis incipiens. Tempore aut quo valens suscepit imperium Apostolicis dogmatibus ornabatur. Cum vero Gorhi trāsisset Istrum, & Thraciâ peragraret, collecta militia pugnare cogitabat contra eos, Cui placuit ut non nudus sacra gratia pugnaret, sed sancti baptismatis munitus armis: & hoc quidem bene placuit, & valde sapienter. Quod verò postea gessit magnam animi molliciem, & prodicionem significat veritatis. Ea namque infelix passus est, quæ progenitor Adâ. Coniugis enim est seductus alloquio, & mulieribus verbis illaqueatus. Illa namque primitus Arriani fallaciæ captionibus irretita, etiam istum secum conuere in blasphemiam foueâ peruasit, cuius seditionis autor fuit Eudoxius. Is enim gēs adhuc Constantinopolitanæ gubernacula tenebat Ecclesiæ, nō regens, sed suâ potius mergēs nauē. Tūc ergo in baptismatis tempore, iureiurando miserimū obligavit, & ut in pietate dogmatis permaneret, & vndiq; cōtraria sapiētes expelleret. Sic itaq; ille doctrinā Apostolicā derelinquens, cōtrarias partes sumpſit, & paulō post quæ iurauerat adimplevit. Circa hæc itaq; tempora Eunomius ab Eudoxio separatus, seorsum agebat missas, propterea quod cum sepe rogasset ut susceperetur præceptor ipsius Aëtij, Eudoxius nō exaudisset. Hoc aut nō ideo refuravit, quod secta declinaret Aëtij, cum eam scilicet prædicaret: sed quoniam omnes vnanimes illius, eū sectæ alterius fatebantur. Illa ergo causa fuit, ut ab Eudoxio separaretur Eunomius. Hæc igitur Constantinopolim gerebantur. Deinde Alexandriæ præceptum præfectorum, studio Eudoxij destinatum, conturbavit Ecclesiam. Verum Athanasium irrationabilem furorē populi metuens, atq; timens ne malorum faciendorum ipse causa esse videretur, quatuor mensibus seipsum in sepulchro patris abscondit. Cumq; propter eius absentiam seditionem desiderio ipsius populus excitasset, cognoscens Imperator propter hoc Alexandriam esse turbatam, literis indicavit ut Athanasium licitè teneret Ecclesiæ. Et hæc fuit causa ut vsque ad Athanasij mortem Alexandrina non turbaretur Ecclesia. Quod verò post eius mortem rursus Arriani eas Ecclesias inuasissent, paulō post narrabo. Socrates. Sciendam verò quod cum viueret Athanasius Alexandrinus Episcopus, diuina quidem providentia Alexandriam vel Ægyptum Valens Imperator distulit commouere, audiens Athanasium à cuncta diligi plebe, & metuens ne fortè seditione facta à republica vexaretur. Verum Athanasium Consulatu Gratiani secundo, & Probi post crebra pro Ecclesiæ statu certamina hæc priuatus est vita, quū quadraginta & sex annis per multa

Idem vide solennes regulas tunc etiam fuisse in usu. Ergo falsum a cupiditate sacerdotum recen- te fuisse inueniam.

Idem nota vocabuntur missæ etiam tunc temporis fuisse in usu, nec esse verbum nostris sacerdotibus recentioribus ventum, ut somniant hæretici.

pericula sedem crexisset Episcopalem. Theodoretus. Cum igitur in Alexandria victor Athanasius post multa certamina, innumerasque coronas, vite sinem suscepisset, & ad laborum suorum præmia dimigraſset, suscepit Petrus vir optimus Præfultatum, quem dudum ille beatus elegerat, cunctis contententibus, & sacerdotibus, & nobilibus, cunctaque plebe, & favore suo propriam ostendentibus voluntatem. Is enim Athanasij sudorum particeps fuit & cum esset in ciuitate, & cum diuersa latibula peragraret, multifariaque pericula cum eo sustinuit. Quapropter euncti sacerdotum concurrentes, dignum hæredem Petrum Athanasij clamauerunt. Cumque eum in pontificali sede constitissent, repente Iudex provincie, Paganorum populum congregans, & pariter Iudeorum, Ecclesię septa circumdedit, Petrum exire præcipiens, nolentemque, nterminatus est abstrahere. Faciebat hoc, Imperatori placere volens, cum ei contraria sapientes calamitati submitteret. Quod aut verum est, impietatis ira completur: idolis potius placere nitebatur, & tempestatem Ecclesiæ claram putabat esse festiuitatem. Petrus itaque vir admirandus, in speratum respiciens bellum, latenter egressus est, & conscendens nauem, profectus est Romam.

VITA SANCTI IULII PAPAE,

per Damasum Papam scripta.



IULIVS natione Romanus ex patre Rustico, sedit annis xv. menses duos dies octodecim. Fuit autem temporibus Constantij hæretici filij Constantini, à consulatu Feliciani, & Maximiani. Hic post multas tribulationes in exilio fuit mensibus decem. Et post huius Constantij mortem, cum gloria est reuersus ad sedem beati Petri Apostoli. Fecit basilicas duas, vnam iuxta forum, & aliam via flamminea, & cœmeteria tria, vnum via flamminea, aliud via Aurelia, & aliud via Portuensi. Hic constitutum fecit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia, ut notitia quæ omnibus fides facit, per notarios colligeretur, & ut omnium monumentorum in Ecclesia confectio per primicerium notariorum celebraretur, siue quoddam cautiones vel instrumenta: vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut testamenta, vel colligationes, aut manumisiones clericorum in Ecclesia per scrutinium sanctum celebrarentur. Hic fecit ordinationes tres in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octo decem, diaconos tres, Episcopos per diuersa loca nouem. Qui etiam sepultus est in via Aurelia in cœmeterio Calepodij pridie Idus Aprilis. Et cessauit Episcopatus dies vigin- tiquinque.

Habetur in Pontificali eiusdem.

1. Ecce quot cœmeteria construebant sancti bi. Deo amabiles Pontifices. Signum ergo est quod sacra cœmeteria Deo placeant.

VITA SANCTI FELICIS PAPAE

secundi, & Martyris, per Damasum Papam scripta.



FELIX natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit annum vnum, menses tres, dies tres. Hic declarauit Constantium filium Constantini, hæreticum, & secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi iuxta Nicomediâ in Aquilone villa. Et pro hoc declarato ab eodem Constantio Constantini Augusti filio martyrio coronatur, & capite truncatur.

1. Ecce quomodo Papa post declarare Imperatorem hæreticum et illum excommunicare.

Hic fecit Basilicam via Aurelia militario ab vrbe secundo, quum presbyterij honore fureretur. Et ad eandem Basilicam emit agrum circa locum, quem obrulit Ecclesię quam fecit. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem: presbyteros xxi. diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca xix. Qui etiam passus est in ciuitate Corona cum multis clericis & fidelibus, occultè, iuxta muros vrbs ad lacus Traiani iij. Idus Nouembris. Et exinde raptum est corpus eius à presbyteris & clericis noctu, cum Damaso presbytero, & sepultus est in Basilica supradicta, quam ipse via Aurelia construxerat, xij. Kalend. Decembris, miliario secundo. Et cessauit Episcopatus dies xxxviij.

VITA BEATI NICOLAI MY-

rensis Episcopi, per Leonardum Iustinianum scripta.

LEONARDI

A LOYSII LIPOMANI VERON.
LEONARDI IVSTINIANI PATRI-

tij Veneti in beati Nicolai Myrensis Episcopi vitam, & Græco in
Latinum translata, ad Laurentium eius fratrem
urbis Venetiarum Patriarcham
Præfatio.



V V M grætis nostræ ingenia mecum confidero, Laurenti frater, ea videlicet, quibus vetus illud & expoliturum scribendi genus in cultu est, soleo equidem Christianam gentem (si dicere fas est) non nihil infortunatam putare. Nam cum in illa tot præstantissimi fuerint in omni primaria laude viri, ut nulla sit cum illis gentilitas comparanda, vix quisquam tamen eiusmodi scriptorum est, qui non ipse malit gentilium, quam sanctorum nostrorum facta literis celebrare. Id autem cur ita fiat, non certe satis intelligo. Nam cum Christianam hanc planè profiteamur, eoque ceteri nomine & felicitati nobis imputemus & laudi, quid causæ dici potest, cur aliena malimus etiam à pueris decantata, quam nostra haud satis cognita gloriose, & vtiliter illustrare? Nam Metellis, Caronibus, Lycurgis, Epaminundis, ceterorumque gentilitium illustribus factis penè referta sunt omnia, nec nova indigent laude, in quibus experiamondis cum Græcè, tum Latine summa certauerunt ingenia. At nostrorum nisi paucorum admodum iacet memoria, quorum præter omnia nihil ferme celebè est: non enim Crispos, aut Xenophontas, aut ex alia cohorte quenquam vitæ, facinorumque suorum interpretem habuere. Nam ad nominis celebritatem posteritati diuilsimè commemorandam, quis nesciat, non tam referre, quibus quisque moribus, qua virtute, quibus rebus gestis antecellat, sed multò maxime quem factorum & laudum suarum præconem sit habiturus? Unde Lyricus illud: Vivere fortes ante Agamemnona multi, Ignoti que longa nocte, carent quia vate sacro. Scire igitur Alexander diuinitatis cupiditate incensus, statuas suas ab alio quoquam fieri quam à Lybpo vetuit, quia illius opera, ob incomparabilis artis præstantiam, immortalia fore putabat. Ita non tam res ipsæ scriptorem, quam scriptor illas celebres atque longuas facit. Quod si Hieronymum, aut eloquentem alterum ceteri nostri fuissent consecuti, legerentur illi profecto eo studio, ac voluptate, qua Paulum eremitam, & Hilarionem, quorum vitæ splendor pari ab illo verborum luce, & venustate ornatus est. Nempe Paulus, & Hilarionem haberemus innumeros, non eos haud æqua cum illis felicitate, aut fortuna, ut scriptores eloquentissimum nâciscerentur, sed voraginem nescio quem, aut alios indifertos è turba, quorum si fidei eloquentia par fuisset, sanctorum nostrorum præclara facinora, non modò per vulgus, verum longè, latèque per docta ingenia volitarent, & omnium virtutum exempla peteremus ab eis, quandoquidem mille nos habemus ex nostris, quos singulis gentibus opponamus: nec viuis modò, sed & mulierum cateruas proferamus, forti perperas animo, quæcunque scriptores præfici paucis in vitis tantopere laudauerunt: Adde quòd externarum gentium virtus magna quidem ex parte fucata fuit, nec tam virtus quam simulachrum virtutis, & species appellanda. Nam si magnitudinem animi, si sapientiam, si continentiam, æquitatem, liberalitatem, ceterasque vere virtutes quarimus, haud facile dixerim, in aliis alias, quam in sanctis nostris splendidi eluxisse. At sancti (dicit aliquis) non duxerunt exercitus, non acies instruxerunt, non clasibus, non præliis, non oppugnationibus denique urbium præfuerunt. Nò est omnino id quidè, fuisse tamen concedamus, & hæc eadem fateamur præclara putari debere. Sed per Deum immortalem cui tandem vsui, aut cuiusmodi hominibus ista dicuntur? Quotus enim quisque legentium illa fuerit, qui aut clasibus præfuit, aut instructor certaminum, aut virbum oppugnator futurum se putet? O dementia singularè. Ego qui nunquã visurus exercitus sum, quibus artibus acies disponatur, multo didicerim studio: quo verò pacto superbiã conerã, iram extingam, auaritiã, reliquasque animi pestes prosternã, ex his scire neglexerim, qui hoc commune oim bellandi genus scire percalluerunt. Quid igitur? Improbabilisne studium eorum, qui nostro seculo eiusmodi vigilias vigilarunt, & multorum gentilium facta scripserunt? Non autem id ego quidè, neque vnus pluribus temerè bellum indixerim, & his potissimum, quos mihi vel necessitudine studiorum, vel officiorum commune intercessione cõiunctos puto. Ceterum pertinax asfirmarim, præstitisse nostrorum, quam alienas vitas cõscribere: Aut si alienè scribende fuerint, non debuisse nostras omitti. Nos itaque, qui dudum aliorum institutum secuti nonnulla gentilium facta literarum monumentis madauimus, nunc te hortante, Laurenti frater, hunc quem laudamus morem inibimus. Me etenim quotidie pro tua incredibili pietate admonens, ut studia, cogitationesque meas ad beatã vitam animique immortalitate adipiscendã potissimum conferam, & post longã nauigationem aliquando de portu cogitem. Nullius aut in omni re, quæ ad

quæ ad bene beatèque viuendum pertineat, maior mihi debet esse autoritas, quam tua qui præter incontaminatam vitæ integritatem ab ineuntibus annis susceptam, mihi natura frater es, cura & ætate pater, Dei miseratione Antistes. Neque me verbo tantum doces, sed exemplo magis, qui inter maximas Episcopatus tui occupationes, & Venetorum, alienigenarumque quotidianos accessus, sacrarum literarum studia scribens non intermittis, ne libri, quos priuatus plures edidisti, testentur te in negotio ea mentis & cogitationum potestate carere, qua in ocio perpetuo fruebare. Tibi igitur morem gerens, magni Nicolai vitam scribere orsus sum. Neque omnia in eum libellum congesi, sed ea tantum, quæ apud Græcos idoneos, maxime apud Simeonem cognomento Metaphrastem, de illo scripta, & Ecclesiis probata inuenimus. Nam quæ de ipso feruntur, tum vetera, tum noua miracula, neque numero, neque magnitudine modum habent. Hunc autem potissimum exprimentum tibi delegi, partim quia iucunda ea lectio est, & digna certè, quæ de Episcopo ab Episcopo accuratè legatur, partim ut viro sanctissimo de Venetis optime merito aliquam meæ patriæ nomine gratiã reddam. Nostros enim homines, & nauigantes imprimis, tanta prosequitur pietate, tanta misericordia, ut iure post beatissimum Marcum, hunc alterum nostra ciuitas sibi patronum colat. At cum pro susceptis ab eo muneribus, alij careas, alij argenteas statuas ferant, ego hanc illi longè nobilissimam statuam dedicabo, quæ non modo corporis, cæterum (quod multò præstabilius est) animi & vitæ pulcherrima liniamenta immortaliter exprimat. Nec erit (ut spero) inanis hic noster labor, seu in scribendis gentilibus quondam fuit. Nam in eum hoc munus contulimus, qui cum inter primos gratissimus fuerit, plus potest nobis mortuus nunc è celo, quam viuens quique in terris prodesse.

INCIPIT VITA SANCTISSIMI

Confessoris Nicolai, cognomento Magni, ac Myrensis Antistitis admirandi, Feliciter.



PATARAM rerum scriptores tradunt urbem fuisse in terra Lycia nobilè inter primas: Eiq; si cætera defuissent ornamenta, quibus tamen plurimis affluebat, poterat sanè vel hoc vno nobilitari præcipuè, quòd Magnum Nicolaum Myratum Episcopum tulit, virum profecto, quem in Republica Christiana nemoprope sanctorum omnium in omni virtutum laude facillè anteiret. Nã Pataram natum illum constat, & claro quidem genere. Mater eius scemina fuit sanctissima, atque grauis. Patri verò non tam vitæ splendor, quam integritas: non tam populi, quam Dei cultus: non tã diuitiæ, quam elemosyna fuerunt in precio. Mundi itaque relicti illecebris, nullum erat illis, nisi bonarum actionum studium atque voluptas. Hi tãquam lignum plantatum secus decursus aquarum in tempore suo speciosissimum edidèrunt fructum, infantem videlicet hunc, cuius celestis indoles futuræ virtutis præfagium præ se ferret. Illum autem primum mater pariter atque postremum tulit: in fecunda posthac cõiuncto coniuge perseverans, siue desperante natura per illos posse huic similem alterum in lucem producere, siue ut puer hic multifariã Baptista similis in hoc quoque cum illo quodammodo conueniret. Ille enim infecundæ matris dissoluit vterum atque sterilitatem: iste fecundæ matris vterum obstruxit. Sic itaque parèntum diligentia omnis studia, & voluptates in hunc vnum diuinè ornandum, instituendumque sunt collectæ, ut quem carnaliter genuerãt, spiritualiter educandum, & omnibus sanctissimam institutionum ornamentis excultum, admirabilè cunctis mortalibus redderent. Infantè aut hunc quis dubitet, in ipso statim natiuitatis exordio, diuino fuisse lumine afflatum, sanctificatumque, qui non prius viuere, quam Deum venerari: nò prius comedere, quam ieiunare cepit? Comperit enim habemus, illum, cum reliquos dies noctesque omnes nutricis vbera sugeret crebro, quarta tamen & sextaque: feria nisi femel duxat, & id vesperi quidem lac voluisse gustare. Atque hoc semper certò immotoque seruauit ordine, ut nullis posset blãditis, nullis nutricis lenocinio, nulla nature necessitate à ieiunio cæpto desecti. Quamobrem vel improbum quenque bonarum rerum interpretè planè fateri oporteat, nò fortuito illud aut in temperie stomachi factum esse, sed quasi consulto & Dei affluente spiritu. O miraculũ singulare, & inter rara omnium seculorum spectaculũ per Ecclesias meritò decantatum, & dignum viuendi principium, cui tã excellens vita succederet: quandoquidè crescètib; annis, debebat eius quoque virtutibus, tũ natura, tũ studio, & gratia patris fieri accessio admiranda. Postea enim quàm è puericia excessisset, castissimos mores, & disciplinã ab optimis acceptã parentibus in melius redigès, ipse quoque suapte natura, & ingenio non desinebat, velut generosa quædam, & fertilis gleba, nouos quotidie honestatis & pietatis fructus edere. Inde ætate poscente, ad capiendum

x Nicolaus infans
tulus quarta et sexta
feria ieiunabat
semel in die lac
sugens, et id quidam
vesperi.

animi cultum traditur studio literarum. Vbi tum ingenij magnitudine, tum velocitate discendi, breui admodum auro multa ingeniarum disciplinarum scientia imbutus ab omni humanae laudis cura abhorrebat. Aequalium verò sodalitates, conuiuia, consuetudines vitabar omnino, quia in illis corneret sicut festiuitatis multum, ita plurimum esse intemperantiae, atque periculi. Mulierum non modò colloquia, verum etiam conspectum, tanquam iuuenilis animi pestilentissimam labem fugiens, totum se honestati, pudicitiaeque addixit. Libidinum verò & carnis incendia, quibus aetate plerūque omnes adolescentes solent, quotidiani labores, ieiunia, vigiliae extinguebant. Talibus instructum artibus, totum sese accepimus ad Christi seruitium contulisse. Schola illi erat, ac diuersorium Dei templum, vt se dignum pararet templum, in quo Deus ipse pernox & per dius habitaret. Neque bonarum disciplinarum studia aut legendum, aut audiendo, aut meditando intermitteret. In quibus tantum excellit, quantum magno futuro antistiti opus erat. Sed quòd vita recta doctrinis omnibus longè maximè præstabilior est, eò plus in componendis formandisque moribus nauabat operæ ac laboris, quòd iuuenilis, fluctuantique aetatis inconstantiam senili quodam firmaret grauitate. Quemadmodum enim non illud senium laudamus, in quo non eminebat par senio, & annis modestia, sic etiam senium iocundè admirari, multa que laude dignam existimare adolescentiâ, quæ planè didicerit eius aetatis compescere motus, & senectutis grauitatem ac modestiam retinere. Est enim si iuuentus in senectute turpis, ita pulcherrima quidem in adolescentie senectus. Habuit autem Nicolaus auunculum, nomine Nicolaum, à quo nunc nostrum arbitror id nominis vsurpasse. Is cum nepotem animaduertit religioni & sanctimoniam deditum, mundo se penitus abdicasse, parentes hortatur, vt adolescentem sacerdotibus sacris iniciari permittant. Illi in senectutem venere faciles. Cur enim gratos homines pigeat reddidisse, quod gratis accepissent, & fidelium more debitorum cum ipsa etiam vsura perfoluere? Nā in veteribus memoriis scriptum inuenimus, Nicolai nostri parentes aliquādiu steriles, & propemodum de sobole desperantes, multa precè & lachrymis à Deo hunc filium impetrasse, atque illi propterea Deo qui dederat, reddidisse libentius. Perhibet aut auunculum, sancto afflatum spiritu, de nepote vaticinante præcuisse in illo celestium donorum redundantia. Cum enim initiaretur, ad altantes conuersus: Nouum, inquit, fratres, terris solem oriri video: & humano generi gratè solatium comparat. O gregem felicem, qui hūc sibi pastorem sic habiturum, ealamitosis opem, laborantibus præbere quietem. Neque secus, atque iste prædixit, omnia euenisse insequens sermo docebit. Nulli autem mortalium admirabile videri debet, vel nepotis præclara facinora, vsque adeo mundum illustratura, sui splendoris vatem aliquem habuisse, vel auunculum prophetandi spiritum meruisse, quem admirandæ vitæ integritas Ecclesie iudicio inter caeli sidera collocauit. Nam duos fuisse Nicolaos constat, auunculum illum, hunc nepotem, sanctos ambos, Episcopos ambos: illustres ambos: quanquam longè illustrior quidem nepos est habitus, is cuius nunc vitam & facta conscribimus, cuique propterea Magno cognomen fuit. Igitur factus sacerdos morum & vitæ seueritatem pariter cum dignitate augendam putauit, naturæ sapientiam imitatus, quæ arbores ipsas, quòd se celsius in caelum tollunt, eò altius demissis in terram radicibus, firmiores reddit. Sacerdotij autem quis dubitet solidissimas esse radices, integritatem vitæ, misericordiam, pietatem, continentiam, sobrietatem, reliquasque virtutes id genus, quibus potissimum propius ad Deum acceditur? Itaque corpori suo bellum indicit, non quod illud necaret, aut contereret, sed quòd domitum & omni petulantia exutum redigeret in seruitutem. Igitur sermo, & quotidiano cibo, & quantū ratio permittebat, detrahit, ieiunium nocturnisque vigiliis solito plus indulgens, vino parcissimo utebatur, saepius aqua sola contentus: Veste si non sordida, vt hypocrita, & vanus ostentator, nullo tamen conspiciat luxu deinceps est vsus. Crebrior illi fuit ad delubra aditus. Nulla penitus, nisi sacrarum literarum lectio. In vultu, & gestu modestia maior. Sermo rarior, & grauis quidem, & qui nihil haberet inanitatis & fuci, vt his præditis ornamentis videretur in corpore mortali immortalium vitam degere. Per id autem temporis Nicolaus auunculus templum nobile, & sub sacra Syon nomine struit, eique pari dignitate monasterium addit. Cui cum de præficiendo gubernatore pro rei amplitudine cogitaret, visum est id negocij nepotis curæ, sapientiaeque committere, tum vt admirabiles eius virtutes vsu & exercitatione vegetiores redderet, tum quia nemo erat in promptu, qui rem illam aut sapientius, aut sanctius, aut diligentius gubernaret. Nepotem itaque præfecit, eique plurimos præstantes adiungit monachos, vt velut in re militari, & Imperatorem exercitus, & exercitum Imperator pari virtutū culen & volūtate haberet. Hoc itaque munus ita Nicolaus administravit, vt dignitate monasterij gubernatoris præstancia facile superaret. In eoque, perstitit, quoad ipse visendorum sacrarum locorum gratia in Palestinam est profectus. Quod iter paulò post plurculis attingemus. Sed me

2. Libidinum & carnis incendia, labores, ieiunia, & vigiliae extinguebant.

3. Parentes Nicolai multa precè & lachrymis à Deo filium hunc impetrantes.

4. Solidissime sacerdotij radices in ser quas est continentiam.

5. Nicolai abstinentia, ieiunia, & vigiliae. Vestis eius modesta & humilitas.

6. Auunculus Nicolai templū nobilitate cōdidit, eique pari dignitate monasterium addidit.

Sed me iam video de narrationis semita declinasse. Prius enim quàm de monasterio dicerem, erat de parentum interitu, & hereditatis distributione dicendum. Quem locum nunc paucis absoluamus. Parentes eius in illius pestilentiae valitudine, quæ Lyciam ea tempestate depopulata est intra triduum morientes, heredem illum testamento instituunt. Quorum mortè omnino officio ac pietate ita est profectus, vt nihil ommitteret, quod ab amantissimo filio parentibus optimis præstari par sit. Hereditatem igitur adiens, & non tam possessorem se, quàm hereditatis dispensatorem relictum intelligens, cœpit, non quomodo patrimonio augeret (id quod plerique omnes mortales factitant) cogitare, sed quo pacto patrimonium seminando, vberiorum libi frugem in cœlo colligeret. Quid enim aliud agat vir constans, & sapiens, qui ab inuente aetate funditus ex animo terrenas eiecerat cupiditates, nisi vt duriore iam ætate cōtemnat, quod teneris annis animo magno & excello contempserit, ne vitæ præclara exordia à succedentibus ætatis actionibus disilentirent. Itaque non ad congregandas diuitias, sed ad congestas dispertiendas animum appulit, vt nil aliud parula manus, quàm egenum & pauperem cogitaret. Cæterum quemadmodū tellus ipsa omnium longè liberalissima, herbis, frugibus, arboribus sic alimenta, atque vitæ prælidia porrigit, vt nemo quidem omnino id sentiat: ita noster hic egenorum alumnus clam quidem, & nullo scientie mortalium, misericordiam suā incredibili studio in pauperes exercebat. Cuius reliquias elemosynas intelligemus facilius, si hoc vnum è pluribus celebre illius factum subiiciamus.

Fuit Patara vir genere nobili, qui (vt fert humanæ felicitatis fragilitas) ab honoribus in contemptum, à diuitiis in egestatem deciderat. Ei erant tres filij, corporis formæque venustate, & morum elegantia longè præstantes, virgines omnes, & quarū aetas (si patris calamitas non obstitit) nuptias flagitaret. Has inops pater omni rerum egestate calcatus, non modò viro tradere, sed ne alore quidem quoque pacto poterat: neque spes vlla miserum hominem solabat, qua quotidie crescentis in opiaz vim perferret. Heu rem dictū sædam, heu quòd mortaliū mētē insuperabilis vis egestatis impellit. Tetrum, atrox, immane facinus patrem (paternæ pietatis memoriamne, an immemorem potius dixerim?) exagitat filiarum decus, ac pudicitiam deserentem, vt natis esurientibus non deesset. Cœpit enim de illarum virginitate alienæ prostituta libidini cogitare, vt turpissimo & flagitioso quæstu vitam pereuntis familiæ tueretur, iam vesana fames reluctantem patris animum egrè prepergerat. Iam crudele, & humanis indignum luminibus spectaculum parabatur. Quid enim tam validum est, tamque munitū, quod necessitas non prosternat? Sed adfuit de cœlo miserator Dominus, qui escam daret timentibus se: qui patris in filias inuitam crudelitatem non pateretur: qui virginum castissimas lachrymas miseratus à tam foetido flagitio liberaret. Sed quo pacto id facies dulcissime Deus, vniuersæ misericordiae pater & fons, aut quæ ministro auxilium tuum oppressæ familiæ porriges? Angelum profectò tute tibi Nicolaum delegisti, quòd nemo mortalium esset, qui tua iusta meliori aut studio, aut consilio, aut pietate perficeret. Tua igitur miseratione factum est, vt crudele consilium famulus tuus, neficio quo, nisi te volente, sentiret, cuius animus tum rei atrocitate, tum insita pietate commotus, in auxilium periclitantium torus accingitur. Stimulabant misericordem animum esurientis familiæ lachrymæ. Stimulabat castarum puellarum prostituta virginitas. Stimulabat amantis patris misericordia, qui in pudicitia intuitus agebat, ne in ventrem crudeliter agere videretur. Sed seruus tuus, qua ratione Deus impleat præcepta non videt. Cum enim iubeas misericordes nos esse, veras tamen sinistram scire, quid faciat dextera nostra. Ardet animus misericordiae faciendæ studio, sed humanum sui beneficij testimonia refugit: appete qui tibi soli, benefactorum gratissime retributor placere conetur. Tantū enim vir Dei ab omni humanæ laudis desiderio abhorrebat, vt quantum ceteri sua maleficia, tantum ipse ista beneficia sua celare studeret. His agitur stimulis impiger animus, credo te Domine, inspirante, intempeste noctis silentio è strato profliens, auri haud mediocre pondus sacculo bellè insutum sumit, domo egreditur clanculū, miserandæ familiæ domum tacitus adit, circūspicit sagaciter omnia: animaduertit tandem, luna ipsa adiuuante, fenestram apertam paululum. Ea cubili inserebat, in quo infelix pater membra quieti tradiderat.

Tunc Nicolaus pulcherrimam sibi à Deo oblatam occasionem ratus, auro per fenestrā immisso, domum se statim proripit. Manè pater, auri comperto miraculo, stupens cum tantū muneris datorem suspicari non posset, demonum eam esse, aut callidi cuiuspiam hominis fallaciam putat, adulterinoque credit se lusum auro. Inde cum aurum digitis contraheret, iamque rei cognosceret veritatem, incredibili læticia gestiens, lachrymas vbertim effudit. Miratur rem, animo versat omnia. Et cum humanum benefactorem coniectare non posset, in Deum hoc muneris transferens: Quid faciam nunc miser, inquit, ne tanti beneficij ingratus arguar? Certum est peccatum meum diluere, ac impio me ac nefario scelere expiare.

Filiam in cuius pudicitiam crudelissimè seuebam, à sædo periculo erant. Aurum virginem

redimat, quæ meo sceleri auri gratia perdenda erat. Hæc itaque secum reputas, primam ex tribus filiam honesto marito locat. Nicolaus non minus dato, quam ille accepto munere gaudens, ubi virginem videt à periculo liberatam: liberabo, inquit, & reliquas: auri quæ tantumdem noctu, vt antea, per patentem fenestram immittit. Diluculo pater cum secundum aurum inuenisset, vix sui compos humi supplex sese prosternit. Tum ora, pectusq; largis irrogans fletibus: Deus, inquit, misericors, esurientium liberalis alumne, fac, quaeso Domine, vt sciam quo ministro tu flagitiorum meorum periculum sustulisti, vt te Domine in illo laudem, te in illo magnificem, te in illo contempler Domine, qui me iam pridem sanguine tuo redemisti, & nunc auro pereuntem familiam redimis. Ostende mihi dispensatorem hunc tuum, & Angelum profecto in terris, cuius ope ecce secundam quoque filiam diabolo crudeliter maritandâ iactato conubio honestabo. Hæc cum dixisset, non prius destitit, quam alterum quoque generum sibi afficiuit, nec minore certè gaudio duplicis coniugij celebrati, quam spe tertij quoque propediem celebrandi. Iam enim tantum sibi d: Dei misericordia pollicetur, vt se putaret tertij quoque filij dotem tenere manibus. Ita ab inferno ereptus homo noctes dieque perpetuos reptorios sui desiderio estuabat, Statuitq; noctes insomnes per excubias ducere, quoad, quifnam esset hic exploratum haberet. Nec minus admirabilis noster tertiam quoque filiam nuptiis tradi cupiebat. Profunda itaque nocte veniens tacito, vt affolet, pede, per eadem fenestra tertiam introiecit dotem. Ac peruigil pater decidentis auti strepitu monitis, quanta potest pedum velocitate proficiens, Nicolaum tandem fugientem assequitur, comprehendit, tenet, atque illius pedibus aduolutus redemptorem suum, adiutorem, saluatorem pereuntem animarum fletus gaudensq; compellat. Nisi enim misericordies tuas, inquit, misericors excitasset Dominus, dudum iam perierat infelix cum tribus infeliciores natis pater, sed clemētissimus Dominus per te saluauit nos, & à crudeli peccati casu liberauit Dominus, sufficiens in opem è terra, & de stercore erigens pauperem. Talia lachrymantem, beatoque osculante pedes, Nicolaus egrè compefcuit, qui cum beneficium suum quanta potuit humilitate attenuasset, multis tandem adurationibus, vt rem nulli mortalium patefaceret, frustra precatus est. Vna igitur hæc ex innumeris propè misericordis hominis huius elemofynis. Quod si reliquias quoque recensere pergemus, quoties indigentibus opem tulit, quoties pauit elurientes, quoties alieno grauato aere leuauit, immensi propemodum laboris id fuerit. Postea verò quam perfecta iam & absoluta viri virtus illum maiore Dei familiaritate dignum effecit, cepit eum solitudinis cupiditas ingens, in eoque desiderio diutius immoratus, statuit tandem ab omni hominum cœtu sese edentem in abdita aliquam eremum sese recondere, vt remotior mandato, Deo fieret propior. Eremus enim, quietis atque tranquillitatis animi optima parens & nutrix, comes verò atque tranquillitas cogitationum, diuiniq; contemplationis fructifera radix, certa que pronuba cum Deo coniugij spiritualis. Itaque cum veteri visendæ Palæstinæ desiderio teneretur, ubi Saluator noster ante cruce inter mortales versatus est, nauem in Ægyptum redituram conscendit, vt inde ad loca sancta profectus, 7 solitudinis se deinde dicaret. Sed Palæstina, & eremo intermissis, navigationi ipsi paululum indulgemus. Igitur è portu tranquillo cœlo soluentes rectâ in Ægyptum enauigant. Cum autem docti nauæ nihil aduersi suspicarentur, quos tamen diuturnus vfus futurarum tempestatis præficios solet facere, Nicolaus illis horrendas ventorum, turbinumque procellas immingere pronunciat. Etenim videre se, ait, humani generis hostem iratum, nauim stricto gladio ingressum, atque rudentes, omniaque simul mali & clauis retinacula concidere cupientem, molientemque nauim, quasi rapidis vorticibus circumactam in profundum cum viris ipsis demergere. Vix ea fatus erat, cum derepente, quasi signo dato, vehemens, atraque vis tempestatum exoritur: vndique horrendo fragore erumpunt turbines, mare vertitur funditus, tolluntur fluctus in cœlum, trepidi nauæ subito metu perterriti ad genua se Nicolai prosternunt, orant, miserè periclitantibus opem ferat, Dei auxilium pro se imploret, quibus nulla reliqua sit spes salutis. Tunc vir Dei confidere illos iubet, ac breui hoc periculo liberatum iri, modò iactent spem suam in Domino, qui saluos facit sperantes in se. Post cum paululum orasset (mirabile dictu) sedantur fluctus, turbines in leuem auram dissoluuntur. Lux atram caliginem dissipat, & iam vndique læta, tranquillaque pereuntes dies redit. Tum nauæ à lachrymis in gaudium versi, ex animo gratias cum Deo, tum admirabili famulo eius habere fatentur, duplici viri admiratione commoti, quod & futurum prædixisset periculum, & præsens tam facile sustulisset. Auxit autem illorum admirationem insequentis quoque rei miraculum. Conscendat naua supremum antennæ cornu, vt solitos carbasi funiculos religaret. Is dum incautus descendere pergat, & manus illum falleret, magno lapsu super nauis tabulata corruit, concussus corpus iacet exanime, & sine dubio è vita migrarat. Tum Nicolaus misericordia vehementer motus, defixis in cœli luminibus, orauit intentius. Inde rediēs vt primū cepit

Nicolaus peregrinationem ad sancta loca assumit.

Ad orationem eius datur atrox tempestas.

Nicolaus defixis in cœli luminibus intētius orauit, inde quī mortuū fuerat, reuixit.

cepit illum lachrymans contrestare, mortuus quasi è leuissimo somno excitatus resurgit, & corpore vt prius integro ad obeunda munera nauis redit. Post hæc vir Dei pandere illōs vela iubet. Illi toto sinu flātem à tege Corum accipiunt, nec prius illos felix deseruit aura, quam Alexandria adducti sunt. Ibi nauæ peruulgatis, quæ viderat, miraculis, ciuitatem incredibili huius viri visendi studio excitat. Hic bone Deus, multa per seruum tuum mirabilia Ægyptiis ostendisti. Et erat operè precium magna illa tua Domine virtutum, singula recensere, nisi hoc esset negocij nimis longi. Magnus etenim factus egrotantium hominum ad eum cōcurfus, magnus calamitosorum opem petentium, magnus ab immundis spiritibus vexatorum, magnus merentium, & infectis fortunæ casibus laborantium. Sed quis, donorum largitor Deus, quis, inquam, æger, non sanus abscessit? Quis mœrens non letus? Quis arrepticus non mudatus? Sed quid hæc ad te Domine, qui fecisti cœlum & terram in intellectu. Nō tuam igitur incomprehensibilis Deus, omnipotentiam admiramur, sed ministrum hunc tuum, quem suæ virtutis merito viuement, mortuumque per omnia secula nouis quotidie signis clarescere voluisti. Hunc iure miramur, hunc vniuersus orbis immortalis gloria dignum laudat & extollit. Tua tamen hæc laus est Domine, quia sine te laus ista non esset, Sed iam reliquum itineris absoluaamus. Ex Ægypto itaque soluens, & in Palæstinâ (vt constituerat) veniens, ascendit in Golgotha, ubi pro salute generis humani Christi patibulum fuit. Inde cum ad diuinę crucis lignum venerandum incederet, & vox illum intercepisset, seruit templi fores tūc clausas, venienti vltro cum fractis vetricibus patuisse. Nec mirum id quidē, quippe cui cœli ipsius patebant portę. Non enim caruit cumulate mercede ista profectio: vberiore enim spiritus sancti gratiam, maioraq; deinceps omnium virtutum atque signorum dona perpetuo eum habuisse accepimus. In Palæstina igitur, quantum par fuit, moratus, in solitudinem sese colligere parat. Cæterum Dominus, qui ciuitatem supra montem positam abscondi verat, & ardentem lucernam poni sub modio, illi per visum semel atq; iterum imperat, vt ad oues, quas reliquerat in Syon, confestim redeat. Quod ubi diuinum id esse mandatum manifestè reprehendit, seipsum abnegans colla impiger diuino iugo submittit. Nauem Alexandrinam conduxit pretio, cum qua è Palæstina in Lyciam remearet. Ast eum improbi nauę dolo fallere aggressi, suæ probè dederunt pœnas improbitatis. Nam sumpta mercede, cum è portu soluisset, non quò pepigerant, sed Alexandriæ proras obuertunt. Iam erat in conspectu patria illorum tellus, cum repens exorta procella, clauo, antennaque confractis, vltimum illis exitum minabatur. Tunc nauę conscij perfidiæ suæ, ignosci sibi postulat, & supplices, vt deinde pro sua exoret salute, magno flagitant studio. Miram dictu rem. Vix illi sermonem compleuerat, cum subito vis omnis tam saue tempestatis cōpressa recedit: & nauis, nouis surgentibus austris, in Lyciam pulsa appulit. Descendens itaque Nicolaus sese ad monasterium cōfert: quod aunculus eius (vt paulò antè dicebamus) sub nomine sacre Syon, magnis edificat sumptibus. Eum fratres incredibili gaudio excipiunt, amplectuntur, osculatur, & quasi Angelum à Deo sibi redditum venerant. Hunc sibi locum Nicolaus, quasi tranquillum aliquem portum delegerat, in quo à turbulentis mundi actionibus ad contemplandam futuræ vitæ felicitatem conuersus, deinceps quieturum sese sperabat. Sed breuis admodum ea spes, cæue quies fuit. Non enim passus est, qui omnia sapienter gubernat Deus, vt locupletissimus iste omnium virtutum thesaurus humi lateret defossus, ex quo erat futura secula innumeris beneficiis ditaturus. Voluit enim, vt magnum hoc lumen, quod ipse imensa sua accenderat providentia, super magnum erectumque candelabrum suis radiis vniuersum orbem per secula illustraret. Itaque dum in quietiorem aliquando locum sese orandi contemplandique gratia, vt insueuerat, recepisset, vox eum de cœlo alloquitur: Nicolae ad mundi, inquit, palestram tibi redeundum est, si meam coronam expetis. His verbis exterrito, cogitantique, quidnam vox ista portenderet: iterum vox eadem acris intonans: Nicolae, inquit, non hic est ager, in quo fructum, quem ex te flagito, proferas: Ad homines redi, vt in te nomen clarificetur meum. Tunc hac voce Nicolaus planè sibi imperatum à Deo intelligit, vt relicto ocio, ad deserendum miseris mortalibus quam possit opem, redeat. Hic cum Deo parendum existimaret, diuq; secum versasset animo, in patriamne, ac inter notos, an alio terrarum orbe sese habitaturus reciperet, fecit tandem humanæ laudis odium atque contemptus, vt neglecta patria, & suis, Myras, ubi nemo quisquam illum nouerat, commigraret.

Fortè autem fortuna per eos dies Myrensis Pontifex è vita migrarat, cuius rei gratia (quoniam ea ciuitas Lyciæ metropolis erat) prouinciales Episcopi, quos suffraganeos vocant, frequētes illicò conuenerant. Ibi de sufficiendo antistite actum est. Tum diuino operante spiritu, incredibilis quædam cupiditas cepit nō Episcopos modò, verum etiam vniuersum clerum, vt sanctissimum atque ornatissimum aliquem Presulem sedes illa pro sua dignitate, amplitudine, atque gloria consequeretur. Quod tamen multi præstantes viri nominabantur,

10 Virtutis sue merito Nicolai vultus Deus et vniuersus per mortuum per omnia secula nouis signis clarescere.

11 Nota contra hæc reticos, peregrinationes ad loca sancta dantes, cum Nicolae ex sua peregrinatione vberiore spiritus sancti gratiam, ac signorum dona consecutus sit.

12 Monasterium Nicolai aunculus vir sanctus magnis edificat sumptibus.

non tamen vnusquisque facillè ostendebatur , in quem huius concilij suffragia consentirent. Ita cum varia (vt in conuentibus hominum sit) studia eorum essent, varieg; sententia, placuit tandem precibus, omnique supplicationum genere orari Deum, vt reuelaret, quisnam esset huic obeundo munerì deligendus. Magno studio diutius oratum est, nec ieiunia etiam, nec pleraque pìeratis opera defuerunt. Tandem de celo Dominus, non tam precantium meritis, aut sedis dignitate, quàm huius immensi luminis patefaciendi gratia, voces eorù exaudiuit. Præficiendumque Antistitem vni ex suffraganeis Episcopis venerando senio & vita præstabili reuelauit hoc pacto. Huic enim antelucanum cum cæteris Episcopis orationem facienti, apparuisse quendam ferunt habitu augustiore quàm humano, eiq; imperasse, vt ab oratione confestim ad templi excubias se conferret, & quem primum in templum venientè deprehendisset, illum esse, ad quem diuino consilio episcopatus, & Ecclesiæ gubernacula deferantur: hominiquè Nicolao nomen esse. Hęc ille cum cæteris Episcopis nunciasset, visum est omnibus ita fieri, quemadmodum Episcopo sanctissimo reuelatum fuerat. At ne qua posset humana suspicio Dei voluntatem labefactare, omnisque tolleretur huius rei in eadem nuncianda occasio, decretum est, vt nemo quisquam omnino de templo ante rei finem egrediretur. Tum omnibus ad orationem conuersis, hic vnus ad exequenda Dei mandata pro templi foribus excubat. Habebat suspesos omnes (vt est humanus animus sollicitus futurorù) huius tantę rei, diuiniq; indicij expectatio. At Nicolaus media nocte ad consistendum tibi, clementissime Deus, de more surrexerat, ignarus certè voluntatis tuæ, cui tamè le totum adixerat. Et cum in tuis laudibus (vt solebat) nocturna silentia absumpisset, antequam primos radios rutilans aurora diffunderet, ortumque solis ægris mortalibus nunciaret, in templum, esse inspirante Domine, securus ire pergit. Quò cum primus omnium aduenisset, explorator iste diuinorum indiciorum ingredienti Nicolao templi vestibulum: Siste gradum, inquit, fili mi, dic quæso, quis es, quòque nomine vociteris? Tum vas illud electionis nil tale suspicans, mansuetè, verecundeque: Peccator, inquit, sum, & seruus inutilis, nomine Nicolaus. Tum ille vultus, & morum grauitatem, verborumque modestiam conspicatus, & viri præterea nomen sibi cœlestis designatum, non dubitauit hunc illum esse, quem diuina visio futurum Episcopum prædixisset. Non erat enim nescius, in quos solet Deus respicere, in mansuetos videlicet & humiles corde. Itaque incredibili plenus gaudio, sicut qui inuenit spolia multa, aut in abconditum agri thesaurum incidit: Sequere me, inquit, fili mi: & apprehensum dextera ad reliquos introducit Episcopos. Illi audita re, nouum Episcopum non humano certè, sed planè diuino suffragio declaratum, insolita quadam veneratione excipiunt, venerantur, Deoque laudem & gloriam decantantes, in medio templi statuant, non tam reluctantes, quàm noui huius vultus prodigij stupore vix compotem sui. His continuò promulgatis (quid enim est ocus fama rerum præteritum admirabilium?) ad tantę rei spectaculum innumerabiles propè confluunt multitud. Tum surgens Episcopus ille qui visum habuerat, docet, quàm chari habendi sunt, quàmue à populis honorandi rectorès animarum, illi præsertim à quibus iustè, sanctè, humaneque gubernarentur, nihilque propemodum felicitus esse illa ciuitate, cui istiusmodi antistitem habere contigisset: propterea lætari oportet Myrensem populum, & Deo perquam maximas habere gratias, qui eum esset præfulem consecutus, à quo planè sperare liceat, quicquid ab optimo atq; sanctissimo Pontifice expectari par sit. Neminem enim dubitare oportere, hunc virum esse omnium virtutum arcam, atque thesaurum, & iucundissimum spiritus sancti diuersorium, qui non humano consilio, non Episcoporum suffragiis, non cleri aut populi electione, sed sola Dei miseratione sit Pontifex declaratus. Inde omnibus, quemadmodum eueniant, accuratè expositis, abire illos læto animo iubet, & gratias vnumquemq; Deo pro immortalis ac inestimabili beneficio reddere: se cum cæteris Episcopis ad vnctionem nouitij passoris iturum, quem spiritus sancti digitis inunctum manifestè iam perspicant. Cum dicendi Episcopus finem fecisset, vniuersus hominum cœtus in lætitiâ lachrymasque profusus discedit. Synodus frequens ad noui præfulis vnctionem conuenit. A quo magno tandem labore impetratum est, vt se pateretur inungi, tum magistratus magnitudine, tum virium suarum, vt ipse putabat, imbecillitate deteritum: quanquam Dei hoc esse imperium multifariam planè cognouerat. Quo igitur die Myrensem thronum conscendit, secum ait: Hic dies Nicolae, hic locus mores alios adfert: iam non tibi, sed aliis esse viuendum, quandoquidem aliis viuere, hoc est profectò sibi ipsi perquam maximè viuere. Ille cum sibi videretur cleri, populique vitia partim corrigenda, partim tollenda esse, non soli Deo, vt antè, sed hominibus quoque vitam suam palam faciendam esse putauit, vt illi exemplo sui scerent, quod prece ac imperio, aut ratione fortassis facere noluissent. Erat eius pristini mores, vt iam expressimus, absolute virtutis & formæ, atque accurata quadam castigatione compositi.

At quoniam alia est priuati hominis ratio, alia magistratum gerentis, vitã omnem, moresq;

pro

pro magistratus dignitate, transformandos esse putauit. Igitur in omni corporis cultu maiore, quàm antè, incuria, & negligentia fuit. Nihil erat in eo venustum, nihil elegans, nihil accuratè præter nōres, viuendiq; disciplinam. Vestis plus solito vilis atq; neglecta, in qua nullus esset omnino nitor, aut fastus, sed castigatè potius humilitatis & modestiæ significatio: nec enim alio quouis pacto poterat sapientius aut facilius sacerdotum in vestitu luxuriam amputare. Nam quis tam impudens fuerit, qui priuatus pretiosam, & nitidam vestem non erubescat, cum magistratum amplissimum viderit vulgariter, & negligenter indutum? Ego præterea sic arbitror, indumentorum splendorem hunc, & plusquàm regium luxum, quo nostri antistes nunc vtuntur, aut nullis Ecclesiasticis, aut his solummodo magistratibus conuenire, quibus nulla excellens virtus auctoritatem vendicet, aut venerationem, vt quod propria luce nō possunt, externo fulgore oculos vulgi perstringant. At in quo vniuersæ honestatis, ac modestiæ eluceat species, maior certè gloria est, atq; hominum admiratio ex veste vulgari. Semel edebat quotidie, & vesperi quidem, vt publicis negocijs, quæ pro magistratus amplitudine magna erant, multaq; diem licentius commodaret. Nec cœna tamen publico vacabat munere, quandoquidem triclimum eius suo consilio, aut ope indigentibus patebat semper, & cœna sæpius pro negociorù oportunitate intercidebatur. Cibis erat eiusmodi, qui ad ieiunitatem & abstinentiam, quàm ad saturitatem, potius inuitaret. Carnes ab ineunte ætate ita dimisit, vt illas nunquam in omni reliqua vita resumpserit. Non vno ferculo cœnauit vnquam, nisi hospitum gratia, quorum dignitas, aut affluentiorum escam, aut delicatiorè ex-peteret. Nunquam sine sacrorum librorum lectione cœnatum est. Post epulas verò grauis aliquis sermo sanctissimus atq; doctissimus conuentu dignus inducebatur. Nam sacerdotes aliquot eruditione & vita probatos, perpetuos sibi conuiuas delegit, à quibus suauiore aliquo animi cibo aleretur. A mensa in cubile semifatur sese recipiens, totus in cœlestium contemplationum campum diffundebatur, & animum diurnis, alienisq; curis distractum, nocturna meditatione collectum refouebat. Cumq; inter has delicias aliquantum noctis assumpisset, membra tandem humi demissa, somno tantum indulgebat, quantum ad perferendū dici labores fat putabat. Inde surgēs socios aduocabat, quibuscum antelucana oratione resumpta, inter psalmos & hymnos aurora expectabatur. Tum vnà cum sole in templum prodies diuina exolebat officia: A quibus ad ascendendum, curandumq; gregem reliquum lucis accomodabat. O Antistitem admirandū, & ab Ecclesia meritò Magnum cognominatū, qui vitæque vitam ita complexus est, vt nunquam à diuinarum rerum contemplatione negocium, aut à negotio contemplatio lederetur. Vt autem suorum morbi facilius sanarentur, medicos ad eam rem præstantes magno studio vndique conquisiuit. Nam primum omnium id curauit, vt vnaqueq; ex suis Ecclesia eius generis rectorè haberet, à quo exēplo, doctrina atq; studio vitia populi tollerentur, prauis corrigerentur mores, virtutū atque religionis cultus induceretur. His medicis vtēbatur, ab ijs discēbat quotidie, si quid insignē in animis, corporibusue vsipiam locorum suorum esset, quod suum auxilium, aut præsentiam flagitaret. Incredibile autem est, quanto studio & charitate opem suam quoquo modo laborantibus impartiebat. Non labores vlli hominem fatigant, non sumptus deerat, quo oppressos aliqua siue corporis, siue animi mole leuaret: animo grauius laboranti medendo erat impiger iste, & longo, si oportebat, confecto itinere accurrebat. Iacebat quispiam ægioto corpore pauper, & egens, nunquam quantum necesse fuerat, rerum & pecuniarum in hominis auxilium defuit. Non enim à Myrensis tantum verum & à vicinis vrbibus, haud parum argenti in eleemosynas disperrendi quotidie ferebatur. Quod si necessitas aliqua occurrisset maior, quàm vt ei posset præsentem pecuniam subueniri, ab diuite aliquo misericorde, quos multos habebat in promptu, pecuniam, vel mutuo, vel dono accipiebat. Nam præter necessaria corporis operimenta, & suppellectilē tenui vitæ peroptatuna, nihil ei reliquum erat, quod vel pignori, vel vanum posset dari. Non etiam, quos legebat libros, mutuo petebantur. Ita semper voluntariam paupertatem omnibus diuitijs facillè anterulit. Hoc autem elegans in eo, atq; præcipuū fuit, quòd cum perfacilis eius ad omnes, & omnium item ad eum accessus esset, amplitudinem tamè, & dignitatem magistratus ita retinuit, vt dignus pro sua grauitate videretur, qui non modò Lyciæ, sed multas quoq; prouincias gubernaret. Habebat Myræ nobiles quosdā matronas vitæ moribus, & religione præstantes, quæ se totas ad misericordiæ contulerant studia. Iis Nicolaus (quoniam sexus iste ad eiusmodi obetunda munera videtur impigrior) quasi exploratoribus & ministris vtēbatur, quibus vinctis, ægiotantibus, egenis, indigētib; omnibus opem ferret. Nec ei deerant graues aliquot ciues, à quibus disceret, si quid in ciuitate fieret tu publicè, tum priuati, quod sua viq; magistratus cognoscere interesset, vt ea cogitatione posset aut nascentibus malis occurrere, aut iam natis remedium adhibere. Haud multò autem postea, quàm Episcopatum inuit, prouincialem habuit Synodum, in qua pleraque, multa,

y iiii

tum ad

23 Magno studio diuini oratū est, nec ieiunia nec pleraque pietatis opera defuerunt.

24 Media nocte ad orationem de more surrexerat, ignarus certe voluntatis tuæ, cui tamè le totum adixerat. Et cum in tuis laudibus (vt solebat) nocturna silentia absumpisset, antequam primos radios rutilans aurora diffunderet, ortumque solis ægris mortalibus nunciaret, in templum, esse inspirante Domine, securus ire pergit.

25 Nota tu hereticæ qui sacras episcoporum & sacerdotum vnctiones sub iannas, quomodo sanctissimus vir in episcopum inunctus fuit, quod fieri non permisisset, si res vana foret & superstitiosa, vt tu glateras.

26 Vestis Nicolae in episcopatu vilis atq; neglecta.

27 Abstinentia eius cum ciborum deletione ac mensa frugalitate.

28 Nicolaus humi dormiebat.

29 Inter psalmos & hymnos aurora expectabatur.

20 Constituit de
ereci multa ad te
glorā culum per
Basilian.

tum ad Dei, temporumque cultum, tū ad vitam, moreſq; clerici decreta declarare & ſapienter inſtituit, partim vetera corrigenda, antiquandoq; partim noua condendo, quibus vniuerſa prouincia Lycia vteretur. Atq; quotannis prouincialia concilia, quoad vixit, Calendis Septemb. conuenere, in quibus de inſtitutis, ac diſciplina cleri, deq; omni Eccleſiarū ſtatu accuratiſſimē agebatur, nec improbis cenſuræ ac pœnæ deerat, nec bonis faſces, quibus ad meliorem vitam accenderentur. Inſtitio autem magiſtratus ſui ferunt, cum exoluendi officij, debitiq; reddendi magnitudinem formidaret, cum lachrymis & gemitu Deum ſæpius intenſiſſimē deprecatur, vt ab ſe intolerabilem hanc molem tolleret. Nam cum hinc animaduerteteret, de ſingulis ſibi ſubiectis, qui innumerabiles propè erant, ſibi reddendam eſſe rationē, illine vires ſuas (quanquam erant magnæ validæq;) nihil pro ſua humilitate exiſtimaret, in deſperationem ſatiſfactionis adductus, animo incredibiliter agebatur, atq; ſæpius ob id cum vberes lachrymas effuſiſſet, vocem tandem audiuit de cœlo in hæc ſerè verba: Ne timeas Nicolæ, vt à me mea negotia fideliter gerēs ingrātè deſtituaris. Hac voce maximè recreatus, & ſpè ſuam omnē in Deū coniiciēs, opem ſibi à Deo pollicebatur, ſed ira pollicebatur, vt omnia tamen à ſeipſo petenda putaret, quæcumq; opera & conſilio præſtare potuiſſet. Sciebat enim Deum eos non iuuare ſolito, qui ſeipſo negligenter deſeruiſſent. Itaq; vires ſuas omnes, tū animi, tum corporis ad gerendum id negotij explicauit. Quas cum (vt dicebamus) imbecillas exiſtimaret, duos ſibi quaſi conſiliarios adiungit, Paulum videlicet Rhodium, & Theodorum Aſcalonitan, viros in omni Græcia celebres, & quibus explorata virtus atq; doctrina, & diuturnus præterea rerum vſus autoritatem pepererat. Horum fide, atq; conſilio priuatim, publicèq; plurimum vtebatur, à quibus ita ſciebat ſe diligi, vt nihil illi magis in eo cuperet, quam vt Deo placeret quomaximè. Ad eorum itaque ſententiam, quaſi ad fidele aliquod ſpeculū proprios ornabat mores, & ad magiſtratum aptos accommodabat. In obeundis inſuper epiſcopatus negotijs, ſi quid paulò difficilius iudicandum, agendumue accidiſſet, hos ſibi cōtinuò adhibebat, cum quibus de re ipſa ſtatuere.

Interea vetus humani generis hoſtis ira creſcentis Chriſtianæ religionis feroces animos Diocletiani, Maximianiq; ſolito atrocius inſtigat, crudelioremq; quam antea, perſecutionem parat. Veniunt itaq; ab Imperatore edicta in omnes, qui Chriſtianam fidem proſequerentur, quibus carceres, tormēta, vincula, poſtremò trucidata mors indicebatur. Hæc cum Myris publicè legerentur, aderant pariter Imperatorij carniſices Chriſtianis non obtèperentibus extrema oia minitantes. At contra Nicolaus paſtor intrepidus, acerrimiſq; Chriſtiani gregis propugnator fidelibus oibus clypeū ſeſe præſtat, & Chriſti fidē, quāto poteſt ardore vbiq; intonat, liberi profectò, atq; ſanctiſſimi paſtoris officio fungens. Tum vbi præfecti agrè ferentes cōtemni ab eo regia mandata, illi, niſi deſiſtat, decernunt ſupplicia. At Nicolaus (perquam enim erat martyrij cupidus) contemptis minis, acrior tum inſurgens, tandē victus in longinquas caſtrodias abducitur, in quas & Chriſtiani multi ex varijs ciuitatibus erant coniecti. Vbi non parum æui omnibus incommodis captiuitatis affectus, tanta mentis conſtantia, ac firmitate fuit, vt eum inter delicias vitam degere arbitraretis. Nec exemplo modò, verum etiam aſiduus cohortationibus imbecilliores adiuuabat ſocios: & velut agricola bonus teneras plantas religionis & pietatis riuiſis irrigabat, vt eorum radices in fertili, ſtabiliq; ſolo deſigeret. Robuſtiora verò pectora ad martyrium inflammare, ardorem illis, & ſpiritum addere, quàm ſpecioſa eſſet in cōſpectu Domini mors ſanctorum eius, diſſerere, & prædicare quotidie, niſique omittere, quo illi cœlio firmoq; animo breuem hanc, miſeramiq; vitā pro beata illa & immortalis contemnerent, non ceſſabat. Interea verò benignus Dominus de cœlo ſuum populum miſeratus, qui ſolè poſt tenebras, & poſt tempeſtates tranquillitatem ſolet ſeruis ſuis inducere, diſſipare protinus ac perdere crudelia ſceptra parat, ac ſui nominis inimicos de medio tollere, Diocletianos ſcilicet, & Maximianos, & quotquot eum eis ſuo populo impiè præſeuerunt. Erigit autem cornu ſalutis, plebi ſuæ, & cœleſti Crucis ſigno Conſtantinum Conſtantij, & Helenæ filium aduocat ad Romanum Imperium. Ille non ignarus, quiſnam hic eſſet, à quo cœlitus vocaretur, omnem ſpēm ſuam in eum coniiciens, Maxentio cōſeſſim exacto, dignitatem nominis Chriſtiani in propriæ maiestatis ſolum exaltauit, veritque priorum læticiam Imperatorum in luctum. Tum per orbem edicta proſert, quibus iubet Idola & gentiū delubra euerti, ſolui eos, qui pro Chriſti nomine victi eſſent, inſtaurari Chriſtianorū ſacra, tēpla reſci, & priſtinum ornatū reſumere. His Conſtantini dictis vbiq; promulgatis, Chriſti cōſeſſores ſoluti, vnulquiſq; in patriam ſuam redit. Sicque Myrenſis populus pontificem ſuum recipiunt, martyrem profectò voluntate ac deſiderio, atque incurrentum athletam, & bellatorum. A quo cum cœlitus collata ſibi dona miris modis exercerentur, tanta creuit apud populum de illius virtute opinio, vt iam planè miraculo omnibus eſſet. Hic cum videret dæmonum delubra quædam, nonnullaque gentiliū aras adhuc ſuperſtites, non exiguamque impio-

21 Chriſtianus Im
perator Conſtanti
nus mandat inſtaurari
Chriſtianorū
ſacra, tēpla reſci,
et priſtinum ornatū
reſumere.

impiorum, ac varij generis hominum multitudinē ad eas confluere, atq; id mali ſeipere quōticiē latius, incredibili ardore ſuccenſus inſurgit: Et vndiq; Dei verbum prædicans, vbi idolorum aram quampiam conſpexiſſet, funditus euertebat, nulli parcens, neminem metuens, nihil niſi de Dei gloria, hominūq; ſalute ſollicitus. Sic itaq; omni dæmonum cultu eiectò, purā gregi ſuo tranquillitatem, & requiem comparauit.

Hæc cum Chriſti miles, imò Imperator, & dux, aduerſus principes tenebrarum, non minus feliciter, quàm fortiter auerteret, cepit continuò illum libido, quatenus ne ab ipſo Dianæ templo abſtineret: facinus ſiquidē deſiderandū potius, quàm ſperandū. Erat enim ædes hæc admirabili pulchritudine, & magnitudine ſingulari, & quæ à Myrenſi populo inter primaria vrbis ornamenta præcipuè coleretur. In hanc igitur cum robuſtiſſima iuuenū manu impetu faciens, non ſolo illam, vt cæteras, æquale contentus, fundamenta quoq; radicibus euulſa diſiecit, nullo proſus ciuiū obſiſtente. Horrenda res erat, proſtigatorum dæmonum audire viulatus immurmurantium, terribiliq; ſtridore inſclamantium. Nunc ſe per iniuriam è ſedibus proprijs eijci, atq; fugari. Hic itaq; triumphus armis eius, & militiq; aduerſus infideles ſinem fecit, non autem animo, corporiq; in alienum auxilium exercendo, aut mirabilibus ſaciendis. Quæ quoniam multa ſunt, non omnia idcirco ſilentio patiemur obui, & obliuione: Sed ſtrictim pauca attingemus, ſi prius oſtenderimus, qualem ſe ipſe præſtitit in illo celebri, & omnium nobiliſſimo Chriſtianorum conuentu qui iterum Niceæ eſt habitus. Conſtantino igitur, qui primus Chriſtianorū cultū in vniuerſam ſuam ditionem induxit, Romanū imperium gubernante, Iulius, qui ſummus tunc erat pontifex, non modò Conſtantinum, verum etiam cæteros omnes, quibus præerat Imperator, ad orthodoxæ, rectæq; fidei ritum, & diſciplinam aſiduè inflammabat. Et cum Arriani error haud paruam orbis partem occupafſet, pontifex tandem effecit, vt ſuo, Imperatoriſq; iuſſu vniuerſale Chriſticolarum concilium Niceam conuocaretur, vbi dogma incorruptæ fidei Chriſtianorum comitorum firmaretur autoritate, pariterq; vt Arrius, Arrianeq; ſtulticia ſectatores damnati è Republica Chriſtiana abigerentur. Ei concilio aſuerunt trecenti decem & octo Epiſcopi, inter quos Nicolaus iudicatus eſt. Hæreſim illam acutiſſima ingenia tuebantur, & viri omnium doctrinarum cultu, & elegantijs expoliti, quos contra non modo diſputationibus, & lingua, 22 verum multò maxime ſupplicationibus, & aſiduus ad Deum precibus Nicolaus pugnabat. Ita cum illorum tandem argutias, & errores ipſæ cum cæteris veritatis deſenſoribus diſſoluiffet, canonemq; ipſe, & reliqui ſynodi patres orthodoxæ fidei præſcripſiſſent, homouſion videlicet, hoc eſt, conſubſtantialem patri & æqualem credendum eſſe Chriſtum, reſarcita ſciffura Eccleſiæ inde diſcedens, ad proprium gregem reſreſſus eſt: cui neq; doctrina, neq; exemplo, neque aſiduæ exhortatione deſuit, quo magis omnes ad virtutem, ad mores, ad animi cultum, ad pietatem, religionemque perpetuò concitaret.

22 Contra Arriā
anos Nicolaus nō
modo diſputatio
nibus et lingua,
ſed multo maxime
aſiduus ad Deū pre
cibus pugnabat.

Accidit autē ea tempeſtate, vt terrā Lyciā valida vexaret fames, tantaq; Myris alibiq; tritici egeſtas eſſet, vt iam ad interitū hominū res ſpectaret. Tū Nicolaus ad horrea Dei, 23 hoc eſt, ad orationē confugit. Per id autem temporis mercator quidam in terra Sicilia magnā frumenti vim in nauim intulerat, exportandi in Hiſpaniā, dandiq; venū cauſa. Huic noctū dormienti Nicolai ſimulachrum ſeſe per viſum offer: imperat, vt Myras triticum primo ſtatim tempore aduehat, ex eo grande pretiū relaturus, fideq; verbis, tribus datis aureis, facit. Excitatus ille, cum aureos propè, & cubile clauſum inueniſſet, admonitū ſe diuino nomine ratus, Myras ſine mora frumentum vehit, pretiūq; accipit quod dormienti ſibi ſponſerant Nicolaus. Eo pacto Myrē ſeuientis iam inediæ vim repulere. Ita cum mercator rem omnē, vt ſibi euenerat, cunctis palā feciſſet, Myrenſes ſuum præſulem maiori deinceps, quàm hominē venerari par ſit, honore & laudē ſunt proſequeuti. Ea tempeſtate Conſtantino nunciatum eſt ab nonnullis rerum nouarum cupidis, ſeditionem haud negligendam in ſuperiori Phrygia excitatam. Tunc Conſtantinus tres ad eos reprimendos motus legatos mittedit, Nepotianum videlicet, Vrſum, & Herpilionē. Hi celerè cum armis ad negotiū ſibi datū profecti, Andriaciama appulere. Id erat in terra Lycia oppidū ſubiectū Myrenſibus. Ibi milites aliquandiu aduerſa maris tempeſtate detenti, emendori ciborū gratia in terrā egreſſi, tandē (vt eſt eiufmodi genus hominū rapax, & alieni appetens) ad prædā incolarū ſeſe vertunt: multa rapiunt per vim, plurima temerè deuaſtant. Quorum improbitas cum indies augetetur, vicit tandē incolarum patientiā effrenata licētia militum. Igitur agrum omnē armat iniuria: ſeditio, & tumultus exoritur, & iam in mutuum caedem vtrinūq; ruebatur: cum Nicolaus (is enim rē perſpicies citato pede ad locum venerat) ad eſſe nunciatur. Tum oppidum omnē, necnon & ipſi Imperatoris legati, ac milites (tanra erat in omni Lycia Nicolai autoritas, atque nomen) depoſitis armis, venientem Epiſcopum, obtinam progreſſi incredibili quadam veneratione ita excipiūt, vt nullum

23 Ad horrea dei,
hoc eſt, ad orationē
confugit.

vt nullus penitus tumultus, aut iratum vestigium appareret. Nicolaus rem sedatam animaduertens benignè legatos congressus, in urbem honorificè, perhumanèq; inductos hospitatus est. Dū ille se placatis ventis ad nauigandū expediunt, adfunt Myrenses aliquot anxij, flentesq; hi ad sancti viri pedes prouoluti celeritatè, & auxiliū conclamāt cōtra nequissimi hominis vim atq; iniuriā. Eustachium enim præfectum vrbs auro victū, tres innocentissimi ciues capite damnasse, ciuitatem omnem in luctu esse, vnam reliquam superesse in Nicolao spem, qui si assuisset, ille nunquam tam immane facinus in animum induxisset: opus esse maturato, ni citò accurreret, de capite & fortunis infontium actum esse. Hæc illi cū flentes lamentarentur, vir Dei, diuinæq; misericordiæ imitator, rei crudelitatem vehementer percitus, iter arripit, Constantiniq; legatos contra præfecti vim, si oporteat, sibi comites, & adiutores adiungit. Itaq; cū in locū, cui Leo nomē est, aduolasset, obuios quosdam rogat, siquid de tribus his dānatis ciuibus exploratū haberent. Illi reliquisse eos aiūt, in Castoris & Pollucis campo tractos, vt maerentur. Tū Nicolaus ad locū velox contendit, vt illorū præuentam necem. Iam miseros illos crudelis carnifex tyranni iussu ad portam loci pertraxerat, vbi capite damnatos plecti mos erat, Quo Nicolaus incredibili ardore flagrans cū irrupisset, videt magnam mortalium vim vndiq; circumfusam, & tres (miserum dictū) manus post terga victos, & lumina linteolo velatos, nuda colla carnificis securi præbentes. O miserum spectaculum, & indignū profectò, quod humanos oculos, suæ immanitatis testes haberet. Iam carnifex securim erecitat, & furenti similis truculentos oculos in miseris ceruices defixerat, nihil aliud quàm crudelitatem atq; cruorem gestu, sædaq; voce significans. At diuinus hic nosfer, vt primū pia lumina nefario iniicit spectaculo, non tumultuans quidem, aut temerarius, sed grauitè admodū, & cum feueritate carnificem compollat: Quid agis scelestè? securim contine, simulq; accedens intrepidus, & fiducia plenus cum regia quadam autoritate, securim è manibus extortam abijcit, tribus damnatis lumina, & manus reddit, bonoq; animo esse iubet. Hæc cū ita fierent, nemo tamen quisquam ausus est ex omni apparitorum turba, nō modò Nicolao obfistere, sed ne in eum quidem vel atollere oculos, tanta erat moribus autoritas, gratia, atque maiestas, tantaq; de illius virtute omnium mortalium existimatio. Rei præterea indignitas illis (vt arbitror) manus & linguam ademerat. Tū tres illi, sanctissimi viri beneficio, in lucem restituti, quanta poterant voce, cum lachrymis beneficium extollebant, simulq; vniuersus campus, in quem facti misericordiam ciuitatem prope omnē cōciuerat, in eius laudes resonabat. Inter hæc præfectus vrbs cū aduenisset, ei Nicolaus neq; obuiā ire, neq; venientem inspicere passus est. Tū ille, siue sceleris sui conscientia, siue pænæ metu (si Constantinus factū resciscat) in pœnitentiā versus Episcopum benignè congreduat. Ille repulsum seuerā increpat voce: Affirmat, hanc se publicam iniuriam non passurum, imploratorumque non modò vterioris Dei, verumeriam Constantini iustitiam in eum, qui auro corruptus magistratum sibi traditum sæde & crudeliter administrasset. Cumq; illi extrema minaretur supplicia, præfectus vehementius sibi timens, iam non verbis modò, verum & lachrymis supplex sibi veniam postulat, omniq; pœnitentię significatione Nicolao sibi conciliare studet, in Simondè, & Eudoxium Myrælium principes, iniuriæ culpam falso transferens. Tum incredibile est quàm ea res charum omnibus hunc virum reddiderit, vt in eius laudes fusā multitudine, cōfestim ea res tota Lycia celebraretur.

Sed iam Constantini legati, confecta re, abeundum rari, Nicolai benedictionem efflagitant, pulcherrimum, tutissimumq; te itineris sui viaticum. Ea accepta, benignè dimissi, proficiscuntur in Phrygiam, vbi cū motus illos sapienter compeccissent, Byzantium ad Imperatorem regressi, honorificè & perhumanè excipiuntur: nouis honoribus atque donis aucti, quippe quorum opera atque consilio id incendij tutè matureq; extinctum esset. Iamque inter primos Constantino chari, & cæteris omnibus illustres & conspicui habebantur. Cæterum hanc eorum felicitatem non diutius pertulit laudum semper & glorię hostis inuidia. Ij enim quibus erat cum tribus istis de honore contentio, Byzantij prætorem clam adeunt, conficta in illos crimina afferunt, quòd scilicet illi pecunia victi in autores seditionis non animaduertissent, seminaque eiusce mali reliquissent, breui maius periculum paritura. Cæterum accusationem hanc per se infirmam, atque suspectam grandi pecunia prætori data communiant. Prætor corruptus ad Constantinum omnia defert, comperta se habere horum peccata affirmans. Tum opinionem Imperatoris de legatorum fide, & integritate viciū suspicio, quæ regum animos facile occupat ac dominatur. Prætori itaque ab Imperatore datur potestas, Neporianum, Vrsū, Herpilionem huius accusationis ignaros vinculis & custodia coercendi. Tum prætor se satis accusatoribus fecisse arbitratus, quòd illos coercuisset, pariter intelligens ficta illa contra infontes crimina fuisse: neque ad quæstiones, neque ad crimina quouis pacto discutienda accedit, Sic ergo cū aliquantulum qui effluxisset, veriti accusatores,

ne si

ne si victi inopinato dissoluerentur, periculum patratæ fraudis in suam redundaret ceruicè, ad prætorè redeunt: eum perquam multo concitant studio, vt negotium rerū intermissum resumat, efficiatque vt illi factorum suorum pœnas luant: neq; sibi, neq; prætori cōducere, vt illi liberati accepta iniuriarū vlciscantur. Prætor & ipse sibi, pro auro ab accusatoribus sumpto, metuens ad Imperatorem redit, vultu, gestu, oculis se malæ rei nūcium venire dissimulat. Tū vbi fandi copia data est: Legatos ait nondum odium suum satis expleuisse ex his, quæ contra Imperij maiestatem gessissent in Phrygia, à quibus tantum aberat priorum flagitiorū pœnitentia, vt etiā victi, & custoditi noua non desinant pericula moliri, quibus nisi occurratur, antequam veniant, frustra cū venerint occurrurū. Cū itaq; suam fraudem prætor lachrymis conte xisset, Imperator vera atq; comperta sibi afferri putans, simulq; motus, tum ira ob illorū ingratitude, tū metu sui periculi, mortè reis in crastinum decernit. Erat custos carceris vir, tum humanitate præditus, tum veteri consuetudine cū tribus his legatis cōiunctus, quorum calamitatem ægrè admodū, & molliter semper tulerat. Ad eum igitur cū tristis crastinæ cedis nuncijs aduenisset, exclamans, Me miserum, inquit, & hominum longè infelicissimum, quem tam fimesti ludi spectatorem, fortuna delegit: Quàm noluisse vnquam hos carceres conspexisse: Quàm præstabat in vltimis terrarum finibus nunc abesse. His vocibus custos omnem compleuerat carcerem: neq; largi fletus lamentis deerant. At tres illi, quibus vitæ, factorumq; innocentia dudum & mortis, & pænæ metum ademerat, ad subitum nuncium consternati: quæ nos, inquit, aduersa fortuna in hoc miseriarum atq; calamitatis impulsi? Quæ tanta in nos falsa suspitio potuit, vt infontes sceleratorum hominum supplicio damnaremur? Tum amicis cognatisq;, qui aderant, frustra imploratis, quandoquidem, & iniuriæ atq; necis vltorem inuocamus. Inter hæc Dei miseratione effectum est, vt Nepotianus iri memoriam Nicolai veniret, iamque versaret animo, quo pacto ille damnatis Myrensisbus succurrisset, qua vi, atq; misericordia eos ab interitu vindicasset. Hæc cū socijs in memoriam reuocasset. Et quid, inquit, spei nostræ saluti super est, nisi vt hunc ipsum innocentie nostræ patronum ex animo imploremus, qui pulchrè didicit infontes ab omni mortis periculo liberare? Tum & duo reliqui ad orationem lachrymis & mente conuersi, sanctissimi viri patrocinium inuocant. Exaudiuit autem eos Dñs de excelso sancto suo, & de celo in terram alpexit: Audiuitq; gemitus compeditorum mirabilis Dominus in sancto suo, cuius non est passus frustra patrocinium implorari. Voluit enim, vt discerent reges, & omnes populi, principes, & omnes iudices terrę regum regem in caelis esse, qui non spernat iniurias pauperum, qui soluat iniuste compeditos, & elisos erigat. Noctu enim per quietem Imperatori Nicolaus apparuit, ore profectò sicuti venerando, ita & terribili, formidolosoque: atque illi imminens, surge confestim Imperator, inquit, & Neporianum, Vrsū, & Herpilionem vinculis & custodia solue. Falso enim, & per inuidiam accusati sunt, & iniuria abs te damnati. Id nisi feceris, intolerabile tibi bellum indico, & sædam insuper stragem, turpissimumque tibi, domūque tuæ interitum, verus Dei præco denunciatio. Tum Imperator rei nouitate percussus, miratusque (vt sæpe in formis solet) cū viri maiestatem, & verba, tum quòd interpesta nocte in regiam regisq; penetrasset cubile. Et quis tu es, inquit, qui hæc mihi denuncias, & miraris? At ille: Nicolaus sum, Myrarum Dei miseratione antistes. Quo dicto, ab eo euauit. Et Alabio prætori tunc quoque dormienti sese per visum offert, eodem oris habitu, ijdemque verbis, quibus Constantinum teruerat. Tum Constantinum somni terrore excitatum, securumque tum minas horrendas, tum minantis speciem reputantem pavor non mediocri occupat, idq; visum minime negligendum ducit. Eodem pauore, eademq; animi cogitatione cū teneretur prætor, ab Imperatore adueniunt nuncijs, qui visa ab eo per quietem accuratè exponant. Tum prætor motu aduictus, ad Imperatorem confestim venit, quæ vidisset, quæque audisset, quantum potest, verisimè explicat. Ita cū singula verisusque somni conuenirent, & velut ab eodem imperante, quasi signo dato, in vtraque cubicula irruptum esset, tandem visum est, eos ipsos è vinculis accersiri. Qui cū coram constitissent, rogantur, Num disciplinam magicam didicissent? Cū negarent illi, & studia eorum omnibus manifesta esse contenderent. Rex, num, inquit, de interpretandis, aut inducendis formis exploratum habetis aliquid? Cū illi negarent, Constantinus se per vim (quandoquidem voluntariè non licet) veritatè ab illis extorturum minatur. Illi regis iustitia implorata, neque magicam neque vllam somniorum disciplinam vsquam attigisse affirmant: se à parentibus ab ineunte ætate ita educatos, institutosque, vt nihil didicerint, nisi Imperatorem venerari, illum colere, illum rebus anteferre omnibus, quas mortalium animus solet concupiscere. Hoc institutum ita constanter, & perpetuè tenuisse, vt nihil nisi pro augenda Imperij maiestate dixerint, fecerint: si secus compertum habuerit, nulla se proxijs misericordia dignos putet. At si non nihil quandoque

tuendi, extollendiq; Romani Imperij causa fecerint, si vitam sæpenumerò minimi pro illius dignitate æstimauerunt: si data sibi ab eo negocia, castè integreq; gesserunt, iam non præmia, quibus amplissimis eiusmodi facinora donari solent, sed tama tantum, nomenq; vt sibi restituatur suum supplices postulare. His verbis cum vultus, gestus, & lachrymæ oculis obortæ fidem facerent, cœpit Constantinus de illorum innocentia cogitare, & suæ penitentiæ sententiæ, quippe qui Dei iusticiam formidaret, verereturq; ne si ipse innocentes damnaret nocens ipse diuino iudicio danaretur. Iam itaq; benignus illos inspicit, benignus alloquitur, vt vultus, verbaq; penitentiam animi sui facile indicarent. Tum illi paulò indentius Constantinum intuiti, Nicolai simulachrum continuò vident alsidentis Imperatori, & nutu sibi veniam, & misericordiam pollicentis. Tum Nepotianus, & duo reliqui deinceps vehementiore animi exultatione permoti, sublatis in cælum oculis conclamant: Deus misericors, Deus Nicolai, qui tres innoxios olim Myris ab interitu liberaasti, libera innoxios sperantes in te, ne angelus hic tuus frustra videatur nostrum patrocinium suscepisse. Myratus hunc sermonem Constantinus, quid sibi hæc verba velint, rogat, quicquid hic Nicolaus sit, quòtue tres ab interitu liberaasti, Tum Nepotianus ordine exponit omnia, & quid ipsi Myris vidissent, & quo pacto in vinculis illum auxilium implorassent, quem penè alsidentem confpexerint. Constantinus (vt par erat) miraculo rei commotus, neq; immemor domesticæ clementiæ, ac lenitatis, quam à maioribus acceptam magno ipse semper studio auixerat, vtroq; formo cum istorum narratione collato, solui confestim tres vincitos iubet, & pristinam dignitatem restitui. Atq; ad illos conuersus: Abite ad eum, inquit, qui me de fortunis, & capite vestro sollicitus territat dormientem, & gratiam illi reddite, eiq; meo nomine nunciate, quid sibi gratia fecerim. Hæc cum dixisset, Euangelium aureis literis proferri iubet, aureumq; turribulum, 24 gémis & arte insignie, & duo præterea puro ex auro candelabra, ea omnia imperat, vt Nicolao offerant, quibus inter sacrificandum vtatur, suæ pietatis perpetuum monumentum. His, atq; alijs admirabilibus viri factis eousq; nomen eius diffusum est, vt iam vel remotas orbis terrarum plagas attingeret, essetq; calamitosus, & periculantis certissima spes, atq; profugium, quibus ille vocatus deesse nunquam. Qua verò misericordia, atq; pietate nauigantes olim è faucibus mortis extraxerit, operæpretium arbitror enarrare. Ferunt enim nautas quodã horrenda disiectos tempestate, furentiq; pelago propè absorptos, Nicolai, quem nunquam viderant, auxilium inuocasse. Audierant enim, quàm multos sæpe è summis periculis liberaasset. Itaque iam non manibus fidere, non clauo, non viribus vllis, aut arte nauigandi, sed toti in sanctissimi viri inuocationem proiecti contra procellarum rabiem, hoc quasi tutissimo scuto, sese tueri, illum inuocare, illi manus tendere, illi tota mentis cogitatione inniti. Tum hic noster impiger humanarum calamitatum adiutor, inclinante iam nauis, & pelagus imbibente, oculis omnium manifestus. Ecce, inquit, adsum, què inuocatis, opem, si sperabitis, allaturus. In Deo confidite, cuius ego minister adueni: simulque clauo, cernentibus cunctis, arrepto, nauim erigit, gubernatque, inde mare minaciter increpans, fluctus confestim, seuienteq; procellas placat, vt nauæ dicerent: Quis est hic, quia mare, & venti obediunt ei? Et ipse Christi promissis fidem faceret dicens: Amen dico vobis, qui credit in me, signa quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Ita cum procellarum omnis illa superbia refudisset, eisque placidam reddidisset nauigationem, ex oculis eorum euauit. At nauæ, vt primum illos optata tellus exceperit, Myras, quæ stadia xx. à mare aberant, rectà contendunt, saluatoris sui videntis cupiditate incensi. Vbi cum seiscitantes didicissent, beatum hunc in templo cum reliquo clero diuina officia exoluentem, templum ipsi anxij petunt. Erat sanctissimus hic noster sacerdotum choro immixtus nihilq; habebat insignie, quod à cæteris fecerneret. In quem simulatq; nauæ oculos coniecerunt, quasi bacchantes per confertam turbam ad illum irrupunt, prostratiq;: Hic est, inquiunt, hic est cui vitam planè debemus: hic est, cuius ope ab interitu erepti sumus: hic est, qui inuocatus, vt parens misericors laborantibus prebro fuit. His vocibus cum in se circumfusos Myrensés conuertissent, rem omnem, vt ab initio gesta fuerat, edixerunt. At Nicolaus ora ingenuo quodã rubore suffusus: Date inquit, gloriã Deo, filij, Ego peccator sum, & seruis profectò inutilis, ipse est, qui facit mirabilia magna solus. Inde illos seorsum euocatos cù placida quadam seueritate admoenit, vt post acceptam corporis salutem, animi quoq; salutè non negligant. Habebat enim ex spiritu sancto, quem in illi Deus vberim effuderat, vt alieni cognosceret cordis arcana. Ex quo nautas istos sciebat peccatis quibusdã & diabolo esse obnoxios. Cognoscite igitur, inquit, cognoscite filij errata vestra, & corda, motusq; vestros in tutiorem portum traducite, Deuq; horrendu iudicè formidate. Estis enim (vt inquit Paulus) Dei templi, qui verò Dei templum corruerit, vt corruptum, & destruat illud Dñs, æquum est. Ego (vt dicitis) vestræ corporis salutis adiutor, spiritus sanctus nunc periculi nunciatus venio. Et cum post hæc secretiora quadam illorum peccata proferret, eos iusta ad-

24. Habebat autem
reum turribulum
genium et arte in-
signie, et duo candelabra
ex puro auro
pro Nicolao donata
ab Imperatore Constantino,
quibus inter sacrificandum
vteretur. Ergo non
displicent hæc Deo
nec crimè, aliquid
incurrit Christus
missum Imperator
hæc mittis sanctissimus
Episcopo, vt
garrulus miser hæc
erudit.

miratione & penitentia repletos dimisit. O medicum expetendum, & omnium mortalium linguis per secula celebrandum, qui cum corpora omni periculo liberaret, animos quoq; sanctificare non neglexit, vt eorum hominè sanum redderet, eius nullam omnino partem incuratam permisisset. Quamobrem verè putandum est, Deum ipsum hoc tantum terrarum cœliq; ornamentum suis plasmasse digitis, & inter primas suas delicias habuisse, dedissetq; animo illi profectò cœlesti habitaculum pari omnium elegantiarum ornatu præditu. Sic enim inter veterum memorias literis Græcis mandatum inuenimus, beatissimū hunc cœlesti quadam oris & vultus venustate fuisse, moribusq; senili ac veneranda grauitate iocundis, & veluti sanctificationem quandã, & gratiam ex se spirantibus: in cuius intuitu ea esset vniuersæ honestatis species & exemplū, vt sibi congressos aspectu solo à vitiiis ad virtutem facile reuocaret. Si què aut nactus esset, vlla animi molestia laborantem, nunquam non abundè cõsolatum, atq; lenitum abs se misisset. Tradunt præterea ex eius vultu velut cõfuciatia fulgura micare solita: faciemq; super humanū eluxisse splendore. Sermo erat admirabili quodã lenocinio, & suauitate suffusus, grauis, modestus, & in sententiã facile etiã reluctantes trahens. Cõperunt enim habemus, multos illū de veritatis curriculo declinantes, & in hæreticã foueã delapsos ad catholicã fidei semitã reuocasse, vt in opere atq; sermone iuste sit habitus efficax. Hic itaq; tanti præditus ornamentis sic inter mortales versatus est, vt cœlo semper, & immortalitate omnium cõsensu dignissimus videretur. Qui cum diutius, quasi lilium intra Myrensés hortos iucundissimè redoleuisset, & veluti vnguentū fragrans, diuinarū virtutū odorem atq; suauitatem ex se spirasset, tandem dierū sanctorum plenus in viridem senectutem inducitur. Iamq; cum cõmuni hominum lege litandum esset naturæ, in breuem, eamq; leuè ægritudinem incidit. Ita cum intelligeret hinc sibi migrandū esse, beatus iste superioris Hierusalẽ veteri desiderio flagrans, in hymnos, & gratiarū actiones totus diffunditur, omnique lætitiæ significatione, vale dicto, in cælum, quod sibi apertū cernebat, 25 euolat, logæuam illic, & sempiternam acturus vitã, Angelorum splendoribus confors, diuinæque pulchritudinis perpetuum contemplator. At venerabile corpus, 26 singulare orbis terrarum ornamentum, Episcoporum, vniuersiq; cleri, & populi laudibus, & lachrymis decoratū humatur in templū, quod Myris maximū ac pulcherrimum ea tempestate fuit. Ex purissimis autem illis & redolentibus membris per antea cæcula in hunc vsq; diem nectareus distillat liquor, 27 certissima spiritualium, ac corporalium ægritudinum medicina. Eius itaq; fama cum ad remotissimas quoq; prouincias subito penetrasset, ad eius venerabilem tumulum incredibilis continuò factus est hominum ex omni plaga cõfusus. Neq; illis multorum licet dierū itinera visendi busti desiderium adimebant, vt & sacro vngerentur liquore, & tumuli ipsius cõplexu, & veneratione cõsecrarentur. Sed antequã finem faciamus, primum saltem eius post mortem admirandū in nautas facinus exponamus. Reliqua, quoniam propè innumerabilia sunt, & hominum linguis vndiq; celebrata, prætermittamus. Cõperunt habemus quodã amplexandi tumuli desiderio à Thanai hostio soluisse, vt Myras contenderent. Cum autem in nauim sarcinas & viaticū intulissent, inuidus ille dæmon, qui in eo Dianæ colebatur templo, quod paulò antè dicebamus à Nicolao deiectum, huius nauigationis causa cognita, ad impediendos homines, si possit, sese dolo & fraude exornat. Nondum enim exciderat animi ædis illius à fundamentis euerio non violenta, ignominiosaque cum sui, tum ministrorum suorum è Myris expulsio: non cultus hominum ad se confluentium sibi ademptus. Hæc faces ad vltionem dæmonem inflammabant, præter insitam nocendi libidinem, & alienæ virtutis odium immortale, quo in expulsores suum iam toto illustrem orbe flagrabat. Igitur mulieris formam induit, vas olei plenum humero gestantis. Et nauim conscendens, se, ait, magno teneri desiderio eiusce tumuli adorãdi, sed imbecillam corpore, stomachoq; maris & nausæ crudeliter non posse ferre, missurã se (quando proficisci non licet) oleum pulchrum, & illius venerationem. 28 Nota veterem morem fuisse accendendi lampades ante tumulos sanctorum, cõtra præsentis temporis hæreses.

25. Nicolaus ad
cælum euolat.
26. Corpus Nicolai
venerabile, &
singulare orbis
terrarum ornamentum,
vniuersarum
sanctorum laudibus
& lachrymis
decoratum, sepellitur
in maximo & pulcherrimo
Myræ templo. Quod nota
pro sanctorum reliquijs,
pro sepulchro
vniuersarum templorum
cultu & oratione.

27. Vide mirabile
Dei effectū in corpore
sancti defuncti,
quod liquore scilicet
spirituali ex corpore
portatum ægritudo
diuini medicinam.
Vide etiã ad illud
logas peregrinationes
ad sancti sedi
pulchrum, & illius
venerationem.
28. Nota veterem
morem fuisse accendendi
lampades ante tumulos
sanctorum, cõtra præsentis
temporis hæreses.

diuina quaedam maiestas) vas ipsum in pelagus repente contorquent: ex quo tetra quaedam exiliens flamma, fumo & caligine aërem totum obnubilat, intolerabilique fetore cōplet omnia: tantoque stridore vas ipsum mari excipitur, vt è damnatorum officinis exisse nemo ambigeret. Tum Nicolaus, cum sese, quisnam ellet, patefecisset, ex oculis eorum euauit. Inde nunquam constituto itineri clementis auræ defuere.

Hæc sunt, sanctissime pater, pietatis tuæ à Deo collata præmia. Hæc sunt laborum retributiones. Hæc certaminum tuorum coronæ ad te in hoc mundo delatæ. Nam quæ apud mortales spiritus es consecutus, illa eiusmodi sunt, quæ nec villo corporis sensu, neque villa mentis cogitatione percipiuntur. Ego verò minime dubitauerim, te fortissimum martyre, & incruentum appellare bellatorem. Siquidem non tam mors ipsa per se, & cruoris effusio, quam moriendi pro Christi nomine ardor efficit. Nam Christiani nominis fauores oppugnatores (quandoquidem corpore volens non potuisti) vita, moribus, doctrina, oratione denique contempnisti, piè credentibus validissimum auxilium præstitisti: Vltima minantes supplicia contempnisti: vincula lætus subiisti: nihilque præter carnificis crudelitatem tuo defuisse martyrio intrepidus affirmarim. Sed tua vita, beatissime pater, Deus rerum sapientissimus dispensator plusquam morte delectatus est, vt te genus humanum quam diutissimè clementissimo, & super omnes impigerimo frueretur patrono in terris. Tuq; rogatus diabolo pro innumeris ciuibus Christianis abs te saluatis, gloriosissimè triumphares cum Christo in gloria per immortalia secula seculorum, Amen.

VITA BEATI NICOLAI EPISCOPI,

Per Ioannem Diaconum sancti Ianuarij ex Methodio Patriarcha compilata.

Prologus in vitam beati Nicolai Episcopi.

Est betus in libro antiquo Mediolani impresso, nec nō in altero monachorum S. Nazarij Veronensium. 300. annis in pergamenō scripto.




INCIPIT omnis materia si ab imperito artifice constructa fuerit, non solum deformitatis, verum etiam ruinæ damna paritur: ita scripturarum series si à viro indocto incompta verbositate ordinata fuerit, non à venusti tantum sermonis facundia, sed etiam ab intellectus corrueat altitudine. Quod ego Ioannes indignus diaconus seruus sancti Ianuarij multum deuitans, tibi me facpius roganti frater Athanasij, rusticitatem opponebam. Sed cum mihi crebris in precibus illud Apostolicum ingereres: Charitas omnia vincit, tandem aliquando assensum præbui, & propter deuotionem, quam te erga sanctissimum Dei famulum Nicolaum à progenitoribus habere gaudebas, natiuitatem eius, & vitam, atque miracula, quæ per eum Dominus gessit, latinis explicare sermonibus aggressus sum. Verum quia scio me apud liberalissimos magistros inefficacis sermonis esse, ideo deprecor omnes, qui huius operis studiosi lectores accesserint, vt non facillimam prorumpant in vocem, & me indoctum, meque iudicare inertem incipiant. Dent, rogo, veniam ætati, dent & naturæ. Enimverò quintum percurrans lustrum, natura fragilior plus discere quam scribere aliquid appetebam. Sanè ortum sancti huius, & vitam, & laudem, quam Methedius Patriarcha Argolico stylo cuidam primicerio Theodoro nomine eum roganti perscribens, de eo est prosequutus, summam breuiterque studimus carpere. Quod si cui fortè displicet hæc nostra brevis narratio, mittimus eum ad Græcorum phalerata commenta, quæ tantò largius de eo differuntur, quantò illi & in genere & in sermone congruunt. Cætera quoque miracula eius ex alijs doctoribus sumentes, magis sentium, quam verba protulimus. Excessum verò eius, qualiter scilicet è seculo sanctus abiecit, ideo non scripsimus, quia nusquam illum inuenire potuimus. Sed cur eius finis obstinatus inquiratur, cum tantæ virtutes operationum indicent eum, post vincula carnis, post lætam domum, liberum volasse ad æthera, & in sede cœlesti cum Christo triumphare perenniter? His ita præmissis, rogamus te, monache Dei, cunctam postulare congregationem, vt suis precibus pariter obtinearis à Domino, vt mihi imperito scribendi tribuat facultatem. Qui cum voluerit, non tantum linguas infantium facit disertas, sed & brutorum animalium ora resoluit in verba loquentium. Deinde tu frater mi, specialiter huius sancti patrocinium & pro nobis petere non desistas, vt ea quæ de illo scribere præsumimus, non humano, sed diuino sint approbata iudicio. Et sicut & multos de eius protectione gaufos legimus, ita nos meritis illius ex antiquo hoste ereptos, & ab inimicis tutos fore lætemur.

2 Sanctus Nicolaus post vincula carnis, & lætam domum, voluit ad æthera, & in sede cœlesti cum Christo triumphat perenniter. 3 Orat vt pro se petat S. Nicolai patrocinium. 4 Sicut multos de eius protectione gaufos legimus, ita nos meritis illius ex antiquo hoste ereptos, & ab inimicis tutos fore lætemur.

INCIPIT

INCIPIT VITA BEATI

Nicolai Episcopi.



NICOLAUS itaq; ex illustri prosapia ortus, cuius fuit Pataræ vrbs, quæ vna ex nobilissimis Lyciæ prouinciæ ciuitatibus, tantum quodam fama ruralabat, quantū & populoso frequentabatur accessu. Modò peccatis exigentibus, paruisimi instar redacta oppidi, raro incolitur habitatore. De qua, quia te occasio præbuit, licet in exordio videamur facere digressionē, tamē quia multis etiam reor illud profuturū, aliquid magni prodigij, sicut per succelstonis feriem fama vsque ad nos manauit, ad posteros transmittere curamus. Est enim pennes vrbs eandē quidam locus campestris, qui totus flagrosæ creberrimis flammæ alluionibus ita dissoluitur, sicut vetus scinditur vestimentum: & ex hiulcis meatibus fumū per diē emittit terretimum, per noctē verò quasi ferrarij fornax igniuomā vaporat flammam, Cuius natura dicitur esse, vt si quis experiētæ causa manus propius adhibuerit, ardorē quidē sentit, sed nullā patitur adustionē. O mira Dñi pietas, mira clementia: Qui cum sit omnipotens, cui nemo audeat dicere, cur ita facis nō statim scelestos percutit, nec perdit in crimine, sed nūc paterno blanditur affectū, nunc tyrannicas intonat minas: crebrò etiam & claris exterritat signis, vt tandem de malefactis eos pœniteat, ne iusto iudicio dignas persoluant vindictas. Sic quondam filius Dei cum filiabus hominum cōtra eius voluntatē cōeuntibus, iussit Noë arcā cōstruere, cuius saltem formidine terri, ab iniusta desisteret copulatione. Sed quia nullo modo le coërcuerunt, aquosa eos perdidit vindicta, qua totus etiam periit mundus. Gomorrhæos nimirū & Sodomitas tanta sustinuit patiētia, vt descēdere, & videre dignaretur, vtum opere suas cōpleuerint actiones. Cui Abraham obuians amica exegit colloquutione, vt pro decem iustis non perderet vniuersos. Quid ergo, nunquid veritas se felicit Abraham? Sed nullo ibi nisi Loth reperto iusto, & hoc ipso de medio eorum ablato, cæteros in sulphuris vindicauit examine: & meritò, vt qui odorē suæ actionis longè lateq; disperferant, congruo demolirentur fetore. Ecce nūc & infelices ciuitatis prædictæ accolæ, quia omnem profœquuti sunt luxuriam, omnibulq; se subdiderunt illecebris, ad emendationem, misericorditer signū tremendæ vindictæ acceperunt, De quibus datur intelligi, quod si vlla se pœnitidine redarguissent, nequaquam horribili plecteretur exterminio. Heu heu, pestis iniqua, tales sunt tuæ retributiones, talia tua dona, vt quos malè suades, malè & perire facias. Veniet, veniet, crede mihi, dies illa, quando & tu, & autor tuus diabolus æterno damnabimini incendio. Cuius similitudinē ignis præfatæ vrbs habet, qui ardet, & nō penitus exurit. Hęc cōpendiose digessisse nulli sit onerosum. Nunc ad ea, quæ de sancto viro inchoauimus, accingamur. Præfata verò vrbe adhuc multa plebiū generositate referta, parentes eius inter cateruas poterum quātò maiore honorificerā celebrabatur, tantò superne patriæ accessū desiderio, magis cœlestis q̄ terrene dignitatis gloriā apperebant. Re vera enim cum essent nimium locupletati, nullius honoris insignia, nullius summæ dispositionis moderamina voluerunt, sed omni studio continentiu se lege vincientes cœlibe vitā acititate satagebant: & mirū in modū cum in primæuo iuuetutis flore hūc solū filiu genuissent, cūctis se voluptatibus abdicarunt, & inter suas preces, quas frequēter in Dñi tēplo fundebāt, hunc solū superstitē nō solum diuitiarū, quantū & morū flagitabant herede. Quorū vota Deus ex alto prospectās, haud petitioni eorū defuit, nimirū qualis futurus esset puer, in ipso (vt ita dicam) primordio natiuitatis eius mōstrare dignatus est. Enimverò cum matris adhuc lacte aleretur, cepit 4 bis in hebdomada, die quarta scilicet, & sexta feria semel bibere mammas: & hac vice contētus, tota die sic permanebat. Quis rerum immense Deus, quis inquam, mortaliū de omnipotentia tuæ operibus audeat disputare? Quis non contremiscat tuā magnificentia, qui vocas ea quæ non sunt, tāquam ea quæ sunt? Ecce noui Zachariæ vates, ecce alterius Elizabeth filius, Ille tener in membris, imò in vtero matris spiritu sancto est repletus: hic fascia inuolutus, quibus valebat impensis eiusdē spiritus sancti templū ædificabat. Ille de anuparente Christū indice prodit: hic de iuvene matre Christū ab infanciam est sequutus. Absit tamē vt nos (quāquā ineffabilis meriti sit apud Deū iste sanctus) beato illi equiparemus Ioāni, cum Dñs dicat: Inter natos mulierū nō surrexisset maior Ioāne Baptista: Sed vt fragiles inquantū possumus, & quibus possumus verbis laudemus magnalia Dei. Quis enim audeat paruulum in die semel, & non amplius papillas bibere matris, & facile credit? Quis non obstupescit tanto percussus auditu? Sed si Dñm in Euangelio dicentem attendimus: Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor: omnis abscedit incredulitas, omniq; sopitur contentio. Puerilibus igitur annis, vt patriarcha Iacob, simpliciter dormi transactis, cepit bonæ indolis adolescēs esse, & non sicut illa ætas assolet, lasciuia complexus est mundi, sed nunc parentū comitatus vt

4 Vide quō rōnā colaus etiā infantulus quarte et sexta feria ieiunā celebrauerit.

rigijs, nunc solus ecclesiarū terebat limina: & quod ibi patulo de scripturis advertebat auditu, nō immemor armariolo pectoris recōdebat: Vbi aut vtroq; parēte orbatus est, sēpius illud Euangelicū ante sūc mētis oculos ducebat: Nisi quis renūciauerit omnibus quę possidet, nō potest meus esse discipulus, & cū anhelaret ad perficiendū quod pio vertebat in pectore, iuuenilis formido cōcepit titillare mentē, ne secularis aura perderet, quicquid pro Christo facere disponebat. Hęc secū, ad Deū verū totū desiderij sui pandens velamē, deprecabatur, vt ille qui habet omnium sciētiā, inspiraret, quatenus de rātis sibi relictijs opibus sic ordinaret, vt muta laude humana, cōspectū placeret diuino. Talia eo cogitāte, accidit vt quidā cōtūcaneus eius nimīū locuples ad tantā veniret inopiam, vt nec necessaria virę haberet. Quid plura? Ingruente inedia, tres virgines quas habebat filias, quarū nuptias etiam ignobiles viri spernebant, fornicari constituit, vt earū saltē infami commercio intelicem ageret vitā. Proh pudor: extemplō fama tantī mali, qua nō velocius vllū mobilitate viget, totā percurrit vberem, & multiplici eam sermone replebat. Quod vbi sanctus Nicolaus reperit, condidit miserimo homini, atq; virginū execrans stuprum, decreuit omnino ex suis abundantijs earū supplere inopiā, ne puellę nobilibus ortæ natalibus lupanari macularentur infamia. Sed cū non nollet aliū in suis factis nisi Christū habere contemplatorē, cōcepit explorare temporū vices, quō id sic operaretur, vt etiam eos lateret, quibus beneficeret. Taliaque secū voluens aiebat: Eia famule Dei, exime pauperiē patris, exime filiarū scortum: Tellus tuæ mentis hæctenus sancto exulta vomere, duplum subitō prorumpat in fructū, vt ex vno famelici satietur ingluuijs, & ex alio virginum redimatur in cōcēsus. Nō occultes serentis Christi fruges, quæ carent zizania. Aperi thesaurum tuum vbi pietatis gazæ resulat, nec pauas adulationis fomitem, quia non exurit flamma viciōrū diuitias, quas approbat Christus. Nō timet illa ædificatio ignē æternū, quæ fabricatur opifici summo. Rumpē morulas omnes: opus perice bonū, vt videat, imō sentiant homines, & glorificent patrē tuū, qui in cœlis est. Inuenta erga cuiusdā noctis hora, sumens nō modicū aurū, ligansq; in panno, perrexit domū viri: Qui vndiq; circūspiciens, per fenestram, quæ competens videbatur, clam introiecit, clamque discessit. O nouam Iacob thopham. Ille commentatus est qualiter Laban mercedem non amitteret: hic autem vt cœlestibus non priuaretur commodis. Ille in canalibus decorticatas ponebat virgas, vt varia quæque acciperet: hic vt cœli varia oblectamenta quiret adipisci, ædis inter claustra ligatum proiecit obrizum. Hic est, Iesu magister bone, tuus non surdus auditor, qui iustis obtemperans tuis, duo impleuit præcepta, & miseratus est hominem mendicium: & opus sic prodidit dextera, vt ignoraret sinistra. Mane itaque factō, cū surrexisset homo, aurumque reperisset illud, dirigit primū: at tunc quanto gestiuit gaudij, quantisque Deo gratias egit, si quis velit, ex vberibus eius lachrymis, quas magnitudo lætitiæ fuderat, advertere potest. Tamen aliquantisper sciscitandus est vir iste de inopinata sua exultatione. Dic age, rogo te homo, cur tanto exultas gaudio? Hæctenus enim lugubrem vultum tuum ostendebas, nunc te hilarē cerno. Bene, inquit, lætari me vides, quia Dñs clemēs, nescio per quem prestitit vitæ meæ subsidium, quo carere quæ infamia, quam inuitus incurrebam. Cui ergo adscribis impensam tibi benignitatē? forsitan fidei tuæ? Prorsus illi: O temeraria lingua viri. Antē paululum tantæ te ostendisti infidelitatis, vt tentatus non Deo ageres gratias, sed profitulum esse decerneres templum spiritus sancti. Et nunc te astruis hoc dignū fuisse. Quale, inquit, templum Dei dicis? Vis nosse quale? Audi: Vas electionis clarē illud cōmendat: Omnis, ait, qui castē viuūt, templū est Dei, & sedes spiritus sancti. Si ita est, imō quia ita est, quam obrem tu filias tuas fornicari mandabas? Quia, inquit, inedia opprimebar. Et cur non laborabas manibus proprijs sicut Apostoli fecerunt, qui nō tantū pro se, sed vt etiam haberēt vnde tribuerent necessitatē patienti, laborasse cōprobantur? Nobilitas, ait, mea renuebat aliquid opus facere. Infelix, si te illustre cōsiderabas, cur puellas ex te genitas pomposo lenonū ministerio ignobilitari malebas? Dilce ergo miser, dilce non tribuere hoc fidei tuæ, quæ sententiā meruit Apostoli dicētis: Qui templū Dei violauerit, disperdet illum Deus: sed largæ Dei clementiæ, qui nō est passus diu cōregi famuli sui lucernam sub modio, ne lux lateret in tenebris, sed vt posita super candelabrum, luceret omnibus qui sunt in domo Dñi. Tu tantum reuoca filias. Esto pronubus copulæ iustę, non leno commixtionis incestæ. Trade maritjs, quas prosternebas fornicatoribus: lætentur coniugio iusto, nō deformentur concubitu iniusto. Præsto est, crede mihi, qui tibi dotem ministrat, vt omnes connubio stabili iungere possis. Celebratis igitur ex more primogenitæ filiæ suæ nuptijs, cōcepit homo diligerē inquirere, quis inopię suę tantā prestisset humanitatē. Cumq; diu talia moliretur, Nicolaus Christi seruus haud multō post triduo quo prius, simile peregit opus: ð virū omni imbutū peritiā, omniq; instructū sciētiā, qui vt se vtrumq; testamentū suscipere profiteretur: non est contentus lege literæ, sed annexit Euangelicam gratiam, vt duobus fluminibus vnō ex meatu

profusa:

profluentibus, arenis fidei hortulum bene irrigaret, ne vltř sentes falce pietatis incisæ, lolio infandæ visionis, lætiam valerēt atterere frugem. Vbi verō reddita est dies, & homo profsiluit de stratu suo, inuenitque sulū pondo metalli prioris æquale, tanto exultauit gaudio, vt si Homerū, aut Maronem adesset facundia tantarum magnitudini laudum exprimendæ, puto, succubuisset. Sed nos nōnulla orationis eius prosequentes, cætera facili lectori melius sub silentio ad intelligendum relinquere, quàm indagare elegimus. Orauit autem sic.

Domine, Domine, absque cuius nutu nec passer ad terrā, nec folium cadit arboris, præcor clementiā tuā, vt tu qui omnia nosti, ostēdere digneris mihi peccatori, quis sit ille, qui tanta bona erga me exhibere nō desinit. Hęc verē Domine ideo peto, nō vt temerario ausu pollutis eū cōtingere quærā manibus, sed vt sciā famulū tuū, qui inter homines degens, Angelicā habet conuersationē, & magnificē nomē tuū benedictū in secula. Talibus discis orabat, talibusq; se hortabatur sermonibus: Auferā certē somnū ab oculis meis: excubabo sollicitus, vigilansq; pernoctabo, forsitā ostēder mihi Dñs seruum suum. Dixit, & dictum cōcepit opere complere. Interea paucis admodum euolutis diebus, ecce cultor æternitatis aduenit. Nicolaus, & iteratæ vicis factum trino supplere cupiens numero, æquale duorum, iactauit talentū. Cuius sonitu excitatus homo, statim egressus, iam vadentē, iamq; fugientem tali subsequēbatur voce. Siste gradum, neq; aspectū te subtrahē nostro: olim te concupitui cernere. Sic factus ocyor aduolat, spatioq; correpto, Nicolaū agnouit per vmbras: moxq; humi prostratus osculari fatagebat pedes eius. Quod sanctus pio vt erat pectore, fieri prohibuit. Sed breuiter allocutus, exegit ab eo, ne cuiquā, cū vitales carperet auras, Nicolaū huius rei indicaret auctorem. Felix felicem imitatus est magistrū, qui nō solum hoēs, sed etiā dæmōnes cōprimebat, ne famā eius fererent in populo. Ille enim ne veris falsa misceret, iste verō ne quolibet extolleretur rumufculo, interdixit homini, vt nullo modo panderet nomen eius: iste, in quā, omnibus votis colendus, omnibusq; præconijs extollendus, qui sciēs duobus nō posse placere dominis, vnum elegit, cuius onus leue est, cui tota deuotione colla submittens, ponderosam sarcinā mundi eū oblectatione sua proiecit. Noluit quoq; seculi captare famam, ne factōrū cōtubernio priuaretur. Cōmittebat se Deo asiduē, qui dispesat & ordinat omnia, quādo vult, & quomodo vult. His itaq; trāsactis, Myrea metropolis orbata est suo Episcopo: cuius obitū nō mediocriter adiacentiū Parochiarū cōdolebant Episcopi: fuerat enim bene religioſus. Conuenerunt itaque in vnum simul orantes, vt Iesu annuete Dominus prouideret illi Ecclesię secundū scita Canonum, & idoneum præfulem, Concioni itaq; intererat quidā pontifex magnæ autoritatis, ad cuius intuitum omnium pendebat sententia, vt quem ille voce proderet, hunc procul dubio eligerent vniuersi. Hic verō per omnia sequens Apostolorum vestigia, cunctos & ieiunijs, & deuocissimis precibus hortatus est insistere, vt ille qui Mathiam indidit numerum supplere Apostolicum, ipse solita clementia panderē dignaretur, quem vellet fungi tñato sacerdotio. Tūc omnes quasi cœlesti cōmonebantur oraculo, sic cōuersi ad Deū, flagitabāt ex intemis præcordijs, vt pastor æternus vtilissimū suarū ouium pastorem ostendere dignaretur. Illis quippe summa cum deuotione, orantibus, vocē de cœlo audiuit dicentem sibi prædictus pontifex, vt egrediens ante portas Ecclesiæ staret, & quem primum hora matutinali venire conspiceret, ipsum consecrarent. Antistitem, adiungens etiā quod Nicolaus vocaretur. Tunc præsul ille cæteris cōepiscopis hanc narrata reuelationem, adiecit: Vobis in oratione persistentibus, ego for̄ insecus excubabo: credo enim quod nō priuabimur promissione Dei. Sic ait, & ianuas asyli sancta calliditate obseruabat.

Mirum in modum matutinali hora quasi à Dño missus, se ante omnes agebat. Nicolaus, cumq; ad Ecclesiæ ianuas appropinquasset, iniecta manu, eū apprehendit. Episcopus blandēque sciscitatus est: Quod equidem nomen tibi est? Ille columbina vt erat simplicitate, inclinato capite: Nicolaus, inquit, seruus; vestre sanctitatis. Cui protinus præsul palmissis, innoxis, ait: Fili veni mecum, est aliquid secreti, quod tūc indoli fari debeam. Mox introgressus: En fratres, proclamauit, verē ait Dominus: Quodcunque petierit in nomine meo, credite quia accipietis, & fiet vobis: En, inquam, quod petiuimus, accipimus. Ecce adest, de quo nostra flagitauit charitas. Quo viso, ingentem omnēs tulere clamorem ad cœdera: & certatim laudabant Saluatoris magna. Episcopi lætabantur pro collega cœlitus sibi collato. Clerici alludebant sicut bonæ pecudes. Quid moror? Licet plurimum renitens obstiterit, plurimumq; repugnauerit, super thronum impositus est illic: & sicut mos est, illius regionis pontificalem accepit insulam. Mira, prosus mira, & stupenda sunt quæ narrantur, et si licet, antiquis pei omnia comparanda. Quondam enim Samueli propheta sanctus præcepit spiritus, vt ad domum Isai pergeret, vnumque ex eius filiis placitū Deo regem inungeret. Modò autē isti Episcopo ex intimo precanti affectu vox de cœlo insuit, vt coram templi foribus excubaret, quatenus ibidem dignum Deo, & Ecclesiæ suæ sanctæ, quod vtile foret reperiret Episcopū:

5 Ecce quomodo secundum statuta canonum eligebatur Episcopi.

6 Habes hic quod ieiunium & precēs valent ad promerēdū aliquid a Deo.

7 Nota antiquum
ecclesie morem, in
per caput Episco-
pi electi virtutem
inuocari spiritus
sancti, quod nostri
heretici modo sub
sannat
8 Vide orationes
asiduas, vigilas,
et ieiunia Nicolai,
9 Ecce quod Episco-
pus fugere debet
mulierum consor-
tia. At contra se-
rius moderni do-
ctissimi.

Illi quanquam videnti locus tantum, non regis nomen prædicatur, huic & locus & nomen præfulis declaratur. Ille caput regii cornu roborauit oleiste super caput 7 Nicolai virtutē inuocauit spiritus sancti. Sed tamen & Rex & Præsul, uterque electus est à Dño. Vnde nos minimè irridendi sumus, magnis cōponere parua. Hinc iam ad ea quæ in episcopatu gessit, opẽ Dño ferente, vertatur stylus. Sed quia nõ nostrū est examusim cuncta digerere, obnixius perimus, vt nõ superbe insolentia, sed humiliter ignoscatur audacia, & quod balbutiendo vix paucissimis explicamus verbis, ob amorem sancti libenter lectores amplexatur. Pontificali igitur cathedra sublimatus, eandẽ morū grauitatẽ quã prius, eandemq; se stabatur humilitatẽ. Creber 8 in oratione peruigilabat, corpus ieiuniis macerabat. Mulier 9 cōfortia, licet ab ipso pueritĩ suã tẽpore exhorruerit, tamen quandã ex hoc quasi peste fugiebat. In suscipiẽdis hominibus humilem, in loquendo efficacẽ se præbebat. Alacer erat in exhortando, seuerus in corripiendo. Viduarum & orphanorū atq; oppressorum sic negocia curabat, ac si propria essent. Rapinam execrabatur potentĩ, arguebat violentos, & si quẽ fortẽ quolibet casu afflictũ cernebat, mirabiliter reficiebat, miserabileq; consolabatur. Crescebat quotidie fama bonitatis eius, quã vbq; laudem ferebat Nicolai. Hinc potens, hinc impotens nominabat illum, Gaudebat populus cunctus de tali patrone, lætabatur heroẽs de tanto pontifice, qui ita se autoritate & gratia plenũ exhibebat, vt omnĩu gereret curã, & Episcopi dignitatẽ nõ amitteret. Verũm tẽpus mihi deficit, quin & sermo deserit, si de singulis eius scribere meritis contendã. Sed qui scire voluerit, qualẽ se quantũq; præstitit, mordacẽ cõprimat dentẽ, & ex subiectis agnoscere valebit. Cũ igitur omnĩu charismatũ virtute corroboraretur Nicolaus, & nihil sibi, sed torum Dei gratiã tribueret, cõpit ita coruscare miraculis, vt nõ tantũ sui, sed etiã alieni quilibet oppressi angustijs, inuocato nomine eius, statim sentiret leuamen. Quadam verò die, cũ quidam nauatã subita maris tempestate periclitarentur, adeo vt præsentem illis minarentur omnia mortẽ, extemplo dissolutis frigore membris, clamabant: Nicolae famule Dei, si vera sunt ea quæ de te audiimus, nunc nunc nos in supremo periculo constituti experiamur, quatenus eruti ex sæuientis fluctibus maris, Deo & tuẽ liberationi gratias agamus. Mira res. Talia referentibus apparuit quidam in similitudine viri, dicens eis: Vocatis enim me, ecce adsum. Et cõpit eos in rudentibus & antennis, alijsq; inuare nauticis armamentis. Nec multo post, omnis pelagi cecidit fragor, omniq; cessauit tempestas. Tunc læti nauatã pacata sulcantes æquora quantocyus optatum subeunt portum. Et mox egressi sciscitabantur, vbi Nicolaus esset. Cũ autem indicatum fuisset eis, in Ecclesiã: vestigio egressi (mirabile dictũ) quẽ nunquã viderant, sine indice cognouerunt.

Hic ad eius pedes prostrati, cõperunt ei gratias agere, dicentes, qualiter de confinio mortis, Episcopo suffragante, liberati essent. Quibus sanctus: Non meã, inquit, possibilitatis arbitriũ mihi esse, quod factum est: solita Dei est misericordia, qui propter credulitatem vestrã fidei vobis sua succurrere dignatus est clementia. Discite ergo quantum valeat apud Deum fides vera, & petitio non ficta. Propter peccata enim nostra quotidie flagellamur, tamen si ex toto corde ad bonum Deum conuersi fuerimus, viscera misericordiã suẽ illis cõsuper nos commouet, & eripit nos de imminentibus periculis. Idcirco non pigeat vos fratres benefacere, sectari humilitatem, libenter pauperibus succurrere. Credite meã paruitati, quia ex quo homo in huiusmodi voraginem propter delicta sua deiectus est, nullũ eius bonum sic Deus approbare legitur, sicut elemosynam, tamen si non ob mundi fiat gloriam. His alijsq; talibus instructi, admirantẽs; humilitatem spiritus, 10 vilitatem habitus, sermonis facundiam, atq; magnitudinem virtutis eius, discesserunt. Quodam itaq; tempore cũ eandem Lyciam regionem accolarum pro meritis sic perniciose famis oppressisset, vt seges ægra victũ omnem negaret, mox à prouincialibus rusticis sæpe dicto famulo Dei pro indigentibus maximè periclitanti, naues triticis onustas mercibus in litore Hadriatici portus adesse nunciatur.

Quò velox adueniens Nicolaus, nautis inquit: Vos rogaturus accessi, vt populo huic tãe diuurne famis laboranti consulentes, aliquantulum remediũ ex isto imperitri fluoride frumẽto. Sic Sanctus. Et Sancto sic aiunt illi: Non audemus pater tuis obsequi præceptis, quia publica taxatione angariati Alexandriam perreximus, & modò hoc triticum deserimus per ministrorum manus in Augustalium stipendia merendum. Quibus sanctus: Audite, inquit, me: & ne hic amplius attenuetur populus, per vnamquamq; ratem, saltẽ centum mihi modios præbere: & ego in nomine Domini mei, cui serui, in virtute spondeo; polliceor, promitto, quia nullam minorationem habebitis apud regiũ exactorẽ. Tandẽ interuentu presulis conuicti, ex singulis puppibus centum numerare modios, & cõfessim secũ surgẽtes vento classes portũ relinquant, atque spirantibus auris volucris cursu Bizantio applicuerunt vbi. Cũ autẽ integrant mensurã, quã Alexandriã susceperat, ministris Imperatoris numerassent, rãtus stupor oes cepit, vt præ admiratione seriatim, cuncta, quã facta fuerant, eisdem narrarent

narrant ministris. Qua relatione percussus, Deũ omnĩu rerum auctorem continuata vtriq; laude magnificauerunt. Vir itaque Dei accepto frumento, sic per industriam illud partiri studuit, sicut vnumquemque nouerat indigere. Mirandis plus miranda succedunt. Tanta enim omnipotentis Dei largitate, hoc ipsum parum, quod sanctus distribuit, auctum est, vt non tantũ eodem, sed etiam altero sequenti anno ad victum singulis sufficeret: Quin & multi spe credula exinde serere nõ dubitantes, nequaquam eos expectata seges vanis frustra est aristis, sed vberius sparsit radices. Porro nemini hoc incredibile videatur, quia saluatoris promissio est ista, dicentis: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, & dixeritis monti huic, te transfer, transferetur. Et illud: Qui in me credit, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiorã horũ faciet. Verẽ enim in eo credidit Nicolaus, in cuius opitulatione tale tantũq; valuit facere miraculũ. Ex multis igitur idololatrijs, quibus olim præfata regio dedita fuerat, maximam dementiã suẽ deuotionẽ erga nefandissimã Dianã simulacrum exhibere studuit: adeo vt etiam illius, ad vsq; serui Dei tempus, pleriq; rusticorum execrabili deseruẽt religioni. Sed vir Dei huius sacrilegij superstitionem tanta persequutus est instantia, vt diuino suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; & callido pectore noua versans consilia, quosdam adijt viros omnibus imbutos, imò perditos in suffragante adminiculo, penitus ex illis finibus obsceni numinis culturam propelleret. Verũm quid diaboli malfidiosus? Quid in orbe artificiosus? Cũ autem cerneret se priuatũ tanto decoris sui cultu, fellẽ face succensus, magnam contra Nicolauẽ exarsit in irã; &

arque illuc deambulare iuuenes: aliqui verò eorum mercationis causa vsque ad locum nundinarum, qui Placomata vocatur, accedentes, rapinam (vt illud hominum genus confectum est) infingere non desinebant. Quod mobile accolarum vulgus aduertens omne ruit ad oblitendum. Quibus vicissim, ceu aduersis magno turbine ventis, configentibus tumultus repentinus Patere vrbis pro nuncio fuit. Vnde factum est, vt eadem ciuitas ad arcendam vim tantæ seditionis tota concurreret. Qua vir Domini cõmõtione percussus exiit, ciuiumq; ferentium indignationem sagaciter cõprimens, ad præfactum portum, qui ab ipsa vrbe tribus disparat millibus, festinus perrexit: ibiq; reperitis Principibus illis, post salutationis officium oscula libauit, ac deinde percontatus est, dicens: Qui estis? Vnde? Pætæmne huc fertis, an arma? At illi: Pater, inquit, sancte, pacifici sumus, & tempestas nos vestris appulit oris: nam cursus noster Phrygiam tendit: Ingreuerunt enim quidam rebelles ad quorum contumaciã edomãdã ab Imperatoria sumus potestate directi: Ideoq; petimus vt tuis nos comiteris orationibus, quatenus id decenter perficere possimus. Hic præful alacriter eos alloquutus inuitauit, vt pariter ad vrbes proficiscentes mœnia non dedignaretur illius persequi benedictione. Mox straliter illi cãtam serui Dei admirandæ efficaciam, illicõ qmni tuo, interdixerunt populo, vt non barbaricè fremerent, nec indisciplinatè vltra se agebant, vim quibuslibet facere præsumerent. His ita sedatis, ecce relatum est à dicentibus: Domine sancte, si tua præsto fuisset in ciuitate paternitas, nullo modo iniultè fieret trium iuuenum militum cædes. Nam & cives oes valde vestram condoluerunt absentiam, quoniã Consul magno excoctatus munere, neci eorum consensit. Quibus auditis, vir Dñi pietatis igne inflammatus, præfatos rogauit principes, vt cum illo rapidis festinarent passibus. Nec mora, ingrediunt vrbem, & in locum, qui Leonii dicitur applicantes, interrogauit sanctus Nicolaus quos ibi reperit, si adhuc viuere, qui capitalem acceperant sententiã. Respondentes illi dixerunt: Festina venerabilis pater, festina, quia in platea Dioscori viui detinentur. Mox ad Ecclesiam martyrum Crescentij & Dioscori, pro quo ipsa cognominatur platea, cõcurrens, & nõ eos reperiens, sciscitatus est vbi essent. Cui dictum est: Iam modò portas illi vrbs egrediuntur. Quò dum tenderet, audiuit eos aportatos in Birram, vbi damnatij perimebantur. Hoc veredaris, & famulus Christi audito, licet tanto fatigatus itinere, abijt, cucurrit, & ad locum vsque expeditus perueniens, reperit eos poplite flexo, velata facie, atque super exortam ceruicè operi iam libratum spiculatoris ensem. Hic experiri potest veridica illa sententiã: Iustus vt leo confidit: Nã non de potestate mundana, non mucrone territus, tantu se in licetorem ingressit, eminensq; de manu eius gladium propellens, non prius abscisit, quàm illos solutos à vinculis secum reduceret, repetens: Me, me, inquit, nam pro istis innocenter cõdemnatis paratus sum dedere lecto. Ex carnificibus aut illis nemo saltem ei mutire audebat, scientes eum magni meriti, magnæq; virtutis, & inuictæ esse cõstantiã, ac in Christo plurimum valere. Fautore igitur prosequutus populi, qui eius expectando aduentum gladiatoribus impediendo fuerat, ad prætorij Proconsulis accessit. Cuius foribus vi magis quàm voluntariè referatis (erãt enim clauis inuinctum est Eustachio cõsuli à cubicularijs de aduentu Præfuli. Illicõ dux ille festinus ei occurrens salutauit eum: sed quia scriptum est: Probata aut virtus corripit insipientes, aspernana sanctus aiebat. Inimice Dei, præparator legis, cuius os innocentiũ cruore dulcius ebibit, melle, qua temeritate præsumpsisti vultum conspicerem nostru, tanti conficius reatus? Cruentissime, quare nõ attendisti Dominicã præceptionem, quæ quotidie intonat: Innocentem & iustum nolite condemnare? Ad quem responsum paucis ita reddidit heros: Vt me sic accipis serue Dei? Cur frustra in me fãuis? Animaduerte quia magis Eudoxius & Simondes huius vrbs insignes, ex hoc arguendi sunt, quàm ego. Re verã enim ipsi sunt vehementer accensi ad effundendum sanguine horu. Cui Præful è contra: Nõ Simonides, inquit, nec Eudoxius, sed aurum argentiq; cupido te illexit, vt ad parandũ tantum facinus cõfiteris. Crede meæ paritari, quia quomodo libet regimen tuum, quo disponis, imò quo deprædaris hanc patriam, pissimis Augusti insinuatur auribus, qui factis tuis dignam recõpense, æquitatè. Hæc & alia perflabat memorans, fixusq; manebat, & ducè infamabat. Tandem aliquando accedentes præfati milites multo oblectabant, vt seposito furore, Consuli vehementi robore suffuso veniam daret. Quorum postulationem vir Domini clementer accipiens, Ducem Eustachium, que corã omnibus infamarat, coram omnibus humiliter mulcere studijt. Straliter deinde illi post celebratum conuiuium, Pontificis benedictione aucti, lætante socios classemq; reuolunt. Inde vbi prima quies pelago reddita est, iter aggressi sunt cõptum, & statibus inuicti secundis, velociter Phrygiam perreperunt. Quam cum sagaciter, ablati seditionis fautoribus sub imperij iura redegressent, Constantinopolim, reperierunt vrbem. Quibus non solum gratulabundus occurrit populus, sed procerum multi, Imperator etiam ob subactos sine sanguine hostes, gestiens gaudio, triumphantium more illos recepit.

Sed hæc

Sed hæc non æquis oculis ille antiquus humanæ salutis æmulus aspiciens, in longu quiete. Tamdiu enim se formalis vertit in omnes, quousque inuidos quosdam stimulis cogeret amaris, qui eorum dignitatem celo prosequentes, aut dedecus, aut necem contra illos molirentur. Quid multa? accedentes quidam dolosi ad quendam præfectum nomine Ablauium, quem Achiui Eparchum vocant, in multis eos accusabant, præsertim contra Augustum quem nitebantur ostendere conspiratores: adicientes subdolum esse illorum loquutionem, & fucatam humilitatem, ex quo tanta simulas non esset attendenda: quia vbi tempus inuenerint, secus apparebunt. Sed cum se inanibus vocibus nihil efficere conspicerent, ceperunt magnis muneribus animum viri illicere, & eum in perniciem armare innocentiu. Verum quid non cogit mortalia pectora auri sacra fames? Extemplo corruptus Eparchus immensitate sului metalli, intrauit ad Augustum, & sic orsus est: Excellentissime Domine, cuius moderamine totus mundus pacatus quiescit, ecce inuidia Diaboli, à quo ois nequitia seminarium oritur, infestos cõtra nos suscitauit inimicos. Reuera enim fratrilates illi, quos dudũ in Phrygiam vestra misit sublimitas, insidias machinantur Domino meo. Nam cõuenticula crebra agentes, promittunt confederatos suos ditari opibus, & magnis extolli dignitatibus. Hoc ego pro certo sciens, idè coram tua veni narrare præsentia, ne diuinum iudicium, & Imperialem incurrerem iram, quoniam quidem non solum rei sunt qui malè faciunt, sed & qui contentiunt facientibus: maxime cum hæc proculdubio à socijs eorum didicissem. Vnde ecclitus vobis collata prouideat sagacitas, quid factu opus sit.

Credidit itaque Augustus fallacis eius, vt pote Præfecti sui, & iratus è vestigio cõprehendi eos iussit, & in carcere retrudi. Illis verò carceralibus custodijs mancipatis, accidit haud reor, sine nutu diuino, vt Imperator in summis Reipublicæ præoccupatus negocijs, horum protelaret sententiam, Sed quia cõcurrebat, quod semel inficitur, difficile penituntine renitefcit: prædicti calumniatores paucis effluxis diebus adfunt, & memorato Præfecto promissa munera deferentes: Quo pacto, inquit, inimicos nostros vitæ donastis & non capti cominus sunt iugulati? An sperastis seditioni vos posse finem imponere, si eos artari ergastulo iuberetis? Ecce enim retrufi, socijs eorum adminiculantibus, exire satagunt, & meditantam implere nequitiam: Idcirco te conari necesse est, ne tale quid quod nõ optamus, perficere possint. Alioquin vigilante pro pace vestra nos penitebit: & vos celerrimè peribitis. Coactus ergo præfectus illo magis cruento munere, quàm sermone, denuo auribus Cæsaris talia venena infudit: Domine Auguste, scelesti illi quos pietas vestra vitare sinuit, non cessant cum suis cõspiratoribus pestifera meditari cõsilia: Certo enim certius noueritis, eos extrinsecus habere cõiuratos, qui illos viriliter adiuuare satagunt, vt egredientes in speratè ad recandum, super Dominum nostrum irruant. Illicõ Augustus quasi suã cõperisset mortè, tanta furia actus est, vt absque inquisitionis respectu præceperit illos occidi. Quo mandato auaris accepto, præ gaudio magno misit ad custodem carceris, vt hos segregatos sollicitus obseruaret, quatenus subsequenti nocte clanculo perimerentur. Custos aut ille bonæ cõpationis vir, & meritè Hyliarianus vocitatus, præripuit se ad carcerem, & mæsto hanc edidit pectore vocè: Vtinã vos, Dñi, nunquam scissem: proh dolor, hodie separamur ab inuicem, & lachrymis suffusus ait: Eloquar, an fileam? Sed tamen cogor loqui vobis: sciatis ab Augusto egressam esse sententiam, vt hac nocte absque dilatione occidamini: Præordinate ergo de rebus vestris, ne postmodum in supremo cõstituti, magis eas exterminio, quàm testameto delegatas relinquatis. Quibus auditis, extemplo gelidus per tota cucurrit ossa tremor, & ingemiscentes sparis cri-nibus scidère vestimenta sua, atque vlulatu magno talia clamitabant: Heu quisnam est tantus iste furor? quæ tanta feneritas, vt sic moriamur sicut grassatores populorum, qui saltè nec interrogacione digni habentur? Immanis est ista crudelitas, & nec audita in gentilibus. Cùm aut diu multumq; ita gement, Nepotianus vnus ex eis recordatus est, qualiter sanctus Nicolaus, iuuenũ liberator triũ mirabilis fuisset, & suspirans iterũ iterumq;, tandè hæc precè fudit: Rex Deus excelsè, succurre miseris perituris, meamq; humillimã deprecationem, nõ nostris, sed serui tui Nicolai meritis dignate: attende: quatenus sicut eius instantia tres illos erutos à morte cõspeximus, ita nos per eius intercessionem ab instati eripiamur sententia: quoniã quidè si nõ adest corporaliter, credimus tamen illũ spiritualiter omniũ cõpati necessitatibus pro quibus tibi sapius supplicat. Te igitur precamur Domine, tu qui voluntatem timentium te facis, propter orationes eius libera nos. Sic Nepotianus, sic & comites eius supplicabãt, atque simul vno ore clamabant. Sancte Nicolae, adiuua nos serue Dei licet absens, interueni pro nobis, vt eruti à præfenti iugulo, tuam deuoti videre faciem tuosq; sacratissimos mereamur osculari pedes. O clemens pietas Saluatoris, O immensa benignitas creatoris, quæ tanto laudanda est præconio, quantũ omnibus simpliciter se petentibus exorabilis inuenitur. Quis vnquam eũ quãsiuit puro corde, & non inuenit? Quis petiuit ab eo misericordiam, & non acce-

xv. Episcopi semo
per suis aia bene
dicere.

non accepit? Ipse enim se obligavit dicens: Quodcumque petieritis patrē in nomine meo, fiet vobis. Huius enim sponsonem veritatis inter angustias hi tres mirabiliter sunt experti. Nam vir Dei adhuc vitam carpebat presentem, & bonus Dñs sic predictorum supplicū precēs audire dignatus est, ac si sanctus Nicolaus interuentor in superiore regno penes eum fuisset. Sed hæc cuius sunt, nisi tua Christe dona, tuæ retributiones, tuæ prorūs, Domine, q̄ gloriificantes te non solum coram tuo parte in cœlis, sed etiam in terris coram hominibus glorificare consueuisti? Nocte igitur insequuta, qua plectendi erant stratilates illi, cum se Imperator, Eparchusq; sopori dedissent, similia viderunt somnia. Quæ ideo sigillatim narramus, vt euidētissimē omnipotentem intelligamus, non tantum palam, sed etiam per visiones minari iustitiæ præuaricatoribus. Neq; id frustra facit: sed quia plus gaudet super vno peccatore, quam super nonagintanouem iustis, ostendit se malle cunctorū penitentiā. Visiones aut huiusmodi fuerunt. Apparuit quædam effigies Sancti Nicolai, dicentis: Constantine, cur stratilates illos iniuisti cōprehendi fecisti? Cur sine crimine morti addixisti? Surge celer, colq; dimitti quocumq; iubeto. Quod si fortasse me spreto, aliud facere volueris, cœlestem precor regem, vt contemptus mei vltor existēs, tibi indurato bellum sinat insurgere, & te ibi perempto, caro tua bestijs auibusq; sit cibus. Cui Augustus: Quis, & cuius autoritatis es tu, vt hæc hora palatium meū ingressus talia audeas loqui? Et ille: Ego sum Nicolaus peccator, Myræ Metropolis Episcopus. Hæc dicens abiit: Eparchumq; sic territat ipsum: Ablata vecors mēte, & sensu perditæ, quæ tibi necessitas incubuit, vt obstinatus innocentium fores delatorē Perge velle, illorq; continuō è carcere educi facito. Sin minus, ab Imperatoris aeterni maestitate obineo, vt totum corpus tuum scaturiat vermibus, & domus tua quocumq; diripiatur. Ad quem præfectus sic curbaris vocibus inquit: Tu verò quis es, qui tanta minaris? Cui ille: Me scito esse Nicolaum, Myrensem Episcopum. Dixit, & procul in tenuem ex oculis euauit auram. Talibus igitur Cæsar, & Eparchus perterriti visionibus, excutuntur somnis, & maturato officio, quæ quisque viderat celeriter remiserunt sibi dicenda: Deinde vbi prima stellas aurora fugauit, è vestigio Imperator accersitis magnaribus suis & eodem Eparcho, fecit sibi stratilates illos præsentari. Quibus stantibus, toruo aspectu ita exorsus est: Quas magicas noctis artes, vt tantis nos illudatis phantasijs, tantisq; exagitetis somnijs? Illi attoniti tanto interrogantis auspicio, nullum dederunt responsum. Et denuō Augustus: Edicite nobis quæ sint maleficia vestra. Ad quem Nepotianus solus pro cunctis sic pauitane voce respōdit: Excellentissime Imperator, cui Deus regni commisit habenas, abite vt nos documētis nefariæ artis simus instructi: Nunquam enim Domine tali vacauimus magisterio, Quippe & nos constanter profitemur, non illius esse commisi, vt capitali subijciamur sententiæ. Tunc Augustus: noctis, inquit, aliquem hominem, cui Nicolaus nomen est? Mox illi audito tanto nomine tendentes ad sydera palmas vtraque, voce magna dicebant: Benedictus es Domine Deus Nicolai sancti, qui non relinquis sperantes in te, & de tua misericordia præsumentes, Benedictus es & laudabilis in secula, qui clementer infelices tuos seruos dignatus es respicere. Et nunc Domine, Domine, miserere nostri, & famuli tui intercessione eripe nos ab hac perditione, sicut erepti sunt tres viri illi à pernicioso iugulatu.

Cæsar verò sciens, & ardens sciscitari, & quærere causas, propius eos ad se accedere iussit. Tumq; demum eos intuitus: Dicite, inquit, hic, quem inuocastis, quo est languine progenitus: quis, quantum sit: vel si vera sunt, quæ dicitis, coram pandere maturetis. Mox idem Nepotianus cōfortatus ait: Ille est verè sanctus per omnia, cuius meritis nos credimus erui ab intentato exitio. Ille est, quem in nostra inuocauimus perditione: & ecce (vt cernimus) alacrem sensimus adiutorem. Verè enim Dei dignum credimus illum seruum esse, ob quem, tantis licet terrarū spatijs longè ab eo positos sub vno noctis momento Christus nos exaudire dignatus est. Hoc dixit, & continuō prosequens narravit, qualis, quantæ humilitatis, quantæq; esset bonitatis. Nam & ereptionem iuuenum totiens memoratam, sicut scripra est, per ordinem pandit. Imperator aut hæc audiens, multum miratus est, & pro tanti viri bonitate Deum venerans: Ire, ait, & famulo Dei gratias agite, imò Deo, qui vos per eum liberavit. Ex Constantini autem donarijs munuscula, nec non & apices nostros vobiscum ferte: Hunc etiam euangelij librum mirificè auro contextum, & 12. ciminilia hæc simul, & duas ex auro chirothecas, vasq; hoc illud aureum gemmis pretiosissimis decoratum: Eiq; dicit, vt dignanter ista suspiciat, & mihi lubentissimè præceptis eius obediens, non minari, sed orare studeat, atq; pro pace regni nostri magis totius orbis Dominum poscat. Post pauca igitur dies stratilates prædicti, acceptis epistolis, Augustalibusq; muneribus, ad seruum Dei, vt deuouerant, ire cœperunt. Qui venientes, illic cōsternati solo, pede eius osculati sunt, & præ magnitudine lætitiæ claris repetebant vocibus: Verè dilectissimus Dei es famulus, Verè cultor & amator Christi, Verè tu omnium ore laudabilis, propter què mirabiliter à morte

12. Vide que supra
mea dono mittat
Constantinus Imperator
Nicolao.

à morte liberati sumus. Hæc & alia diuissimè conclamantes, tandem deditōnis seriem retulerunt, atque offerentes munera, necnon & imperiales epistolas, indicia ostenderunt suæ liberationis. Mox doctor egregius, eleuatis ad cœlum brachijs, collaudabat saluatorē dicens: Magnus es Domine Deus nolter, magnus & mirabilis, cuius magnitudinis non est finis. Tu es enim Dominus diues in omnibus, qui facis mirabilia magna solus. His dictis, conuersus ad illos, tantis eos irrigauit scripturarum fluentis, vt plurima de rebus proprijs largirentur egenis. Dehinc sicuti linguarū moris est, tanto gesserunt gaudio, vt sibi tunderent, quos in carcere miserant, crines. Exacto itaque apud virum Dei aliquanto tempore cum ingēti lætitia, instructi doctrinis eius, & aucti benedictione remearunt ad propria, magnificantes Deū nostrum Iesum Christum, qui regnat cum patre & spiritu sancto vnus Deus æquali maiestate, æquali potestate, per omnia secula seculorum, A M E N.

Nunc igitur fratres charissimi, si vobis placuerit, de solennitate huius diei beatissimi Nicolai contestor atque Pontificis in eius laudē aliquid loquamur. Quoniam 13 illius solennitas agit, quæ nō solum Græcia, sed penè totus orbis prædicat. Et iuste quidē, quia licet per pauca scripta sint ex his, quæ sanctus vir in vita sua patrauit, tamen ex quo ad Christū perrexit, tanta 14. quotidie miracula exhibet, vt nulla carnis sufficiat lingua referre. Quis enim dignè potest explicare, qualiter eius meritis promerentibus, cæcis visus, surdis auditus, & (vt breuiter dicā) debilibus cunctis celerrima & optima redditur valetudo? Quis, inquam, tante est facultatē, vt facile possit exprimere, qualiter ex marmore tumuli eius sacrum residat oleum, quod ab excubantibus ministris penniculo collectum studiosissimè recoditur ad diuulserum languorū vilem admodū vñtionē? Refero itaq; charitati vestre, quod veridica relatione à quibusdam Graijs cōperi. Sed illi hoc ipsum fama Myrensiū accolarū didicisse p̄sistebantur, tamen siue aliter, siue ita se veritas habeat, iudicio narrandum est cōmittendum. Quodam siquidem tempore cum quidam magnatum ciuitatis prædictæ inuidiosa factione pontificem sedis ipsius propellere nō erubuisent, continuō desinit oleum tantæ perfluere benedictionis. At vbi idem Antistes suam recepit cathedram, confestim salutaris liquor stillare more pristino cœpit. Mirabilis quippe Deus in sanctis suis, quoniam sic famulos suos glorificare consuevit, vt in omnem terrā exeat sonus eorum. Qualis sonus? Nempè victoriæ, ac triumphi: Quia dum suis supplicibus collata cœlestis non denegant patrocinia, ostendūt se, mundi deuictō principe, diademate redimitos æterno: Latemur ergo charissimi, latemur in Domino, & diem 15 festū sancti Nicolai salubriter celebremus. Quoniam si nos ille cōcorditer festiuos insepexit, fauet nostræ deuotioni. Quin & secundū nominis etimologiam, Nicolaus Æolicè victoria populi resonans impetus ferocissimos conterit repugnantium, & castra vincere iuuat hostilia. Omnis ergo sexus, omnisq; conditio præteritionis eius tutamen expectet, imploret suffragia, quærat auxilia. Nouit enim olim cœlesti palma misericorditer subuenire afflictis, liberare oppressos, & pestiferos soluere nexos. His ita præmissis, effundamus aliquantulū coram illo precem, vt in sine pagellæ patrocinij eius fruamur. Oramus 16 itaq; te sanctissime pater Nicolae, vt humillimas nostræ petitionis voces attendas, affectū cōspicias, & cōsiderato nostræ conditionis signēto, hostē cōprimas, expellas tyrannidem, dissidētes pacifices, tuearis præfules, gubernes cleros, Abbatē dirigas, foueas monachos, & omnibus, qui deuotē tua solennia peragunt, cœleste regnum adire accelleres: Nosq; misellos, qui velut inertes operam dedimus, & exilem gloriæ tuæ formauimus laudē, ex omni perturbatione insidiantium eripias. Suggestionem spiritū immundorū custodias, quatenus fideliter Iesu Christo seruire mereamur, qui cum patre & spiritu sancto viuīt & regnat Deus per omnia secula seculorum, A M E N.

Cum verò de Aphricæ partibus Vandalorum exercitus applicuisset ad terrā Calabriadem, atque eandem regionem igne succenderent, reperta ibi est à quodam barbaro in cuiusdam Christicolæ domo sancti Nicolai imago in tabula honestè depicta. Quam prorsus in sinu suo proiecit, & abscondit, quamuis ab eo ignoraretur omnino quid esset. Cū autē peruenisset ad eos, qui Christicolas captiuos deducebant victos, interrogauit vnum ex eis: & ait: Rogo vt mihi indicetur, cuius est figura in hac tabula tam pulchrè depicta? Et hæc dicens demonstrauit eis iconam. Cū ergo cōtemplari eam essent Christiani, cum gemitu & lachrymis dixerunt: Imago hæc, quam cernimus, sancti Nicolai dicitur, qui multis miraculis & virtutibus apud Deum existens clarus, manifestè edocet se viuere etiam post sepulchrum. Cumq; hoc auditu percepisset ille barbarus, continuō abscondit eam propter suos facios, nemini ex hoc aliquid pandens. Cū autē reuersus esset exercitus Vandalorū in Aphricā cum plurimis captiuis, & spolijs multis, redijt & ipse barbarus, qui sancti Nicolai habebat tabulam in domū suam, Erat autē ipse telonarius. Quadam autē die tulit ipsam iconam, & posuit eam ante telonium suum, vbi erant omnia quæ habebat, aurū, argentū, & vestes

13. Agitur illius solennitas, qui non solum Græcia, sed penè totus orbis prædicat.

14. Quem potest esse apud Deū meritis Nicolai, hinc ostenditur, quod tot miracula ad eius inuocationem hominibus præstatur.

15. Dicit festum sancti Nicolai salubriter celebremus.

16. Inuocat diuinos Nicolai, et eius patrocinium exoptat.

& vestes. Et sic loquutus est ei dicens: Nicolae habeto custodiam super teloneum hoc, nam ego aliò necesse habeo proficisci. Hæc locutus imagini, discessit, apertum omnino relinques teloneum securus proficiscens, quasi ibi plurimos custodes dimitteret. Cum aut secus eisdem teloneum latrones transirent, & vidissent apertum, & neminem custodem ibidem esse, dixerunt ad inuicem, vt venientes nocte eadem, diriperent omnia quæ intrinsicè erant posita. Quòd ita factum est, Nam venientes nocte, oia abstulerunt, aurum, argentum, vestes, & cætera: Et sic profecti sunt. Sola anchona deforis pendens superstes remansit. Hæc aut Dei dispensatione agebantur, vt huicmodi occasione agebatur, quati meriti Nicolai esset, & apud Aphricanas regiones manifestè claresceret. Veniente aut barbaro, cuius teloneum erat, reperit eum vacuum, nil omnino habentem, nisi ipsam sancti Nicolai anchonâ. Tunc plorans, & gemens, vehementissimos stridores emittebat, & turbido aspectu conuersus in faciem imaginis beati Nicolai, quasi ad viuentem hoem & ratione vtemem, hæc verba proferebat dicens: O Nicolae, bonû te custodem telonei mei posui. Quid fecisti? Redde mihi res meas, alioquin cædo te flagellis. Et cum hæc diceret, accepto flagello tundebat sancti Nicolai imaginem. Cum verò fatigatus esset cædendo eam, dixit ei: Certè in ignem te projiciam, si non reddideris causam meam. Pijsimus aut confessor 17 beatus Nicolaus nimia miseratione ductus super anchonam suam, ac si ipse flagellis cæderetur, sub festinatione ad locum accessit propius, vbi latrones cuncta diuidebant, quæ de illius Saraceni teloneo abstulerant. Tunc dixit ad eos sanctus Nicolaus: O infelices, & miseri, quid facitis? Nunquid ignoratis, quoniam ego ipse ibidem eram quando hoc malum perpetrastis? Nam oculi mei conspexerunt, quando has & illas res abstulistis. Quantitatem & numerum etiã cunctarum rerum, quas de teloneo abstulerant, singillatim eis exponens, addidit dicens: Scitote aut quoniã furti quod perpetrastis, si non mihi acquieueritis, vt reuocetis cuncta quæ abstulistis, ego illud publicè manifestare curabo. Nam sub mea cura vniuersa fuerunt posita: & ideo pro vestro scelere ego innocens quam grauitè flagellis cæsus sum. Credite mihi quia nullo modo vobis parcam, si meis non acquiescitis consilij, sed crastina die morti tradere vos faciam. Illi aut fures cum viderent se deprehensos, existimantes quempiam fuisse de populis, qui eos explorauisset, nimum mente cõternati, & vltra quàm credi potest exterriti, vehementer metu mortis coacti, per tetræ noctis silentia reportauerunt omnia, & in telonio reposuerunt. Mane aut factò, cum venisset barbarus, & videret cunctam substantiã, quam amiserat, flere cœpit præ gaudio, cui tale miraculũ fuerat demonstratum per sanctum Nicolaum. Tunc apprehensa imagine deofulari eam cœpit, dicens: O sancte Nicolae fidelis, & iuste, pijsime & misericordissime serue Dei excelsi, quàm sublimis, quàm magnus, quàm præpotens factus es, quàm proximus, & familiaris Deo regi immortalis, cui viuens militare non cessasti, à quo potestatem accepisse cõprobaris, vt talia facere possis, qualia mihi gẽtili ex ære insensibili patrare dignatus es. Ab ista namq; die credo in Christũ, & in te. Creditur aut in Christũ Dñm, & baptizatus est ipse & domus eius tota, & construxit 18 Ecclesiam in honorem sancti Nicolai. In qua mortuus est cum vxore sua & filijs, pariter glorificantes Dominum & beatum Nicolaum.

Hæc fuit prima occasio, qua apud Aphricanas Regiones beatus agnitus est Nicolaus: & paulatim ita nomen eius apud barbaros succreuit obsequijs, vt etiam ab his qui carent baptisinate frequentaretur alsidue. Nullus enim (vt existimamus) est iamiam in orbe terrarum locus tam remotus, tam abditus, nec etiam solitudo aut eremus, quem fama & miracula Nicolai confessoris pijsimi non illustrauerint. Testes ex hoc existunt non solum oes prouinciæ Græcorum, de quibus originem duxisse cõprobatur, verum etiam omne Orientale regnum. Testes etiam & barbarorũ diuersæ nationes diuersis linguis vrentes, vniuersam penè Aphricam habitantes, quæ obsequia ei piæ deuotionis exhibent. Italia verò habitatores præpitis animis (quamuis nostris temporibus inchoauerint) deuotè celebrare eius 19 festa solenniter didicerunt, eius miraculis alsidue iucundati: Ecclesias plurimas, auxiliante Domino, in honorem eius construere iam & dedicare meruerunt, vt hic eum patronum & aduocatum, & in futuro apud ipsam mundi cõditorem intercessionem habeat. Per eum qui viuut & regnat cum patre in vnitare spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Sed si vestræ charitati durius non est, volo adhuc de mirabilibus beati Nicolai vobis enarrare miraculum. Beatus itaq; & electus Domini nostri Iesu Christi Nicolaus Episcopus, dum vitam hñiret, & de hac luce migraret ad Dominum animam eius qui illi dedit eam, ad se de hac luce recepit. Clerici namque & sacerdotes sui, dum hoc conspicerent, gratias egerunt Deo, quod ita sui 20 confessoris animam eleuaret ad cœlum. Tunc accepta aqua, vt corpus lauarent beati Nicolai apprehenderunt linteaminam sancti corporis, & expoliare cœperunt. Erat autem ibidem quidam nomine Cethron, & cœpit rogare eosdem sacerdotes & clericos, vt ostenderent in eum misericordiam, & vt aliquid de sancti viri vestimentis sibi dari

sibi dari debuissent. Et dicebat eis cum lachrymis, & desiderio magno: Ego veni benedictionem à Domino meo Nicolao accipere, & concessum mihi non fuit, vt vel vitam eius cõspicerem. Obsecro vos, vt vel aliquid de vestimentis eius sancti corporis mihi præbeatis, vt id habeam tantum in honorem sanctissimi Domini mei. Præsbyteri verò & clerici beatissimi Nicolai hæc audientes, & talem petitionem & desiderium cognoscentes, dederunt ei vnum de linteaminibus 21 sanctissimi viri. Cethron autem vt accepit vestimentum beati Nicolai eum desiderio magno, tulit locellum nouum, vbi nullus hominum vsus fuit, & cū gaudio reclusit illud, & ibat latus, dicens: Gratas tibi ago Domine, quia de Confessore tuo sanctissimo reliquias porto. Obsecro Domine, vt per has beati Nicolai reliquias de lûbis meis des mihi filium. Reuerfus deniq; Cethron in ciuitatem suam, quæ dicitur Excoranda, ad vxorẽ suam, quæ dicebatur Euphrosina, cœpit dicere: Ecce reliquias beati Nicolai Archiepiscopi, quem tu desiderasti videre: deprecemur illum vt per suas sacras 22 reliquias aperiat Deus vuluam tuã, & de tuis viscëribus det nobis filiũ. Tunc Euphrosina repleta gaudio, dicebat: Domine, tibi gloria, qui nobis peccatoribus tantam gratiam concessisti, vt beati Nicolai haberemus reliquias, & rogare cœpit virum suum Cethron, vt Ecclesiam in honorem beati Nicolai construeret, vt per suas orationes adimpleret Deus desiderium suum. Cuius precibus Cethrõ benignè fauens, Ecclesiã fabricare cœpit extra portas ciuitatis, in parte Orientis quasi stadij duobus. Quæ dum completa fuisset, 23 dedicauit eam Apolonius episcopus eisdem ciuitatis, in honore beati Nicolai, in qua recondidit linteamin illud. Tantum 24 autè odorem cœperunt habere reliquie vestimenti sancti viri, quod vsq; ad duo completa stadia locus ille splenderet miraculis, 25 vt vndecunq; ibidè languentes venirent, statim Deus per B. Nicolai merita beneficicia præstaret. Cæcos illuminabat, surdis auditũ præbebat, & qui spiritus diuersis iniquitatibus habebant, sanabantur. Omnes deniq; gratias Deo & beatissimo Nicolao cœperunt agere, qui tanta miracula operari dignatus est in populo suo per seruũ suũ Nicolau. Ornauit itaq; Cethron latera muri coronis aureis, & decantabat Dño Deo laudem quotidie, & dicebat: Domine 26 pijsime & misericordissime Nicolae, ego seruus tuus peto, vt adimpleas desiderium meum, & depreceris pro me Dominum, vt de carne mea det mihi filium. Cumq; quotidie hæc oraret, concepit Euphrosina ex eo filium, & expleto tempore peperit eum in sexto die mensis Decembris, & vocauit eũ Adeodatus: & ad omnes dicebat grauter; Quia per beati Nicolai reliquias, dedit mihi Dominus hunc quem conspiciatis filiũ. Erat enim infans clarissimus & speciosus valde. Post hæc omni anno cū læticia magna cœperunt celebrare solennitatem beati Nicolai in anniuersario natiuitatis filij sui. Cum autè compleisset puer annos septem, venit Cethron & Euphrosina cum filio suo, & cum his qui inuitati erant, ad festiuitatẽ B. Nicolai, Venerunt autem & Agareni, & prædati sunt omnes viros ac mulieres, inter quos etiam & puer captus est filius Cethronis. Cethrõn verò cū vxore sua liberatus est, & oblitto puero præ pauore & timore, venerunt in ciuitatem suam Excorandã. Agareni verò duxerunt captiuos in Babyloniam, & diuidentibus inter se captos, peruenit puer Adeodatus filius Cethronis in manum Regis Marmorini, Euphrosina verò & Cethron cœperunt filium quaerere: Et cum non inuenissent, sciderunt vestimenta sua, & capillos cœperunt euellere, & facies suas percutientes, atq; lachrymantes, mater dicebat: Heu heu mihi, vnice fili mi, quid miseræ matri fili de te accidit. Ego misera cum petitione magna à Domino meo Nicolao cum viro meo petij: & illo rogauit Dominũ meum, & te nobis donauit. Non ideo petiuimus vt oculis nostris videremus de te talem perdicionem, sed gaudium & exultationem in vita nostra de te expectauimus, & optabamus vt tu clauderes oculos nostros. Ecce nunc ego vacua sum de te fili mi. O Domine mi B. Nicolae confessor Christi, quia per te illum habui, tu illum mihi redde, vt videam illum antequam moriar. Per tuam sanctam intercessionem venter meus dolorem perpeissus, & caput meum infirmatum est: & postquam illum filium meũ ante oculos meos vidi, præ gaudio non memini pressuræ, sed gaudens permansi. O sancte Nicolae miserearis miseriarum mearum, quia te sciente ego misera illum nutriui, ego alui: & nunc plenum est pectus meum doloribus, quia non videro vnicũ filium meum. Sancte Nicolae, obsecro, redde filium meum, vt sicut me lactam fecisti, quando illum mihi dedisti, ita & nunc quando in captiuitate est delitutus, obsecro vt & certiorum me ex illo facias, & reddas filium meum. Carnem 27 non comedam, vinum non bibam, quousq; filium meum non viderẽ. Tunc cœpit Euphrosina ieiunare, & orare, & non comedebat nisi tribus in hebdomada diebus & semper dicebat: Beate Nicolae redde, obsecro, filium meum. Cum peruenisset autè propinquius sanctæ solennitati beatissimi Nicolai die quinto mense Decembris, cœpit dicere vxori suæ Euphrosinæ Cethron: Mulier acquiesce consilij meis, & pergamus ad B. Nicolai solennitatem, & quicquid Dominus dederit nobis, pauperibus erogemus, & patrem nostrum sanctissimum rogemus: Forsitan sicut liberauit tres illos innocẽtes de laqueo mortis, & de ira

21 Ecce quòd ois res, etiam externæ sanctorum generã de sunt.

22 Linteamẽ scilicet sacras reliquias appellat, et vult orare vt per eas deus vxoris suæ vuluã aperiat.

23 Edificauit ecclesiam in honorem S. Nicolai, et cã Episcopus consecrauit.

24 Vide quid faciat Deus pro ostensione sanctiuitatis rerum sanctorum.

25 Quanta miracula, et beneficia præstet Deus per merita S. Nicolai.

26 Inuocat diũ Nicolauem.

27 Ecce abstinentiam a carne et a vino cū voto, ieiunia et orationes cũ sancti inuocatione, et impetratione re dicit filij captiui.

27 Huius imaginis miraculum cõstat modernorum Hæreticorum blasphemias et deliramenta cõuelli. Nã scaturum vsus esset illicitus, et Deo displiceret, nequas quam miras inuentu imaginis istius fieri permittisset.

28 Construxit in honorem sancti Nicolai, Becclesiam.

29 Itali festa diei Nicolai solenniter celebrare cœperunt, et Ecclesias plurimas in eius honore construxerunt et dedicauerunt, vt eum apud Deum intercessorem habeant. Nota hæc omnia. 20 Qui animã cõfessoris sui ita eleuauit ad cœlum.

Constantini Imperatoris, & ad salutem adduxit, ita filium nostrum reuocabit. Credo equidē, quia ab illo hæc mihi inspiratio venit. Euphrosina deniq; ubi talia audiuit, commota sunt viscera eius, & cepit flere, & facere sicut vir eius præceperat. Cumq; in Ecclesiam ingressa fuisset, expandit 23 ad cælum manus suas, dicens: Domine Iesu Christe fili Dei viui, respice in me peccatricem, exaudi me: & per merita huius beatissimi Nicolai, sicut liberasti multos viros de pelago mortis, & ad salutem adduxisti, & tres innocentes de periculo mortis: sic libera Domine, filium meum de manu Regis Agarenorum, & duc eum ad me: vt cognoscamus & credamus, quia tu es qui omnia potes, & vales eripere omnes qui in te confidunt, & a nexu & vinculo mortis liberare: & es mirabilis in sanctis tuis in sempiternum: qui viuus & regnas in secula seculorum. A M E N.

28 Oratio cui ex-
positione manus ad
cælum.

29 Sacerdotes &
Leuite ceperunt
canere horas ad
laudem Domini, &
beati confessoris et
Episcopi.

Cumq; orationem compleisset, salutauit omnes, & refectionem cepit parare clericis & pauperibus, qui ad solemnitatem venerant sanctissimi Nicolai. Sacerdotes 29 verò & Leuite simul omnes canere ceperunt horas ad laudem Domini, & beati Confessoris, & Episcopi. Post actas horas omnes se ordinantes pariter cibum ceperunt inuicem sumere: & statim res mira & inaudita secuta est. Ipsa hora qua sacerdotes cibum sumere ceperunt in solemnitate beati Nicolai, eadem, inquam, hora, Rex qui erat in Babylonia, in cuius obsequio erat infans, cepit dicere militibus suis, atq; magistratibus, & ducibus: Dico vobis beatissimi mei, quia ab hora qua natus sum vsque modò, non fuit mihi vnquam comedendi voluntas, sicut modò est. Parate mihi cum festinatione cibum quo vesci debeam, & mensam ponite. Ministri verò cum talia audissent, posuerunt mensam, & omnes pariter ceperunt cibum sumere. Cæpit Rex post hæc clamare, & dicere: Poculū mihi præbere, quia velociter bibere cupio. Tūc infans qui erant in obsequio suo, cum talia audisset, parare scyphum, & aqua mundare cepit. Et subito commemorauit inter se, & dixit: Heu me, quia expletus est annus, quo captiuus veni in obsequium regis: & longa suspiria trahebat in sensu suo. Rex verò cum audisset talia audisset, respondit ei: Dic mihi, pro qua causa fortiter suspirasti? Infans verò tremefactus cum timore cepit ei dicere: Domine Rex, recordatus sum subito in mente mea, quia hodie expletus est annus, quo hic apud te captiuus existo, quia pater meus, & mater mea in hac die faciebant magnam solemnitatem in Ecclesia sancti Nicolai Domini nostri, Rex cum talia audisset, respondit, & dixit ei: O miselli, quid vobis prodest ista cogitare, cum ego vos apud me habeo? Et quis est qui de manu mea vos tollere possit, quamdiu Deus noster vult facere, vt vos habere debeamus? Fer mihi bibere. Infans accepit scyphum ad potum parandū, & aquam in manu sua ad lauandum scyphum. Subitò 30 vir Dei Nicolaus adfuit, & apprehendit infantem per verticem capilli capitis sui, & reportauit, & reddidit illum matri suæ. Cumq; rescirentur omnes extra fores Ecclesiæ, viderunt illum ibidem stantem, & scyphum & aquam in manu tenentem: qui euntes interrogare ceperunt eum, dicentes: Quis es tu? Et ille dicit: Ego sum Adeodatus Cethronis filius. Cum audisset hæc Euphrosina mater eius, commota sunt quippe viscera eius super eum, & cepit flere præ gaudio, & currens amplexata est eum, & tenens collum filij sui gaudere cepit, & dicere: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui nō me fraudasti à gratia tua, sed exaudisti me super filium meū, & vidi illum oculis meis, antequam me vocares de hoc seculo. Qui cum patre & spiritu sancto viuus & regnas Deus per omnia secula seculorum. A M E N.

30 Quid hic dicit
heretice, qui blas-
phemas sanctos esse
mortuos? Vides
tur ne tibi mor-
tuis Nicolaus, qui
tam mirabile opus
pertraxit?

VITA DIVI NICOLAI EPISCOPI,

Per Suidam scripta, Alberto Lino Clerico Veronense Interprete.

Nicolaus Myre, quæ est in Lycia, Episcopus, & ardens Christianorum amator, & Dei valde familiaris fuit. Hic sanè nihil scripsit. Cæterum quum in somnis Constantino regi astitisset, & tres ducis cuiusdam calumniatoris opera capite damnatos, exaudita eorum precatione liberavit: & alios quosdam milite similitèr à morte eripuit, nec vsque in hodiernum diem cessat eius patrociniū implorantes à omni necessitate vindicare.

1. Nota pro inuocatione sanctorum, & quod diuus Nicolaus iudicat qd. omni necessitate implorantes eius patrociniū.

VITA

SANCTORVM HISTORIA. Pars. II. 279
VITA ET MIRACVLA SANCTI

Patris nostri Nicolai Episcopi Myrorum Lyciæ.

Apud Simeonem Metaphrasten.



CITA quædam res est manus pictoris, & quæ pulchrè quidem scit imitari veritatem, & rerum signa ostendere euidentia: sed res est magis scita oratio, & pictura longè efficacior: ad id quod vult ostendendum, & rem oculis subiiciendam: quòd & magis scit incitare ad imitationem, & aliquem stimulum imitationis in animas immittere, & ad paria excitare. Iam enim vita eorum qui ex

VI. Decēb.

Deo vitam egere, expressa oratione, multos ad virtutè attraxerit & aduocauerit, & ad simile zelum omnino accenderit. Quomodo etiā vita diuini patris Nicolai: & eius potius quàm alius alterius, quòd & aures delectat, & animā afficit læticia, & excitat animū ad honestarū rerū operationē. Sunt ergo res eius narrandæ, & oratione cōprehendendæ pro viribus, etiā iam olim quidè multis cognitæ, & quæ nulla indigent historia, nisi ad eas repetendas, & in memoriam reuocandas, & ad vestrum virtutis amantium lætificandos animos. Huic ergo magno & admirando patri patria quidem erat Parara, Lyciæ ciuitas, prius insignis. Parentes autè honesto quidè loco nati: eas verò possidentes facultates quæ sufficiebant, & non erāt superflua: qui quidè mundanā gloriam & pompam ne gustauere quidè, & filio futuri erant pulchrū exemplar ad hoc vt ei gratū esset nil possidere, ei soli quod bonum est vacantes, & id modis omnibus persequentes. Hi plantati secus decursus aquarum pietatis, simulatq; dat in tempore fructū diuinū Nicolaū, mater cessat parere, sterilis ab illo tempore manes, & nullos produces liberos, quodammodo proficiente natura non posse eā alium talem proferre. Sed cum eū primū simul & vltimū, generosum ramum mater in lucē edidisset, multiplicē spiritu eum coniuge fructū dedere virtutum cumulū: hac verè pulchra locupletati sobole, Nicolaus, inquam, admirabili. Ex his natus præbuit indicium suæ cum Baptista coniunctionis, eius quæ ipsum peperit sterilitate: quod ille quidem in lucē editus soluit matris vterū: hic autè contrā claudit. Cum autè oporteret eū lactare vt infans, & maternis admoueri vberibus, hic quoq; Deus significat qualis esset futurus Nicolaus, cum venisset ad ætatem quæ saperet. Nam tota quidem hebdomada mamilla vtebatur vt infans: cum venisset autè quartus dies & parasceue, semel in vtroq; eorū lac sumebat, idq; vespertino tēpore, sub perfecta regula educatus etiā ante puertiam: & familiarem sibi esse abstinentiam ostendens ab initio. Cum sic ergo educaretur, & bonos mores partim quidem ex illis ipsius parentibus exprimeret, partim autè ipse ex se produceret & coleret, tanquā bona aliqua & generosa terra, & iam ad idoneā peruenisset ætatē, traditus fuit Grammatico. Is verò cum optimo & acutissimo ingenio plurimas disciplinas breui tempore percepisset, ciuile quidem & forensē genus doctrinæ respuit. Insolentes autem soliditates declinans, & consuetudines, & colloquutiones cum mulieribus, & vel oculos in eas iniicere sibi interdicens, curam gerebat verè temperantia: & iubens valere externas conuersationes, diuinis omnino vacabat adibus, & mallens in eis abiectus esse ex diuini Davidis sententia. Postquam autem in diuinarum scripturarum, & de Deo dogmatū cognitione satis elaborasset, & ornatus esset gratis innumerabilibus, accuratq; & exactam vitæ formam quæ decet Sacerdotes, verè obseruaret, quinetiam vel ante canos essent eius mores cōstantes & similes, rogabat ipsū vt fieret 2 præbyter. Hortatu ergo eius patris, ab Antistite qui tūc erat Myrēliū, ordinatur præbyter: & Deo qui ipsum dederat, redditur, vt qui parentibus re vera fuisset donum precationis. Hic autem Myrensiū pontifex donum diuini spiritus consecutus, videns iuuenis animam florentem virtutibus, prædixit gratiam quæ in eo erat abundantia, sic dicens: Eorum quidè qui tristitia afficiuntur, erit benignum solariū. Pulchrè autem pascet animas: & eos qui errauerint, reuocabit ad pascua pietatis: Et apparebit seruatur ijs qui fuerint in periculis. Quæ quomodo tempore postea ad effectum deducta sint, declarabunt ea quæ deinceps consequuntur.

1. Quarta & sexta feria Nicolaus infans semel sugerat vbera, in signū ieiunij et abstinentie.

2. Si rogabatur præbyter fieret, ab Antistite est ordinatus: non sunt omnes ex æquo sacerdotes, vt voluit impij dogmatista.

3. Vigilie ieiunia, & orationes, sancti fuerunt exercitia.

4. Peregrinatur Nicolaus ad loca sancta, vt visitet Domini sepulchrū, & ieiunare lignum crucis adoret.

esset Hierosolymam admirandus Nicolaus, ut viuificū Christi sepulchrū & salutare lignum crucis in ea adoraret, impleuerunt isti locum illius: & ea quæ ad templum eiusque dispensationem pertinebant, ita administrarunt, ac si ille adfuisset. Sed hæc quidem: postea.

Cum autem eius parentes iam è vita excelsissent, sacratū hæres relictus, & ea perpetuū faciens quæ par est filium qui diligit parentes, non statim alpegit ad diuitias: neq; quemadmodū amplificaretur, & ei permaneret hæreditas, vel paruam vllam curam gerebat. Nam cura iam olim omnibus mundanis renunciaffet delictijs, per eā quæ est hæc consecuta viuendi rationem, contendeat ostendere vera vitæ proemia: & principio consentiens reddere id quod deinceps accesserit. Et ideo omnia sua Deo permittens: Norā fac mihi Domine, dicebat, viā in qua ambulem. Quoniam ad te sustuli animā meā: & doce me facere voluntatem tuā, quoniam tu es Deus meus. Quoniā in te proiectus sum ab vtero: A ventre matris meæ Deus meus es tu. Audiui autem diuinum quog; David sic dicentē: Diuitiæ si assuuant, nolite cor apponere. A sapiente quog; Salomone: Eleemosynæ & fides ne te deficiāt: non desitebat benefacere, sed erat manus aperta egentibus: & fluius fluens multo & quieto fluente. Verūm enim uero iam par est meminisse singulorum, ut diuitiæ eius bonitatis cognoscantur accuratius. Vir quidā qui ex claro obscurus, et ex diuite fuerat factus pauper, quoniā redactus erat ad summam rerū omnium inopiam, cum ipsa etiam ei defecissent necessaria, prohi dolor quousq; progreditur egestas? Statuerat filias suas (erant autem tres forma insignes) mercede ad libidinem prostituere volentibus: & ex earum quæstus se & filias alere. Eas enim matrimonio coniungere non poterat, quod propter nimiam paupertatem omnes eas dedignarentur. Is ergo in his erat: & hanc improbā animo versabat cogitationem, & iam ad miserabile opus aggrediebatur. Sed tu Domine qui es & natura bonus, & omnis boni causa, & benignè inflicteris nostris necessitatibus, efficit ut hoc veniat ad aures Nicolai: & bonum mitis nūtrium, & promptū opitulatore ad eū qui iam veniebat in animæ periculū, qui simul & eius solaretur paupertate, & liberaret à re quæ erat grauior paupertate. Vide autem sancti cum prudentia commiserationem. Non enim sustinuit ad eum accedere, & de eo paucis differere: neque ei ostendere manum quæ illi benefecisset, quæ solent facere qui sunt ad misericordiā pusillo & abiecto animo. Sciebat enim hæc esse grauiā ijs qui ab opibus & gloria deciderunt ad inopiam, ut quæ eos pudore afficiant, & priorē felicitatē reuocent in memoriā: sed perinde ac Euangelicū præceptū contendēs superare, quo iubetur, ne id quod sit dextra fidei sinistra credatur: ne ipsū quidem qui afficiebatur beneficio voluit adhibere testē eius quod fiebat: tantum aberat ut gloriam quæreret ab hominibus. Nam ipsi etiam boni colligant, magis studebat latere, quam ij qui mala faciunt. Certè cum auri permultū simul colligasset, in tempesta nocte venit ad eius viri aedes, & cum id per quandam inieciisset fenestram, domū statim reuertitur, veluti erubescens videri dare. Manè ergo cum vir ille surrexisset, & aurum inuenisset, & deinde vinculum soluisset, fuit obstupefactus, & se falsum esse putabat, timens ne non esset aurum id quod cernebatur. Vndēnam enim tale quid fuisset suspicatus, noluisse benefactorē eū habere consciū beneficii cui benefecerat? Quocirca summis id atterens digitis, & curiosus intuens, ubi cognouit id verè esse aurum, lætabatur, mirabatur, dubius erat animi, præ gaudio calidas effundebat lachrymas. Postquam autem multa apud se versans, neminem habebat eorum quos cognoscebat, cui adscriberet id quod factum fuerat, hoc Deo acceptum ferebat: & lachrymis non cessabat ei gratias agere: sui quog; in Deū peccati culpam contēdebat soluere ante alia, & vnam ex suis filiabus, nempe primam, viro cōiungit matrimonio, pro dote ei soluto auro quod abundè fuerat suppeditatū. Quod quidem postquā venit ad noticiam Nicolai admirabilis, & hominē cognouit fecisse ex eius animi sententiā: hoc enim erat ei studio per nuptias auferre mali occasionem, paratus erat similia quog; facere in secundam filiam: atq; adeo tantundem auri pondus alligatum mitit per eandē fenestram, noctū, omnibus inscientibus. Cum verò vir mane surrexisset, & aurum similiter inuenisset, eodem modo rursus fuit obstupefactus: humiq; prostratus, solum calidis irrigabat lachrymis: Deus, dicens, qui vis misericordiam, dispensator nostræ salutis, qui etiam prius propter meam homo factus es inobedientiam: & nunc me cum filiabus liberas à laqueo alieni, ipse mihi ostende eum qui tuæ deseruit voluntati: qui inter homines est Angelus, & imitator tuæ benignitatis: quis hic est qui nos eripuit à paupertate quæ nos premebat, & à tetrīs soluit cogitationibus. Ecce enim tua misericordia secundam filiam trado viro coniungendam matrimonio legitimo, quæ iam vitauit, ne sit præda diaboli, & ne mihi quæstum adferat quonīs damno, prohi dolor, grauiorem.

Hæc dixit: & secundæ filiæ statim celebravit nuptias, erecto iam animo, & bona spe ductus fore ut nec in tertiā quidem ei sit defuturus, qui eam accipiat coniugem. Se enim iam in promptu putabat habere dotem, ex prioribus, de ea quog; ut par erat, cōcipiens fiduciam.

Erat

Erat itaq; attentus & sollicitus, & totas noctes vigilabat assidue, ne eo insciente accederet egregius ille suppeditator pecunie: sed si veniret, eū ambabus manibus apprehenderet, & ex eo sciret quisnam esset, & vndē aurum ad eū afflueret. Atq; ille quidē sic vigilabat, aduentū eius prætolans. Tertiū autē pedetentim accedit Dei seruus Nicolaus, cum esset nox profunda, & cum venisset ad locum consuetum, tantundē auri rursus alligatum immittit per eandē fenestram. Pater verò postellum cum sensisset strepitum auri quod ceciderat, & animaduertisset adesse consuetum opū suppeditatorem, quā citissimè potuit, eum est persecutus, eiq; eum comprehendisset, & cognouisset quisnam esset (neque enim is propter virtutem & splendorem generis erat obscurus) prociat ad eius pedes, & illum redemptorem vocabat, & adiutorem, & seruatore animarum quæ iam ad extremū adducebantur periculū: Nihil enim, dicebat, tuas magnus ille in misericordiā Dominus excitasset miserationes, iam olim perissem intelix pater cum tribus, heu mihi, filiabus. Sed nunc nobis per te dedit salutem, & ab acerbo casu peccati liberauit: & exiit mendicos è sterquilinio, & è terra surgere fecit pauperes. Hæc ille quidem cum lachrymis lætitiæ, & calido spiritu fidei ei dicebat: & ad beatos illos pedes adhærescebat. Ille autem postquam cognouit se iam homini euasisse manifestum, eum facit surgere, & sacramento illius astringit animam, ne apud alios proferat quæ facta fuerant toto tempore vitæ suæ: neq; publicet misericordiā. Hoc est huius viri vnū, & quod est maximum, & maximè cognitū. Eius verò quæ quotidie fiebant in egenos distributiones, & panis mendicis suppeditationem, quos in fame alebat, & bonis implebat animas esurientes. Sed ad hæc ne mediocriter quidem dicenda suffecerit aliquis, Quoniam autē etiam virtutem amabat perfectiorem, & maiorem apud Deum coniunctionem assequi: & familiaritatem, capitur quidem amore silentij, animo verò concipit abscedere, ut pote quod non posset aliter assequi quod desiderabat. Vacatē enim, inquit, & cognoscite. Quamobrem statuit se longè remouere, & conuenienter Propheta habitare in solitudine: & cum aliquando ei visum esset venire Palæstinam, ut sancta loca videret, in quibus qui pro nobis passus est Dominus in mundo est versatus, cum ascendisset nauem quæ tunc venerat ex Ægypto, tendit versus Palæstinam, simul quidem quærens eam quam desiderabat solitudinem, & proficiscens ad visenda loca sancta. Sed de his quidem dicere differamus: paululum autem immoremur in navigatione: atque nauigabat quidem rectā in Ægyptum. Cum autem nihil futurorum à nautis prævidetur, is tempestatem maximam & fauos ventorum impetus eis prænunciat. Dicebat enim se vidisse malignam nauem ascendentem, velique & clauitudo: res gladio dissecantem, & totā nauem retinentem & circumagentem, & volentem eam cum viris ipsis submergere. Sic, inquit, & statim veluti signo dato, vehemens quædam procella spirans è nubibus, pelagus tollit in fluctus maximos, & qui cum eo nauigabant, non minus fluctuabant animis, & prope magnum stantes Nicolaum, Deum quidem precabantur, ipsum verò rogabant, ut opem ferret in grauissimum additis periculum, & nullam sperantibus mali solutionem: ex eo quod ipse prædixisset, sperantes eum posse etiam opem ferre. Ille autem eos iussit bono esse animo, & pollicitus est breui futuram à malo liberationem. Omnia certè quæ eis molesta erant citò sunt ablata: mareq; euasit placidum, & in perfectā mutatū est tranquillitatem: & ipsi obliti lamentationum, ad lætitiā animi sunt conuersi, Deo & eius famulo agentes gratias: & dupliciter eam admirantes, & quod prædixisset, & quod tristitia remouisset. Sed cum hæc ita se haberent, quidam ex nautis cum in summum mediæ antennæ ascendisset, ut nautis armamentorum rectè aliquid componeret: cum iam illinc esset descendurus, ex alto lapsus cadit in mediā nauem, & ille quidem iacebat nihil spirans, & videbatur mortuus. Ille verò ad opem ferendam etiam antequam vocaretur paratissimus, oratione eum facilius quā si somno detineretur, excitat: & viuū rursus nautis reddidit. Deinde cum vela omnia expandissent, & aura leni & suauis confecissent sequentem deinceps nauigationem, cum iam terræ appulissent, multas Dominus per Nicolaum fecit curationes. Nam & cæci statim clarā lucem aspiciant: & alij qui laborabant, liberabantur ab iis quæ habebant malis. Et ut semel dicam, nullus erat qui ab vllō detinebatur morbo aut ægritudine, aut vlla etiam opprimebatur molestia: qui si ad Nicolaum accessisset, non statim curaretur: & leuaretur eo quod illi adferrebat molestiam. Cum sic ergo non solum facilis, sed etiam gratuita facta sit curatio, quænam oporteret abesse ex ijs, qui male se habebant data ratio consideranda: rursus verò quā multi fuerint qui curabantur: deinde etiam quanta feret ad Deum gratiarum actio, & quanta esset celebris eorum qui eum glorificabant. Cum illinc autem profectus esset ad Christi sepulchrū, rursus etiam venit ad venerandum Golgotha, ubi etiam pro nobis fixa est crux salutaris. Deinde etiam noctū accedit ad diuinum lignum crucis. Et ei quidem sua sponte aperiantur sacrosancti loci portæ. Cum feruentes autem preces, & multam illis obculisset adorationem, consequitur etiā maiore boni spiri-

5 Vide iterū per
egrinationem ad
loca sacra

spiritus operationem. Postquā verò satis versatus fuit in Palestina, rursus per mare reuertitur in patriam, cum hoc diuina ei iussisset visio, ne suavi illius voce eius oues amplius priuarentur. Hic cum nauem ascendisset ille admirabilis, & naurarum arguitur improbitas, & diuini spiritus virtus in eo habetur in admiratione. Nam ille quidem erat nauigaturus in patriam: & cum hoc prius pactus esset cum bonis illis nautis, ita nauem ascendit. Illi verò postquam sustulissent anchoras, domum versus tendebant. Cum è portu ergo egressi essent, & velum extendissent, secundò vèlentes, nauigabant in patriam suam. Nequaquam autem hoc contèptui habuit iustitia, sed euestigio eos est persecuta: & violenta quèdam repente exorta tempestas, clauum auulit, & detraxit gubernacula: & ipsis quidem vltimum minabatur periculum: illum autem appulit in portum patrie. Quid ergo ille magnus & misericors animus? Ne acerba quidem in eos vsus est oratione. Sed cum primùm eos vidit mutatos, & acerba motos poenitentia, à propria quoque victus est bonitate: & secunda nauigatione eos rursus remisit in patriam. Ipse verò sanctæ Syon iam redditus monasterio, quod ab eius patruo olim pulchre fuerat ædificatum, vt iam antè declarauit oratio, iucundè ab eis est visus, & omnes qui in ipso erant repleuit voluptate: eosque excepit liberali & munifica gratia. Sapienter autem res eius superna dispensabat prouidentia: & magnam hanc lucem erat magno impositura candelabro, & ideo eum rursus deduxit ad ciuitatem, diuinum mel virtutis diligenter operantem. Cum sic autem vitam ageret, vt humanos omnes lateret oculos, se magis aperiebat, & ostendebat esse maximi faciendum. Non enim celabat virtus operarium: nò magis quàm lux eos qui per illam ambulant. Quin etiam fructus laborum illius citò arborem indicabant. Sed Deus quoque qui nouerat occulta cordis illius, non sustinens cultorem suum amplius latere, virum reddit manifestum. Quemadmodum autem hoc factum sit, attendenda est narratio. Cum illo tempore Myrensiū anistes & sedè & vitam simul reliquisset, & iter ad Deum esset ingressus, diuina subiit æmulatio subiectos ei Episcopos, & è clero eximios, vt vir dignus in sede reponeretur. Et cum essent aliquando omnes congregati in Ecclesia, consuluit quidam ex eis, Dei & sapientiæ illius dispensationi hanc rem precibus committere. Hoc cum omnes, tanquam vnusquisque suam elegisset sententiam, Deus qui facit voluntatem timentium eum, & exaudivit preces illorum, vni eorum reuelat eum qui erat presuturus Ecclesiæ: & ad eum aliquando diuina apparens visio, visa est ei iubere, vt veniens ad templi aditum illic staret: & dicere, qui primus ad templum venerit, is est qui meo mouerit spiritu: & eum accipientes (est autem ei nomen Nicolaus) eum create Episcopum, hoc enim est ei prædestinatum. Cum hoc vir ille diuinus accepisset mysterium, hæc synodo & clero communicat: & omnibus diligentius vacantibus orationi, is cui ille magnus fuerat reuelatus, venit in eum locum ad quem fuerat iussus. Iam autem circa matutinum diuino spiritu motus magnus ille Nicolaus, venit in Ecclesiam. Cum verò fuisset in vestibulo, eum accipiēs is qui illa fuerat, dignatus visione: Quomodo vocaris, o fili, diligenter rogauit. Ille autem comiter & simpliciter: Nicolaus peccator, inquit, Domine, seruis tuæ sanctitatis. Ille verò vir diuinus, postquam hæc moderata & humilia audiuit Magni verba, partim quidem ex nomine Nicolai quam ei prædixerat visio quæ apparuerat, partim autem ex summa modestia: Non ignorabat enim: Super quem Deus respicit, nisi supra mitem & quietum: cognoscens illum hunc esse quem Deus significabat, protinus impletur lætitia: & perinde ac si in aliquem occultum incidisset thesaurum, & lucrum esse reputasset viri inuentionem: dicit ei: Sequere me fili. Deinde eum assumpsit, & duxit ad Episcopos. Illi verò rem statim coniciunt quæ à viro prius eis dicta fuerat: & diuino gaudio ei quoque plenus fuit animus: & Dei suffragio conuenientem iudicant viri virtutem. Deinde sanctum statim ducunt in medium templum. Cum verò in omnem partem fama peruassisset, solet enim ea in rebus tam magnis valde contenta & celeri vtj penna: conluit quidem multitudo innumerabilis. Illi autem maxima voce: Accipite, inquit, o fratres, vestrum pastore, quem vobis vnxit sanctus spiritus, cui nostras animas gubernandas & instituendas tradidit: quem non humanum suffragium, sed diuinum præfecit. Habemus ergo quem desiderabamus: quem quærebamus, nunc accepimus. Cum ab eo rectè pacendi & ducendi simus, non deficimur spe fore vt Deo assisistamus populus peculiaris in die apparitionis eius & reuelationis. His adiecit populus gratiarum actionem, & locutus est lætitiæ verba ad Deum quæ verbis exprimi nequeunt. Sacra autem Episcoporum synodus vnà cum clero, cum quicquid iustum est, & sit de more in eo prius disposuissent, eum Pontificatus chrismate iniant, cunctantem quidem & dubitantem suscipere munus Pontificale, propter verè laudatam autem timiditatem vix ad sedem ascendentem Episcopalem, & Myrensiū suscipientem præfaturam & præfidentiam, rectè tractantem verbum veritatis, & pietatis recta tenentem dogmata, & ea docentem. In hac autem malignus inuidum iniecit oculum: sic enim florentè non ferebat pietatem, sed acris vehementiq; eos subiens, qui rerum potiebantur, statim

acerbiorum

acerbiorum effecit persecutionem: & edita venerūt imperatoria per vniuersum orbem terrarum, ad abnegandam pietatem fideles euocantia. Sin minus, vincula, & carceres, & grauissima tormenta, & postremò violentæ mortes, eos accipiebant protinus qui non obtemperabant. Ea breui perueniunt vsque ad ciuitatem Myrensiū, volucris vntentia ministris feruentibus impietatis amatoribus. Diuinus ergo Nicolaus, quoniam in ea erat magnus, res defendēs & colens Christianorum, & pietatem libera voce prædicans, comprehenditur ab iis qui primas partes tenebant in ciuitate: & condemnatus vt in vincula coniceretur, & omni suppliciorum genere torqueretur, cum multis aliis Christianis traditur in custodiam, in qua etiam mansit non paruo tempore, nulla re quidem quæ bona esset fruens: mala autem carceris ferēs tam forti & generoso animo, quàm quis ferret ea quæ essent grata & iucunda. Sed nec sic quidem intermittebat suos in fide alere: infirmo & infracto fundamento pedes illorum statuēs, & eos reddens viuiores & acriores pro veritate.

Sed statim sol apparet post nubem: & leuis & suavis quædam aura post procellam, benignusque & clemens meus Christus desuper ad suam intuens hereditatem, destruit quidè omnia impietatis sceptrâ, tollitque de medio, Diocletianos inquam, & Maximianos, & quicunque fuere post eos Gentiles: erigit autè cornu salutis populo suo, & figura crucis per stellas apparet Constantis & Helenæ filium Constantinum euocat: & ei tradit sceptrum Romanorum. Is verò cum esset sapiens, & eum qui vocasset non ignorasset, in eo confidit: & deiecit omnibus aduersariis, accerrimè defendit pietatem: & iis qui prius fuerant Imperatoribus cecinit palinodiam: iubens quidem dirui templa simulachrorum, solui autem è carceribus eos qui fuerant inclusi propter nomen Christi, & ædificari templa Christianorum: & Ecclesias suum ornatum suscipere. Cum hoc ergo decretum omnem eius imperio subiectam comprehendisset regionem, in suam patriam reuertebantur omnes Christi confesores. Suum itaque pontificem Nicolaum ciuitas suscepit Myrensiū, instituto quidem ac voluntate martyrem & incrementum victorem. Ille autem à Deo datis omni ex patre florens donis, & morbos omnines curabat, & fuit breui clarus & gloriosus, non solum apud fideles, sed etiam apud multos infideles, & habebatur in omnium animis in maiori admiratione quàm quæ possit verbis exprimi. Et ideo cum videret adhuc restare multas aras simulachrorum, & magnam Daemonū cateram in eis habitare, & non paucos perdere ex Myrensiū, diuino zelo animo incensus exurgit fortissimè, & omnem illorum obiens regionem, si in aliquam aram aliquando incidisset, humi deiiciebat, & in puluere coninuebat, & sic procul expellens demones multitudinem, effecit vt grex pace tranquilla frueretur. Cum sic bellum gereret sanctus aduersus spiritum improbitatis, sit quædam ei è superis inspiratio & diuinior cogitatio, vt ne à Diana quidem templo abstineret: sed ipsum quoque aggredere, & ei idem faceret quod prioribus: erat enim id & pulchritudine admirabile, & alios superans magnitudine, & iucundissimum demonibus habitaculum. Cum ergo maior aduersus hoc templū eum subiisset impetus, idque iuuenilis & acris esset, non solum diruit omnia quæ supra terram eminebant, & ea humi deiiecit, sed etiam totum còuulsit ab ipsis fundamentis, & ad summam, tēpli quidem ea quæ erant in aère sublimia humi deiiecit: quæ autem erant sub terra, proiicit in aërem. Mali verò demones ne aduenientem quidem sanctum vilo modo poterant sustinere: sed etiam voces emittebant fugientes: & affirmabant, se ab ipso magna affici iniuria, & inuitos à rebus suis excedere. Et hæc quidem sancto sic procedebant: & bonum exitum est affecta quæ ab ipso aduersus demones suscepta fuerat expeditio. Sed aliarū eius rerū vult rursus meminisse oratio, & non mandare obliuioni ea quæ digna sunt quæ dicantur, & mandentur memoriae. Cum enim Constantinus, qui primus Imperator elegit esse pius, administraret Romanorum imperium, & hic magnus Pontifex suam exereret plebem ad recta suscipienda dogmata, & si quid in eis erat alienum, & adulterinum, id totum radicitus excinderet, Niceæ quidem omnes congregant Orthodoxi, vt pium fidei decretum constituerent: Arrii autem impiam procul expellerent blasphemiam: & conciliarent pacem vniuersæ Ecclesiæ, decernendo filium esse patri honore æqualem, & ambas partes coniungendo in vnā. Fit ergo hic quoque admirabilis Nicolaus pars sacræ synodi, & strenuè resistit nugis Arrii, & cū omnia dissoluisset, & accuratam fidei regulam omnibus tradidisset, illinc recedit, & ad suum gregem reuertitur, adhortans omnes & adducens ad virtutem: & tractans doctrinam acris & feruentis. Cum autem aliquando fames inuassisset Lyciam, alimento etiam opus habebat ciuitas Myrensiū, & iisdem malis laborabat. Cuidā itaque nauæ qui frumenti fecerat mercaturam noctu magnus apparet Nicolaus, & ei tribus datis pro arra aureis, iubet eum proficisci in ciuitatem Myrensiū, & iis qui sunt illic vendere frumentum. Excitatus itaque mercator aureis in manu inuentis, cum visionē mente agitasset, & quod factum fuerat esset admittatus, venit Myram. Et ille quidem vendit frumentum in ciuitate: qui verò in ea erant, inue-

Si Christianus
Imperator madae
templa ædificari;
& Ecclesias suam
ornatū suscipere,
qui contra hoc facti
sunt, iam nō Chri-
stiani sūt habēdi,
sed pagani vel he-
retici.

to eo famis solatio, id Deo & magno Nicolao, sicut etiam multa alia, adscribebant.

Deinde seditio à Taiphalis oritur in magna Phrygia, Quod cum audisset Imperator Constantinus, & de eo communiter liberaisset, tres simul ei subiecit duces exercitus, eorum aut nomina erant Nepotianus, & Vrlus, & Herpilion, ad res sedandas & componendas emittit in Phrygiam. Illi verò magna celeritate profecti Constantinopoli, appulerunt in quandam portum Myrensiūm provincie Lycie, vocabatur autem Andriaces nauale. Cum verò non cōcederet eis mare vt nauigarent, breui tempore in portu manserunt, & interea quidam ex eorū militibus è nauī exiit, ea comparaturi quę erant eis ad vsum necessaria. Quomodo autem solent milites alienarum rerum rapina & violentia valde delectari, iis hic quoque vtebantur: & res vexabant accolarum, & depopulabantur. Deinde res etiam processit ad seditionē, & excitatus est quidam tumultus ad Placoma quod dicitur. Hoc cum rescīuisset Nicolaus admirabilis, ille nihil cunctatus venit ad nauale. Postquam aut manifestus fuit paucis quibusdā, fama omnia peruasit, & protinus vniuersa ciuitas cum ducibus exercitus de more ei processit obuiam. Cum ille itaque exercitus duces interrogasset quamobrem & vnde venirent, illi dixerunt se fuisse missos ab Imperatore, vt componerent seditiones exortas in Phrygia. Ille verò eos in ciuitate acceptos splendide & magnifice hospitio excipit. Deinde cum illi militum tumultum sopiissent, & ab illo assecuti essent benedictionem, iam erant egressuri. Interea autem quidam ex ciuibus ad sanctum Nicolaum accedunt: & ad eius pedes magno animi ardore procidentibus, rogabant vt opem ferrent iis quibus siebant iniuria: & postulabant vt liberarentur a malis præsentibus. Præfens enim Eustathius, cum exultatū dicebant & lachrymis, pecuniis corruptus ab iis qui colunt inuidiam, & improbitatem, tres viros ex iis qui sunt in ciuitate, cum nihil omnino peccarint, morte multat. Pro his ergo vniuersa ciuitas miserandum in modum cruciatur & afflicatur: & in magno mœrore tuam implorat præsentiam. Si enim adiuuisset, non apud eam tale Sol scelus aspexisset. Hęc cum homo Dei audisset & imitator illius clementię, ad hęc excitatur & assurgit animo, zelum induens & fduciam, & assumptis Ducibus exercitus, statim viam est ingressus. Cum autem fuisset in quodam loco, is verò vocabatur Leo, rogabat eos qui accedebant, an de viris illis aliquid sciret, & vbi eos reliquissent. Illi autem in platea, inquit, apud Dioscoros qui vocantur. Ille verò rectā pergēs ad martyrium sanctorum Crescentis & Dioscoridis, vbi intellexisset eos modò portam egredientes duci ad Beran, is autem erat locus quo ad mortem ducebantur condemnati, gradum accelerans & quod deerat senectuti, cordis feruore supplēs breui tempore peruenit ad locum constitutum, & videt magnam quidem circūstantem multitudinem, viros verò, proh dolor, penè vinctis manibus, & opertos habentes oculos, & nudo collo, & extenso sectionem expectantes, miserabile spectaculum, & quod nec oculum quidem oporteat habere testem perpersionis: & ipsum carnificem qui iam gladium strinxerat, eademq; spirantibus & furiosis intuebatur oculis, & vel solo aspectu præ se ferebat immanitatem. Hęc postquam vidit, & in illud triste spectaculum coniecit oculos, lenitate temperans austeritatem, neque temerē & insolenter aliquid est locutus, neque timido accessit & pusillo animo, sed cursum accedens ad lectorem, ensē quidem eripit ex illius manibus, nullo timore affectus aut perturbatus, eum autem iacit humi: & viros illos soluit vinculis quibus erant ligati. Hęc euni facientem cum magna autoritate, nemo erat qui esset prohibitor, cum & insignem eius nosset virtutem, & eius pro iustitia zelum reuererentur. Atque iis quidem qui seruati fuerant, lætitia calidas mouebat lachrymas: & ob mutationem alacri animo simul exclamabant. Totus autē campus erat theatrum, laudabantque omnes, & in clamorem erumpebant ad conspectum eorum quę aspexerant. Tunc Præfens apparet Eustathius, sed eum cum apparuisset magnus despicit Nicolaus: & minimè admittit accedentem: & properantem procidere ad eius pedes repellit: & minator se de eo diciturum Imperatori, & aduersus eum Deum esse vocaturum, & in extrema eum esse mala adducturum, qui tam iniuste vtebatur magistratu, & magna mala agrediebatur. Ille autem & grauiter feriebatur stimulis penitentię: & cor eius mordebatur graui morsu conscientię. Ea ratione & lachrymis captabat misericordiam, eique sebat supplex: & toto animo rogabat vt magnus Nicolaus ei reconciliaretur. Deinde culpam quoque transferebat in Simonidem, & Eudoxium, qui erant primi Myrensiūm. Non ignorabat autem eum mentiri. Sciebat enim eum pecunia corruptum morte damnassee innocentes. Atque illi quidem maximas ei agebant & habebant gratias: & præclarus Christi seruus à lingua eorū caneatur: & illius solius hoc fuisse factum erat extra controuersiam. Ducēs aut exercitus diuinis eius dignati precibus, & eas honestum ducentes viaticum, venerunt in Phrygiam, & rebus illic omnibus, vt oportuit, compositis, & iis confectis quę iusserat Imperator, læti rediēte Byzantium. Hi accipiuntur ab Imperatore & magistratibus honorificè, & magnificè, & de cætero in regia erant clari & insignes: & erat magna in eos obseruantia.

Non erat

Non erat autem hæc equo passura inuidia: neque erant tolerabilia inuidorum oculis. Accedentes itaque quidam ad Præfectum vrbs, vt qui exultatione ab eis vinceretur, aduersus illos grauem adornant calumniam, dicentes illos duces non rectum capere cōsilium: neque eorum desiderium ad bonum finem tendere. Res enim nouas moluntur, quantum ad nostras aures peruenit: & mala machinantur aduersus Imperatorem. Cum de his ducibus hæc dixissent, & multo auro Præfectum emissent, per illum corrumpunt aures Imperatoris. Nam cum ipse protinus venisset in conspectum Imperatoris, narrat quę ab illis audiuerit: & persuadet vt indicta causa ab illo capiatur, & in carcerem coniciantur, ne nobis, inquit, non anima aduertentibus faciant ea quę sunt meditati. Sic quidem factum est, & coniecti sunt illi in carcerem, cum nec ipsum quidem scirent cur essent traditi in custodiam, tantum aberat vt aliquid malè machinati essent aduersus Imperatorem.

Intercelsit aliquantum temporis, & rursus malignitas tanquam non contenta prioribus, adimplet etiam id quod deerat. Nam sic quidem debebant illi viri afflictī in carcere: calumniatores autem cum viderent tempus fluere, timentes ne si euenisset aliquid inopinatum, struēt quidem arguerentur eorum insidiā, conuerteretur verò in eos periculum, rursus accedit ad Præfectum: & ei facessunt negotium, ne sic viros relinqueret, sed eis iustum inferret supplicium. Ille autem veritus ne aurum sibi auferretur, si finem nō accepissent quę erat pollicitus, accedit rursus ad Imperatorem: vultusque seueritate & ipso tristi affectu, præ se ferens malorum se venire nuncium: & simul volens ostendere se illius vitę curam omnino gerere, esseque in eum summa fide & beneuolentia. Deinde variè insidiosus verbis irrepit, & se ei insinuat, dicens: Domine, qui aduersus tuam mala sunt meditati potentiam, pro iis bonis quę à te sunt consecuti, ne in carcere quidem desistant à tali meditatione: neque vlla ducuntur penitentia: sed nunc quoque perseverant in cōptis prioribus: & improbè eadem rursus struunt. Nūc ergo si liceat quidem, eos iuste puniemus. Sin minus, at considerandum est ne si eos præuenierint, ipsi malè afficiant. Hęc conturbant Imperatorem, & iniiciunt ei suspicionem. Ipse ergo volens mentem liberare à sollicitudine, & in futurum non amplius timere, morte condemnat innocentes. Constitutum ergo fuerat, vt die sequenti morerentur. Vesper enim lata fuerat sententia, & ad custodem carceris venit infelix nuncius condemnationis: & illi de eis omnia significat. Ille autem cum multum suam deplorasset calamitatem: erat enim, vt videtur, longè Præfecto humanior, & alioqui iam eis euaserat amicus & familiaris, deinde mœrens ad eos accedit: & vtinam, inquit, ne vobiscum quidem primò sermonem contulisset, neque tatum tempus apud me versati essetis, neque satis fuisset vobiscum particeps, facilius enim sustinuissem calamitatem: de disfunctione minorem dolorem acciperem: non sic perturbatio meū perculisset animum: Cras enim à nobis inuicem disungimur, acerba, heu mihi, & vltima disfunctione. Neque vos amplius iucundum video spectaculum, non audiam loquentes, non panem apponam communem. Iussi enim estis interimi. Sed si de vestris facultatibus vultis aliquid disponere, iam est tempus: ne mors vestram præueniat sententiam. Hęc ille quidem dixit mœrens, & illorum mortem acerbè deplorans. Illi autem (quid enim ad hæc fecissent animę quę nullius rei quę mortem mereretur sibi erant conscie) & vestes lacerabant, & capillos miserè vellebant: Quis nobis dæmon, dicentes, vitam induit? Cur nos autem subibimus mortem maleficorum? Quidnam fecimus quod mortem mereretur? Amicos suos nominatim vocabant, cognatos, familiares. Deum ad rerum persequentium vocabant testimonium, iam ante oculos mortem visione apprehendebant. Cum sic acerbè lamentarentur, & tam miserabiliter suam lugerent calamitatem, alter eorum cui nomen Nepotianus, recordatur Nicolai, & quemadmodum Myris ille tres viros defendit, & à morte eripuit, cum ex inopinato eis fuisset seruator & defensor. Hęc eis inter se loquentibus, inuentione enim valet necessitas, & animam ad multas excitat cogitationes, ab illis quoque ad Deū 7 intercessor statim assumptus est Nicolaus, dicentibus: Domine, tui Nicolai Deus, qui tres viros ab iniusta morte prius eripuisti, ad nos quoque aspice: quoniam non est inter homines qui opem ferat. Ecce enim cor nostrum comprimatur: & eius afflictiones multiplicatę sunt super nos: & nemo est qui nos educat è tentatione. Ecce nos quoque, vox deficit ante animam, & lingua igne cordis exiccatur: & tibi non possumus amplius offerre preces. Citò præueniat nos misericordię tuę Domine, ne despicias iniustitiam, & iniustam mortem. Eripe nos è manu eorum qui querunt nostrā animam: & festina ad nostrum auxilium, cras enim debemur morti. Cum hæc attēdidisset, qui eorum qui ipsum timent, tanquam pater filiorum miseretur, mittit auxilium à sancto, nempe suum famulum: & noctu apprensus Imperatori Nicolaus admirabilis: Imperator, inquit, surge citò: & eos tres duces exercitus qui detinetur in carcere, libera. Fuerunt enim temerè appetiti calūniis. Deinde iniustitię quam patiuntur exponit tragediā: & quemadmodum eis fuerunt paratę insidię accuratè persequitur. Sin minus, se & bellum moturum, & malè ipsum perditurum,

7 Vides sanctum assumi intercessorē ad Deum.

turum, & extrema ei facturum est minatus. Admiratus itaque Imperator eius fidetiam & di-
 cendi libertatem, & alioqui quod intempesta nocte sic ingressus esset regiam: Sed quis tu es,
 rogauit, qui hac meę potentię intentas & minaris? Nicolaus autem: Qui presum, inquit, My-
 reniensi metropoli: & statim ille quidem surgit conturbatus a visione. Sanctus vero similiter,
 etiam apparet Ablabio Presecto dormienti: & de eis mandat eadem. Ablabio autem qui ipsa
 quoque rogauit quisnā esset, Nicolaus respondit: Christi seruus. Excitatus ergo Ablabius mē-
 te verfabat id quod in somnis viderat, & quidnam esset quod ei apparuerat, & quidnā signis
 ficaret, & statim venit ad ipsum quidam ab Imperatore, significans ea quę Imperatori visa
 erant in somnis. Ille verō ei rursus renunciat visionem: & narrat ei omnia quę ibi apparuerāt.
 Illa ergo admirabili, & quę erat præter opinionem, visione obstupefacti, Imperator & Præ-
 sectus, & quod ueluti signo dato eadem ad vtrunque venisset, quomodo somnium non pote-
 rant conicere, accersitis è carcere illis ducibus exercitus circūstentibus: Quānam,
 inquit, arte magica vtentes, talia ad nos misistis somnia, tam acre bellum intentantia? Illi autē
 qui nullius rei eiusmodi sibi erant conscij, se nutu inuicem interrogabant, si quis eorum quid
 nosset, obstupefactum alter in alterum oculum concientes, Imperator verō eos videns sic
 affectos, mutatur ad lenitatem, & propē eos accedens, iubet ad hęc respondere. Illi autem o-
 culos replentes lachrymis, & asiduē vlulantes: Nos, dixerunt, o Imperator, neque ars ma-
 gica quid sit nouimus: neque aduersus tuam potentiam graue quid sumus meditati. Tēctis est
 qui omnia videt oculus. Si autem hęc non ita sunt, sed mali aliquid in te cogitauimus, nullam
 o Imperator, de nobis ceperis misericordiam. Non o Imperator, per ipsam Trinitatem, neq;
 tori nostro generi pepereris. Sed si quid est vel morte grauius, id in nos pronuncies. Nobis o
 Imperator, fuit hęc hereditas relicta à parentibus, honorare Imperatorem, & in eum beneuo-
 lentiam præferre rebus omnibus. Si quis verō hac transgrediat, male eum multare, & eo
 vti deinceps tanquam hoste. Quamobrem nostra neglecta, ad tuam, o Imperator, salutē aspe-
 ximus. Vnde etiam munificę remunerationes nobis à tua sperabantur dextera. Quando autē
 manus quoque hostilis aduersus tuam mouebatur potētiam, & tempus postulabat talem vi-
 rorum virtutem, aliis prætermisissis qui erant eiusdem cuius nos autoritatis, nos quod vrinam
 non fecisses, elegisti præ ceteris: & belli in eos gerendi curam nobis mandasti. Hac de causa
 prompto & alacri animo tuo iussui paruimus: & bellum suscepimus aduersus inimicos: &
 propriam virtutem, id Deo dictum sit propitio, factis satis ostēdimus, in quo quidem omnes
 sat scio confensuros. Hoc quod nobis prius præbuit felicitatem, aduersus nos nunc armat in-
 iuidia: & condemnatur proli dolor, vt vides, & nos esse extrema passuros expectamus. Quo-
 circa eō rediit nostrę in te beneuolentię ostētio, vt esset occasio maioris supplicij, & pro glo-
 ria quę sperabatur, & remunerationibus, nos tenet metus mortis & condemnationis, propter
 hoc vltimum, & præclarum quidem, sed infelix factum: Quomodo hęc, o Sol. Quomodo hęc
 sustines videre, o iustitia? His animo flexus Imperator, apertē ostendit se pœnitere factę illius
 iniurię. Timebat enim Dei iustificationes: & verebatur purpuram, ne leges ferens aliis red-
 deret ipse rationem, & pœnas lueret iudicij. Eos itaque statim benignis intuetur oculis, &
 placidē eos alloquitur. Illi autem, suis ad dicendum excitatis animis, quoniam ansa loquendi
 liberē eis data fuerat ab Imperatore, publicabant thesaurum, nec spem celabant, & Dominē
 tui Nicolai Deus magna voce clamabant, qui tres viros ab iniqua morte aliquando seruasti,
 nos quoque per ipsum eripe ab hoc periculo imminenti. Sermonem arripit Imperator: Et
 quis est, inquit, hic Nicolaus, & quomodo, & quōsnam seruauit, dicite. Nepotianus autem om-
 nia statim narrat sigillatim. Imperator verō qui & in Deum & in suos famulos honore
 prius quoque sibi placebat, ne hic quoque suę est oblitus virtutis: sed simul atque de illo vi-
 ro fuit renunciatum, non opus habuit multis verbis: sed quę sibi apparuerat visionem magis
 recolens, fiduciam quę & loquendi libertatem pro iis qui afficiebantur iniuria, & acrem illius
 zelum supra modum admiratus, eis donat veniam, & Non ego, inquit, vobis vitam largior:
 sed is quę vocastis ad auxilium, qui nec nos quidem sinebat dormire, vos acerrimē defendens,
 & vestri curam gerens. Abite ergo ad ipsum, & tonsa coma ei agite gratias. Nostro quo-
 que nomine ei renunciate: Ecce feci quod iusseras, noli mihi amplius minari. Hęc dixit: &
 aureum Euangelium, & quoddam aliud vas ex auro & gemmis compositum, & duos cęreo-
 los aureos eis donat, iubens ea dedicare a templo quod est Myris. Sic illi admirabiliter &
 contra opinionem affectui salutem, iter continuō sunt ingressi, & læti ad sanctum veniunt:
 & lubentes eū videbant: & præ maximo gaudio apertē ostendebant se promptissimo & ala-
 cerrimo animo esse profuturos vitam sibi donatam, vt referrent gratias ei qui ipsos tanto af-
 fecerat beneficio. Deinde templo dedicant, & offeruntur ea quę acceperant ab Imperatore.
 Domine Domine, quis similis tibi, qui liberat egenum à manibus potentiorum, sensim dicē-
 tes: & nec ipsos pauperes sinētes expertes gustus lētitię, sed eos quoq; suis bonis impertiētes.
 Sic ergo

Ecce quō do-
 mo mittit Impera-
 tor templo quod est
 Myris.

Sic ergo Deo in operibus suum extollente famulum, alata de eo sublata fama, in omnem par-
 tem peruadebat, & omnia comprehendebat: mare transmittēbat: per terram ferebatur: &
 nullum dimittebat locum, ad quem non magni magnarum gratiarum perueniret auditio.
 Nautę itaque aliquando in magnā incidunt tempestatem, qui cum eam quę in manibus eo-
 rum erat posita salutem desperallent, quoniam magnum Nicolaum à fama acceperat esse ve-
 lox auxilium in iis quę præter spem eueniunt, se totos ad eum precandum conferunt, & eū
 inuocant in tempestate, & manus ad eum tendebant, & à solo eius pendebant auxilio.
 Illi autem ne parum quidem cunctatus, protinus nauem insilit: & cum se manifestē conspi-
 ciendum illorum præbuisset oculis: Ecce, me, inquit, vocauistis, & adiui vobis opem laturus.
 Deinde cum eos iussisset esse bono animo, clauum lumit in conspectu omnium: & ita nauem
 videbatur dirigere. Deinde etiam mare increpans, sedat fluctus & turbines & alia mala tem-
 pestatis, quomodo prius quoque meus Iesus, & sic eis facilem & tranquillam præber nau-
 gationē. Cum autem eos leni & placido vento vectos terra exceperit, e naui descendentes con-
 tendebat ad eum accedere, qui eos liberabat à periculo. Deinde cum accepissent iussu ad Ec-
 clesiam, vadunt ad templum. Atque illi quidem cum se fecisset partem cleri, stabat cum aliis.
 Illi autem cum in eum conciscissent oculos qui non erat eis prius cognitus, ex ea quę eis in
 mari facta fuerat apparitione, eum continuō agnouerunt, & accurrentes prociđit ad eius pe-
 des, & lingua quidem eis mouebatur ad agendas gratias: simul verō cum ea etiam loqueba-
 tur animus, eorum quę passus & quomodo fuerat liberatus recordans, & oculis emittebat
 lachrymas testes eorum quę dicebantur. Deinde etiam iis qui aderant sigillatim narrabant
 feriem rei gestę. Admirabilis verō Nicolaus nō minus sciēs liberare à periculo animę, quod
 erat etiam ei maiori curę, cum perspicendi facultatis dono spiritus eis insidentem vidit im-
 probitatem, quę procul à Deo remouebat & ab illius mādatis: Vos ipsos, o filij, dicebat agno-
 scite, inquam, vos rogo: & corda vestra & mentis vestre motus & cogitationes ad hoc diri-
 gite, vt Deo placeatis. Nam etsi multos lateamus, & boni esse videamur, ad illum quidē certē
 omnino nihil latebat eorum quę nostra sunt. Nam homo quidem, inquit, in faciem, Deus au-
 tem ad cor. Hoc quoque scripturam audiuisistis dicentem: Ne faciatis mala, & vos non com-
 prehendent mala. Discite verō potius bene facere: & corporis sanctificationem toto exerce-
 te, proposito. Vos enim estis templum Dei. Qui autem corrumpit hoc templum, perdet eū
 Deus: hęc dicit diuinus Paulus. Sic facite, & de cetero Deum habebitis adiutorem. Sufficiūt
 mihi hęc quę dicta sunt ad ostendendas opes quibus ille à Deo erat locupletatus. Sed nescio
 quomodo eius mentio ne hic quidem patitur sistere orationē, sed nisi ea quę supersunt adie-
 cerit, damnum ducit esse maximum. Quidā enim sermo ab antiquis vtique temporibus re-
 peritus ad nos veniens, describit hunc beatum moribus quidem similem, aspectu autem an-
 gelicum, spirantem verō sanctificationem & diuinam gratiam. Porro autē hęc quoque de eo
 adiecit, quōd si quis in eum incidisset, ei qui inciderat, ex solo eius aspectu, magna fiebat ad id
 quod est melius accessio & mutatio, vnusquisque verō cuius animus aliquo premebatur do-
 lore & perturbatione, cum vel solum in eum defixisset oculos, satis magnū inueniebat mo-
 lestię solacium. Ex eius quoque vultu emicabat fulgor quidam supra modum luminosus: &
 eius illustrabat faciem plus quā Mosis. Si itaque contigisset aliquos ex iis qui erant diuersę
 sectę vel in via cum eo congregari, si solummodo suauem illius linguam sensissent, statim abi-
 bant abiitentes heresim quę illis cōluerat à pueris: & rectam veritatis rationem toto pecto-
 re admitebant. Ille ergo cum sic vixisset, & ex virtutis ratione se præclare gessisset: & verō
 iucundo & suauis vnguentum, mediā Myrensiū ciuitatem, diuinarum, inquam, gratiarum
 floribus perfudisset, & ad profundissimam peruenisset senectutem, fuissetque plenus diebus tā
 diuinis quā iis qui resoluuntur, quoniam eum cum esset homo, oportebat communi legi
 inserruire naturę, in breuem morbum incidit. Ille verō ab eo consumptus est in agendis Deo
 gratis, hymnificę qui dicuntur in excessu: & ipse migrationis iucundissimē eum redde-
 bat affectum. Nam quod aliis permanere in carne, hoc illi disiumgi à corpore. Sed ille quidem
 hanc breuem & caducam relinquit vitam, & transit ad illā diuernam & beatam, cum splē-
 doribus Angelorum conuersans & exultans, & videns lucem veritatis apertius & purius.
 Pretiosum autem eius corpus, sanctis Episcoporum manibus & cleri ceteris, facibusque
 & luminibus honoratum, deponitur in templo quod est Myris: vnguentum in hoc vsque
 tempus profluens, morborum corporis & animę remedium. Cum autē ex omnibus terrę
 partibus illuc confluerent, qui copiosē illius gratię fiebant participes, quōsdam ex Lyciis qui
 erant procul remoti, & multorum diurnum iter aberant, vehemens inuadit desiderium ve-
 niendi ad sancti monumentū, & participandi sanctificationē. Cum itaque cibos in nauem
 immisissent, in Lyciā erant nauigaturi. Malignum autem dēmoniū quod Diane templū olim
 habitabat, quod inclytus Nicolaus cū multis aliis illinc expulit, ara humi deiecta, cum sensisset
 illorum

Nota oia hęc.
 Et eum inuocabāt
 in tempestate. &
 manus ad eū tendē-
 bant. & a solo eius
 pendebant auxilio.
 vide etiam mirabi-
 lia quę sequuntur:

Alludit ad pū-
 ax, quod vng-
 uentum signi-
 ficat.

10 Quomodo mōs
 riuntur sancti.
 11 Vide pretiosū
 corporis Christiā-
 nā & honorificans
 sepulchrum. Blatiū
 est enim Episcopa-
 porū manibus, &
 cleri totius, facib;
 & luminibus hōm
 noratum.
 12 Vnguentū quod
 ex sancti corpore
 profluit, nōne spū
 dorē vitę eius as-
 pte profitetur?
 13 Vides quod e-
 tiam tū nos erat
 venire ad sancto-
 rum sepulchra ve-
 neranda pro partē
 cipatione gratias
 rum.

illorum navigationem, partim quidem in sanctum concepto odio quod & templum eius euerteret, & cum illinc exterminasset, & pro viribus eum studeret vlcisi: partim autem volens viros priuare sanctificatione, & laedere desiderium, se simulans mulierem, videbatur ferre vas plenum oleo: & dicebat se valde quidem cupere id ferre ad sancti sepulchrum: sed vereri longam navigationem & contemiscere: neque enim, inquit, fieri potest, vt mulier tanta firmitate, vt tantum maris audeat navigare. Rogo ergo vos vt hoc vas accipiat, & feratis ad sepulchrum, & in sancti lucernam iniciatis oleum. Hæc abominandum dicebat & rogabat demonium, vas illud tradens in manus piorum. Illi autem, vt semel dicam, inerat mala quædam operatio, & omnino digna eo qui dederat. Multum itaque peccata persuadet. Cumque id accepissent, quoniam primi diei erat eis peracta navigatio, tuum opus, & fidelis Dei serue, & egregie defensor periclitantium, hoc quoque, quod mirabiliter factum est & contra opinionem. Noctu enim cuidam eorum apparens, iubet vas iacere in profundum. Illi verò cum primum mane surrexissent, ita fecerunt: & id in mare proiciunt, statimque flamma sublimis sublata est in aërem: fumusque & tetti odores illinc emittebantur. Tunc aqua cœpit dehiscere: & inferne clangens tanquam erumpentis terræ motus strepitus edere & aquæ guttæ erant scintillæ, & navis tantis intercepta fluctibus iam obruebatur, & viri tam inopinato periculo obstupesci, se inuicem tristes & planè desperantes intuebantur: & nullum tanti mali inueniebant exitum. Sed qui procul salutis eorum curam gerebat, & iusserat vt vas in mare proicerent, is tunc quoque eis apparens, eos à grauissima liberauit tempestate, & à maximo periculo. Nam simulatque navis parum mora est à loco, & viri soluti sunt metu: & quædam eos afflauit aura suavis & odorifera, & odore sunt delectati, & maxime sunt eorum animi affecti læticia. Hæc tibi sunt à Deo dona, & Nicolæ, hæc sunt laborum remunerationes, hæc sunt præmia tuorum certaminum & tuæ exercitationis, quæ, inquam, adeptus es in hac vita præsentis. Futura enim illa sunt omnino, quæ neque cerni possunt oculis, nec audiri auribus, nec corde comprehendi, quæ didicimus Deum præparasse iis qui ipsum diligunt. Ego autem nihil dubitabo te & præclarum vocare martyrem, coronatumque victorem sine sanguine, quantum scire possumus respicientes tuum animi institutum. Qui sola preceione impiam confregisti potentiam, & ab exilio pulchrè fuisti reuocatus: & cū splendens tropheis redisti ad Christianos: & priorem honorem secundo excepisti in Christo Iesu Domino nostro, Cum quo patri simul cum sancto spiritu gloria, potentia, honor & adoratio nunc & semper & in secula seculorum, A M E N.

VITA SANCTORVM MARTY-

rum Ioannis & Pauli fratrum, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.



ROMÆ sanctorum Ioannis & Pauli fratrum natalè. Quorum primus præpositus, secundus fuit primicerius Constantiæ virginis filij Constantini. Qui cum omni die turmas Christianorum recrearent ex his operibus, quas sanctissima virgo Constantia reliquerat, peruenit hoc ad Iulianum. Et misit qui eos conuenirent, dicens: Debetis sibi eos adherere. Illi verò responderunt inter alia: Pro iniquitate tua destrimus à tua salutatione, & à societate Imperij tui nosmetipsos omnino subtraximus. Sumus enim nos non falli, sed veri Christiani. Quibus Iulianus mandauit: Considerare debetis quia vos regia aula nutriti non debetis deesse à latere meo, vt habeam vos primos in palatio meo: Quod si contempserit à vobis fuero, necesse erit mihi agere, vt cõtemni non possim. Paulus & Ioannes dixerunt: Non tibi facimus hanc iniuriam, vt præponamus tibi qualemcunque personam, Deum tibi præponimus, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: Et scire te volumus, quia nunquam ad salutem tuam, nunquam ad culturam tuam, nunquam ad palatium tuum veniemus. Quibus Iulianus ait: Decem diebus vobis à me dantur induciæ, vt decima transacta die sponte ad me venientes, amicos vos habeam: non venientes verò tanquam hostes publicos puniam. Tunc sancti viri Ioannes & Paulus Christianos ad se inuitantes, ordinauerunt de omnibus quæ relinquere poterant, per totos decem dies incessanter die noctuque elemosynis insistentes. Die verò vndecima sunt conficti intra suam domum. Missus namque est Terentianus campiductor ad eos cum militibus hora cenandi. Qui ingressus inuenit eos orantes, & dixit eis: Dominus noster Iulianus statuenculam auream Iouis ad vos misit, vt adoretis illam, & thura incendatis: Quod si non feceritis, ambo meo gladio feriamini. Nō enim decet, vt vos intra aulâ nutriti, publice occidamini. Ioannes & Paulus dixerunt: Iulianus si tuus est Dominus, habeto pacem cum eo: nobis autem Dominus

Dominus alius non est, nisi vnus Deus, Pater, & filius, & Spiritus sanctus, quem ille negare non timuit. Et quia semel à facie Dei proiectus est, vult & alios secū in interitum deuenire. Tunc Terentianus tertia hora noctis transacta, fecit fieri foueam intra domum eorū, vt sine strepitu famæ puniretur. Et sic decollari, statimque inuolui & reponi iussit, diuulgans, quod iussu Cæsaris missi fuissent in exilium. Statim autem vt Iulianus in bello Persarum interfecus est, Iouiniano factò Christianissimo Imperatore, apertæ sunt Ecclesiæ, & cœpit religio Christiana gaudere. Dæmones autem ex obsessis corporibus intra demū Ioannis & Pauli eijciebatur, confitentes sanctam passionem eorum: ita vt vnicus filius Terentiani, qui eos decollauerat, veniret intra domum sanctorum, & clamaret per os eius dæmon, quod Paulus & Ioannes incenderent eum. Tunc Terentianus veniens prostravit se in faciem clamans, quod nesciens quid faceret homo paganismus, iussionem Cæsaris adimplet. Vnde factum est, vt dato nomine, proximo die Paschæ perciperet gratiam Christi, assidue orans, & flens ad locum illum, in quo sanctorum corpora requiescunt, donec à sanctis Dei filius eius mandaretur. Et ab ipso Terentiano descripta est passio horum martyrum. Palsi sunt autem sexto Calendas Iulij.

ORVM QVÆ DIVO BASILIO

cum Valente Imperatore contigerunt, particularis narratio, per Cæsiodorum Senatorem conscripta.



HEODORETVS: Valens Imperator cum vniuersa (vt ita dicam) Ecclesiâ pastore nudasset, in Cæsaream Cappadociæ venit, cuius tunc præsul erat Basilus, lumen totius orbis, Præmisiq; Præfectum præcipiens, vt aut seferet Basilium, vt dogmati communicaret Eudoxij, aut hoc facere nolens expelleretur. Audiens enim gloriam tanti viri, voluit ei prius inferre certamē, ne cum fortiter Basilus eius iacula deuiret, fieret cæteris clarior imago virtutis. Huius machinamenta velut tela aranæ facta sunt: suffecerunt enim cæteris sacæ dotibus ad vtilitatem sui antiquæ patrum narrationes, & velut quædam turres murum fidei indeclinabilem seruauerunt. Porro Præfectus Cæsareæ veniens, & euocans magnū Basilium honorauit, & māsuetis apud eum sermonibus vsus est, monens vt tempori pareret, & non tot ecclesiâs propter prauam dogmatū subtilitatem vexari pateretur. Promittebat etiā imperatoriam amicitiam, multaq; beneficia propter hæc plurimis offerenda. Verū ille vir sacratissimus ait adulescentibus hæc verba cõgruere: illi, inquit, & illorum similes talia promissa respiciunt. Nam qui diuinis enutriti sunt eloquijs, & corrumpere de diuinis dogmatibus ne vnā quidē syllabā patiuntur, sed pro his (si cõtingat) etiā oēs mortis species amplectuntur. Amicitia aut Imperatoris magnam quidē cū pietate iudico, sine qua perniciē potius hanc appello. Cumq; Præfectus seueret in eum, stultumq; vocaret, S. Basilus ait: Hanc stulticiam semper habere exopto. Quæ cum egredi tunc iuberet, vt quid deberet facere cogitaret, sententiamq; suam altero die depromeret, fertur vir ille inclutus hoc dixisse: Ego quidem etiā cras ipse regrediar, dummodo tu sententiam nō permutes, sed vtere minis tuis. Post hæc verba Præfectus occurrens Imperatori quæ dicta fuerant, & virtutem viri huius, animiq; fortitudinē & fiduciam nunciavit. Tunc ergo racens Imperator ingressus est. Post hæc contigit, vt diuinitus sibi plagas videret immissas. Filius enim eius ægotans, circa ipsius mortis metas agebatur. Sed & cõiugē diuersæ occupauerant passionēs. Cognoscens ergo causas suæ tristitiæ, virū sacratissimū, quæ punire minabatur, venire ad palatium deprecatur est. Duces aut præceptis imperialibus ministrabat. Tū itaq; Magnus Basilus veniens ad palatiū, videntiq; principis filium circa mortē, ad vitam eum remeaturū esse, pmisit, si per pios viros sacro baptismate potiretur. Hæc cum dixisset, egressus est. At ille iulurādī, quod baptismatis tēpore promiserat memor, secūdum stultum errorē presentib; Arrianis filium baptizare præcepit. Quo gesto, mox infans sine vitæ sortitus est. Penitentia verò duct; Valens, & noxiā iulurādī iudicās veritate, in sacrum templum ingressus, Magni Basilij magisterio fretus est, & altari obtulit dona solennia. Quem intra aulæ, vbi ipse residebat, venire præcipiens, multa apud eum de diuinis dogmatib; verba locutus est, & docentem libenter audiuit. Vbi tunc aderat quidā nomine Demosthenes super imperiales epulas cõstitutus: qui cum doctorem mundi culparet, Barbarismū fecit. Tū sanctus Basilus subridens: Vidimus, inquit, sine literis Demosthenem. Quū verò magis ille minaretur, S. ait Basilus: Tuum est de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina deoquero. Post hæc Imperator ita dilexit virum, vt etiā optima prædia, quæ illic habebat pauperibus qui ab eo gubernabatur, offerret, ex quibus leprosis præcipuè necessaria ministratū,

1. Ecco quò etiam antiquitus sanctorum sepulchrū in veneratione habebatur, vbi & demones expulsi eorum virtutes vel inuiti fateri cõpellebatur.
2. Filius Terentiani interfectoris sanctorum, ad eorum sepulchrum a demonio liber factus est. Vide martyrum cõsuetudinem.

1. Nota baretice, quod qui diuinis sunt enutriti eloquijs, ne vnā quidē syllabam de diuinis dogmatibus corrumpere patiuntur, & pro his etiā si contingat, omnes mortis species amplectuntur: Et tu nunc audeas omnia illa subuergere?

Habetur in martyrologio eius, dē sub vj. Kalē. d. Iulij.

Primum ergo Valentis impetum hoc modo magnus Basilius declinavit. Quum verò postea reuersus illuc fuisset, priorum oblitus, quoniam à seductoribus eius voluntas oblidebatur, rursus eum monebat, vt ad partes inclinaret hæreticas, Cui non persuadens, legè de eius scribi præcepit exilio, quam volens manus suæ subscriptione roborare, nullum apicem cõplere valuit: calamus enim contritus est. Cumq; secundus & tertius calamus hoc pertulisset, & adhuc legem impiã firmare contederet, commota est eius dextera, eamq; subito tremor inuasit. Tunc eius animo terrore impleto, ambabus manibus chartam rupit. Ostenditque prouisor omnium Deus, quod & alios ipse permiserit pari, & hunc ab insidijs libera-rit, & per ea quæ in isto contingere, signum propriæ virtutis ostendens, & per alia dispensationis fortitudinem virorum prædicans optimorum.

VITA MAGNI BASILII PER D. GRE-

gorium Nysæ Pontificem fratrem eius descripta, Petro Francisco Zino Clerico Veronense Interprete.

Habetur inter o-
pera eiusdem.



HESTIS diebus annis, quos vel iam celebravimus, vel celebramus hoc tempore, præclarum nobis ordinem Deus statuit. Hic autem est ille spiritualium celebratum ordo, quem Paulus talium rerum cognitionem diuinitus affecutus edocuit, cum diceret: primum quidem Apostolos & Prophetas, secundum hos autem pastores, & doctores collocari. Cui quidem Apostolicæ doctrinæ solènum celebratum ordo congruit, ex quo tamè ordine primam eximus. Primum igitur Apostoli & Prophetæ spiritalem chorū duxerunt. Hæc enim omnino duo gratiarum munera prima sunt hominibus data, nimirum Apostolicus & Propheticus spiritus. Quo in numero sunt Stephanus, Petrus, Ioannes, Paulus. Post hos suum ordinem seruans hodiernæ celebritatis dux sequitur, pastor, & doctor. Quis est hic? Dicã nomen in nominis loco gratia fati virum ipsum declarat? Etenim cum doctorem, pastoremque post Apostolos audis, quinam secundum illos pastor, ac doctor sit, omnino debes intelligere.

Hunc igitur dico, nempe vas electionis, vita, doctrinæque præstantem Basilius, qui iam inde ab ipso ortu Deo charus fuit, & in ipsa adolescentia moribus senex, qui, quemadmodum Moses institutus est, & adoleuit, & floruit. Quamobrem omnem hominem, omnem sapientiã, nempe diuinam externamque docens, tanquam optimus vtraque manu comode vtens imperator, vtraque contra hostes armatus eruditione, vtrinque superabat oppugnantes aduersarios, vtraque in re præstans illis, qui in alterutra cõtra veritatis viam aliquid posse videbatur. Nam & hæreticos scripturis pugnantem profligabat testimonio scripturarum, & Græcos proprijs ipsorum disciplinis cõmunebar. Ex qua in victoria non hostijs mors aut pernicies, sed vita & vtilitas sequebatur. Quoniam quæ se habet veritatis captiui, de errore mendaciorque victores triumphabant. Hunc igitur habemus & nos præsentem nobis constituentem celebritatè, germanum spiritus vatem & interpretè, egregium Christi militem, excellentè salutaris prædicationis præconè, Ecclesiæ Christi propugnatorè, ac defensorè cui secundas post Apostolos tẽpus tribuit soli. Nã si eo tempore quo Paulus, vixisset Basilius, sic ei prorsus fuisset adscriptus, quemadmodum Sylanus & Timotheus. Me autem veritate non abesse cõstabit, si sanctos ita cõsiderabimus, vt nullã cuiquã adferat tempus prærogatiuã. Temporis enim natura ea est, vt siue præteritũ, siue futurũ sit, in virtute & vitio pòderandis, nullius esse momenti debeat: quippe quod nec virtutis vim habet, nec vitij. Honestũ enim voluntate, nõ tempore censetur. Sic igitur rem exploremus, vt fidei fides, & rationi ratio cõferatur. Quisquis enim ex æquo res admirandas sanctorũ expendet, eadem in oibus gratiã ab eodem spiritu p portione fidei in singulos eorũ profectam inueniet. Nã quod tempore præcellerit Paulus, multisque post seculis Basilius exciterit, ea re nõ inferior virtutis gradus ostenditur, sed diuinæ dispositionis opus in hominum procreatione declaratur. Siquidè & Moses Abraham multo tempore posterior fuit, & Samuel Moyses, & Samuele Helias, & hoc magnus Ioannes, & Ioanne Paulus, & Basilius Paulus. Quod si præteritis seculis tempus posterius sanctorum gloria apud Deum nihil imminuit, sic etiam nunc, vbi de virtute agitur, præstantia temporis conticescat. Id enim, vt diximus diuinam in hominum genere prouidentiam indicat. Qui enim nouit omnia prius quàm fiãt, vt ait Propheta, diabolique malitiam omnes hominum ætates inuadere non ignorat, salutarem & congruam, cuiusque ætatis morbis medicum parat, ne si humanas alicuius ætatis ægri tudines negligat, curantium auxilio destitutæ fiãt insanabiles, & exitium adferant. Itaque cum dominaretur olim philosophia Chaldæorum, qui rerum causas in nescio quos syderum motu collocabant, nec vllam ips quæ videntur superiorem vim rerum esse arbitra-

arbitrabantur, tunc ostendit Abraham, qui ea sublimius vtens disciplina, inuestigauit eum qui per ea quæ videntur agnosceatur, & fidei viam ad Deum deinceps aperuit, per eam ipsi primus ingrediens relicta paterna deceptione, eaq; necessitudine, qua cum rebus procreatis ipsi sensus coniuncti sunt. Post autem, cum Ægyptij dæmoniacam quandam & decepticõ sapientiam ex consensu, vt arbitror, & pactione cõ illo, qui varijs artibus & dolis homines demergit, inuenissent, Mosè demonstrauit, qui præcellenti sapientia Ægyptiorũ fallacias aboleret. Notum est autem cuique in scriptura versato, quomodo Moses impostores, suas diuini signis præstigijs opposcentes virtute superauerit, diuinoque fultus auxilio cunctam Ægyptiorum potestatem euerterit. Id quod cum alijs ex rebus, tum ex virgarum ænigmatè intelligi potest. Progrediente verò tempore, cum etiam Israëlita sine principe degentes erroribus in populari confusione iactarentur, Samuel extitit, qui populum in officio continens vetuit, ne cum alienigenis miscerentur, popularemque statum in regni formam redegit, & alienigenas in vnum cogens, regis potestatis leges tulit. Multis autem ætatibus post, cum Achab ille muliebre mancipium, à patria religione defecisset semina delitijs inseruens, & in eius gratiam idolorum cultum introducens, in eundem errorem populum Israelitam atraxisset, Deus Heliam ostendit, virum qui morbi magnitudinẽ parem haberet curandi facultatem. Hic neglecto corporis cultu, squalore vultus, incultaque capillorum multitudine, sentus ac fordidus, vitam inumbrans suam, tristitia frontis obtutuque in se conuerso feuerus & grauis, caprina pelle tegens eas duntaxat corporis partes, quæ maiorem testè decorè habent, reliquas autem aëris iniurijs obijciens, contempta omnium caloris tum frigoris inæqualitate, populo se exhibuit, eumque famis supplicio veluti scutica quadã castigans, & ea plaga lasciuia eius atque imperantiam coercens, ad sobrietatem modestiamque reuocauit. Deinde super sacrificio igne diuinitus excitato morbum ex idolorum cultu cõtractum curauit. Post hunc multis seculis in spiritu, & virtute Helie alter ille ostenditur, qui Zacharia atque Elisabeth parentibus in huius vitæ peregrinationem editus, prædicatione populum in solitudine congregans, eiusque cõcretas sordes ex sanguine Prophetarum, & diuersa piacula, variãque peccatorum vincula, quibus tanquã cõpedibus eo tempore populus vniuersus obstrictus erat, penitentis prædicatione soluens hæc omnia, & aque baptismi abluis in Iordane, nulla re illis qui in virtutis via præcellerant, inferior apparuit. Quid porro Paulus post hunc? eane re prohibitus est, ad præstantis apud Deum gloriæ fastigium ascendere, quod tempore posterior esset? Nonne diuinæ pulchritudinis amator euasit, simulac illius splendor perstrinxit oculos ipsius, ex quibus exciderunt squamæ, quæ velut illud cordi obductum significabant, quod Iudæorum oculis animorum circuniecium eos sic obcæcauerat, vt veritatis lumen inueniri non possent? Nonne posteaquã sacro lauacro ignorantis atque erroris maculas abluir, in diuiniorum cõfessim naturam versus est, & tanquam crasso hoc carnis deposito spolio, in adyta celestia penetrauit, corporis onere minimè impeditus? Nonne intra diuinã paradysi constitutionem positus, arcanaveritatis mysteria didicit, atque inde accepit verbi potestatem ad obedientiam fidei in omnibus gentibus, ex quo totius propè orbis pater effectus est, spiritali partu in lucem edens, quos ad Christi pietatem & religionem informabat? Quod si in alijs sanctis ad laudem nihil apud Deum ponderis habet ordo temporis, meritè audemus & nos natum hac ætate nostra Dei, magnum veritatis vas Basilius, in numero celebris illorum sanctorum collocare, cum tempus nec singularem illius erga Deum amorem, nec diuinam gratiam ad animi perfectionem impediatur. Alioquin diuinæ dispositionis propositum offendatur, si quod arcano consilio suo Deus auxilium mittit, ratione temporis imminutum dixerimus. Quis autem ignorat, quam ob causam Deus hac tempestate nostrum Doctorem ostenderit? Posteaquam enim prædicatione Christi sic extincta est hominum idola colentium infania, vt omnis stultorum impietas deleta iam abolitaque iaceret, cum vera religio per totum ferè orbem promulgata esset, Imperator autem deceptionis humanæ Christi nomine ex orbe pulsus vndique excluderetur, non tamen ipse solers & ingeniosus ad malum, vt pote ipsius mali repertor, dubitauit improbum inire consilium, quo subditos suos ad abrogata iam instituta reuocaret. Eis igitur qui ad ipsum spectabant, astutia sua persuasit, vt à rebus procreatis nõ deficerent, sed eas venerarentur, & adorarent, Deumque creatum arbitrantur eum qui filij nomine vocaretur. Quod si ex nihilo factum vellent, à diuinãque substantia secundum naturam propriam alienum, nihil obflare, quin Christi nomen creaturæ impo- nentes, eam colerent, in ea salutis spem ponerent, ab ea iudicium expectarent. Se igitur totum infundens Apostata hominibus, qui ad malitiam ipsius capiendam erant idonei, Artium dico, & Aetium, & Eunomium, & Eudoxium, & alios multos, quorum opera obliteratum iam idolorum cultum Christianæ religionis nomine rursus, vt dictũ est, introduxit.

Quæ quidem pestis hominum creaturam præter creatorem adorantium, tantum roboris cepetat,

ceperat, vt auxilio eorum qui tunc regnabant, errorem suum confirmaret, & potentissimos quosq; principes haberet fautores, ac defensores, vniuersosq; propemodum homines in eadem fide induceret. Tunc à Deo magnus Basilius ostenditur, quemadmodum Elias imperante Achab, qui labantem quodammodo religionē fulciret, & tanquam lucerna deficientem fidei rationem per gratiam, quæ in ipso inerat, illustraret, lumenq; suum per Ecclesię pelagus errantibus sublime ostendens ad rectam omnes viam dirigeret. Præfectos enim adibat, Prætores conueniebat, cum Regibus liberè loquebatur, absentes epistolis, vt solebat Paulus instruebat, eludensq; captantiū anlas, nihil occasione aduersarijs dabat, quò vinci posset. Proscribentibus erat superior, quippe qui regni cœlestis spe seipsum procriperat.

Quid autem vel exilij periculum formidaret, qui vnam hominum patriam paradysum affirmabat, vniuersamq; terram naturæ exilium esse censebat, vel mortem sibi comminantes timebat, qui quotidie moriebatur, seq; volens omni ratione consuebat, atq; macerabat, dolerebatque vni tantū morti naturam obnoxia esse, quò fieret, vt certamina martyrum pro veritate sæpius imitari non posset? Qui Præfecto cuidam olim se iecur de visceribus eius extraxerunt munitatis, risu minas imperiti hominis excipiens: Ego, inquit, habeo tibi gratias, si id feceris: Etenim intra viscera iacens non mediocri mœre afficitur. Quare si illud exemeris, vt munitatis, mœrenti parte corpus liberabis. Quauis igitur post alios sanctos in hac vitam ingressus sit, quid eius laudem imminuit ea res apud Deum, quò minus celebritas ipsius illorum 2 celebratibus par esse debeat? Examina, si videtur, vitam illius, eamq; cõparat cum aliqua sanctorū qui præcellerant. Deum dilexit Paulus. Hoc enim bonorum est caput, hæc virtutū omnium maxima, nempe charitas, ex qua omnis fides, spes omnis, & quicquid in ipsa patientia cõstantiaq; in rebus honestis probatur, ac omnis deniq; gratiarum præstantia proficiscitur. Sed cõsideremus quanta eius constantia fuerit, quamq; in omni spiritus excelluerit, videamusq; quã charitatis erga Deum mensuram Paulus habuerit. Dillexit, inquit, vtriq; Deum ex toto corde, ex toto animo, ex tota mente sua: hunc enim summum amoris erga Deum lex terminum statuit. Si quis igitur totum cor, & animū, & mentem fixam & locatam habens in Deo, nihil eorū quæ expetuntur in hac vita, curat, sicut nū in Deo obinet charitatis gradum, ostendat aliquis Doctoris vitam ad aliquid eorum, quæ in hoc mundo studiosè quærentur, fuisse propensam, vt ad diuitias, ad opes, ad inanis gloriæ cupiditatem: nam de seruilibus voluptatibus, cum de hoc viro loquimur, mentionem facere nefas est. Si quid horum appetentè inueneris, non recuso, quin charitatis eius in Deū mensuram minorem fuisse dicas, cum animus eius istiusmodi aliqua cupiditate affectus, ad res terrenas à Deo deflexerit. Quod si ab his, similibusq; rebus quàm maximè abhorruerit, & affectione eiusmodi omnè è vita sua primùm remouit, deinde doctrina exemploq; suo communè aliorum vitam emendauit, perspicuum est eam in seipso habuisse charitatis erga Deū mensuram, qua nullā maiorem natura capiebat. Qui enim ex toto corde, & animo, & mente Deum diligit, quo pacto maiorem charitatis modum obtinebit, cum locus non adsit? Proinde si vnum esse didicimus terminū charitatis, vt Deus ex toto corde diligatur: dilexerunt autē Deum Paulus & Basilius ex toto corde suo: qui dixerit eandem in vtroq; charitatis fuisse mensuram, à vero nō aberrabit. At qui rerum omnium laudādarum maximā esse charitatē & Apostolus dicit, & diuinum Euangeliū attestatur: Apostolus quidē, dum & prophetia ipsam & scientia præstantiorem & fide firmiorem, & spe stabiliorem, semperque in eodem manentē asserit, sine qua inane, ac nullius momenti est, quicquid laudabile ducitur: Dominus autem omnem legem, & mysteria cuncta prophetica huius gratia circumscribens, eam omnibus antecellere ipse quoq; demonstrat. Quapropter si in eo quod præstantissimū & maximum est, non superatur à magno Paulo, ne in illis quidem omnibus, in quibus charitas excellit, quæque nascuntur à charitate, minor esse deprehendetur. Nam quemadmodum qui naturæ humanæ particeps est, omnia quæ huiusmodi naturæ propria sunt, habent: sic qui absolutè charitatis perfectione in se continet, omnia bona quæ in hoc genere conspiciuntur, vna cum ipsa virtutum principe complectitur. Etenim siue fides est illa, quæ seruat, siue seruatur per spem, siue tolerantia gratiam accipimus, charitas omnia credit, & omnia sperat, & omnia sustinet, vt ait Apostolus, & omnia deniq; ne in singulis commemorandis immoremur, quæ virtutis nomine censentur, tanquam germina quædam pullulant à radice charitatis, vt, qui hac prædixit est, omnia simul complectatur.

Hanc autem habuit Magnus Basilius. Quare cæterorum bonorum ei nullum defuit. Quod si possedit omnia, nulla re prorsus minor exiit. At enim Paulus vidit tertium cœlum, & raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Verum ne ille quidem apertè talem gratiam per carnem suscepit. Quod sanè dubium nec ipse cœlauit, siue in corpore, inquit, nescio, siue extra corpus, nescio, Deus scit.

Quinetiam

Quinetiam ausit aliquis affirmare eum in corpore nihil tale vidisse. Extra corpus autem & mentis intuitu, quod noster nō viderit, nihil est. Testes sunt eius sermones, quos vel ore protulit, vel scriptos reliquit. Ille omnia loca, quæ inter Hierosolymas & Illyricum sunt obiens, omnibus Euangeliū diuulgauit. Et huius oratio & prædicatio per omnem ferè terrarū orbem transiit, & ab omnibus æquæ, ac illa Pauli probata est. Omittantur reliqua, quibus vita huius cum illius vita conferri potest. Ille crucifixus est mundo, & huic mundus. Castigauit ille corpus, perfecit & hic virtutem in infirmitate. Vtriq; Christus vita, vtique mors lucrum erat, & optabilis dissolui & esse cum Domino, quàm hic peregrinari.

Num Ioanni etiam Doctor cõparandus videtur? At ille diuinæ vocis testimonio, & inter natos mulierum præstat, & prophetæ superat dignitatem, vt insani simul & impij videatur, alterius vitam cum illius vita cõparare. Quod si ponè vestigia eius sequentem ad eum proximè accessisse summæ felicitatis indicium est, rem sic expendamus. Mollibus vestimentis non induebatur Ioannes, nec erat tanquã arundo vento agitata, loca solitaria frequentibus anteponebat. Frequentia rursus & celebria sic habitabat, vt rationi terra nihil officeret. Quæ doctori item nostro veritas tribuit, vt in his magno Ioanne non sit inferior. Quis nescit, quomodo ab omni delicata ac molli ratione viuendi sic abhorruerit, vt rebus iucundis suauibusque præterierit ea quæ aspera duraq; sunt, soli, frigori, ieiunijs, 4 vigilijs corpus obiciens? In ciuitatibus tanquã in solitudine degebat, nihil intermittens virtutis studium, ciuitates efficiebat solitudines. Neq; enim vel multorum cõsuetudine ab exquisita ac tuta viuendiratione auertebatur: neq; si in fecellum aliquè se cõferebat, liberari poterat ab ijs qui vtilitatis gratia ad ipsum ventitabant, vt in hac etiã re Ioanni Baptistæ similis esset, quòd ex solitudine ciuitatem efficeret, eamq; angustā propter frequentiam cõsuentium, & multitudinem. Quòd autē facile consilium sententiamq; mutando arundo nō fuerit, perspicitur ex constantia, qua in omnibus vitæ institutis permansit immobilis. Placuit ei paupertas ab initio. Hæc sententia veluti petra quædam fuit. Per munditiam concupiuit ad Deū appropinquare, desiderij illud non arundo, sed mons cõstitit. Nunquam enim aduersis tentationū flatibus flecebat. Nam amoris eius in Deū stabilitas solius Apostoli verbis declaratur. Etenim nec vita, nec mors, nec præsentia nec futura, nec vlla creatura poterat cor illius à charitate Dei seiungere. Sic in omnibus quæ ex virtute decreuerat, non arundineū & instabilem animum præstitit. Sic in omnibus quæ ex virtute decreuerat, non arundineū & instabilem animum præstitit, sed in rebus honestis firmum & immobile cõseruauit. Liberè allocutus est Herodem Ioannes, & hic Valentē Imperatorē. Quòd si volumus potentiam istorum ponderare: Alter parte quadã Palæstina Romanorum beneficio potiebatur: Alterius imperium sol cursu suo propemodū terminabat. A Persidis enim finibus ad Britannos & extremas Oceani partes patebat. Ac Ioanni quidem propositū erat, vt Herodis cupiditatem, qui propter mulierculam legem violabat, increparet: Basilio autem, vt Valentē in vera synceraq; religione retineret, à cuius defectione totius orbis terrarum perturbatio nascebatur. Opponat igitur iustus rerum æstimator potentiam potentis, finemq; huius reprehendendi libertatis alteri cõparet. Illic enim in vno tantum Herodis corpore vulnus insidebat, hic vniuersum hominū genus occupabat. Ille ad mortē vsq; retinuit castigandi libertatem, hic ob eandem cõstantiam in exilium pulsus est, Imperatore loco mortis exiliū decernente. Ioanes postremò etiam mortuus viuere credebatur: Et Basilius ab inimicis reuocatus ab exilio, obstitendi virtutem nihil mittebat. Nunquid audebimus oratione ad sublimem Eliã ascendere, vt quã doctor noster in vita cum illo similitudinem habuerit, ostendamus? At verò quòd ille in currū sublatus equis igneis velitus fuerit, quodq; hinc in altiora loca recesserit, hæc ab hominis natura ne postulerent: Neq; enim intra humanæ naturæ terminos incolumis in mōte seruatus est, graui terrenòq; pondere in altrū & leue diuina virtute cõmutato. Hæc verò quòd oratione ille sua tanquã clauē quadã auxilij cœlestis vteretur, promens illud quando volebat, condensq; rursum pro arberatu suo, si quando id magis conducere existimabat. Quodq; vno tantū subcinerit illius panis nutritus cibo, tam longum tempus ieiunijs traduxerit, in eodem statu viue cõseruans quadraginta dies, sunt hæc ab homine requirenda, quæ vim humanam lōgè superant. Nequit enim humana natura ea quæ naturam vincunt imitari. Vnã cum his autem sileatur, & exiguum illud farinæ vas, & vrceus olei, vnde suppediratum est, quod victui necessarium fuit, nec toto famis tempore, hoc est, trium annorum, & sex mēsum spatio vnquã defuit. Diuinæ enim beneficentiæ miracula singularem & præcipuam vim habent, quam nullus humanæ naturæ merito assignet. Quid igitur in Doctore nostro cum Propheta similitudinem habet? Ardor fidei inimicitia cum impijs, amor erga Deum, veri boni desiderium ad terrena nonquam declinans, vita in omnibus explorata, aspera viuendi ratio, aspectus vitæ instituto conueniens, grauitas non accersita, silentium oratione significantius, rerum futurarum studium, præsentium contemptus, eadem omniū quæ videntur æstimatio,

bb iij suæ

3. Celebritas Basilius par aliorum sanctorum celebritas sibi.

3. Vides ex hoc sancti viri discursu, solam fidem non sufficere ad salutem.

4. Ecce vigilas et ieiunia etiam olim a sanctis istis quæstata.

sive quid esset, quæ maxima, amplissimaque putantur, contingeret, sive vile & abiectum ali-
quid ostenderetur. Hæc atque alia eiusdem generis sunt, quibus doctoris vita res Helix mira-
biles exsuperat. Quod si quis quadraginta dierum mediâ obijciat, nos per totius vitæ spatium
cibi paucitate præferemus. Hæc enim laus ad eam proximè accedit, præsertim si ea in tem-
pore exiguo, hæc in tota vita præstetur. Quamquam & propositus ille subcineritibus panis
Prophetæ robustentabat, habens in se aliquid omnino, quo nutrimenti illati vis cõser-
uabatur. Cuius rei illud indicium sit, quod non hominis manu, sed Angeli studio paratus
fuit, ex quo virtus quædam solida, quæ minimè dissipari posset, per illum cibum corpori infide-
bat. Hic autem cõsuetudine nihil immutata, cibi mensuram ratione præscribebat, tantum
corpori præbens, non quantum appetebat natura, sed quantum temperantia lex imperabat.
Doctoris autem sacrificium imitatur ea quæ Prophetæ sacrificio significabantur, cœlestem ignem
super hostias deducens, dum in ratione fidei Trinitatem colit. Nam quod spiritus sancti po-
tentia vocetur ignis, à scriptura sæpe didicimus. Terræ verò siccitatem doctor nec expulit,
nec induxit. Cùm magnus Propheta terram aquæ penuria percussisset, idemque vulneri me-
dicinam fecerit, supplicij dolori par ex curatione solatium adferens. Quod si de nostro quo-
que Helia factum admirandum dicendum est, cùm olim diuino cõsilio eiusmodi quædam calami-
tas accidisset, ut totum hyemis spatium aridum transiret, nec vlla fructuum spes ostenderetur,

g. Orans Basilius
Dei genis heros
civitas tristitiam
abijit.

ante 5 Deum prostratus doctor effecit, ne minarum eius timor longius progrediretur, præ-
cibusque eum placans, siccitatis tristitiam abstulit. Jam quod atinet ad famis consolationem,
quam vni viduæ magnus Helias attulit, simile quiddam in doctoris vita possumus demon-
strare. Etenim cùm graui quondam fame & ciuitas, in qua ipse degebat, & omnis ei ciuita-
ti subiecta regio laboraret, diuenditis possessionibus, pecuniamque in egentium alimenta di-
tribuens fecit, ut quod instruendæ mensæ domesticæ videbatur exiguum, id toto iuenturæ,
stratiq; tempore satis esset, cùm omnes vndique, consuetos aleret, & totius populi iuentu-
rem ciuitatis sic nutrirer, ut Iudæorum etiâ filij eius humanitatis ex equo participes essent.
Nihil autem profusum interest, vtrum ex arca, an aliunde promatur, quod diuinum mandatum
obseruetur. Pauperum enim consolatio non quaerit vnde sit, sed id quod efficitur, aspicit. Iam
verò quod sublimis Helias raptus fuerit, admirandum profectò est, supra quam dici possit.
Est tamè & altera ratio, qua quis in sublime fertur, haud quaquam aspèranda, quæ excelsis
viuendi instituto, iunctoque sibi ex virtutibus curru in cœlum volat, ibique versatur. Quod qui-
dem efficille doctorem nostrum fatebitur, quisquis actiones eius æquo animo perpexerit. Sed
num audebimus hunc etiam cum Samuèle cõparare? Duo tantum, ommissis alijs omnibus, quæ
de illo præclarissima dicuntur, in nostro item doctore propriè reperiunt demonstrabimus.
Primum quidè ortus vtriusque fuit cõcessus à Deo. Nam ut illum mater, sic & pater hunc di-
uino munere genuit, qui quæ letali morbo quondam in adolescentia laboraret, pater in qui-
ete, vidit id quod narratur in Euangelio de puero reguli, sibiq; Dominum eadem illa verba,
quæ tunc ad illud dixerat, dixisse: Vade, filius tuus viuat. Cuius & ipse fidem imitatus, eundem
fidei fructum tulit, sibiq; salutem ex Domini benignitate suscepit. Et hoc quidem vnum est ex ijs,
quæ inter Samuëlis miracula numerantur. Alterum autem est, quod idem sacrificij genus ab
vtrisque peractum fuit. Ambo enim pacificas Deo victimas obtulerunt, sacrificantes pro hostium
interitu, alter quidem ut hæretes, alter ut alienigenæ deleteretur. Jam verò Moses ille magnus
commune cunctis ad virtutem tendentibus exemplar propositum est, ut errare non possit, qui
legislatoris virtutem sibi in omni vita imitandam proponat. Quapropter inuidiosum non erit,
si doctorem nostrum ostenderimus ipsius vitam, quoad fieri potuerit, expressisse. Sed in qui-
bus apparet hæc imitatio & similitudo? Princeps quædam Ægyptiorum Mosen adoptari do-
mestica disciplina instituendum curauit, qui tamen à matris vberibus non recessit, quam diu
prima illa ætas tali alimento nutrienda fuit. Quod etiam de doctore nostro veritas ipsa tes-
tatur. Externa enim eruditus sapientia semper Ecclesiæ subeabat vbera, eiusque præceptis &
instituitis tanquam lacte nutrebat animum, atque adaugebat.

Repudiavit deinde Moses falsæ matris illustre genus. Neque hic diu sustinuit nominari id
cuius ipsam pudebat. Nam ut Reginam ille, ita hic omnè ex peregrina eruditione partam glo-
riam respiciens, humilem contemptamque vitam amplectens est, sicut Hebræos Moses thesauris
Ægyptiorum anteposuit. Cùm autem in vtrisque natura vim suam exerceret, vtriusque enim ca-
ro concupiscebat aduersus spiritum, neque hic illius cum Ægyptio certaminis expers fuit, in
quo ille innocentem oppugnabat, sed meliori ferens auxilium, Hebræo vim adferentem
Ægyptium interfecit. Per Hebræum autem intelligitur ratio pura & immaculata. Quocir-
ca qui menti fert opem, ut membra mortificet, quæ sunt super terram, is Moses virtutem,
quam ille contra Ægyptium præstitit, imitatur.

Sed multa oportet prætermittere, ne si diligenter velimus omnia quæ in historia continetur,
in quibus

in quibus Mosis doctor similis fuit, exponere, audientium animi perturbentur. Reliquit Ægy-
ptum post necem Ægyptij Moses, Multoque tempore apud se priuatum egit. Et hic vber-
nos tumultus terrenorum; strepitus relinquens, in secessu philosophabatur cum Deo. Splen-
dor illi per rubum emicuit. Habemus & nos eiusmodi quiddam, quod de nostro dicamus: Cùm
enim nox esset, lux ei quædam precanti esset. Erat autem lux expers materiæ, quæ vi diuina
domum illustrauit, nec vlla ratione humana accensa fuerat. Seruauit populû Moses, de manu
tyranni illum eripiens. De nostro item legislatore idem fatetur hic populus, quem ipse per-
duxit ad promissionem Dei. Quid autem necesse est commemorare, quàm multos & hic per
aquam duxerit, quàm multos columnam ignis, hoc est doctrinæ faciem præterierit, quàm
multos spiritus nebula seruauerit, quàm multos cœlesti alimento enutriuerit, quomodo pe-
tram imitatus sit, qua quondam ligno educta sit aqua, id est, qua quondam crucis signum os
terigit, quod sitientes expleuit aqua illa, quæ copie vi abyssos imitatur. Quale testimonij ta-
bernaculum tum corporeum quidem in suburbio struxerit, qui corpore pauperes erant, spi-
ritu pauperes efficiens doctrinæ probitate, ut beatam illam assequerentur paupertatem, quæ
veri regni gratiam cõciliat, tum verû tabernaculum, in quo Deus habitaret, singulorum animû
fecerit, in eoque columnas quasdam constituerit, columnas, inquam, rationis, quæ virtutis stu-
dio fulcirentur. Et vasa præterea ad animorum maculas abluendas, ut oculorum aqua fordes
abstergeret. Quàm multas in animo cuiusque lucernas imposuerit, inde orationis luce tene-
bras expellens, qualia precatonum thuribula altariaque parauerit ex puro sinceroque auro, hoc
est, ex vera puraque affectione, cuius splendorem graue inanis gloriæ plumbum nihil obscû-
raret. Quid dicam qualem cuique arcam ædificauerit, tabulataque testamenti Dei digito exa-
raras in animo collocarit? Hoc autem loquor, illuc respiciens, quod ex vniuersiusque corde arcæ
faciebat, spiritus mysteria continentem, habentemque legem operibus expressam virtute spi-
ritus sancti. Sic enim interpretor digitum Dei. In qua & sacerdotij virga, quæ semper floret,
& germinat, sanctitatisque fructus gignit: Et vna non carens manna, tunc enim cibo cœlesti
vas animi exinanitur, cùm inuens peccatum prohibet influxum manna. Manna autem est cœ-
lestis cibus. Quid referam quanto studio sacram stolam vel ipse gestaret, vel exornaret alios
exemplo suo? cùm semper ante pectus ornatum ferret, cui tum ex significatione, tum ex ver-
itate nomen est rationale? Quæ quidè omnia morali interpretatione doctore aptanda stu-
diosioribus relinquo, ut ostendatur, quàm ornatus & ipse esset, & reliquis ornatum imper-
taret. Sæpe cognouimus eum intra caliginem esse, vbi erat Deus. Nam quod alij spectare non
poterant, ipse spiritus sancti gratia comprehendebat, ut intra caliginis ambitum esse videretur
is in quo rationes de Deo reconditæ erant. Sæpe se Amalechitis opposuit, precatonia
armis instructus. Ipse enim manus tollente verus Israel aduersarios profigabat. Mulcorum, ut
illius Balaam, præstigiatorum incantationes dissoluit, qui non veræ rationi audientes, sed as-
sinæ demonum doctrinæ obtemperantes, inualidum ad nocendum os habuerunt, cùm diræ
iporum imprecationes doctore obsecrante in contrarium verterentur. Hæc à nobis cursim
breuiterque perstricta ad veritatem factorum aptabit, qui sancti vitam non ignorat. Quàm multâ
veneficij & præstigijs insidias fecerint, quorum improbitas irrita inanisque fuerit, non per-
mittente doctoris fide, ut quod cupiebant, malum possent ad exitum perducere. Nos autem cetera
omnia, quæ in medio sunt, omitentes, finem vtriusque commemorabimus. Reliquit vter-
que vitam, sed carnis monumentum neuter ipsorum reliquit in terra. Neque enim Mosis tumu-
lus inuenitur, neque hic vlla terrestri copia sepultus est, sed vna cû ipso è vita discedente, cû-
cta, quibus humana vita sustentatur, discesserunt, ut ne terrenum quidem monumentum repe-
raretur, quod ex reliquorum copia memoriâ viri ad meliora profecti declararet. Quemadmodum
Mosis, ut historia narrat, sepulchrum non est inuentum vique ad hodiernum diem. Proinde
cùm magnus Basilius (ut demonstrauimus) talis fuerit, qui cû magnis sanctisq; viris sigillatim
ex rebus gestis comparatus, non longè abest ab eorum amplitudine, merito festiuius diem
series nos ad 6 diem hunc in eius laudem celebrandum ducit. Quod cùm aliqua illi grata ra-
tione agendum sit cõsiderandum est, quomodo id assequi valeamus. Aliquis igitur ornatum
aliquo laudationis genus inquirat, quo patriam ipsius extollat & genus, & educationem, &
vitæ instituta, quibus vicens ac florens inter homines clarus illustrisq; fuerit. Sed magnitu-
do virtutum, quæ in ipso conspicitur, hanc orationis speciè & pompam aspernatur. Studiû
enim huiusmodi in contrarium cederet, cùm nulla sit tanta dicendi facultas & copia, quæ
rerum in ipso mirabilium amplitudinem pro dignitate queat explicare. Quæ morbè ne, dum
conamur eum laudare, præclaram de ipso opinionem in omnium animis inherere inuimamur,
satius erit, ut admirationem silentio potius augeamus, quàm laudem deteramus, atque exte-
nuemus oratione. Quid enim dicendo quis adferre possit, quo ille grauior esse videatur?
Num au diem lubenter fortasse nobilitatem illam, quæ ex carne & sanguine proficisci-

8 Dies festus in
laudem Basilij est
liberandus.

tur? Quis est, qui nesciat, quomodo vir magnus aduersus carnem fuerit affectus? quàm illi fuerit inimicus? et eam quasi mancipium fugitiuum rationis vinculis coercuerit? acerimamque afflictione tolerantiaque castigans & vinciens seruum illum mastygiam corpus, tanquam inexorabilis hora nihil ei vincito supplicij remiserit? Eum igitur, qui aduersus carnem ita se gesserit, corporis nobilitate commendare ineptissimum sit. Quid enim nunc honestetur his rebus, quarum eum, dum viveret, dispudebat? Quod autem de genere dicimus, idem de patria dici potest. Nam qui supra totum orbem positus se omni elementorum natura sensibus exposita, tanquam angustiis quibusdam obsessum sic existimabant, ut ne cœlum quidē supra se esse pateretur, sed illo superius animum circumferret, despiciens omnem mundi circumplexam sublimia semper inuestigabat, et cū diuinis illis mentibus versabatur, quomodo is ex parte aliqua terræ, & loci claritate se nominari permetteret? Hæc enim foret ignominia, verarumque laudū immunitio, si proposito virtutis spectaculo, aquam, folia, glebas admiraremur. Præsertim cū nihil tam præclarum sit, quod vllam laudem afferre possit, si causa tibi contingerit, non autem voluntate delegeris & compararis. Sileatur igitur & patria, & genus, & quicquid sponte sua hominibus obuenit. Ea potius in eius laudibus patria, nobilitaque numeretur, quam consilio animique proposito sibi eligunt boni.

Quæ eam igitur Basilij claritas generis? quænam patria? Genus, necessitudo cum Deo: patria, virtus. Qui enim Deum accipit, ut in Evangelio scriptū est, potestatem habet, ut Dei filius fiat. Quid autem coniunctione cum Deo nobilius quæras? Qui verò in virtute versatur, qui eam colit, qui ex ea vitam instituit suam, patriam omnino sibi ipse constituit id, in quo vivit. Temperantia est illi domus: sapientia possessio: iustitia, & veritas & puritas illustria sunt claræ domus ornamenta. Qui degit in his, clarior est, quàm illi, qui marmoreis & auratis ædibus gloriantur. Si quis eum ob talem patriam laudauerit, si tale genus extulerit, is vera dicit, & gratas illi laudes assignabit. Terrâ autē & diuitias, & carnem, & opes, & principatus, & ex ijs partam gloriam, tribuant, qui volunt, amatoribus mundi. Cū igitur congruentem ipsi laudationem oratio nostra non capiat, hæc studia laudandique artificia respueda fortasse sint. At si id fecerimus, quomodo inquiet aliquis, memoriam ipsius celebrabimus? Quomodo seruabitur scripturæ lex, quæ iubet, ut cum laudibus, sanctorum memoria celebretur, siquidem & veræ laudes ipsius, oratione explicari non possunt, & eas communi ista ratione prosequi, contumeliosum est? Alia suppetit ratio, qua non profusus eum sine munere nostrarum laudum relinquamus. Ecquænam est hæc ratio? Quis nescit orationem omnē si a rebus seiuncta sit, inanem esse, nec posse subsistere? Rerum autem naturam efficere, ut oratio consistat, & vera esse videatur? Quam obrem laus factis expressa quavis oratione præstantior erit: hoc autem præstabitur, si ex memoria illius vitam nostram, melius quàm antè instituerimus. Quemadmodum enim si in annuli pala, pulcherrima quæpiam imago sit insculpta cera signo eius admota, pulchritudinem illius in se transfert, totam signi similitudinem propriis notis sic exprimens, ut nulla ratione tam aptam ipsius imaginis formā quis possit effingere, ut ille, qui cera expressam eam ostendit: eodem pacto si quis ornata oratione virtutem doctoris extollet, alter aut eum imitando vitam suam ad eius similitudinē informabit, huius laudatio vita & factis expressa pulchrior & gratior erit, quàm illius, qui eam elegantiori oratione tantum exornabit. Sic igitur & nos, fratres, si in iis, quæ agemus, temperantia temperatē imitabimur, virtutē eius laudabimus pro dignitate. Et de ceteris item eodē modo. Sapientia admirationem exprimamus, sapientiam capescentes. Paupertatis laudem, euadentes pauperes terrenæ istius facultatis. Huiusce mundi contemptum non verbis tantum laudabilis & gloriosus esse dicatur, sed eorum, quæ mundus ipse appetit, despectione tanquam testimonio comprobetur. Ne dicas solum, ille versabatur cum Deo, sed te ipse quoque cum Deo coniunge. Nec refer modò, ille præter quietis æternæ spem nihil possidebat, sed eadē tu item tibi diuitias repone: Licet enim res ille suas è terra in cœlum transtulit, transfer tuas etiam tu in cœli tutissimos thesauros. Sic & tu magistrum imitare. Perfectus est enim discipulus, si sit sicut magister. Etenim in reliquis artibus qui medici, aut geometræ, aut rhetoris discipulus fuit, indignus erit, cui fides habeatur, si magistri artem commendans oratione quidem scientiam eius admirabitur, in se autem nihil admiratione dignum ostendat. Sic enim illi quisquam obicit. Quomodo magistrum tuum medicum dicis, cū imperitus sis medendi facultatis? Aut quomodo Geometræ discipulum afferis, cū Geometriam ignores? At si quis in se ipso demonstrat artem quam didicit, scientia sua commedat eum qui sibi artem tradidit. Quam obrem nos item, qui Basilio doctore gloriamur, vita & factis disciplinam declaremus, id euadentes, quod eum & apud Deum, & apud homines celebrem ac magnum fecit in Christo IESU Domino nostro, cui gloria & Imperium nunc & in secula seculorum, AMEN.

VITA

VITA BASILII CAESARIENSIS

Episcopi, per Suidam scripta, Alberto Lino Veronense Interpretæ.



BASILIVS Cæsareæ Cappadocum, quæ prius Mazaca vocabatur, Episcopus fuit, Gregorij Nazianzenorum Episcopi sodalis. Ortus est autem ex valde illustribus parentibus, Basilio videlicet, & Emmelea, quorum cognatio generis antiquitate clarissima fuit, vir eloquentissimus, ac in disciplinis omnibus eruditissimus. Hic multa scripsit, inter quæ illa præcipue admirationi sunt, quæ in Exhameron conscripsit. Cōposuit autē libros egregios aduersus Eunomium & opus de Spiritu sancto, nouæque homelias in Exhameron. Alium item librum de monachorum officijs. De Virginitate alium, Laudationem in quadraginta martyres, Alium in Gordiū, in Balaam, in Iulitiam, Extant etiam sermones morales in diuersos psalmos, Diuersæ item epistolæ, quibus nihil præstantius, ad Libanium sophistam, & Gregorium amicū, atque ad alios complures. Huius autem Basilij & Philostorgis in sui temporis historia mentionē facit, sic scribens. Basilium enim illis temporibus Cæsareæ Cappadociæ floruit, & Gregorius Nazianzi, quod oppidum publicū Cappadociæ est diuersorij, & Apolinarius Laodiceæ, quæ est in Syria. Porro tres isti viri eo tempore pro consubstantialitate Spiritus sancti aduersus eos, qui illum alterius esse à Patre & Filio substantiæ asserebant, acriter decertabant, longo intervallo omnes, quotquot antea, & post ad meam vique ætatem eiusdem hæresis fautores, defensoresque fuerunt, superantes, adeo ut Athanasius præ illis puer habitus fuerit. Nam cū externarum, quæ vocantur, disciplinarū erant peritissimi, tum ex sacris scripturis quæcunq; populo præleguntur, quæque memoriæ mandari solent ut in promptu habentur, optime isti callebant, omniumque maxime Basilium. Ad hæc vnusquisque illorum ad libros profusosque ingenio, & stylo componendos erat aptissimus, siquidem Basilium in popularibus orationibus vnus inter omnes maxime eminebat. Erat enim in concionibus ad populū splendidissima oratione locupletissimus. Apolinarius verò scribendis commentarijs excelebat. At Gregorius si ad vtrunq; concionandi scilicet, & cōmentandi genus examinaretur, ad scriptionem aptior videbatur. Hactenus Philostorgius Arrianus de illis velut cursim scripsit. Obiit autem magnus Basilium Gratiano Romanorum imperium gerente, quatuorq; fratres habuit, Gregorium Nilis Episcopum, & Petrum etiam ipsum Episcopum, aliisque duos monasticam vitam sequutos.

Si sanctus hic vir eloquentia & omnibus disciplinis fuit eruditissimus, cur hoc tempore quidam illorum studium tantam inuile damant, & a sancta Ecclesia exprobrant volunt.

VITA SANCTI GREGORII

Nazianzeni Episcopi, per Adonem Episcopum Treuerensem scripta.



APVD Nazianzon oppidum Natale beati Gregorij Episcopi, qui Theologus dicitur, collegæ Beati Basilij, Cæsareæ Cappadoceæ postea Episcopi: Qui cū se totum Dei seruitio mancipasset, tantum de collegæ amore præsumpsit, ut sedentem Basilium de cathedra deponeret, ac secum ad monasterium manu iniecta perduceret. Ibiq; per annos tredecim omnium Græcorum seculariū libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dabant. Igitur apud Nazianzum oppidum in locum patris Episcopus subrogatus, hereticorum turbinem fideliter tulit. Rediit verò pace, Constantinopolim ad Ecclesiam docendā venire exoratus, non abnuit. Vbi breui tempore tantum ad emendandum populū vetustis hereticorum insectum veneniam profecit, ut tunc primum Christiani sibi viderentur, & nouellam lucem veritatis aspicere. Sed ubi gloriam subsecuta inuidia est, obniti quidam, & perscriptionibus minus sanis uti cōspere, ut ipso ad propria rumeante, alius ordinaretur Episcopus. Quod ille suffrari tantū, & sub dente sentiens ruminari, ipse profert, quod dicere ei nullus audebat: Absit, inquit, ut mei causa aliqua simulata in Dei sacerdotibus oriatur: si propter me est ista tempestas, tollite, & mittite me in mare, & desinet à vobis quassatio. Tunc regressus in Ecclesiam suā, quod superfuit vitæ tempus exegit. Et quoniam fessa anima, etate & corpore inualidus erat, successorem sibi ipse elegit, quo Ecclesiam gubernante, debilitatis & senectutis ocio fruas-

Habetur in eiusdem Martyrologio sub vij. Idus Maij

teatur

VITA

VITA GREGORII NAZIANZENI

Episcopi, per Suidam scripta, Alberto Lino Veronense Interprete.

Vide et huius sanctissimi viri humanarum disciplinarum scientia imbutum.

GREGORIVS Nazianzeni, quae civitas publicè Cappadociæ est diuersorium, Episcopus fuit, vir disertissimus, Basilio Cæsareæ, quæ est in Cappadocia, Episcopo summa necessitudine, & familiaritate cõiunctus. Hic nõ solum Gramaticæ peritus, atq; ingenio ad poeticam habili fuit, verum multò etiam magis ad philosophiam exercitatus, Rhetorq; excellentissimus. Multa soluta oratione conscripsit. Siquidem vniuersa eius opera triginta millibus versuum ab eo absoluta fuerunt, è quorum numero hæc sunt. De obitu Cæsarij fratris, Oratio funebris in eius patrem: Altera in Gorgoniam sororem. De pauperibus diligendis, Laudatio Machabæorù, Laudatio Cypriani, Laudatio Athanasij, Laudatio Heronis Philosophi, Aduersus Iulianum Imperatorem orationes duæ, De Spiritus sancto oratio vna, Paenegyricæ orationes decem, aliæque item permultæ & omnibus notæ. Sequutus est aut in dicendo stylus Polemonis Laodicensis, qui Smyrne artè dicendi professus est, Aristidisq; Rhetoris præceptor fuit. Aliù insuper heroico carmine librum composuit, virginitate & matrimonio inter se inuicè disceptantibus aliq; varijs diuersisq; metrorù generibus argumeta tractauit. Quæ quidem omnia in vnum collecta volumè triginta mille carminum conficiunt, Huius aut Gregorij & Philostorgij Arrianus in sui temporis historia mentionem facit, quæ admodum in vita Diui Basilij dictum fuit. Ac stylus quidem Gregorij Apolinarij stylo grædior, Basilij verò presior fuit. Ceterum quum tanta in his viris & dicendi & scribendi inesse facultas, moribus quoq; nihilominus integritate apud multitudinem spectandis suspiciendisque præditi erant, adeo vt & ijs omnibus quæ in eorum vita conspicerentur, ipsiq; loquerentur, ac scribendo in lucem ederent, vnüquemque ad suam societate perducerent, vt quoque eorum siue factis, siue sermone, seu scripto capi quisque facilius poterat. Quum igitur Gregorius adhuc superstes Episcopum in eius locum susceptum Ecclesie, cui ipse præful obtigerat, præficeret, ipse in quodam agro solitariam vitam traxerat. Annos verò nonaginta atque eo amplius natus, decimo tertio anno Imperij Theodosij migravit è vita, hoc eius virtute indignù passus, quòd & à cathedra vrbs regis depulsi fuit, & deteriores digniores habiti quàm ipse, qui virtute & vitæ sanctæ splendore longè omnibus antecellebat.

VITA GREGORII NISSÆ

Episcopi, per eundem Suidam, eodemque Interprete.

Nota, Omnibusque bonis artibus eruditissimus, contra eos qui liberarum artium studia improperant.



GREGORIVS Basilij Cæsariensis frater Nissæ Episcopus fuit, vir & ipse præstantissimus, & omnibusque bonis artibus eruditissimus. Verum Rhetoribus in primis operam dedit, in qua quidem facultate tanta cù laude & splendore enituit, quanta cuius alius superiorum temporum illustris orator. Hic aduersus Eunomium librum eximium conscripsit, opusque egegiùm de hominis opinio. Ad hæc crebras, & cõtinuas homelias partim in Cætica canticorù, partim in Ecclesiastem, ad Macinamq; sororem longum quandam, eumque per pulchrum de anima librum composuit, multaque alia scripsit, inter cætera laudationem Stephani protomartyris sanè quàm admirabilem, illiusque Gregorij vitam, qui miraculis clarissimus fuit.

VITA DIVI AMBROSII EPISCOPI

Mediolanensis, & Macedonij viri sancti, per Ruffinum præbyterum Aquileiensem, & Calsiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib. 11. Historiæ Ecclesiasticæ cap. 12.



DEFUNCTO Apud Mediolanum Auxentio hæreticorum Episcopo, vtriusque partis populi diuersis studijs ferebantur. Dissensio gratis, & periculosa seditio vbi propriæ maturum parabat exitium, si pars vtraque cum diuersum vellet, nequaquam quod proposuerat, obtineret. Ambrosius tunc cõsultis eius de prouinciæ falces regebat. Is cù perniciosè ciuitati videret impèdere, pro loco atque officio suo cõsensim Ecclesiam seditionem populi mitigaturus ingreditur. Cumque

Cumq; inibi multa secundum leges & publicâ disciplinam pro quiete & tranquillitate proorasset, pugnantis inter se & dissidentis populi subitò clamor & vox vna confurgit, Ambrosium Episcopum postulantem. Baptizari hunc protinus clamant (erat enim cathecumenus) & sibi Episcopum dari nec aliter vnum populum fore atque vnam fidem, nisi Ambrosius sibi daretur sacerdos. Obluctante illo & plurimù resistente, ad Imperatorem relatù populi desiderium, omni maturitate iubetur impleri. Dei enim ait esse, quòd discordantem populi fidem, & animos dissidentes cõuersio subita in vnâ cõsentim atq; in vnâ sententiam reuocaret. Moxq; Dei gratiâ cõsecutus, & initiatus sacris & sacerdos effectus est. Mortuo aut Valentiniano Iustina vxor eiusdem, ac Valentiani pueri mater, Arrianæ hæreseos alumna, impietatis suæ venena, quæ viuente viro suppresserat, filio facile decepto fidenter aperuit. Igitur apud Mediolanum posita, conturbare Ecclesiarum statum, comminari sacerdotibus depulsionis exilia, nisi Ariminensis concilij decreta quibus fides patrum tõmerata fuerat, reuocarent. Quo bello ecclesie murum & turrim validissimâ pullabat: Ambrosium. Eumq; minis, terroribus, atque omni oppugnationis genere fatigauit, primum sibi aditù debellandæ rimabatur Ecclesie. Sed quamuis illa tezabel spiritui pugnet armata, resistebat tamen Ambrosius, Helix virtute repletus & gratia. Ipsa aut in Ecclesijs garrire, strepere, animare, & in flammam ad discordiam populos: Sed quòd minus res ex sententia cederet iniuriam putare, & pro hoc ad filium conuenire. Vnde adolescentulus pro contumeliæ inuidia, quâ falso cõsiliu erat mater, accensus armatorù globò ad Ecclesiam mittit, cõfringi ianuas, oppugnari sancta, sacerdotem pertrahi atque in exiliù mitti protinus iubet. Sed tanta fuit perseverantia fidelium populorum, vt animas prius amittere quàm Episcopum mallet. Interim dictanda aduersum fidem patrum imperialia decreta mādantur, beneuolè tunc memorie scripserat. Sed ille cui ab incunabilis sacra fides & venerabilis fuit, abnegat se impia verba posse proferre, & cõtra Deum loqui. Tum verò ne inceptum reginæ frustrari videretur, celsior ei honor promittitur, si impleat iniuncta. Ille qui nobilior in fide esse quàm in honoribus cuperet: Quid mihi, ait, pro impietatis mercede altioris promittis gradum? Hunc ipsi: quem habeo tolite, tantù mihi conscientia fidei duret illa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientium cingulū iecit. Ambrosius verò aduersum reginæ furorem, non se manu defendebat aut telo, sed ieiunijs continuatisq; vigilijs sub altari positus, per obsecrationes defensorem sibi atq; Ecclesie Deum parabat. Dumq; hæc in longum diuersis machinis, & oppugnationibus nequam Iustina moliretur, Maximus, qui se exuere tyranni infamia, & legitimum principem gestirer ostendere, datis literis impium protestatur inceptù, fidem Dei impugnari, & statuta catholicæ Ecclesie subruj, & inter hæc appropinquare Italiae cepit. Quo Iustina cõperto, hoste simul atque impietatis conscientia perurgente, in fugam versa cù filio exilia quæ Dei sacerdotibus præparabat, prima sortitur. Adfuit tamen Theodosius propter regni fidem, bonitatisq; ac beneficiorum Gratiani memor, et in vindictam, totius viribus Orientis inlurgens, vltus est sanguinem instum. Valentiniani quoque impia inter hæc matre defuncta fide catholicam, quam ipsa violauerat, & regnum tyrannide depulsa, restituit. Atque ipse postea quàm Romam illustri triumpho inuectus est, ad propria rursus regna remeavit.

Theodoretus. Sed non est facile hominibus vniuersas vitare hostis insidias. Nam vbi quispian libidinis effugerit passionem, incurrit in avaritiam. Qua declinata, inuidiæ fouea paratur, hæc si transcendat, vitium furoris incurrit. Atque alios plurimos ponit laqueos inimicus quo capere possit incautos. Et corporis quidem passiones habet facile ministrantes, vt animam possit occidere. Sola autem mens eius qui vigilarit, diuinis vacando, victoriam reportat, machinationum imperium dissoluens. Humana itaque natura participatus Theodosius Imperator, habuit passionem quoque communionem, iustosq; furori immensam permiscens crudelitatem, iniustam operatus est passionem. Quam rem narrare necessarium est, & pro vtilitate legentium, & pro memorabili virtutum opinione. Thessalonica ciuitas est grandis & populosa, in qua cum fuisset orta seditio, quidam Iudicij lapidati sunt atque trucidati. Hinc indignatus Theodosius, iracundia non refrenauit impetum, sed inuisit iniustos gladios super omnes euaginari, & vnâ cum nocentibus innocentes interimiri. Septem milia etenim hominum (sicut ferunt) occisa sunt, non præcedende iudicio, sed tanquam in melsibus omnes simul occisi sunt. Huiusmodi cladè plenam valde gemitibus audiens Ambrosius, cum princeps Mediolanum venisset, & solenniter in sacrum voluisset intrare templù occurrit foris ad ianuas, & ingredientem his sermonibus à sacri liminis ingressu prohibuit. Nescis Imperator perpetrata: te cædis quanta sit magnitudo? neque post causam tanti furoris mens tua molem præsumptionis agnoscit, sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperij? Docet tamen vt vincat ratio potestatis. Scienda quippe natura est, eiusque mortali tas atque resolutio, & pulvis progenitorum ex quo facti, & in què redigendi sumus, & non

Si omnes fideles ex quo sibi sacra dotes, vt quidam nunc mentiuntur, quid fuit necesse, vt Ambrosius mox baptizatus, et in ianuas, et sacros dos efficeretur. Cap. xya

Idcirco Iulianus continuatque vigilijs, sub altari positus, per obsecrationes defensorem Ecclesie parat Deum Ambrosius, vt etiam hoc iuba uertantur insanae nostri temporis curandam, qui hæc omnia subsannat & derident.

Habetur in lib. 5. Historiæ tripartitæ. cap. 30.

& non flore purpureo cōfidentem infirmitates operi corporis ignorare, Coequaliū hominum princeps es, & Imperator, & conseruorum. Vnus enim est omnium Dominus, rex omnium & creator. Quibus igitur oculis aspicias communis Dñi templū? quibus calcabis pedibus sanctum illius? 3 pauimentum, quomodo manus extēdes, de quibus adhuc sanguis stillat in iustus? quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctū Dñi corpus? qua temeritate ore tuo pōculum sanguinis preciosi percipies, quando furore verborū tuorū tantus iniuste est sanguis effusus? Recede igitur, recede, nec altero peccato priora crimina augere cōtendas. Suscipe vinculū. 4. quo te omniū Dñs nūc ligat, est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus Imperator obediēs (erat enim diuinis eruditionibus innutritus, & aperte scīēs quae sint propria sacerdotū, quae regū) gemens & flens ad Regalia reuerūs est. Cumq; oīto mensium continuorum transisset tēpus, propinquauit Natiuitatis Saluatoris nostri 5 festiuitas. Imperator aut lamentationibus assiduis in palatio residens, cōtinuas lachrymas inaccessibiliter expendebat. Ingressus itaque Rufinus tunc Magister, & singularem apud principē habēs loquendi libertatem, & videns principē in lamentatione prostratū, accessit vt lachrymarum causam libererit. At ille amarissimē ingemiscēs, & vehementius lachrymas fundens: Tu, inquit, Rufine ludis, & mea mala non sentis. Ego aut lamētor, gemo calamitatem meā: quia seruis quidē & mendicātibus aperta sunt templa Dei, & propriū Dominū ingredientēs licite exorant, mihi verō ingressus ad eū nō est. Insuper etiā coeli sunt mihi clausi. Hęc dicens, verba singula singulis interrumpebat. Rufinus verō: Currā, inquit, si tibi placet, pontificique precibus persuadebo, vt soluantur vinculū quod illigauit. Ait Imperator: Non suadebis Ambrosio. Noui ego decretū illius esse iustum, neq; reuerēbitur imperialem potentia, vt legem prepararetur diuinā. Cumq; Rufinus verbis plurimis vteretur, & promitteret Ambrosium esse flectendū, Imperator eū proficisci cū festinatione praecepit. Ipse verō spe data paulō pōst est sequutus, credens Rufini promissionibus. Porro vir mirādus Ambrosius mox vt vidit Rufinum, ait: Impudentiam canum imitatus es, & Rufine, tantā videlicet cædis autor existens, pudorem ex fronte detergens, nec erubescis, nec meuis contra imaginem latrare diuinam. Cumq; Rufinus supplicaret, & Imperatorē diceret esse venturum, superno zelo accessus Ambrosius, ait: Ego verō, inquit, Rufine praedico, quod eum ingredi sacralimina prohibebo: Si verō imperiū in tyrannidem mutabit, necem libenter & ego suscipiā. Hęc & alia plurima Rufinus audiens, nunciavit imperatori votum Antistitis, monens ne de palatio fortē procederet. At Imperator hęc in media iam platea cognoscens: Pergam, inquit, & iustas suscipiā cōtumelias. Cumq; ad sacra limina peruenisset, in sanctam quidē Basilicam non intrauit, sed veniēs ad Antistitem, & inueniens eū in saluatorio residētē, supplicabat vt ipsius vincula resolveret. At ille tyrānicam dicebat eius esse praesentiam, & contra Deum insanire Theodosium, eiusq; calcare leges. Verū Imperator: Non inquit, insurgo aduersus Ecclesiasticas sanctiones, neque iniquē ingredi limina sacra contendo, sed te solvere mea vincula depono, & communis Domini pro me exorare clementiam, nec mihi inquam claudi, quam cunctis poenitentiam agentibus Dominus noster aperuit. Tum Antistes: Quam inquit, poenitentiam ostendisti post tanta scelera? 6 Quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagaq; curasti? At Imperator: Tuū inquit, opus est & docere, & medicamina temperare: meum verō oblata suscipere. Tum sanctus Ambrosius: Quoniam furori, inquit, tuum iudicium commisisti, & non ratio protulit sententiam, sed proterus iracundia, scribe legem quae decreta furoris euacuet, vt triginta diebus sententia necis atque proscriptio in literis tantummodo maneat, & iudiciū rationis expectet: quibus transactis diebus ira videlicet iam cessante, ratio causam iudicans, apud seipsam quae cognouerit sub veritate disponat. In his enim diebus cognoscetur an iusta sit quam protuleris, an iniusta sententia. Et si quidem ratio probauerit, iniusta quae sunt prolata abolebit: Si verō iusta, firmabit. Dieum verō numerus ad hęc examinanda sufficit. Hanc admonitionem Imperator animo libenti suscipiens, & optimam esse censitens, legem conscribi repente praecepit, & propriae manus literis confirmauit. Quo facto vinculum eius soluit Ambrosius. Quae lex haec non obseruatur. Est enim huiusmodi. Imperatores Gratianus, Valentianus, & Theodosius, Auggg. Flavianio Praefecto Praetorio Illyrici. Si vindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro causā inuictu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statu eorum fors & fortuna suspensa sit. Ros sanē accipiat vinciatq; custodia, & excubiis solertibus vigilanter obseruet.

Sic igitur sacratissimus Imperator ingredi liminā tentans, non stans Dño supplicauit, neque genua flexit, sed protinus in pauimento iacens, Dauidicam proclamauit vocē: Adhēsit pauimento anima mea, viuifica me secundū verbū tuū. 7 Manib' autē capillis euellens, frontemq; percutiēs, & pauimēto lachrymarū guttas aspergēs, veniam impetrare poscebat. Cumq;

Cumq; tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre, surgens cum lachrymis est ingressus: cum verō obtulisset, sicut solitus erat, intra castellos stetit. Rursus autem Ambrosius non quieuit, sed differentiam locorum edocuit. Et primò quidem interrogauit, quid ibidem expectaret. Imperatore dicente, expectare se sacrorum perceptionem mysteriorum, per Archidiaconum remandauit: O Imperator, interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata, quae cæteris nec ingredi, nec contingere permittuntur. Egredere igitur, & hanc expectationem cum cæteris habe communem. Purpura namq; Imperatores, non sacerdotes facit. Tum fidelissimus Imperator etiam hanc traditionem animo lubenti suscipiens, remandauit: Non temeritatis causa intra cancellos manū, sed in Constantinopolitana vrbe hęc consuetudinem esse cognoui. Vnde ago gratias pro huiusmodi medicina. Tali ergo tauraq; & praesul & Imperator virtute clarebant. Ego sanē vtriusq; opus admiror, illius libertatem, huius autem obedientiam: illius zeli feruorem, huius fidei puritatem. Porro regulas pietatis quas à magno sacerdote percepit, etiam reuerūs in Constantinopolitana vrbe seruauit. Nam cū festiuitatis tempore ad Ecclesiā processisset, oblati ad altare muneribus, mox egressus est. Cumq; Nestarius cū praesul Ecclesiæ rogasset, cur intrus stare nolisset, madauit princeps: Vix, inquit, potui discernere quae differentia sit Imperatoris & sacerdotis, vix enim inueni veritatis magistrum. Ambrosium namq; solum noui dignē vocari pontificem. Tantum itaque profuit increpatio à viro virtutibus florente profecta. Habebat igitur Imperator & aliam vtilitatis occasionem, per quam de bonis operibus triumpharet. Coniux enim eius de diuinis legibus eum sapius admonebat, seipsam tamen perfectē prius erudiens. Non enim regni fastigiis eleuata est, sed porius diuino amore succensa. Beneficij namq; magnitudo maiorem ei amorem benefactoris excitabat. Repente ergo vt venit ad purpuram, claudorum atque debiliū maximā habebat curā, non seruis, non alii ministris vtens, sed per seipsam agens, & ad eorum habitacula veniens, & vnicuique quod opus haberet praebens. Sic etiam per Ecclesiarum xenodochia discurrens, suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens coclearia, panem frangens, cibisque ministras, calices abluens, & alia cuncta faciēs, quae seruis & ancillis mos est solenniter operari. Illis aut qui eitales res nitebantur prohibere, dicebat: Aurū distribuere opus imperij est: ego autem pro ipso imperio hoc opus offero, bona mihi omnia conferenti. Nam viro suo sepe dicebat: Oportet te semper marite cogitare, quid pridem fueris, quid modò sis. Hęc si semper cogitaueris, ingratus benefactori non eris: sed imperiū quod suscepisti, legitime gubernabis, & harum rerum placabis autorē. His ergo sermonibus semper vsa, velut optimam quandā vtilitatem, virtutisque abundantiam coniugi suo aliqui ad optima propenso offerebat. Hęc verō, ante maritum defuncta est. Post aliquantum verō tempus mortis eius aliquid tale accidit, quod maximum amorem quem habuit erga eā Imperator, ostendit. Coactus quidē Theodosius plurimum continuatione bellorum, quandā exactiōnem nouā imposuit ciuitatibus. Antiochena verō ciuitas nouum vectigal ferre nō potuit, sed videns populus suspendi eos à quibus fuerat exacta pecunia, cum alia egit (vt vulgus solet) occasione seditionis inueniens, tū deicientes enēā statuam laudatissimē Placillae (sic enim Augusta fuerat vocata) etiam diu per oēm traxere ciuitatem. Hęc vbi Imperator cognouisset, ægerimē quidē tulit, vt equū erat, ac priuilegia ciuitati ademit, vrbique vicinē primatū tribuit, putās hoc illis maximo dolori futurum. Inuidebat enim iam olim Antiochiæ Laodicea. Post hęc aut & incendium & deuastationem minabatur, & in vici formā se vrberē redacturū. Porro magistratus ipsi quosdā in ipso facinore comprehensos supplicis affecerant, priusquam de hac tragedia Augustus fuisset certior redditus. Hęc autē omnia Imperator quidē præcipiebat, non tamen fiebat, prohibente id lege quam proferri fecerat Ambrosius. Cū igitur venissent qui ferebant minas Imperatoris, Aliebius magister militum, & Cæsarius magister erant omnes sub formidine constituti. Porro viri eremum habitantes, virtutis oppugnatores, multi sancti & optimi viri, plurima monita simul & preces eis qui à principe missi fuerat, offerebat. Macedonius autem vir sanctus, nihil huius vitae sciens, sed etiam diuinorum librorum penitus expers, in summatibus habitans montium, diu noctūq; Saluatori omnīū puras offerens preces, non Imperatoris indignatione permotus, non iudicium ab eo missorum, in media ciuitate vtriusque clamydem apprehendens ab equis suis vt descēderent imperabat. At illi feniculum pannis obitum vilissimis intuentes, primum indignati sunt. Cū verō quidā obsequia exhibentium, virtutem viri illius indicassent, repente ab equis desilientes, & genua tentes, eius veniam suppliciter implorabant. At ille sapientia diuina repletus, hęc eis verba locutus est: O amici, dicite Imperatori: Non es Imperator solummodo, sed etiam homo. Noli itaque respicere solum imperium, sed considera quoque naturam. Nam cū sis homo, eiusdem naturae hominibus cognosceris imperare, & secundum imaginem diuinā atque similitudine hominū creata natura est. Noli igitur crudeliter atq; scruisimē Dei imaginem occidere

a Si ex aequo oēs essent sacerdotes, vt dicunt noui heretici, Ambrosius non expulisset Imperatorem a locis sacerdotilibus.

3 Bece sanctū Ecclēsie pauimentū. Et sanctū Domini corpus in Euāgelistia, & pretiosus eius sanguis in poculo. Vtrūque hoc corā pseudoapostolos nostros.

4 D. Ambrosius excommunicat Theodosium Imperatorem.

5 Festiuitas Natiuitatis Saluatoris.

6 Hęc bene vir qui negas satisfactionis opera esse necessaria poenitentii, quoniam Christus abūde pro omnibus satisfecit. Quid dicis ad hunc locum.

7 Nōne omnia ista sunt satisfactio operis? Quid dicis tu, qui asseris hęc aduersari Euāgelistia, doctrinā fidei & obscurare hęc uesicium Christi.

irritas enim creatorem, cum illius punis imaginem. Illud quoque; considera, quod tu ipse tantum propter aream contristaris imaginem. Quantum verò differat inanimata res ab animata, viuente atque rationali, cunctis sensum habentibus est apertum. Insuper etiam illud considera, ret, nobis quidem facile esse pro vna imagine complures areas reparare, at illi omnino difficile vel vnum capillum restituere peremptorium. Hæc audientes illi, principiè referentes, flammâ iracundiæ penitus extrinxerunt. Qui pro terroribus satisfactione rescripsit, & causam indignationis aperuit. Non, inquit, oportebat me peccante, mulierem omni favore dignissimam, post mortem tantam contumeliâ sustinere. Aduersum me namque furorē indignantes decebat armare. Adiecit etiam quod doleret & ingemisceret, eò quod audisset quosdam à Iudæis peremptos.

ITEM DE EODEM EX D. BASILIO.

Est epistola D. Basilij 7^o ordine epistolarum eius 55. ad D. Ambrosiū scripta.

Magna semper & multa quidē sunt Domini nostri dona, quorū neque magnitudo mensurabilis, neque multitudo numerabilis est: vnum verò quod inter maxima reputari potest ab iis qui nō difficili beneficiorū Dei in se collatorū sensu tanguntur, & præses, hoc est, quod quā longissimè propter locorum distantia seiuicis per literarū alloquiū mutuo coalescere dedit. Largitus est autē duplicem cognoscēdi modū: Vnū per præsentē cōiūctū & congressim: Alterum per consuetudinē literariam. Quoniam igitur te per ea quæ locutus es cognouimus: cognouimus verò non ex eo quod nota quedam corporis tui menti nostræ impressa sit: sed quod interioris hominis tui pulchritudinem veluti ex variegata sermonum pictura cognouimus. Nam quisque nostrū ex abundantia cordis loquitur. Glorificauimus autem Deum nostrum, qui ex quavis mortalium generatione eos qui sibi placuerint, deligit. Qui olim quidem ex pastoribus ouīū populo suo principem excitauit, & Amos de grege caprarum sumptum spiritu suo instruxit, & ad prophetica dignitatem extulit: nūc verò virum ex vrbe regia, cui totius gentis principatus conceditus erat, sapientia sublimē, generis claritate, vitæ splendore, orandi facultate, & rebus secularibus illustrem, ad gregū Christi pasturam traxit, qui proiectis huius vitæ opibus vniuersis, proq; damno habitis, vt Christum lucrifaceret, commissa sibi magni ac præclari nauigij, Ecclesiæ videlicet Dei in fide Christi gubernacula accepit. Age igitur o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti, aut doctus es Euangelium Christi, sed ipse te Dominus è medio iudicum terræ desumptum ad præsentiam Apostolicam transtulit: certa bonum certamen, corrige ac moderare infirmitatem populi, si qua Arrianæ vesaniæ labe tactus est: renoua prisca patrum vestigia: & quod dilectionis erga nos fundamentum iecisti in ipsam structuram, assiduitate mutui nobis alloquiū excitare ac prouehere stude. Nam hoc pacto spiritu poterimus coniuncti esse, licet terrestri habitatione quā longissimè alter ab altero disitis simus.

ITEM ALIA DIVI AMBROSII

vita per Paulinum Nolanum Episcopum, ad beatum Augustinum Episcopum scripta.



HORTARIS venerabilis pater Augustine, vt sicut beati viri Athanasius Episcopus & Hieronymus præbyter, stylo persecuti sunt vitas sanctorum Pauli & Antonij in heremo positorū. Sicut etiā Martini venerabilis Episcopi Turonensis ecclesiæ, Seuerus seruus Dei sermone contexit, sic etiam ego beati Ambrosij Episcopi Mediolanensis ecclesiæ, meo prosequar stylo. Sed ego vt meritis tantorum virorum, qui muri ecclesiarum sunt, & eloquentiæ fontes, ita etiam sermone me imparem noui. Tamen quia absurdum esse opinor quod præcipis declinare, ea quæ à probatissimis viris qui illic ante me astiterunt, & maximè à sorore ipsius venerabili Marcellina didici, vel quæ ipse vidi cum illi astarem, vel quæ ab his agnouī qui illum in diuersis prouinciis post obitum ipsius se vidisse narrarunt, vel quæ ad illum scripta sunt, cum adhuc obiisse nesciretur, adiutus orationibus tuis & meritis tanti viri, licet inculto sermone, breuiter stricimque describam: Vt lectoris animum etsi sermo offendit, tamen breuitas ad legendum prouocet, ne verborum fucus veritatem obducam: Ne dum scriptor elegantie pompam requirit, lector tantarum virtutum amittat scientiam. Quem non magis verborū phaleras pompasque sermonum, quā virtutes rerum, gratiamque spiritus sancti spectare conuenit. Siquidem nouerimus viatores gratiorem habere aquam breui vena stillatē, fortè cum sitiunt, quā profluentis fontis riuos, quorum copiam non sitis tempore reperire possunt. Et hordeaceus panis dulcis solet esse etiam his, qui centenis vicibus ferulorū quotidie conuiuij copias

copias ructare consuērunt. Sed & hortorum amœna mirantibus herbæ agrestes placere conuenerunt. Quam obrem obsecro vos omnes in quorū manibus liber iste versabitur, vt credatis vera esse quæ dicimus. Nec putet me quisquam studio amoris aliquid quod fide careat posuisse. Quandoquidem melius sit penitus nihil dicere, quā aliquid falsi proferre, cum sciamus nos omnium sermonū nostrorū reddituros esse rationem. Nec dubitē etiā non ab omnibus omnia, tamen ab diuersis diuersa sciri, & ea cognita nōnullis esse, quæ etiā minus ipse aut audire, aut videre potui. Vnde à die natiuitatis eius narandi initium sumā, vt gratia viri ab incunabilis quæ fuerit, agnoscat. Igitur posito in administratione præfecturæ Galliarū patre eius Ambrosio, natus est Ambrosius, qui infans in area prætorij in cunabulis positus, cum dormiret aperto ore, subito examen apū adueniens facie eius atque ora cōpleuit, ita vt ingrediendi egrediendi que frequentare vices. Quæ pater qui propē cū matre vel filia deambulabat, ne abigeretur ab ancilla, quæ curā nutriedi infantis susceperat, prohibēs, sollicita enim erat ne infanti noceret: expectabat tamen patrio affectu, quo sine illud miraculum clauderetur. At illē post aliquādiu euolantes, in tantā aeris multitudinē subleuatae sunt, vt humanis oculis minimè viderentur. Quo facto terribus pater ait: Si vixerit infantulus iste, aliquid magni erit. Operabatur enim iā tūc Dns in seruili sui infantia, vt impleteret quod dictū est: Faui mellis sermones boni. Illud enim examē apum, scriptorū ipsius nobis generabat fauos, qui cœlestia dona annuiciarent, & mentes hominū de terrenis ad cœlum erigerent. Postea verò cum adoleuisset, & esset in vrbe Roma constitutus cum matre vidua, & sorore quæ virginitatem iam fuerat professā, comite alia virgine, cuius soror Cādida & ipsa est eiusdem professionis, quæ nunc Carthagine degit iam anus cum videret sacerdotibus à domestica fororis vel matris manus osculari, ipse ludens offerebat dexteram, dicens, & sibi id ab eis fieri oportere, siquidem Episcopum se futurū esse memoraret: loquebatur enim in illo spiritus sanctus, qui illum ad sacerdotium nutriebat. Illa verò vt adolescerem & nescientem quid diceret, respuebat. Sed postquam edoctus est liberalibus disciplinis, ex vrbe egressus est: professusque in auditorio præfecturæ prætorij iam splendide causas perorabat, vt eligeretur à viro illustri Probo, tunc præfecto prætorij, ad consilium tribuendum. Post quod consularitatis suscepit insignia, vt regeret Liguriā, Æmiliamque prouincias, venitque Mediolanum. Per idem tempus mortuo Auxetio Arrianæ perfidia: Episcopo (qui Dionysio beatæ memoriæ confessorē ad exiliū destinato, incubabat Ecclesiā) cum populus ad seditionem esset, quæ illi cura sedadē seditionis, ne populus ciuitatis in periculum sui verteretur, perrexit ad Ecclesiam. Ibi que cum alloqueretur plebem, subito vox fertur infantis in populo sonuisse, Ambrosium Episcopum. Itaque qui antea turbulētissimè dissidebant, quia & Arriani sibi & catholici sibi Episcopum cupiebāt superatis alterius ordinari, repente in hūc vnū mirabili & incredibili cōcordia cōsensērūt. Quo ille cognito, egressus Ecclesiā tribunal sibi parari fecit, quippe mox futurus Episcopus altiora cōscendit. Tūc cōtra consuetudinē suam tormēta iussit personis adhibere. Quod cum faceret, populus nihilominus acclamabat. Peccatū tuum super nos. Sed non similiter is populus tunc clamauit, sicut populus Iudæorū. Illi enim vocibus suis sanguinē Dominicum effuderūt, dicentes: Sanguis huius sper nos. Isti verò Cathecumeni scientes, fidei remissionē illi peccatorū omnium per baptismatis gratiā promittebant. Tunc ille turbatus reuertens domū, philosophiam profiteri voluit, futurus sed verus philosophus Christi, qui contēptis secularibus pompis, piscatorum securus esset vestigia, qui Christo populos congregarunt: Non fucus verborū, sed simplici sermone: & verē fidei ratione, misit sine pera, sine virga, etiā ipsos philosophos cōuerterunt. Quod vbi nesceret, reuocatus est, publicas mulieres publicē ad se ingredi fecit, ad hoc tantū vt visis his, populi intētio reuocaretur. At verò populus magis magisque clamabat: Peccatū tuū super nos. At ille cum videret nihil intentionē suam proficere posse, fugam parauit. Egressus noctis medio ciuitatem, cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam ciuitatis Mediolanensis, quæ Romana dicitur, inuenitur. Deus enim qui Ecclesiæ siq; catholice murum parabat aduersus inimicos suos, & turrē erigebat, dabat contra faciem Damasci, hoc est, perfidiam hereticorū, fugā illius impediuit. Qui inuentus cum custodiretur à populo, missa relatio est ad clementissimum Imperatorē tunc Valentinianum, qui summo gaudio accepit quod iudices à se directi ad sacerdotium peterentur. Laetabatur etiam Probus præfectus, quod verbū eius impleteretur in Ambrosio. Dixerat enim proficiscenti cum madata ab eodē daretur, vt moris est: Vade, age nō vt Iudex, sed vt Episcopus. Pēdente itaque elatione iterū fugā parauit, atq; in possessione cuiusdā Leontij clarissimi viri aliquādiu delituit. Sed vbi relationi responsum est, ab eodē Leontio proditur: præceptū enī erat vicario, vt susteret rebus periculis. Qui iniūcta sibi cum vellet implere, proposito dicto, cōuenit oēs, vt si vellet sibi consulere rebusque suis, proderent virum. Productus itaque adductus Mediolanū, cum intelligeret circa se Dei voluntatem, nec diutius posset resistere, postulauit nō se nisi à catholicis

Nota: Renoua prisca patrū vestigia, quouia qui per nouorum hominū fragmenta ambulat, in erroribus versatur.

Habetur Tom. 1. operum eius in principio.

catholico Episcopo debere baptizari. Solicitam enim habebat perfidiam Arrianorum. Baptizatus itaque fertur omnia Ecclesiastica officia implere, atque octava die Episcopus ordinatus est cum lumina gratia & letitia cunctorum. Igitur post annos aliquot ordinationis suae ad urbem Romam, hoc est, ad proprium solū perexiit, ubique sancta puellam de qua supra memorauimus, cui manū offerre solitus erat, in domo propria cum germana sicut reliquerat, inuenit, matrem iam defunctam. Atque cum illa dexteram illius oscularetur, lubricans ait illi: Ecce vt dicebam tibi sacerdotis manum olcularis. Per idem tempus cum trans Tyberim apud quandam clarissimam inuitatus, vt sacrificium in domo offerret, quaedam balneatrix atque paralytica in lecto iacebat. Cum cognouisset ibidem esse Domini sacerdotem, in cellula se ad eandem domum ad quam ille inuitatus aduenerat, portari fecit, atque oranti & imponenti manus, vestimenta attigit: quae cum oscularetur, statim sanitate recepta ambulare cepit, vt impleteret illud domini uicium dictū ad Apostolos: Etiam maiora his facieris, credentes in nomine meo. Quod tamen signum sanitatis vt mirabile fuit, ita etiam Gionem post annos plurimos sanctis uiris referentibus positus in urbe cognoui. Sirmium uero cum ad ordinandum Episcopū Annemium perrexisset, ibique Iustine tunc temporis Regine potentia & multitudine coadunata de Ecclesia pelleretur, vt non ab ipso, sed ab hereticis Arrianis Episcopis in eadem Ecclesia ordinaretur, effectusque constitutus in tribunali, nil curans eorum quae a muliere excitabantur, vna de uirginibus Arrianorum impudentior caeteris tribunal conscendens, apprehenso uestimento sacerdotis, cum illū attrahere uellet ad partem mulierum, vt ab ipsis caelis de Ecclesia pelleretur, audiuit (vt ipse solitus erat referre) Etsi ego indignus tanto sacerdotio sum, tamen te non conuenit vel professionem tuam in qualemcumque sacerdotem manus iniicere, unde debes uere Dei iudicium, ne tibi aliquid eueniat, Quod dictum exitus confirmauit. Nam alio die mortuum ad sepulchrum uique deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Sed hoc factum non leuem aduersariis incussit metum, pacemque magnam Ecclesiae catholicae in ordinando Episcopo tribuit. Ordinato itaque catholico sacerdote Mediolanū reuertitur, ubique supradictam Iustinam mulieris innumeras insidias sustinuit, quae muneribus atque honoribus aduersus sanctum uirum oblati, populū excitabat: sed infirmorum mentes talibus promissis decipiebantur. Promittebat enim tribunatus & diuersas alias dignitates his qui illum de Ecclesia raptum ad exiliū perduxissent. Quod cum multi conauerunt, sed Deo praesule, perficere non ualuerunt. Vnus infelicior caeteris nomine Euthymius, tanto furore excitatus est, vt iuxta Ecclesiam sibi domum pararet, atque in eadem carrū constitueret, quo facilius raptum superpositum carpento ad exiliū perduxisset. Sed iniquitas eius in uerticem ipsius descendit. Post annum eodem die quo ille rapere se arbitrabatur, in eodem carpento impositus, de eadem domo ipse ad exiliū destinatus est, reputans sibi iusto iudicio Dei id in se esse conuersum, vt in eodem carpento dirigeretur ad exiliū, quod ipse parauerat sacerdoti. Cui non minimum solati sacerdos praebuit dando sumptus, vel alia quae erant necessaria. Sed haec confessio hominis nec mulieris furorem, nec voces ionorum Arrianorum clementia repressit. Maiore enim accenti demetia, Basilicam Portianam inuadere nitentur. Exercitus etiam armatus ad custodiendas fores Ecclesiae est directus, vt nemo auderet catholicam Ecclesiam ingredi. Sed Dominus qui de aduersariis suis Ecclesiae suae triumphos donare consueuit, ad Ecclesiae suae munimentū militum corda conuertit, vt aduersis scutis Ecclesiae fores seruariet, nec egredi dimitterent, sed ingredi Ecclesiam plebs catholica minime prohiberet. Sed nec hoc satis erat missis militibus, nisi vt etiam pro

10 Antiphona, hymni, & vigilia in Ecclesia Mediolanensi celebrari ceperunt. Cuius celebratae deuotio uique in hodiernum diem, non solum in eadem Ecclesia uerum per omnes penes prouincias Occidentis manet. Per idem tempus sancti martyres Prothasius & Gerualdus se sacerdoti reuelauerunt: erat enim in basilica positi, in qua sunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum. Sed sancti martyres Nabor & Felix celeberrime frequentabantur: Prothasij uero & Gerualdij martyrum, ut nomina, ita etiam sepultura incognita erat, in tantū ut supra ipsorum sepulchra ambularet oēs qui uellent ad caecellos peruenire, quibus sanctorum Naboris & Felicis martyrum corpora ab iniuria sepulchri defendebatur. Sed ubi sanctorum 12 martyrum sunt corpora leuata, & in lectis posita, multorum ibi sanatae aegritudines perdocetur. Caeus etiam Seuerus nomine, qui nunc usque in eadem basilica quae dicitur Ambrosiana, in qua martyrum corpora sunt translata, religiose seruit, ubi uestem martyrum attigit, statim lumē recepit. Obfessa etiam corpora à spiritibus immundis curata summa cum gratia domū resperebat. Sed his beneficiis martyrum in quantum crescebat fides Ecclesiae catholicae, in tantum Arrianorum perfidia minuebatur. Denique ex hoc tempore fedari cepit persecutio quae Iustine furore accendebatur, vt sacerdos de Ecclesia pelleretur: Tamen quoniam intra palatium multitudo Arrianorum cum Iustina constituta deridebat tantam Dei gratiam, quae Ecclesiae suae catholicae Dominus Iesus meritis 12 martyrum suorum conferre dignatus

11 Apud sancto- rum martyrum Gerualdij & Prothasij corpora multorum aegritudines sanatae sunt.

12 Ecce martyrum meritis.

dignatus est, uenerabilemque uirum Ambrosium narrabat pecunia comparasse homines, qui se vexari ab immundis spiritibus mentirentur, atque ut ab illo, sicut & à martyribus se torqueri dicerent: Sed hoc sudaicio ore loquebantur Arriani suppares scilicet eorum. Illi enim de Domino dicebant: Quoniam in Beelzebub principe daemoniorum eicitur demonia: Isti de martyribus, vel de Domini sacerdote loquebantur, quod non Dei gratia quae per ipsos operabatur, immundi spiritus pellerentur, sed accepta pecunia se torqueri mentirentur. Clamabat enim daemones: Scimus vos martyres: Et Arriani dicebant: Nescimus esse martyres. Iam hoc & in Euangelio legimus, ubi dixerunt daemones ad Dominum: Scimus, quia sis Dei filius, Et Iudaei: Hic autem unde sit nescimus. Sed non hic testimonium accipitur daemones, sed confessio. Unde miseros Arriani vel Iudaei, ut quod confitentur daemones, illi negant, Deus tamen qui gratiam Ecclesiae suae augere consueuit, non passus est diu insultari à perfidis, sanctis suis. Vnus itaque ex ipsa multitudine, subito arreptus spiritu immundo, clamare cepit, ita torqueri eos, ut ipse torquebatur, qui negaret martyres, vel qui non crederent in Trinitatis unitate, quam docet Ambrosius. At illi hac uoce confusi, qui conuerti debuerant, & digni tali confusione agere poenitentiam, in piscina demersum hominem necauerunt, perfidiae homicidium iungentes: deduxit enim illos ad hunc finem digna necessitas. Sanctus uero Ambrosius Episcopus maioris humilitatis uir factus, donatam sibi à Domino gratiam referuauit, crescebatque quotidie fide & amore coram Deo & hominibus. Per idem tempus erat quidam uir de haeresi Arrianorum, acerrimus nimium disputator, & durus atque inconuertibilis ad fidem Catholicam. Is constitutus in Ecclesia, tractante episcopo, uidit (ut ipse postmodum loquebatur) Angelum ad aures Episcopi tractantis loquentem, ut uerba Angeli populo Episcopus renunciare uideretur. Quo uiso conuersus fidem quam expugnabat, cepit ipse defendere. Fuerunt etiam duo cubicularij tunc temporis Gratiani Imperatoris de haeresi Arrianorum, qui tractandam Episcopo quaestione proponerent: Ad quam audiendam altero die ad Basilicam Portianam se adituros promiserat. Erat enim quaestio de incarnatione Domini. Sed alio die miseradi homines superbie tumore compelescentes in equos quasi gratia gestadi, ciuitate egressi sunt, expectante sacerdote & plebe in Ecclesia constituta. Sed huius contumaciae quis finis fuerit, horresco referens: subito enim precipitati miseris animas emisserunt, atque corpora illorum sepulturae sunt tradita. Sanctus uero Ambrosius cum ignorasset quod factum esset, ne diutius posset plebem tenere, ascendens pro tribunali, de eadem quaestione quae fuerat proposita, sermonem adorsus est, dicens: Debitum fratres uero soluendum, sed haereticos meos non inuenio creditores, & reliqua quae scripta sunt in libro qui de incarnatione Domini intitulantur. Occiso itaque Gratiano Imperatore, recipiendi corporis eius causa, secundam ad Maximum suscepit legationem. Apud quem quam constanter egerit, qui uoluerit cognoscere, ipsius legationis epistolam ad Valentinianum iuniorē datam cum legerit approbabit. Nobis enim alienum à promissione uisum est illa inferere, ne adiunctae epistolae prolixitas fastidium legenti adferret. Ipsum uero Maximum à communionis consortio segregauit, admonens, ut effusis sanguinis domini sui, & quod est grauius, innocentis, ageret poenitentiam, si sibi apud Deum uellet esse consilium. Sed ille cum poenitentiam declinat superbo spiritu, non futuram, sed etiam praesentem salutem amisit, regnumque quod arripuerat, femineo quodam timore deposuit, ut procuratorem se reipublicae nomine praefuisse confiteretur. Mortua uero Iustina quidam Aruspex Innocentius nomine, non opere, in causa malefactorum, cum à Iudice torqueretur, aliud quam interrogaretur, fateri cepit. Clamabat enim, ab Angelo maiora tormenta sibi adhiberi eo qui custodiret Ambrosium, quoniam temporibus Iustinae ad excitanda odia populorum in Episcopum, cacumen rectae Ecclesiae conscendens medio noctis sacrificauerit. Sed quantum instantius & sollicitius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidem catholicam & Domini sacerdotem conualescebat. Missis etiam se & daemones qui illum internecarent, fateretur. Sed daemones renuicias, se non solum ad ipsum appropinquare minime posse, uerum etiam nec ad fores domus in qua manebat Episcopus, quia ignis insuperabilis omne illud edificium communiret, ut etiam longè positi uiderentur, atque ita cessasse artes suas, quibus aduersus Domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur. Alius etiam gladium ferens ad cubiculum usque peruenit, ut interficeret sacerdotem, sed cum eleuasset manū, distracto gladio dextera obrigente remansit. Tunc se missum à Iustina postquam confessus est, brachium quod iniquè cum extenderetur riguerat, sanatum est confessione. Per idem tempus cum uir illustri Probus puerum suum notarium qui spiritu immundo grauitur vexabatur, direxisset ad Episcopum, egressum ubi dimisit diabolus, timens ad uirum sanctum perduci: Atque ita puer quadiu Mediolani apud Episcopum fuit, nulla cominatio

diaboli apparuit. Sed vbi egressus de Mediolano est, & propè urbem peruenit, idem spiritus qui illum antea habuerat, vexare cepit. Qui cum interrogaretur ab exorcistis, cur quamdiu Mediolani fuit, non in illo apparuisset, confessus est diabolus, timuisse se Ambrosium, & ideo recessisse ad tempus, arque expectasse in illo loco vbi ab illo recesserat, donec reuenteretur: quo reuertente, vas quod deseruerat, repetisset.

Extincto itaque Maximo,posito Theodosio Imperatore Mediolani, Ambrosio verò Episcopo constituto Aquileiæ, in partibus Orientis in quodam castello à Christianis viris synagoga Iudæorum & lucus Valentinianorum incendio concremata sunt, propterea quòd Iudæi vel Valentiniani insultarent monachis Christianis. Valentinianorum enim hæeres triginta deos colunt, Sed de huiusmodi factò comes Orientis ad Imperatorem relationem direxit: Qua acta Imperator præceperat vt synagoga ab Episcopo reedificaretur. Sed huius præcepti tenor cum ad aures peruenisset venerabilis viri Ambrosij Episcopi, direxit ad Imperatorem epistolam, quia ipse in tempore excurrere non poterat: quia illum conuenit, vt id quod ab eodem statutum fuerat, reuocaretur, seruarique sibi deberi ab eo audientiam, quoniam si dignus non esset qui ab eo audiretur, dignus etiam non esset qui pro illo audiretur, vel cui præces suas, aut cui sua vota committeret. Paratum etiam se esse pro tali negotio mortem subire, ne dissimulatione sui præuaricatorem faceret Imperator, qui tam iniusta contra Ecclesiam præcepisset. Postea verò cum Mediolanum reuertitur,posito Imperatore in Ecclesia, de eadem causa tractauit in populo. In quo tractatu introduxit Domini personam loquentis Imperatori: Ego te ex vltimo Imperatore feci, ego tibi exercitum inimici tui tradidi, ego copias quas ille aduersum te exercitui suo præparauerat dedi, ego inimicum tuum in potestate tua redegi, ego de femine tuo supra folium regni cõstitui, ego te triumphare sine labore feci, & te de inimicis meis donas triumphos? Cui descendenti exedram Imperator ait: Contra nos posuisti hodie Episcopo. At ille respõdens ait: Non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse loquutum. Tunc Imperator: Re vera, inquit, dura præceperã contra Episcopũ de synagoga reparanda. In monachos verò vindicandum esse à comitibus qui in tempore aderant dicebatur.

Quibus Episcopus: Ego quidem cum Imperatore nunc ago, vobiscũ verò mihi aliter agendũ est. Atque ita obtinuit, vt illa que statuta fuerant, reuocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua Imperator illum agere debere testaretur. Cui Episcopus: Ergo ago fide tua, Respõdit Imperator: Age fide mea. Qua responsione iterata, iam securus peregit sacerdos diuina mysteria. Hęc aut scripta sunt in epistola quã ad germanam suam fecit: In qua tractatum inseruit, quẽ eodem die habuit de baculo nucẽo, qui à Propheta Hieremia viũs esse describitur. Per idẽ tẽpus causa Thesalonicensũ ciuitatis nõ minima successit tribulatio sacerdoti, cum penẽ cõperisset ciuitatẽ deletã. Promiserat enim illi Imperator se veniã daturũ ciuibus supradictę ciuitatis, sed agẽtibus comitibus occultẽ cũ Imperatore, ignoratẽ sacerdote vsque in horam tertã gladio ciuitas est donata, arque plurimi intercepti innocẽtes. Quod factũ vbi cõperisset sacerdos, copiã Imperatori ingrediendi Ecclesiam denegauit: Nec prius dignum iudicauit cõtũ Ecclesię, vel sacramentorũ cõmunioni, quã publicã ageret penitentia. Cui Imperator cõtra asserbat, Dauid adulteriũ & homicidium perpetrasse. Sed respõsum illiccõ est: Qui sequutus est errantẽ, sequere corrigentem. Quod vbi audiuit clementissimus Imperator, ita suscepit animo, vt publicã penitentiam non abhorreret: Cuius correctionis profectus secundam illi parauit victoriã. Per idem tempus duo potẽtissimi & sapientissimi viri Perfarum ad famã sacerdotis venẽre Mediolanum, deferentes secũ plurimas quẽstiones, vt ex illis probaret sapientiã viri. Cũ quo ab hora diei prima vsq; ad horã serẽ tertã noctis per interpretẽ disputauerunt, admirantẽsq; discesserunt ab eo. Et vt se probaret non ob aliã causam venisse, nisi vt certò certius nosset virũ quẽ fama cõpererant. Alia die valesciantes Imperatori, profecti sunt urbem Romã, illic volentes cognoscere potentiã illustri viri Probi, qua cognita ad propria reuenterẽt: Sed egresso Theodoro de Italia, & Cõstantinopoli cõstituto, Valentiniano Augusto intra Gallias posito, directa relatio est sub nomine Senatũ à Symmacho tunc præfecto vrbis de repetẽda ara victorię & sumptibus cõremoniarũ. Sed vbi cõperit sacerdos, missõ libello ad Imperatorem postulauit, vt ad se relationis exemplaria dirigerentur, quibus ipse pro partibus suis responsurus esset. Qua relatione accepta, præclarissimum libellum conscripsit, vt contra nihil vnquam auderet Symmachus vir eloquentissimus respondere.

Sed postquam augustæ memoriæ Valentinianus in Viennensũ ciuitate (quæ est Galliarum ciuitas) vitam finiuit, Eugenius suscepit imperium: qui vbi imperare cepit, non multò post petentibus tunc Flauiano præfecto & Arbogaste comite, aram victoriæ, & sumptus cõremoniarum, quod Valentinianus augustæ memoriæ adhuc in iunioribus annis constitutus, petentibus denegauerat, oblitus fidei suæ concessit. Hoc vbi audiuit sacerdos, relicta ciuitate Mediolanensẽ, ad quam ille festinatò veniebat, ad Bononiensem ciuitatem emigravit, atq; inde Fabentiam

Fabentiam vsque perrexit. Vbi cum aliquantis degeret diebus, inuitatus à Florentinis, ad Thusciam vsque descendit, declinans magis aspectum sacrilegi viri, non formidans imperatris iniuriam. Nam epistolam ad eundem dedit, in qua conuenit colicentiam illius, de qua pauca de multis ponenda dixi. Et si Imperatoria potestas magna sit, tamen considerato quantum sit Deus qui corda hominum videt, conscientiam interiorem interrogat. Nouit omnia antequam fiant, nouit interna pectoris tui. Ipsi falli vos non patimini, & Deum vultis celare. Non cecidit in animum tuum quicquam, si illi agebant tam perseueranter, nõne tuum fuit Imperator pro Dei summi & veri & viui veneratione perseuerantius oblitere, & negare quod erat iniuria sacrilegis? Et iterum: Quomodo igitur meis vocibus & apud Deum & apud omnes homines teneor? Aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere nisi consulere mihi, quia non potui tibi. In supradicta itaque ciuitate Florentinorum, cum in domo clarissimi quondã viri Decentis, & quod est amplius, Christiani, maneret, filius ipsius Panfophius nomine, admodum paruulus cum spiritu immundo laboraret, frequenti oratione & impositione manus sacerdotis ipsius est sanatus. Sed post aliquantos dies subita infirmitate correptus infantulus exalauit spiritu: Cuius mater valde religiosa, & plena fide ac timore Dei ablato illo de superiore parte domus, ad inferiora descendit, ac in lecto sacerdotis ipso absente cõposuit. Quẽ cum reuertens sacerdos in lectulo inuenisset. Erat enim illoque in tempore extra domum positus miseratus matrem, & fidem ipsius contemplatus, Heliõ similis, supra corpus infantis se ipse composuit, atque ¹³ orando meruit viuum reddere matri quem mortuum inuenerat. Ad quem etiam infantulum libellum conscripsit, vt quod ætatis infantia scire nõ poterat, legendo agnosceret. Veruntamen factũ scriptis suis non commemorauit, sed quo affectu declinauerit commemorare, non est nostrum iudicare. In eadem etiam ciuitate Basilicam constituit, in qua deposuit reliquias martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum corpora in Bononiensi ciuitate leuauerat. Posita enim erant corpora martyrum inter corpora Iudæorum. Nec erat cognitum populo Christiano, nisi se sancti martyres sacerdoti ipsi reuelarent. Quæ cum depõnerentur sub altari, quod in eadem Basilica constitutum est, magna illic totius plebis sanctæ lætitiæ, arque exultatio fuit, pœng dæmonum consentium martyrum ¹⁴ merita. Per idem tempus Arbogastes comes aduersum gentem suam, hoc est, Francorum, bellum parauit, atq; pugnando non paruam multitudinem manu fudit: cum residuis verò pacem firmavit. Sed cum in conuiuio à Regibus gentis suę interrogaretur, Vtrũ sciret Ambrosium, & respondisset, nõ se se virum, & diligi ab eo, arque frequenter cum illo conuiuari solitum: Audiuit: Inde hoc vincis oẽs, quia ab illo viro diligeris, qui dicit Soli, sta, & stat. Quod ego ideo posui, vt cuius famę fuerit vir sanctus etiam apud Barbaras gentes, legentes agnoscant. Nam & nos referente iuvene quodam Arbogastis, admodum religiosum cognouimus, qui tunc interfuit. Erat enim in tempore quo hæc loquebatur vini mimister. Profectus itaque sacerdos de Thuscis partibus, Mediolanum reuertitur, iam inde egresso Eugenio contra Theodosium Imperatorem. Ibi que Christiani Imperatoris præstolabatur aduentum, securus de Dei potentia, quòd non traderet credentem in se hominibus iniustus, nec relinqueret virgam peccatorum super sortem iustorum, ne extenderent iusti ad iniquitates manus suas, Promiserat enim Arbogastes tunc comes, & Fabianus præfectus cum victores reuertissent, stabulum se esse facturos in Basilica Ecclesię Mediolanensũ, atque clericos sub armis probaturos. Sed miserandi homines cum denonibus suis male creduli sunt, & appiunt os suum in blasphemiam ad Deum, spem sibi victoriæ ademerunt. Causa autem commotionis hæc fuit, quia munera Imperatoris quib se sacrilegio commisituerat, ab Ecclesia respuebantur, nec orandi illi cum Ecclesia societas tribuebatur. Sed Dominus qui Ecclesiam suam tueri cõsuevit, de cœlo iaculatus est iudicium, atque omnem victoriã ad religiosum Imperatorem transtulit Theodosium.

Extincto itaque Eugenio à satellitibus eius, cum scripta acciperet Imperatoris, non illi alia maior cura fuit, quã vt pro his interueniret quos renatos inuenerat. Obsecratus est primò scriptis Imperatorem, missõ Diacono: postea verò quã directus est Ioannes, tunc Tribunus & Notarius, qui nunc præfectus est, ad tuicionem eorum qui ad Ecclesiam confugerunt, etiam ipse Aquileiam perrexit, precatus pro eis, quibus sceleris venia impetrata est, quia Christianus Imperator prouoluit pedibus sacerdotis, testabatur meritis ¹⁵ & orationibus eius saluatum se esse. Reuertens itaque de vrbe Aquileiensi, vno die præcessit Imperatorem. Nec diu clementissimæ memoriæ Theodosius Imperator, susceptis filiis in Ecclesia, & traditis sacerdoti, in hac luce fuit. Post cuius obitum serẽ triennium superuixit. Quo in tempore sancti Nazarij martyris corpus, quod erat in horto positũ extra ciuitatem, leuatũ ad Basilicam Apostolorum quæ est in Romana, transtulit. Vidimus enim in sepulchro quocumque, corpus martyris, qui quando sit passus, vsque in hodiernum diem scire non possumus, sanguinem martyris ita recentem, quasi eadem die fuisset effusus. Caput etiã ita integrũ atque

¹³ Orando Ambr
si infantulũ mortuũ
suum suscitauit.

¹⁴ Et hic habet
martyrũ meritũ.

¹⁵ Meritis & or
ationib; Ambr
sij se seruatum suũ
se testabatur Theod
odosius.

incorruptum cum capillis capitis atque barba, vt nobis videretur eodem tempore quo leuabatur, lotum atque compositum in sepulchro. Et quid mirum? quandoquidem Dominus hoc in Euangelio ante promisit, quod capillus de capite eorum non periret: etiã odore tanto repleti sumus, vt omnium aromatum vinceret suauitate. Leuato corpore martyris & in lectica cõposito, statim ad sanctum Celsum martyre qui in eodem horto positus est, cum sancto sacerdote ad orationem perreximus. Nunquam tamen illum ante orasse in eodem loco compertum habemus. Sed hoc erat signum reuelati martyris, si sanctus sacerdos ad locum ad quem nunquam antea fuerat, oratum esset. Cognouimus tamen à custodibus loci ipsius, quod à parentibus illis traditum sit, non discedere de loco illo per omnem generationem & progeniem suorum, eod quod thesauri magni in eodem loco positi essent, & verè magni thesauri, quos non erugo neque tinea exterminat, neque fures effodiunt & furatur, quia 17 custos eorum Christus est, & locus eorum aula cœlestis est, quibus viuere Christus iuit, & mori lucrũ. Tranlato corpore martyris ad Basilicam Apostolorum, 18 vbi pridie sanctorum Apostolorum reliquias summa omnium deuotione positæ fuerant, cum tractaret Episcopus, quidã de populo repletus spiritu immundo, clamare cœpit se torqueri ab Ambrosio. At ille conuersus ad eũ ait: Obmutelce diabole, quia nõ te torquet Ambrosius, sed fides sanctorum, & inuidia tua: quoniã vides ascendere hoẽs vnde tu deiectus es. Nam Ambrosius non scit inflari. Quo dicto, ille qui clamabat obmutuit, prostratusque in terra est, nec amplius vocem quam obstruere potuit, emisit.

Per idem tempus cum consulatus sui Imperator Honorius in vrbe Mediolanensi Libicorum ferarum exhiberet munus, populo illuc concurrente data copia est, missis militibus ab Stalicono comite, hortatu & vbi prefecti, vt Cresconius quidam de Ecclesia raperetur. Quis confugiens ad altare Domini sanctus Episcopus cum clericis qui in tempore aderat defendendum circumdedit. Sed multitudo militum, quæ duces suos habebat de perfidia Arrianorum, præualuit aduersum paucos, atque ablato Cresconio exultantes ad amphitheatrum reuertuntur, Ecclesiæ lectum non modicum relinquentes: Nam sacerdos prostratus ante altare Domini factum diu fletit. 19 Sed in tempore cum reuertissent, & renunciaissent his à quibus fuerant destinati milites, dimissi leopardi saltu celeri ad eundem locum in quo federant qui de Ecclesia triumphabant, ascendentes grauitè lanatos reliquerunt. Quod vbi vidit Stalico comes, penitentia motus est, ita vt per multos dies satisfacere sacerdoti, & illarum quidem illum qui ablatas fuerat, dimiserat. Sed quia grauissimorum criminũ erat reus, & aliter emendari non poterat, ad exilium destinatur, non multo post indulgentia profugerunt. Per idem tempus cum ad palatium pergeret quem pro loco officij nostri sequeretur, Theodolo tunc notario, qui postea summa cum gratia Vniuersam rexerat Ecclesiam, cum casu quidem pede esset lapsus, atque prostratus iaceret in terra, ridentes: Conuersus sacerdos ait, & tu qui stas, viderne cadas: Quo dicto statim is qui alienum lapsum riserat, suum doluit.

Per idem tempus Frigitiũ quendam regina Marcomannorum, cum à quodam Christiano viro qui ad illam fortè de Italię partibus aduenerat, referente sibi audiret samam viri, Christo credidit, cuius illum seruulum recognouerat, missisq; muneribus placatos ab Ecclesia postulat, vt scriptis ipsius qualiter credere deberet informaretur. Ad quam ille epistolã fecit præclaram in modum catechismi, in qua etiam admonet vt suaderet viro Romanis pacem seruare. Qua accepta epistola mulier suavitè viro, & cõ populo suo se Romanis tradidit. Quæ cum aduenisset Mediolanum, plurimum doluit quod sanctum sacerdotem ad quem festinãrã minime reperisset: Iã enim de hac luce migrauerat. Temporibus verò Gratiani (vt retro redeam) cum ad prætorium Macedonij tunc magistri officiorum pro quodã intercedendo tunc perrexisset, atque præcepto supradicti viri fores inuenisset clausas, nec copiam ingrediendi adeptus esset, ait: Et tu quidem venies ad Ecclesiam, nec clausas ianuas inuenies quæ ingrediaris. Quod factum est: Mortuo Gratiano, confugiens Macedonius ad Ecclesiam patentibus ianuam aditum reperire non poterat. Ipse autem vir venerabilis Episcopus erat multax abstinẽtiæ, & vigiliarum multarum, & laborum, quotidiano ieiunio macerã corpus. Cui prandendi nunquã consuetudo fuit, nisi die sabbaro & dominico, vel cum natalicia celebratorũ martyrum essent. Orãdi etiã assiduitas magna die ac nocte. Nec operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus eius attenuaretur. Erat enim in illo sollicitudo omnium Ecclesiarum, interueniendi etiã magna assiduitas & constantia. In rebus etiam diuinis implendis fortissimus labor, in tantum id quod implere solitus erat circa baptizandos, quinq; postea Episcopi tempore quo decessit vix impleret. Sollicitus etiã pro pauperibus & captiuis nimium: Nam in tempore quo Episcopus ordinatus est, aurum omne atq; argentum quod habere poterat, Ecclesię vel pauperibus contulit. 21 Prædia etiã quæ habebat, reseruatõ vsufructu germanæ suę, donauit Ecclesię suę: Nihil sibi quod hic suã diceret derelinquens

16 Odor ex sancto
rum martyrum corpore
poribus emanans,
testimonium perhibet
habitatis in eis gratie spiritus
sancti.

17 Custos sanctorum
martyrum Christi
sunt et locus eorum
in aula cœlestis.

18 Vide pridie sanctorum
Apostolorum reliquias
summa omnium deuotione
positas fuerat. Hoc nota
qui sanctorum reliquias
hostem se exhibet.

19 Vide miraculum
perpetratum ob violationem
prelegionum Ecclesie.

20 Abstinẽtia, ieiunium, vigilia &
oratio Ambrosij.

21 Diuus Ambrosius
donauit prædia quæ habebat
Ecclesię suę, reseruatõ
vsufructu germanæ suę.

relinquens, vt nudus atque expeditus miles Christi Dominum sequeretur. Qui cum diues eilet propter nos pauper factus est, vt nos eius inopia ditamur. Erat enim gaudens cum gaudentibus, & fletus cum fletibus. Siquidem quotiescumque illi aliquis ob percipiendam penitentiam lapsus fuos confessus esset, ita flebat, vt & illum flere compelleret: videbatur etiam sibi cum iacere iacere. Causas autem criminum quas illi confitebantur, nulli nisi Dño fuit, apud quẽ intercedebat, loquebatur: bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, vt intercessores apud Deum sint, magis quàm accusatores apud hoẽs. Nam & secundum Apostolum circa huiusmodi hominẽ cõfirmanda charitas est, quia ipse sui accusator est. Nec expectat accusatorem, sed præuenit, vt confitendo suũ alleuet ipse delictum, nec habeat quod aduersarius criminetur. Ideoque scriptura dicit: Iustus in principio sermonis accusator est sui: Vocem enim eripit aduersario, & quasi dentes quosdam paratos ad prædam criminosis infestè peccatorum suorum confessione confringit, dans honorem Deo, cui nuda sunt omnia, & qui vult vitam magis peccatoris, quàm mortem. Nam ipsi penitenti non sufficit sola confessio, nisi subsequatur 22 emendatio facti, vt penitens non faciat penitenda. Humiliter etiam animam suam, sicut David sanctus, qui postquam audiuit à propheta: Dimissum est peccatum tuum: humilior factus est in emendatione peccati, ita vt cinerem sicut panem manducaret, & potum suum cum fletu misceret. Flebat etiam amarissime, quotiescumque forte nunciatum illi fuerat de cuiusque sancti obitu sacerdotis, in tantum vt nos illum consolari videremur, ignorantes piũ affectum viri: nec qua ratione ita fletet intelligentes. Quibus ille huiusmodi responsum reddebat: Non se flere, quia recesserat, qui fuerat mortuus nunciatus, sed quia se præcesserat: Vel quia difficile esset inuenire virũ, qui summo sacerdoti dignus haberetur. Ipse autem de sua morte, antè prædixit, quod vsque Pascha nobiscum futurus esset: quod quidem meruit Dominum obsecrando, quod maturus hinc liberaretur. Ingemiscebat enim vehementer, cum videret radicem omnium malorum auaritiã pullulare, quæ neque copia, neque inopia minui potest, magis magisque increfcere hominibus & maxime in his qui in potestatibus erant constituti, ita vt interueniendi illi apud illos grauissimus labor esset, quia omnia precio distrahebantur. Quæ res primò omne malũ inuexit Italiæ, & exinde omnia verguntur in peius. Et quid dicam, si in huiusmodi personis ita rabiẽm suam exercet, qui solent aut filiorum aut propinquorũ causas prætere, ad exultandas excusationes in peccatis? Quandoquidem plerisque cœperit etiam cõlibes sacerdotes vel lenitas, quibus portio Dñs est, vt etiam ipsi illam appetant. Et vq; mihi misero, quia nec sine mundi prouocamur, vt tam graui iugo seruitutis liberari velimus, quod demergimur ad profundum inferni, vt faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula. At tamen beatus ille qui quandoque conuersus diruptis vinculis, atque proiecto iugo huiusmodi dominationis, tenebit & allidet paruulos eius ad petram, hoc est, omnes intentiones eius allidet ad Christum, qui secundum Apostolum: petra est, quæ omnes ad se allusos interimit, ipsa inuolabilis manens, nec reum faciens eum qui ad se alliserit nequissimi vteri deteriores partus, sed innocentem: ita vt securus possit dicere, Portio mea Dominus: Quia cui nihil in seculo est, illi verò portio est Christus: Et qui contempserit pauca, multa percipiet, insuper & vitam æternam possidebit.

Ante paucos verò dies quàm lectulo detineretur, cum quadragesimum tertium Psalmum dicitaret, me excipiente & viuente, subito in modum scuti breuis ignis cooperuit, atque paulatim per os ipsius tanquam in domo habitator ingressus est. Post quod facta est facies eius velut nix. Postea verò reuersus est vultus eius ad speciem suam. Quod cum fieret, stupore percussus, obrigui, nec potui scribere quæ ab illo dicebantur, nisi posteaquam visio ipsa transibat: Dicebat enim in tempore testimonium scripturæ diuinæ, quod ego optimè retinebam. Nam scribendi vel dictandi ipse die finem fecit. Sed quidem ipsum psalmum explorare non potuit: Ego verò id quod visum à me fuerat, honorabili viro Casto diacono (sub cuius cura degebam) statim retuli. At ille repletus gratia Dei, spiritus sancti aduentum me in illo vidisse edocuit lectione Actuum Apostolorum. Superioribus autè diebus cum Staliconis tunc comitis seruis qui demonio laborauerat, cum in Ambrosiana Basilica iam sanus maneret, commendatus à Domino suo: ferebatur enim quod libenter ab eodem haberetur, facere falsas epistolas tribunatus compertum est, in tantum vt tenerentur homines qui administrandum pergebant. Sed vbi ad personam serui sui peruenit comes Stalico, ipse in seruo suo noluit vindicare. Homines etiam qui decepti fuerant interuentu sacerdotis, dimisit, de ipso verò seruo sacerdoti quæstus est. Quem vir sanctus cum de Ecclesia Ambrosiana egredere-tur, requiri fecit, atque ad se perducit. Quem cum interrogasset, & deprehendisset autorem tanti flagitij, ait: Oportet illum tradi Satanæ in interitum carnis, ne talia aliquis in posterum audeat admittere. Quem eodem momento cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis sancti, spiritus im-

22 Ecce confessio
nem sacerdotalem
Ambrosij itoro.

23 Ecce et satisfactio
nem pro peccatis post confessionem.

spiritus im-

ritus immundus arreptum discerpere cepit. Quo viso non minimo timore repleti fumus & admiratione. Multos etiam diebus ipsis imponente illo manus & imperante, à spiritibus immundis vidimus esse purgatos. Per idem tempus Nicentius quidam ex tribuno & notario quodam pedum dolore tenebatur, vt raro in publico videretur. Cùm ad altare accessisset vt sacramenta perciperet, calcatulq; casu à sacerdote, exclamare audivimus: Vade & amodo saluus eris. Nec se amplius doluisse pedes tempore quo sanctus sacerdos de hac luce migravit, lachrymis restabat. Sed post dies hos ordinato sacerdote Ecclesiæ Ticinensi incidit in infirmitatem: Qua cùm plurimis diebus detineretur in lectulo, comes Stilico dixisse fertur: Quod tanto viro recedente de corpore, interitus immineret Italiae. Vnde conuocatis ad se nobilibus viris illius ciuitatis, quos diligi à sancto sacerdote cognouerat, partim interminatus est illis, partim blado sermone persuasit, vt pergeret ad sanctum sacerdotem, suaderent illi vt sibi videndi peteret à Domino cōmeatur. Quod ille vbi ab illis audiuit, respondit: Non ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere, nec timeo mori, quoniam Dominum bonū habemus. Per idem tempus cùm in extrema parte porticus in qua iacebat, in vno positi Castus, Polemius, Venerius, & Felix, tunc diaconi secum tractarent, voce ita represa, vt vix inuicem se audirent, qui post obitum illius Episcopus ordinandus esset, atque cùm de nomine sancti loquerentur Simpliciani, tanquam interesset tractatui, cùm longè positus ab ipsis iaceret, approbās exclamauit tertio: Senex, sed bonus: Erat enim Simplicianus qui maturior. Qua voce audita expauescentes fugerunt. Defuncto tamē eo non alius illi successit in sacerdotio, nisi is quem ille bonum senem trina voce signauerat. Cui Simpliciano Venerius quem supra memorauimus successor fuit. Felix verò nunc vsque Bononiensem regit Ecclesiam. Castus autem & Polemius nutriti ab Ambrosio, bonæ arboris boni fructus, in Ecclesia Mediolanensi Diaconij funguntur officio. In eodem tamen loco in quo iacebat (sicut referente beato Basiano Episcopo Laudensis Ecclesiæ, qui ab eodem audierat, didicimus) cùm oraret vnā cum supradicto sacerdote, viderat Dominum Iesum aduenisse ad se, & ardentem sibi. Nec multo post dies ablatos est.

24. D. Ambros. ex parte mortis suæ expansis manibus in modum crucis orauit. 25. Ecce quomodo mori iunxit sancti, nepe prius ac corpore Domini corpore.

26. Quam deo ratio populi ergo corpus D. Ambrosii defuncti. 27. Solennes exequie Ambrosio exhibitæ.

28. Tu qui sanctos del mortuos appellare non erubescis, vide si Ambrosius mortuus has apparitiones restans potuisset

Pansophia religiosa femina, matre pueri Pansophij referente cognouimus. Mascezelum etiam desperante de salute sua, vel exercitus quem ducebat contra Gildonem, baculum tenens manu in visu noctis apparuit, atque cùm prouolueretur ad pedes sancti viri Mascezel, percussus in terra senex baculo quo regebatur tertio, hac enim illi specie apparuerat, & ait: Hic hic hic, signans locum, deditque intellectum viro, quē visitatione dignum fuerat arbitratus, vt agnosceret in ipso loco in quo sanctum Domini viderat sacerdotem, die tertia victoriam adepturum, atque ita securus bellum & inchoauit & consummauit. Nos tamē Mediolani positi, ipso Mascezele referente ea cognouimus. Nam & in hac prouincia in qua nunc positi describimus, plurimis hoc ipsum retulit sacerdotibus, quibus etiam referentibus, securus antè nobis cognita huic libro adiungere arbitrati sumus. Sifinni etiam & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus, hoc est, post obitum sancti Ambrosij in Anauicę partibus persequentibus gentilibus vitis, martirij coronam adepti sunt, cùm reliquias 29 Mediolanenses summa cum deuotione susceperunt, adueniente quodam cæco & referente cognouimus, qui eodem tacto loculo 30 in quo sanctorum reliquiæ portabantur, lumen recepit, eò quoddam per visum noctis vidisset nauem appropinquare littori, in qua erat multitudo ablatorum: quibus descendentibus ad terram cùm vnum de turba precaretur, vt sciret qui essent ij viri, audierit Ambrosium eiusque confortes. Quo audito nomine cùm deprecaretur vt lumen reciperet, audierit ab eo: Perge Mediolanum, & occurre fratribus meis qui illò venturi sunt, designans diem, & recipies lumen: erat enim vir (vt ipse differebar) de lictore Dalmateno, nec se antè venisse in ciuitatem assererat priusquam recto itinere reliquias sanctorum occurrisset, nondum videns, sed tacto loculo videre cepisset. His itaque decursis nō arbitror graue videri, si paululum promissi nostri metas exceßerimus, vt Domini dictum quod per os sanctorum prophetarum locutus est, complectum esse doceamus: Sedentem aduersus fratrem suum & detrahentem occultè persequeremur. Et alibi: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Vt quicumque forte huiusmodi captus est cōsuetudine, cùm legerit qualiter in his qui sancto viro detrahere 31 ausi sunt, fuerit vitiatum, ipse etiam in alijs emendetur. Igitur Donatus quidam natione Aphe, præbyter tamen Ecclesiæ Mediolanensis, cùm in conuiuio positus, in quo erant nonnulli militares religiosi, detraheret memoriæ sacerdotis, aspernantibus illis & deferentibus linguam nequam, subito vulnere percussus graui de eodem loco in quo iacebat, alienis manibus subleuatus, in lectulum positus est, atque inde ad sepulchrum vsque perductus. In vrbe etiam Carthaginensi, cùm apud Fortunatum diaconum fratrem venerabilis viri Aurelij Episcopi ad conuiuium conuenissem, vnā cùm Vincentio Colositano Episcopo, Murano etiam Episcopo Bolitano, sed & alijs Episcopis & diaconis, tunc Murano Episcopo detrahenti sancto viro, retuli exitum præbyteri superius memorati, quod ille de alio dictum de se oraculum, maturo suo exitu comprobauit. Nam de eodem loco in quo iacebat, cùm subito vulnere ingenti esset percussus, alienis manibus ad lectum portatus est, atque inde ad domum in qua hospitabatur reductus, diem clausit. Is finis virorum detrahentium fuit, quem videntes qui tunc aderant admirati sunt. Vnde hortor & obsecro omnem hominem qui hunc librum legerit, vt imiteatur vitam viri, laudet Dei gratiam, declinet detrahentium linguas, si vult magis consortium habere cum Ambrosio in resurrectione vitæ, quam cum detrahentibus illi subire suppilium, quod nullus sapiens non declinat. Tuam etiam precor beatitudinem pater Augustine, vt pro me humillimo & peccatore Paulino cum omnibus sanctis qui tecum inuocant nomen Domini nostri IESV Christi, in veritate orare digneris, vt quia in adipiscenda gratia cum tanto viro non sum dignus habere consortium, adeptus meorum veniam peccatorum, sit mihi præmium fugisse suppilium.

29 Reliquie martyrum a Mediolanensibus summa cum deuotione susceptæ. 30. Tacto loculo in quo eadem reliquiæ portabantur, cecus lumen restituit.

31 Discant ex hoc loco heretici Iana diti non detrahere

VITA DONATI BEROENSIS

Theotimi, Tomitiani, & Epiphaniij Cypri Episcoporum, per Casiodorum Senatorem scripta.



DOZOMENVS. Theodosij Imperatoris tempestate plurimi inter Episcopos effulgebant: sicut Donatus Eurypani. De quo cùm prouinciales miracula multa testentur, maximum tamen est, quod de dracone gessit. Is enim circa pontem in via publica iacens cibum habebat, oves, capras, equos, boues, & homines abripiens deuorabat. Ad quam bestiam Donatus sine gladio, sine aliquo iaculo veniens, cùm illa leuasset caput quasi voratura virum, tunc ille vexillum crucis ante faciem eius digito designans in aere, in os eius expuit. Bestia verò spumam ex ore suo suscipiens expirauit. Quam (sicut audivi) octo paria bouum in vicinum campum traxerunt. Et misso

Habetur liber, sicut histor. Triplicis cap. 46.

Oratiohous factem aquarum in uenit

Et misso igne combusta est, ne aëre fetore corrumperet. Huius donati sepultura insignis est, ubi oratoriu ex eius nomine uocatur, habens fonte 3 aquarum, quem ipse fertur orationibus inuenisse. Nam cum esset locus inaquosus, & illuc ex itinere aliquando uenisset, aiunt quod fatigatis illis qui cum eo erant, orauerit, & mox aquæ inundatio proruperit, & ex illo hæcenus permaneat. Eo tempore Tomitanam & Scythiæ Ecclesiâ Theotimus gubernabat, uir in philosphia nutritus, cuius uirtutem diligentes Barbari trans Histrum habitantes, Deu Romanorum esse prædicabant. Diuinaru liquidè in eo reru experimenta sepius perceperunt. Nam cum quodâ tempore iter faceret, illius terræ Barbari occurrerunt ei. Et cum hi qui erant circa eum, terrore turbarentur, quasi continuè morituri, ex equo descendens orauit, Porro Barbari neq; eum, neq; sequaces eius, nec equos de quibus descendere uidentes, trãsierunt. Cum igitur crebrò transeuntis Scythas naturaliter feroces, epulis muneribusq; mansuaderet, quidam Barbarorum arbitratu eum esse locupletè, cepit inuidiari, ut eum caperet, alligaret, & traheret. Cum hoc iam pararet, & dexteram ad hoc haberet, ut eum iactu illaquearet, manus in aëre mox ligata, & Barbarus ille inuisibilibus uinculis est obstrictus. Tunc alijs pro eo rogantibus, supplicauit Deo Theotimus, ut Barbarus solueretur. Eo quoq; tempore fuit Epiphanius Cyprioru Episcopus, ad cuius sepulchrũ hæcenus dæmones 2 expellitur. Is enim cum substantiã propriã necessitatè sustinentibus erogasset, & multis quoq; offerentibus ei pecunias manu largissima dispensaret, contigit, ut pecunijs deficientibus œconomus Ecclesiæ murmuraret. Quo factò, assitens quidam in domo, in qua habitabat œconomus, sacculum multarum pecuniarum dedit, & ita disparuit, ut nec qui dedit, nec qui misisset cognosceretur. Quod factum omnes diuinum esse iudicauerunt. Aliud quoque eius libet referre miraculum. Quidam pauperes studètes Epiphaniu arte deludere, ut sibi aliquid daret, cum iter ageret, vnus eorum lupinum se prostrauit in terram, alter stabat quasi mortuum deslens, nec habens unde eum sepelire potuisset. Epiphanius autem superueniens, orauit ut sub quiete dormiret. Et sepulturæ necessaria præbuit, simulq; consolatus est flentem, dicens: Quiesce fili à lachrymis: Non enim fletu resuscitari poterit. Est enim inuitabile, quod euenit. Cũq; discessisset Epiphanius, cepit ille pulsare socium, ut surgeret. Et cum hoc semel & secundò fecisset, dicens: Surge, ut hodie de tuis laboribus epulemur, & ille penitus nõ sentiret, cognoscens verè mortuũ, cucurrit ad Epiphaniu flens, & petens, ut suum sociũ suscitaret. At ille consolatus est, ne grauiter ferret quod euenisset. Non tamen defunctum denuo suscitauit. Hoc enim credo prouidè factum, ut non facilè Dei ministri deludantur.

Eo tempore fuit Æas & Zeno in Palestinq Gaza philosophantes. Et Æas fertur cum pulcherrimam duxisset uxorem, ter cum ipsa solum concubuisse & tres filios genuisse, postea vitam monachicam apprime esse sectatus. Zeno uerò Episcopus fermè annorum centu habens ætatem nunquam solennibus minor fuit, aut quieuit officijs.

Non solum autem religionem hæc tunc nobilitabant, sed etiam Abacuc & Micheu prophetarum corpora (sicut audiui) hoc tempore sunt ostensa 3 reuelatione diuina cum Zebenus tunc Eleutheropolitanam gubernaret Ecclesiã in uico, qui prius vocabatur Ceila, in Berethasia prædio, quod distat ab vrbe fermè stadijs decem. Circa hunc locum sepultura Michæe fuit, quam nescientes quid dicerent prouinciales, ò fidelem memoriã uocabant.

VITA EPIPHANII EPISCOPI, PER

Suidam scripta, Alberto Lino Veronen.

Interprete.

EPIPHANIVS Constantiæ, quæ est in Cypro, Episcopus, quæ antea Salamin vocabatur, contra omnes hæreses libros, qui Panaria dicuntur atque alia multa scripsit, quæ quidem à doctis propter res, à rudibus uerò propter uerba leguntur. Extrema senectute decessit.

VITA IOANNIS DAMASCENI,

per eundem Suidam, eodem Interprete.

Ioannes Damascenus cognomento Mnasur, uir & ipse doctissimus fuit, ac nemine illoru inferior, qui sua tēpestate eruditione, ac doctrina illustres fuerunt, extant q̄ plurima ipsius scripta, summeq; erudita. Necnò cõparationes uiroru illustrũ inter se, de quibus in diuina scriptura fit mentio. Et canones tũ metro Iábico, tũ soluta oratione ad canendũ appositi. Floruit autè eadē tēpestate & Cosmas Hierosolymitanus uir apprime ingeniosus, cõcinnamq; omnino Musicam spirans. Siquidem canones Ioannis, & Cosmæ ad cantũ compositi, nõ habent quibus cũ comparentur, neq; etiam sunt habituri, quoad uita nostra hæc durabit.

VITA

SANCTORVM HISTORIA. Pars II. 313

PROLOGVS SEVERI SVLPITII

in uita sancti Martini, Episcopi Turonenfis.



Leuque mortalium studio & gloriæ seculari inaniter dediti, exinde perennè (ut putabãt) memoriã nominis sui quæsiuerunt, si uitas claroru uiroru stylo illustrassent. Quæ res utiq; non perennè quidem, sed aliquantulum tamè cõceptæ spei fructũ aserebat: quia & sui memoriã (licet in casum) propagabat: & propõsit magnorum uirorum exemplis, non parua æmulatio legentibus excitabatur. Sed tamè nihil ad beatã illam æternamq; uita hæc eorum cura pertinuit. Quid enim aut ipsis occasura cũ seculo scriptorũ suorũ gloria profuit, aut quid posteritas emolumentũ tulit legendo Hectorem pugnantè, aut Socratè philosophantè? cùm eos non solum imitari stultitia sit, sed non acerrimè etiam impugnare demètia? Quippe qui humanam uita præsentibus tantum actibus æstimantes, spes suas fabulis, animas sepulchris dederint. Siquidem ad solam hominum memoriã se perpetuandos crediderũt, cùm hominis officium sit, perennem potius uita, quàm perennem memoriã querere, nõ scribendo aut pugnando, uel philosophãdo, sed piè, sanctè, religioseq; uiuendo. Qui quidem error humanus literis traditus in tantum cõualuit, ut multos tamen æmulos, uel inanis philosophiæ, uel stultæ illius uirtutis inuenerit. Unde facturus mihi operæpretiũ uideor, si uita sanctissimi uiri exemplo alijs innoxiam perscripsero. Quo utiq; ad uerã sapientiã, & celestè militiam, diuinamq; uirtutem legentes incitabuntur. In quo ita nostri quoq; rationè cõmodi ducimus, ut nõ inanerit ab hominibus memoriã, sed æternũ à Deo præmiũ expectemus. Quia est ipsi non ita uiximus, ut exemplo alijs esse possimus, dedimus tamen operam, ne is lateret, qui esset imitandus. Igitur S. Martini uita scribere exordiar, quæ uel ante Episcopatu, uel in Episcopatu gesserit, quãuis nequaquam ad omnia illius potuerim peruenire: adeo ea in quibus ipse tantum sibi conscius fuit nesciuntur, quia laudem ab hominibus non querens (quantum in ipso fuit) omnes uirtutes suas latère uoluisse: quanquã etiam ex ijs quæ comperta nobis erant, plura omisimus, quia lussicere credidimus, si tantum excellentiora notarentur. Simul & legentibus cõsulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidiũ. Obsecro autè eos qui lecturi sunt, ut fidem dictis adhibeant: nequè me quicquam nisi cõpertum, & probatum scripsisse arbitrentur. Alioqui tacere, quàm falsa dicere maluissim.

VITA SANCTI MARTINI.



MARTINUS Sabbariæ Pannoniorum oppido oriundus fuit, sed intra Italiam Ticini alitus est, parentibus secundũ seculi dignitatem non infimis, gentilibus tamen. Patèr eius miles primum, post tribunus militum fuit. Ipse armatus militiam in adolescentia secutus, inter scalares alas sub rege Constantio, deinde sub Iuliano Cæsare militauit: non tamen sponte, quia à primis ferè annis diuinam potius seruitutem sacra illustris pueri spirauit infantia. Nã cùm esset annorũ decè, inuitis parentibus ad Ecclesiã confugit, seque cathemenũ fieri postulauit. Mox mirum in modum totus in Dei opere conuersus, cùm esset annorum duodecim, eremum concupiuit: fecissetq; uotis satis, si ætatis infirmitas non obstisset. Animo tamen aut circa monasteria, aut circa ecclesias semper intentus medirabatur in ætate puerili, quod postea deuotus impleuit. Sed cùm edictũ esset à Regibus, ut ueteranorũ filij ad militiã scriberentur (prodète patre qui felicibus eius actibus inuidebat) cùm esset annorũ quindecim, raptus, & catenatus sacramentis militaribus est implicatus, vno tantum seruo cõmite contentus, cui tamen uersa uice Dñs seruebat, adeo ut plerunq; ei & calcamenta ipse detraheret, & ipse detegeret, cibũ vnũ caperent, hic sepius ministraret. Triennium ferè ante baptisma in armis fuit, integer tamen ab his uitijs, quibus illud hominum genus implicari solet. Multa illi circa cõmilitones benignitas, mira charitas, patientia uerò atq; humilitas ultra humanũ modum: Nam frugalitatem in eo laudare nõ est necesse, quia ita usus est, ut in illo tēpore non miles, sed monachus putaretur. Quibus rebus ita sibi oēs cõmilitones suos deuinxerat, ut eũ miro uenerarentur affectu. Necdum tamen regeneratus in Christo, agebat quendam bonis operibus baptisimatis candidatũ: assistere scilicet laborantibus, opem ferre miseris, egentibus alere, nudos uestire, nisi il sibi ex militiæ stipendijs, præter quotidianum uictũ reseruare. Iam tum Euangelij non surdus auditor, de crastino non cogitabat. Quodã itaque tēpore, cùm in nihil præter arma, & simplicem militiæ uestem haberet, media hyeme, quæ solito asperior inhorrucit (adeo ut plerofem uis algoris exstingeret) obtuũ habuit in porta Ambianensium ciuitatis pauperẽ nudum. Qui cùm prætereuntes, ut sui misererentur, oraret, omnesq;

omneſque miſerum præterierent, intellexit vir Deo plenus ſibi illum, aliis miſericordiam nõ præſtantibus, reſeruari. Quid tamen ageret? Niſi præter chlamidem, qua indutus erat, habebat. Iam enim reliqua in opus ſimile conſumpterat. Arrepto itaque ferro, quo erat accinſus, mediam diuidit, partemque eius pauperi tribuit, reliqua ruſus induit. Interea de circumſtantibus ridere nonnulli, quia detormis eſſet, & truncatus habitu videretur: multi tamẽ quibus erat mens ſanior, altius gemere, qui ſimile nihil feciſſent, cum vtiq; plus haberent, veſtire pauperem ſine ſua nuditate potuiſſent. Noſte igitur inſecuta, cum ſe loſopi dediſſet, vidit Chriſtum chlamidis ſuæ, qua pauperem texerat, parte veſtitum. Intueri diligentiffimẽ Dominum, veſtemque quam dederat iubetur agnoſcere. Mox ad Angelorum circumſtantium multitudinem audiuit, leſum clara voce dicentem: Martinus adhuc cathecumenus hac me veſte contexit. Verẽ memor Dominus dictorum ſuorum, qui autẽ prædixerat: Quamdiu feciſtis hæc vni ex minimis iſtis, mihi feciſtis: ſe in pauperẽ profeſſus eſt fuiſſe veſtitum. Et ad confirmandum tam boni operis teſtimonium, in eodẽ ſe habitu, quem pauper acceperat, eſt dignatus oſtendere. Quo viſo vir beatiſſimus, non in gloriam eſt eleuatus humanã, ſed bonitatem Dei in ſuo opere cognofcens, cum eſſet annorum duodeuiginti, ad baptiſmũ cõuolauit. Nec tamen ſtatim militiã renunciauit, tribuni ſui precibus euictus, cui contuberniũ familiare præſtabat. Etenim tranſacto tribunatus ſui tempore, renunciatũ ſe ſeculo pollicebatur. Qua Martinus expectatione ſuſpenſus, per biennium ſere, poſteaquam eſt baptiſmũ conſecutus, ſolo ſcilicet nomine militauit. Interea irruentibus intra Gallias Barbaris, Iulianus Cæſar coactõ in vnum exercitu apud Vangionum ciuitatem donatiuum cõcepit erogare militibus. Et (vt eſt conſuetudinis) ſinguli cirabantur, donec ad Martiniũ ventum eſt. Tum verõ oportunitatem tempus exillimans, quo peteret remiſſionem (neque enim integrum ſibi fore arbitrabatur, ſi donatiuum non militarius acciperet) hætenus, inquit ad Cæſarem, militani tibi nunc patere vt militem Deo: donatiuum tuum pugnatiuus accipiat alter: Chriſti ego miles ſum, pugnare mihi non licet. Tum verõ aduerſus hanc vocem Tyrannus inſermuit, dicens eum metu pugnæ, quæ poſtera die erat futura, non religionis gratia detrectare militiam. At Martinus intrepidus, imõ illato ſibi terrore conſtantior: Si hoc, inquit, ignauitæ adſcribitur, non fidei, craſtina die ante aciem inermis aſtãbo, & in nomine Domini Ieſu, ſigno crucis, non clipeo protectus, aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus. Retrudi ergo in cuſtodiam iubetur facturus fidem dictis, vt inermis Barbaris obijceretur. Poſtea die hoſtes legatos de pace miſerunt, ſua omnia, ſeq̃e dedentes. Vnde quis dubitet hanc verẽ beati viri fuiſſe victoriã: cui præſtitum ſit, ne inermis ad prælium mitteretur? Et quanuis pius Dñs ſeruare militem ſuum inter hoſtium gladios & tela potuiſſet: tamen ne vel aliorũ morte ſancti violaretur obitus, exemit pugnæ neceſſitatẽ. Neque enim aliam pro milite ſuo Chriſtus debuit præſtare victoriã, quã vt ſubactis ſine ſanguine hoſtibus, nemo moreretur. Exinde relicta militiam, ſanctũ Hilariũ Pictaue Episcopum ciuitatis, cuius tunc in Dei rebus præſtata & cognita fides habebatur, expetiuit, & aliquandiu apud eum commoratus eſt. Tetrauit autẽ idem Hilarius, impoſito diaconatus officio, ſibi eum arcũs implicare, & miniſterio vincere diuino. Sed cum ſæpiſſimẽ reſtiſſet, indignũ ſe eſſe vociferã, intellexit vir Dei altioris ingenij hoc eum modo poſſe conſtringi, ſi id ei officij imponeret: in quo quidã locus iniuriã videretur. Itaq; exorciflã eũ eſſe præcepit. Quam ille ordinationẽ ne deſpexiſſe tãquam humiliorẽ videretur, nõ repudiauit. Nec multõ poſt admonitus per ſopore, vt patriã, parenteſq; quos adhuc gentilitas detinebat, religioſa ſolicitudine viſitaret, ex voluntate S. Hilarij profectus eſt, multũq; ab eo obſtrictus precibus & lachrymis, vt rediret. Mœſtus (vt fertur) peregrinationem illã aggrefſus eſt, cõteſtatu fratres multa fe aduerſa paſſurũ, quod poſtea probauit euentus. Ac primũ inter Alpes deuia ſecutus, incidit in latrones. Cumq; vnus ſecurim eleuata in caput eius libraſſet, icũ ſerientis dexteræ ſuſtinuit alter. Vincit tamen poſt tergi manibus, vni ſeruandus & cuſtodienus traditur. Qui cum eũ ad remotiora duxiſſet, percuſtari ab eo cõcepit, quiſnã eſſet. Reſpondit Chriſtianũ ſe eſſe. Querebat etiã ab eo, an timeret. Tunc verõ cõſtantiffimẽ profitebatur, nunquã ſe tam fuiſſe ſecurum: quia ſciret miſericordiã Domini maximẽ in tentationibus adſuturã: ſe magis illi dolere, qui Chriſti miſericordiã (vt pote latrocinia exercens) eſſet indignus: ingreſſuſque Euangelicã diſputationem verbũ Dei latroni prædicabat. Quid longius morer? Latro credit, profectũſq; Martinũ viã reddidit, orans vt pro ſe Dominũ precaretur. Idemque poſtea religioſam ducere vitam viſus eſt, adeo vt hæc, quæ ſuprà retulimus, ab eo audita dicantur. Igitur Martinus inde progreſſus, cum Mediolanum præteriſſet, diabolus in itinere, humana ſpecie aſſumpta, ſe ei obuiam tulit, quõ tenderet requirens. Cumq; id à Martino reſponſi accepifſet, fe quõ Dñs vocaret: ait ad eũ: Quocunq; ieris, vel quæcũq; tentaueris, diabolus tibi aduerſabitur. Tunc ei propheticã voce reſpondit: Dñs mihi adiutor eſt: nõ timebo quid faciat mihi hõ, ſtatimq; e con

Ordiã exorciflã
ſtã Martinus ſuſſe
cipit.

ẽ conſpectu eius inimicus euauit. Itaque vt animo, ac mente conceperat, matrem gentilitatis abſoluit errore, patre in malis perſeuerante. Plures tamen ſuo ſaluauit exemplo. Deinde cum hæreſis Arriana per totum orbem, & maximẽ intra Illyricum pullulaſſet, cum aduerſus perſidiam ſacerdotum ſolus penẽ acerrimẽ repugnaret, multiſque ſupplicijs eſſet affectus (nam & publicẽ virgis caſus eſt) & ad extremum de ciuitate exire compulſus, Italiam reperiit. Cum intra Gallias quoq; diſceſſu ſancti Hilarij, quem ad exiliũ hereticorũ vis coegerat, turbatam Eccleſiam comperiſſet, Mediolanũ ſibi monaſterium ſtatuit. Ibi quoque cum Auxentius autõ & princeps Arrianorum grauiffimẽ infectatus eſt: multiſq; affectum iniurijs de ciuitate exturbauit. Cedendum itaq; tempori arbitratũ, ad inſulam Gallinariã nomine ſeceſſit, comite quodam præbytero magnarum virtutũ viro. Hic aliquandiu radicibus vixit herbarum. Quo tempore elleborum venenatum (vt fertur) grauẽ in cibum ſumpſit. Sed cum vim veneni in ſe graſſantem vicina iam morte ſenſiſſet, imminens periculum oratione repulit, ſtatimq; omnis dolor fugatus eſt. Nec multõ poſt cum ſancto Hilario comperiſſet regis penitentia poteſtatem indultam fuiſſe redeundi, Roma ei tentauit occurrere. Profectũſq; eſt ad urbẽ: Cum autẽ iam Hilarius præteriſſet, ita eũ eſt veſtigijs profectus, vt ad eum pertingeret. Cumq; ab eo graſſimẽ eſſet ſuſceptus, haud longẽ ſibi ab oppido monaſterium collocauit. Quo tempore quidã ei ſe cathecumenus iunxit, cupiens viri ſanctiſſimi inſtitui diſcipulus. Paucis quippe inter poſitis diebus languore correptus, vi febrilium laborabat. At tum Martinus fortẽ diſceſſerat: & cum poſt triduũ deſuiſſet, regreſſus exanime corpus inuenit. Ita ſubita mors fuerat, vt abſq; baptiſmate humanis rebus excederet. Corpus in medio poſitũ triſti mœrentiũ ſtatuũ frequentabatur officio: cum Martinus ſeſ, & euilans accurrit. Tum verõ tota ſpiritus ſanctum mente concipiens, egredi cellulã, in qua corpus iacebat, ceteros iubet ac foribus obſeratis ſuper exanimata deſuncti fratris membrã proſternitur. Et cum aliquandiu orationi incubuiſſet, ſenſiſſetq; per ſpiritus Dñi ad eſſe virtutem, erectus paululum, & in deſuncti ora deſixus, orationis ſuæ, ac miſericordiæ Dñi intrepidus expectabat aduentũ. Vixq; duarum ſerẽ horarũ ſpatiũ interceſſerat, vidit deſunctum paulatim membris omnibus commoueri, & laxatis in vſum videndi palpitare luminibus. Tum verõ magna ad Dñm voce conuerſus gratias agens, cellulam clamore compleuerat. Quo audito qui pro foribus aſtiterant, ſtatim irruunt. Mirũ ſpectaculũ, quõ videbant viuere, quem mortuũ reliquiſſent. Ita redditus vitã ſtatim baptiſma conſecutus, plures poſtea vixit annos. Primũq; apud nos Martini virtutũ vel materia, vel teſtimonium fuit. Idem tamen referre erat ſolitus, ſe corpore exutum ad tribunal Iudicis ductũ deputatumq; obſcuris locis & vulgaribus turbis triſtem excepiſſe ſententiam. Tunc per duos Angelos Iudici fuiſſe ſuggeſtum, hunc eſſe, pro quo Martinus oraret. Ita per eodẽm Angelos ſe iuſtum reduci: & Martino redditur, vitæq; priſting reſtitutum. Ab hoc primo tempore beati viri nomen enituit: vt qui ſanctus iam ab hominibus habebatur, potens etiam, & verẽ Apoſtolicus haberetur. Nec multõ poſt dum agrũ Lupicini cuiusdã honorati ſecundũ ſeculum viri, præteriſſet, clamore & luctu turbæ plangentis excipitur. Ad quã quõ ſollicitus aſtitifſet, & quis eſſet hic ſtetus inquireret, indicatur vnũ e familia ſeruulum laqueo ſibi vitam extorſiſſe. Quo cognito, cellulã in qua corpus iacebat, ingreditur: excluſiſque omnibus turbis ſuperſtratus corpori aliquantisper orauit. Mox viuẽſcente vultu in ardeſcentibus oculis in ora illius deſunctus erigitur, centõq; conamine eniſus aſſurgere, apprehenſa beati viri dextera in pedes cõſtitit, atque ita cum eo viſque ad veſtibulum domus turba omni inſpectante proceſſit.

Sub idẽm ſerẽ tempus ad Episcopatum Turonicã petebatur Eccleſiẽ. Sed cum erui à monaſterio ſuo non facile poſſet. Ruricius quidã vnus e ciuibus vxoris languore ſimulato ad genua illius prouoluit, vt egrederetur, obtinuit. Ita diſpoſitis iam in itinere ciuium turbis, ſub quadã cuſtodia ad ciuitatem vſq; deducitur. Mirũ in modũ incredibilis multitudo non ſolũ ex illo oppido, ſed etiã ex vicinis urbibus ad ſuffragia ferenda cõuenerant. Vna omniũ voluntas, eadẽm vota, eadẽm ſententia. Martinũ Episcopatu eſſe digniſſimum: felicem fore tali Eccleſiam ſacerdote. Pauci tamen & nonnulli ex Episcopis, qui ad conſtituendũ Antiſtitem fuerant enocati, impiẽ repugnabant, dicentes ſcilicet cõtemptibilem eſſe perſonã, indignum eſſe Episcopatu hominẽ vultu deſpicabilem, veſte ſordidum, crine deforme. Ita à populo ſententiæ ſanioris hæc illorum irriſa dementia eſt, qui illuſtrem virum, dum vituperare cupiunt, prædicabant. Nec verõ his aliud ſacere licuit, q̃ quod populus Dño volẽte, cogebat. Inter Episcopos tamen qui aduerſant, præcipuẽ Defenſor quidã nomine dicitur reſtiſſe. Vnde animaduertimus eũ die officii erãt, intercluſus à populo deſuiſſet, turbatis miniſtris, dum expectatur qui non aderat, vnus e circumſtantibus, ſumpto palſterio, quem primũ veſtum inuenit, arripuit. Pſalmus autẽm hic erat: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem

Radiciſ herbarum aliquandiu Martinus vixit. Vide ergo eius abſentiam ex clorum delectum.

propter inimicos tuos, & destruas inimicū & defensorem. Quo lecto, clamor populi tollitur, pars aduersa confunditur. Atque ita habitū est diuino nutu psalmū hunc leuē fuisse: vt testimoniū operis sui defensor audiret: quia ex ore infantium atq; lactētium in Martino Dñi laude perfecta, & ostēsus pariter, & destructus est inimicus. Iā verò sumpto Episcopatu, qualem se, quantumq; præsiterit, nō est nostrę facultatis euoluere. Idē enim cōstantissimē perseuerabat, qui prius fuerat. Eadem in corde eius humilitas, eadē in vestitu eius vilitas 2 erat. Atq; ita plenus autoritatis, & gratiæ implebat Episcopii dignitatem: vt nō tamē propositum monachi, virtutemq; desereret. Aliquando ergo adherenti ad Ecclesiā cellula vsus est. Deinde cum inquietudinē se frequentatium ferre non posset, duobus ferē extra ciuitatē milliariibus monasterium sibi statuit. Qui locus tam secretus, & remotus erat, vt eremi solitudinē non desideraret. Ex vno enim latero præcisā montis excelsi rupe ambiebatur, reliquam planitiā Liger fluiuis reducto paululū sinu clauserat. Vna tantum eademq; arcta admodum via adiri poterat. Ipse ex lignis contextā cellulā habebat: multiq; ex fratribus in eundē modum. Plerique laxo superiecti sibi fecerant. Discipuli verò octoginta erant, qui ad exemplum beati magistri instruebantur. Nemo ibi quicq; propriū 3 habebat: oīa in mediū cōferebantur. Non emere, aut vendere (vt pleriq; monachis moris est) cuiquā licebat. Ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur, cui tamē operi minor ætas deputabatur, maiores orationi vacabant. Rarus cuiquam extra cellulā suā efflūus, nisi cum ad locū orationis cōueniebant. Cibū vnā oēs post horā ieiunij accipiebant. Vinū nemo nouerat, nisi quem infirmitas cogisseret. Pleriq; camelorū fetis vestiebatur: mollior ibi habitus pro crimine erat. Quod eō magis sit mirum necesse est, quōd multi inter eos nobiles habebantur, qui longē aliter educati ad hanc se humilitatē & patientiā cōegerant. Pluresq; ex his postea Episcopos vidimus. Quæ enim esset ciuitas, aut ecclesiā, quæ nō sibi de Martini monasterio cuperet sacerdotē? Sed vt reliquis virtutes eius, quas in episcopatu egit, aggrediar. Erat haud longē ab oppido proximus monasterio locus, quē falsa hominum opinio, velut cōsepultis ibi martiribus cōsecrauerat. Nam & altare ibi à superioribus Episcopis constitutum habebatur. Sed Martinus nō temerē adhibens incertis fidē, ab his qui maiores natu erant, præbyteris, vel clericis flagitabat nomē sibi martyris, & tempora passionis ostendi: grandi se scrupulo permoueri, quōd nihil certi cōstans sibi maiorum memoria tradidisset. Cum aliquamdiu ergo à loco illo se abstinuisset nec derogās religioni, qua insertus erat, nec autoritatē suā vulgō accommodans, ne superstitio conualesceret, quodā die, paucis secū adhibitis fratribus ad locū pergit. Deinde super sepulchrum ipsum astans orauit ad Dñm, vt quis esset, vel cuius meritū sepultus ostenderet. Tum conuersus ad leuā, videt prope assistere vmbra sordidam & truceam. Imperat, nomen, meritumq; vt loqueretur. Nomen edicit, de crimine confitetur, latronē se fuisse ob scelera percussum, vulgi errore celebratum sibi nihil cum martyribus esse cōmune, cum illos gloria, se poena retineret. Mira res, vocem loquentis, qui aderant audiebāt, personā tamen non videbant. Tum Martinus, quid vidisset, exposuit. Insuperque ex eo loco altare, quod ibi fuerat, submoueri, atque ita populū superstitionis illius absoluit errore.

Accidit autem in sequenti tempore, dum iter ageret, vt Gentilis cuiusdam corpus, quod ad sepulchrum cum superstioso funere deferebatur, obuiū haberet. Conspicatusq; eminus uentem turbam, quidnam id esset ignarus, paululū stetit. Nam cum ferē quingentorū passuū interuallum esset, vt difficile fuerit dignoscere quid videret: Tamen quia rusticam manū cerneret, & agente vento linteamina corpori superiecta volitarent, profanos sacrificiorum ritus agi credidit, quia esset hæc Gallorū rusticis cōsuetudo, simulachra dæmonum candido tectā velamine misera per agros suos circumferre dementia. Eleuato ergo in aduersum signo crucis, imperat turbæ non moueri loco, onusq; deponere. Hic verò mirū in modum videres miseros primū velut saxa riguisse: deinde cum primo mouere se summo conamine niterentur, vltra accedere non valētes, ridiculā in vertiginem rotabantur, donec viciū corporis onus deponunt attoniti: & semet inuicem aspectantes, quidnam sibi accidisset, taciti cogitabant. Sed cum beatus vir comperisset exequiarum illam esse frequentiam, non sacrorum, eleuata rursum manu, dat eis abeundi, & tollendi corporis potestatem. Ita eos & cum voluit, stare compulsi: & cum libuit, abire permisit.

Item dum in vico quodam templum antiquissimum diruisset, & arborem pinum, quæ sano erat proxima, esset aggressus excidere: tum verò Antistes loci illius, ceteraq; Gentilium turba cœpit obfistere. Et cum ijdem illi, dū templū eueritur, imperante Domino acquieuisent, succidi arbore nō patiebantur. Ille quidē eos sedulē commonere, nihil esse religionis in stipite, Dominū potius, cui seruiret ipse, sequeretur, arbore illam excidi oportere, quia esset dæmoni dedicata: Tū vnus ex illis, qui erat audacior ceteris: Si habes, inquit, aliquā de Deo tuo, quem dicis te colere, fiduciam, nosmetipsū succidimus hanc arbore: tu ruentem excipe, & si te-

& si tecum est tuus, vt dicis, Dominus, euades. Tum ille intrepidē cōsensus in Dño facturum se pollicetur. Hic verò ad istiusmodi conditionem omnis illa gentilium turba cōsentit, facilem; arboris suæ habere iacturam, si inimicū sacrorum suorum casu illius obruissent. Itaque cum vnā in partem pinus illa esset accliuus (vt non esset dubium, quam in partem succisa corrueret) eo loco vincus statuitur pro arbitrio rusticorum, quo arborē esse casuram nemo dubitabat. Succidere igitur ipsi suam pinum cum ingenti gaudio, lætitiāq; ceperunt. Aderat eminus turba mirantium: iamq; paulatim nutare pinus cœpit, & ruinā suā casura mimitari. Paltebant eminus monachi: & periculo iam propore conterriti, spēs oēm, fidemq; perdidierant, solam Martini mortem expectantes. At ille cōsensus in Dño intrepidus operiens, cum iam fragorem sui pinus conuidens edidisset, iam cadenti, & super se fuenti, eleuata protinus obuam manu, salutis signum opposuit. Tum verò turbinis modo retroactam putares, dixeram in partē ruit, adeo vt rusticos, qui in tuto loco steterant, penē prostrauerit. Tum verò in cœlū clamore sublato gētilēs stupēre miraculo, monachi flere præ gaudio, Christi nomen in commune ab omnibus prædicari: factiq; constitit eo die salutē illi venisse regioni. Nā nemo ferē ex immani illa multitudinē gentilium fuit, qui non impositione manus desiderata Dominum Iesum Christum, relicto impietatis errore, crederet. Et verē ante Martinum patē admodum, imō penē nulli in iis regionibus Christi nomen receperant. Quod adeo virtutibus illius exemploque conualuit, vt iam ibi nullus locus sit, qui non aut Ecclesiis frequentissimus, 4 aut monasterij sit repletus. Nam vbi sana destruxerat, statim ibi aut Ecclesias, aut monasteria construebat. Nec minorem sub idem ferē tempus eodem in opere virtutem edidit. Nam cum in vico quodam sano antiquissimo, & celeberrimo ignē iniecerit, in proximam, imō adherentē domū, agente vento flammatarum globi ferebantur. Quod vbi Martinus aduertit, rapido cursu tectū domus scandit, obuizum se aduenientibus flammis inferens. Tum verò mirum in modum cerneret contra vim venti ignem retorqueri: vt compugnantium inter se elementorum quidam cōflictus videretur. Ita virtute Martini ibi tantū ignis est operatus, vbi nullus est. In vico autem, cui Leprosum nomen est, cum idē templum opulentissimum superstitione religionis voluisset euertere, restitit ei multitudo gētilium, adeo vt nō absque iniuria sit repulsi. Itaq; secessit ad proxima loca: ibiq; per triduum cilicio 5 tectus, & cinere, ieiunans semper, atque orans precabatur Dñm, vt quia templum illud euertere humana manu non potuisset, virtus illud diuina dirueret. Tum subitō ei duo Angeli hastati, atque scutari inflar militiæ cœlestis se obtulerunt, dicentes missos se à Dño, vt rusticam multitudinem fugarent, præfidiumq; Martino ferrent, ne quis dum templū dirueretur, obfisteret. Rediit ergo, & opus cœptū deuotus implevit. Ita regressus ad vicum, spectantibus gentilium turbis, & quiescentibus, dū prophanam eadem vsq; ad fundamenta dirueret, aras oēs atq; simulachra redegit in puluere. Quo viso rustici, cum se intelligerēt diuino nutu obstupefactos, atq; pererritos, ne Episcopo repugnarent, oēs ferē in Iesum Dñm crediderunt, clamantes palam, & confitentes, Deum Martini esse colendum, idola negligēda, quæ sibi adesse non possent. Quid etiam in pago Eduorum gestum sit referam. Vbi dum templū itidē euerteret, furens gentilium rusticorum in eum irruit multitudo. Cumq; vnus audacior ceteris stricto cū gladio peteret, reiecto pallio nudam cervicē percussuro praeibit. Nec cunctatus ferire gentilis, sed cum dexteram alius extulisset, resupinus ruit, consternatusque diuino metu veniam precabatur. Nec dissimile huic fuit illud: cum eū idola destruetem cultro quidam ferire voluisset, in ipso ictu ferrum ei de manibus excussum non comparuit. Plerumque autem contradicentibus sibi rusticis, ne eorum sana destrueret, ita prædicatione sancta gentilium animos mitigabat, vt luce eis veritatis ostensa, ipsi sua templa subuerterent. Curationem verò tam potens in eo gratia erat, vt nullus ferē ad eum ægrotus accesserit, qui non continuo receperit sanitatem: quod vel ex consequenti liquebit exemplo.

Tieneris puella quædam dira paralytis ægitudine tenebatur, ita vt iam per multum tempus nullo ad humanos vsus corporis officio fungeretur, omni ex parte præmorta: vix tenui spiritu palpitabat. Tristes ad solam funeris expectationem assidebant propinqui: cum subitō nuntiatum ad ciuitatem illam venisse Martinum. Quod vbi puellæ pater comperit, eucurrit, exanimis pro filia rogaturus. Et fortē Martinus iam ecclesiam fuerat ingressus. Ibi inspectante populo, multisque aliis Episcopis presentibus, euilans senex genua eius amplectitur, dicens: Filia mea moritur misero genere languoris, & quod ipsa est morte crudelius, solo spiritu viuūt, iam carne præmorta. Rogo vt eam adeas, atque benedicas: Confido enim quōd per te reddenda sit sanitati. Qua ille voce confusus obstupuit, & refugit, dicens, hoc suæ non esse virtutis: senem errare iudicio, non esse se dignum, per quem Deus signum virtutis ostenderet. Perstare cœpit vehementius flens pater, & orare, vt exanimem visitaret: postremō circumstantibus Episcopis, ire compulsus, descendit ad domum puellæ.

2 Vestitus Martini vilitas.

3 Ille adeo vilitatis quosquos Monachis ubi suo eternū bellum gerere proposuerunt, inter alia dicentes, presentē monachium non vitium esse, non a primis obseruatum, non hic habes paupertatem voluntariā in monachis Martini, etiā in cōmuni, celsationē a contrariis, orationis instantiā, loci srauitatem, cibi & potus abstinentiam, habitus asperitatem. Quæ omnia apud veros religionis etiā hodie in usibus habetur. Vide ergo quam saluum sit, monachium non solum non vitium esse.

4 Vides heretico quod primū Christus filius filii in populo iudicium est, Ecclesiarū & monasteriorū cōstitutio. Et tu tu dicitur.

5 Tunc est illud euertere Martini, scilicet orans precabatur Dñm.

Erat autem ingens turba prae foribus expectans, quidnam Dei seruus esset facturus. Ac primū (quae erant illius familiaria in istiusmodi rebus arma) solo prostratus orauit. Inde aegri intuens, dari sibi oleū postulat. Quod cum benedixisset, 6 in os puellae ueri sancti liquoris infudit, statimq; vox reddita est. Tum paulatim singula contactu eius ceperunt uiauii re, donec firmatis gressibus populo ceste surrexit. Eodem tempore Tetradij cuiusdam Proconsularis uiri seruus daemōnio correptus dolendo exitu cruciabat. Rogatus ergo Martinus, ut ei manū imponeret, deduci eum ad se iubet. Sed nequam spiritus nullo proferri modo ex cella, in qua erat, potuit: ita in aduenientes rabidus dentibus sauebat. Tum Tetradius ad genua beati uiri aduoluit, orans ut ad domū, in qua daemōniacū habebatur, ipse descenderet. Tum uerō Martinus negat se profani & gentilis hominis domum adire posse. Nam Tetradius eo tempore adhuc gentilitatis errore implicitus tenebatur. Spondet ergo se, si de puero daemōn fuisset eiectus, Christianum fore. Ita Martinus imposita manu puero, immundū ab eo spiritū eiecit. Quo uiso, Tetradius in Dñm nostrū Iesum Christū credidit: statimq; catechumenus factus, nec multō post baptizatus est, semperq; Martinus salutis suae auctore miro coluit affectu. Per idem tēpus in eodem oppido ingressus patrisfamilias cuiusdam domum, in limine ipso resistit, dicens horribile in atrio domus daemōniū se uidere. Cui cum ut discederet imperaret, quendam patrisfamilias, qui in interiore parte aedi morabatur ac ruperit: laeure dentibus miser cepit, & obuios quoscunq; laniare. Commota domus, familia turbata, populus in fugam uersus: Martinus se ferenti obicit, ac primū stare ei imperat. Sed cum dentibus fremeret, hiatq; ore morsum minaretur, digitos ei Martinus in os intulit. Si habet, inquit, aliquid potestatis, hos deuora. Tum uerō ac si cādens ferrū faucibus accepisset, longē reductis dentibus, digitos beati uiri uitabat attingere. Et cum fugere de obfesso corpore penis & cruciatibus cogere, nec tamen exire ei per os liceret, fœda relinquens uestigia, fluxu uentris egressus est. Interea cum de metu atque impetu Barbarorū subitō ciuitatem fama turbasset, daemōniacū ad se exhiberi iubet. Imperat an uerus esset hic nunciū fateretur. Tum cōfessus est sedecim daemones fuisse, qui rumorē hunc per populum disseminassent, ut hoc falcē metu ex illo Martinus oppido fugeretur: Barbaros nihil minus quam irruptionem cogitare. Ita cum hæc immundus spiritus media in Ecclesia fateretur, metu & turbatione praesenti ciuitas liberata est. Apud Parthios uerō dū portā ciuitatis illius, magnis secū turbis eūbus introiret, leprosum miserabili facie, horrentibus cunctis, oculatus est, atque benedixit, statimq; omni malo emūdatū postero die ad ecclesiam ueniēs nitenti cure, gratias pro sanitate quā receperat agebat. Sed nec hoc praeterundū est, quōd simbriz uestimentis eius cilicioq; 7 detractæ, crebras super infirmantibus egere uirtutes. Nā cum aut digitis illigatæ, aut collo indicæ sunt, persæpe ab aegrotantibus morbos effugauerunt.

Arbōrius autē uir praefectorius sancti admodū & fidelis ingenij, cum filia eius grauisimis quatuor febribus vreretur, epistolā Martini, quæ casu ad eū delata fuerat, pectori puellæ in ipso accessu ardoris inseruit: statimq; fugata febris est. Quæ res apud Arbōriū tantū ualuit, ut statim puellā Deo uoueret, & perpetuæ uirginitati dicaret. Profectusq; ad Martinum, puellā ei praesens ob uirtutū eius testimonium, quæ per absentem licet curata esse, obrulit. Neque ab alio eam quā à Martino, habitu uirginitatis imposito, passus est consecrari, Paulinus uerō uir magni postmodū futuri exēpli, cum oculus grauitate dolore cepisset, & iā pupillā eius crassior nubes superducta texisset, oculū ei Martinus peniculo cōtigit, pristinatq; ei sanitatē, sublato omni dolore, restituit. Ipse autē cum casu quodam esset de cenaculo deuolutus, & per confragosos scalæ gradus decidens multis uulneribus esset affectus, cum exanimis iaceret in cellula & immodicis doloribus cruciaretur, nocte ei Angelus uisus est elinere uulnera, & salubri uingento contusi corporis membra contingere. Atque ita postero die restitutus est sanitati, ut nihil unquā pertulisse incommodi putaretur. Sed quia longum est ire per singula, sufficiant hæc uel pauca de plurimis. Satisque sit nos & in excellentibus non subtrahere ueritatem, & in multis uitare fastidium. Atq; ut minorantis inseram, quamuis (ut est nostrorum aetas temporum, quibus iam deprauata omnia atque corrupta sunt) penē praecipuum sit adulationi regiae sacerdotalem non cessasse constantiam. Cum ad Imperatorem Maximum ferocis ingenij uirum, & bellorum ciuiliū uictoria elatum, plures ex diuersis partibus Episcopi conuenissent, & fœda circa principem omnium adulatione notaretur: sequē de generi inconstantia regiae clientelæ sacerdotalis dignitas subdidisset: in solo Martino Apostolica autoritas permanebat. Nam etsi pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperauit potius quam rogauit. Et a conuiuio eius frequenter rogatus abstinuit, dicens se mentis eius participem esse non posse, qui duos Imperatores, unum regno, alterum uita expulisset. Postremo cum Maximus se non sponte sumpsisse imperium affirmaret, sed impositam sibi à militibus diuino nutu necessitatem regni armis defendisse, & non alienam ab eo

6 Sicut benedictio
est res effect super
stulosa o heretice,
ut impie actus, quō
omnipotens Deus,
qui summa ueritas
est, rei superstitio
se attē laetur, tā
sum praesando mis
raculum

7 Virtus uestimentis
si Martini.
8 O sapientes dos
stare, qui dicitis
non inuenire uos
uirginitatem, aut
ocellatum, sed ut
temporalem, Deo
deuotū: ac uouere
cōuentionem ear
nis presumptuos
sum esse et illitū,
nec Deo placere.
Videsi tēpore Mar
tini, qui fuit anno
Domini, 324. Res
bant uirginitatis
uota, quæ sancti
simus uir nequas
quā emitti dneret
si nō essent licite,
et obseruatione
possibilia, ac Deo
uehementer placere
nosset.
9 Quæ uirginitas
tem uouerunt, spe
ciali habitu impo
sito, Deo cōsecra
bantur. Quod sit
etiā nostro tempo
re, ne hoc nouis
tū quid esse dicat.

Dei

Dei uoluntatem uideri, penes quem tam incredibili euentu uictoria fuisset, nullumq; ex aduersarijs, nisi in acie, occubuisse: tandem uictus uel ratione, uel precibus, ad conuiuium uenit, mirum in modum gaudente rege, quod id impetrasset. Conuiuia autem aderant, ueluti ad diem festum euocati summi atq; illustres uiri: Praefectus, idemq; consul Euodius (quo nihil unquam iustius fuit) Comites duo summa potestate praediti, frater regis, & patruus, medius inter hos Martinus praesbyter accubauerat: ipse autē sellula iuxta regem posita condecorat. Ad medium ferē conuiuium (ut moris est) pateram regi minister obtulit: ille sancto admodū Episcopo dari potius iubet, expectans, atque ambiens, ut ab illius dextera poculum fumeret. Sed Martinus ubi ebibit, pateram praesbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se prior biberet, nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos, qui à rege erant proximi, praesbytero praetulisset. Quod factum imperator, omnesq; qui tunc aderant, ita admirati sunt, ut hoc ipsum eis, in quo cōtempti fuerant, placeret. Celebratumq; per totum palatium fuit, fecisse Martinū in regis praesidio, quod in infirmorum iudiciū conuiuijs, Episcoporum nemo fecisset. Eidemq; Maximo longē antē praedixit futurum, ut si ad Italiam pergeret, quō ire cupiebat, bellum Valentiniano Imperatori inferens, sciret se primo quidem impetu futurum esse uictorem, sed paruo post tempore esse periturum. Quod quidem ita uisimus. Nam primo aduentu eius Valentinianus in fugam uersus est. Deinde post annum sei resumptis uiribus, captum intra Aquileiae muros Maximum interfecit. Cōstat autem etiā Angelos ab eo plerumq; uisos: ita ut cōferto inuicē apud eum sermone loquerentur. Diabolum uerō ita conspicabile & subiectū oculis habebat, ut siue se in propria substantia cōtineret, siue in diuersas figuras specialesq; nequitas transfuisset, qualibet ab eo sub imagine uideretur. Quod cum diabolus sciret se effugere non posse; conuicijs eum frequenter uirgebat, quia fallere non posset insidijs. Quodam tempore cornu bouis cruentum in manu tenens, cum ingenti fremitu cellulam eius irrupit, cruentamq; ostentans dexteram, & admisso recenti sceleris congaudens: Vbi est, inquit, Martine uirtus tua? Vnum de tuis modō interfeci. Tunc ille conuocatis fratribus refert, quid diabolus indicasset. Solicitos esse praecipit per cellulam singulorum, quisnā hoc casu fuisset affectus, Neminem quidē deesse de monachis, sed unum rusticum mercede conductum, ut uiculo ligna deferret, isse ad syluam nunciari. Iubet igitur aliquos ire ei obuiam. Ita haud longē à monasterio iam penē exanimis inuenitur. Extremum ramē spiritum trahens indicat fratribus casum mortis, & uulneris: Iūctis scilicet bobus dum dissoluta arctius lora constringit, bouem sibi excusso capite inter iugina cornua iniecisse. Nec multō post uitam finiuit. Videtis quo iudicio Domini diabolus data fuit hæc potestas. Verum in Martino illud mirabile erat, quod nō solum hoc, quod supra retulimus, sed multa istiusmodi, si quoties accidissent, longē antē prauidebat, & sibi nunciata fratribus indicabat. Frequenter autē diabolus, dum mille nocentē artibus sanctū uirum conaretur illudere, uisibile se ei formis diuersissimis ingerebat. Nā interdū in Iouis personam, plerumq; Mercurij, persæpe etiā Veneris, ac Mineruæ transfiguratu se uulcibus offerebat. Aduersus quē semper interritus, signo se crucis, & orationis auxilio protegebat. Audiebantur plerumq; conuicia, quibus illū daemōnum turba proteruis uocibus increpabat. Sed omnia falsa, & uana cognoscens, non mouebatur obiectis. Testabantur etiam aliqui ex fratribus, audisse se daemōnem proteruis Martinū uocibus increpantē, cur intra monasterium aliquos ex fratribus, qui olim baptismum diuersis erroribus perdidissent, conuersos postea recepisset, exponente crimina singulorū: Martinū diabolo repugnantē respondisse constanter: Antiqua debita melioris uitæ conuersione purgari, & per misericordiā Dñi absolueudos esse peccatis, qui peccare desinerēt. Cōtrā dicente diabolo: Nō pertinere ad ueniā criminōsos, & semel lapsis nullam à Dño praestari posse clementiam: Tunc in hanc uocem fertur exclamasse Martinus: Si tu ipse o miserabilis ab hominū infestatione desisteres, & te factorum tuorū uel hoc tēpore (cū dies iudicij in proximo est) pēniteret, ego tibi uerē, cōfusus in Dño, Christi misericordiā pollicerer. O quā sancta de Dñi pietate praesumptio: in qua est auctoritate praestare nō potuit, ostēdit affectū. Et quia de diabolo, eiusq; artibus sermo exortus est, nō ab re uidetur, licet extrinsecus referre, quod gestū est. Quia & quaedam in eo Martini uirtutum portio est: & res digna miraculo rectæ memoriæ mandabitur in exemplum cauendi, si quid deinceps uispiam tale contigerit. Clarus quidam nomine adolescens nobilissimus, mox praesbyter, nunc felici beatus excessu, cum relictis oibus se ad Martinū contulisset, breui tēpore ad summum fidei, uirtutumq; omnium culmen enituit. Itaq; cum haud longē sibi ab Episcopi monasterio tabernaculum constituisset, multiq; fratres commorarentur apud eum, iuuenis quidam ad eum Anatolius nomine, sub professione monachi omnem humilitatem, atque innocentiam mentitus accessit, habitauitque aliquandiu in communiē cum ceteris. Dein procedente tempore, Angelos apud se loqui solere dicebat. Cui cum fides nul-

10. Sancti ubi op
spiritu Dei pleni
nullam dignitatē
sacerdotio praeferat
legunt. At modo
nostri heretici Re
ges et Principes,
magistratus etiam
quosque seculas
res praesentant san
ctis. et in eos po
testatem in omnia
bus habere uolūt.

ad iij

lus ad

lus adhiberet, signis quibusdam plerisque ad credendum coarctabat. Postremo eoque; processit, ut inter se ac Deum Angelos descurrere prædicaret. Iamque se unum ex Prophetis haberi volebat. Clarus tamen nequaquam ad credendum cogi poterat. Ille autem ei iram Domini, & presentes plagas, cur sancto non crederet comminatus, postremo in hanc vocem fertur erupisse: Ecce hac nocte vestem mihi candidam Dominus de caelo dabit, qua indutus in medio vestrum diuerfabor, idque vobis signum erit, me in Dei esse virtute, quod Dei veste donatus sim. Tum vero grandis omnium ad hanc professionem expectatio fuit. Itaque ad mediam ferè noctem, fremitu insulantium commoueri omne monasterium loco visum est. Cellulam autem, qua idem adolescens continebatur, crebris cerneret micare luminibus, fremitusque in ea discurrentium, & murmur quoddam multarum vocum audiebatur. Deinde factio silentio egressus, unum de fratribus Sabatium nomine ad se vocat, tunicamque ei, qua erat indutus, ostendit. Obstupefactus ille conuocat ceteros: ipse etiam Clarus accurrit, adhibitoque lumine vestem omnes diligenter inspiciunt. Erat autem summa mollitie, candore eximio, micanti purpura; nec tamen cuius esset generis, aut velleris poterat agnosci. Curiosius tamen oculis, aut digitis atrectata non aliud quam vestis videbatur. Interea Clarus fratres admonet orationi insistere, ut manifestius eis Dominus quidnam esset ostenderet. Itaque reliquæ noctis hymnis & psalmis; consumitur. At ubi illuxit dies, apprehensum dextera trahere ad Martinum volebant, bene consilij illudi illum diaboli arte non posse. Tunc vero reniti, ac reclamare miser cepit, interdicitumque sibi esse dicebat, ne se Martino ostenderet. Cumque inuitum eum ire compellerent, inter trahentium manus vestis euanuit. Unde quis dubitet hanc etiam Martini fuisse virtutem, ut fantasiam suam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda, dissimulare diutius aut tegere non posset? Animaduersum est tamen eodem ferè tempore fuisse in Hispanijs iuuenem, qui cum sibi multis signis auctoritatem parauisset, eoque elatus est, ut se Heliã profiteretur. Quod cum plerique temerè credidissent, addidit, ut se Christum esse diceret. In quo etiam adeo illudit, ut eum quidam Episcopus, Russus nomine, ut Deum adoraret. Propter quod eum postea ab Episcopatu deiectum vidimus. Plerique etiam nobis fratribus reuelant, eodem tempore in Oriente quendam extitisse, qui se Ioannem esse iactitare: Ex quo conijcere possumus, istiusmodi pseudoprophetas existentibus, Antichristi aduentum imminere: quia iam in istis mysterium iniquitatis operatur. Non prætereundum autem videtur, quanta Martinum sub eisdem diebus diabolus arte tentauerit. Quodam enim die præmissa prece & circumiectus ipse luce purpurea, quod facilius claritate assumpti fulgoris illuderet, veste etiam regia indutus, diademate ex gemmis auroque, redimitus, calcceis auro illitis, sereno ore, læta facie, ut nihil minus quam diabolus putaretur, oranti in cellula astitit. Cumque Martinus primo aspectu eius fuisset hebetatus, diu multumque silentium ambo tenuerunt. Tunc prior diabolus: Agnosce, inquit, Martine, quem cernis, Christus ego sum: descensurus ad terras, prius me tibi manifestare volui. Ad hæc cum Martinus taceret, neque quicquam responsi referret: iterare ausus est diabolus professionis audaciam: Martine, quid dubitas credere cum videas? Christus ego sum. Tum ille, reuelante sibi spiritu, ut intelligeret diabolum esse, non Dominum: Non se, inquit, Dominus Iesus purpuratum & diademate renitentem venturum esse prædixit. Ego Christum, nisi in eo habitu, formaque, qua passus est, nisi crucis stigmata præferentem, venisse non credam. Ad hanc ille vocem statim ut fumus euanuit. Cellula quoque tanto fetore compleuit, ut indubia indicia relinqueret, diabolum se fuisse. Hoc ita gestum, ut supra reuli, ex ipsius Martini ore cognoui: ne quis fortè existimet fabulosum. Nam cum olim audita eius fide, vita, atque virtutibus, desiderio illius æstuaemus, gratam nobis ad eum videndum peregrinationem suscepimus, simul quia iam ardebat animus illius scribere vitam, partim ab ipso, in quantum ille interrogari potuit, sciscitanti sumus, partim ab his qui interfuerant, vel sciebant, cognouimus. Quo quidem tempore credi non potest, qua me humilitate qua benignitate suscepit, congratulatus plurimum & gauisus in Domino, quod tantum esset habitus à nobis, quem peregrinatione suscepta expetissemus. Miserum me penè non audeo confiteri, cum me sancto conuiuio suo dignatus est adhibere. Aquam manibus nostris ipse obtulit, ad vesperum autem ipse nobis pedes abluuit. Nec reniti, aut contra ire constantia fuit, ita illius auctoritate oppressus sum, ut nephas putarem, si non acquieuissem. Sermo autem illius non alius apud nos fuit, quam mundi huius illecebras, & seculi onera relinquenda, ut Dominum Iesum liberi, expeditique; sequeremur. Præstantissimumque nobis presentium temporum illustris viri Paulini, cuius supra mentionem fecimus exemplum ingerebat, qui summis opibus abiectis Christum secutus, solus penè his temporibus Euaragelica præcepta contempsit. Illum nobis sequendum, illum clamabat imitandum, beatumque esse præfens seculum rantæ fidei, virtutisque; documeto: cum secundum sententiam Domini diues, & possides multas, vendendo omnia & dando pauperibus, quod erat, factio impossibile, possibile fecisset. ex p̄lo.

Iara

Iam vero in verbis, & confabulatione eius quanta grauitas, quanta dignitas erat? quam alacer, quam efficax, quam in absoluendis scripturarum quæstionibus præptus, & facilis? Et quia multos ad hanc partem incredulos scio, quippe quos viderim, me ipso etiam referente, non credere: Iesum testor, spemque; comunem, me ex nullius vnquam ore tantum scientiæ, tantum ingenij, tam boni, & tam puri sermonis audisse. Quanquam in Martini virtutibus quantula est ista laudatio: nisi quod mirum est homini illiterato ne hanc quidem gratiam defuisse?

Sed iam finem liber postular: sermo claudendus est, non quod omnia quæ de Martino fuerant dicenda, defecerint, sed quia nos ut inertes poetæ, extremo in opere negligentes, veteri materiæ mole succubimus. Nam etsi facta illius explicari verbis vtruncque; potuerit, interiorum vitam illius, quotidianam conuersationem, & animum caelo semper intentum, nulla vnquam (verè profiteor) explicabit oratio: Illam scilicet perseuerantiam, & temperamentum in abstinentia & ieiunijs, potentiam in vigilijs & orationibus, noctesque; ab eo perinde ac dies actas, nullumque; vacuum ab opere Dei tempus, quo vel otio indulserit, vel negotio: sed ne cibo aut somno quidem, nisi quatenus naturæ cogebat necessitas. Verè fatebor, non si ipse (ut aiunt) ab inferis Homerus emergeret, posset exponere: adeo Martini oia maiora sunt, quæ ut verbis concipi queant. Nulla vnquam hora, momentumque; præterijt, quin aut orationi inuumberet, aut insisteret lectioni. Quanquam etiam inter legendum, aut si quid aliud fortè agebat, nunquam animum ab oratione laxabat. Nimirum ut fabris ferrarijs moris est, qui inter operandum pro quodam laboris leuamine incudem suam feriunt: ita Martinus etiam, dum aliud agere videretur, semper orabat. O verè beatus, in quo dolus non fuit, neminem iudicans, neminem damnans, nulli malum pro malo reddens. Tantam quippe aduersum omnes iniurias patientiam assumpsit, cum esset summus sacerdos, impunè etiam ab infimis clericis læderetur: nec propter id eos aut loco vnquam amouerit, aut à sua (quantum in ipso fuit) charitate repulerit. Nemo vnquam illum vidit iratum, nemo incontentem, nemo ridèntem: vnus, idemque; semper celestem quodammodo letitiam vultu præferens, extra naturam hominis videbatur. Nunquam in illius ore, nisi Christus, nunquam in illius corde, nisi pietas, nisi pax, nisi misericordia inerat. Præterque; etiam pro eorum, qui obrectatores illius videbantur, solebat flere peccatis, qui remotum, & quietum venenatis linguis, & viperio ore carpebant. Et verè nonnullos experti sumus inuidos virtutis, vitæque; eius, qui in illo odèrat, quod in se non videbant, & quod imitari non valebant. Atque; (ò nephas dolendum, & ingemiscendum) non alij fuere insectatores eius (licet pauci admodum) non alij tamen, quam Episcopi ferebantur. Nec verò quenquam nominare necesse est: licet nosmetipsos plerique circumlarent. Sufficit, ut si quis ex his hæc legerit, & agnouerit, erubescat. Nam si irascitur, de seipso dictum fatebitur: cum fortasse nos de alijs senserimus. Non refugimus autem, ut si qui eiusmodi sunt, nos quoque; cum tali viro odèrant. Illud facillè confido, omnibus sanctis opusculum istud gratum fore. De cætero si quis hæc infideliter legerit, ipse peccabit. Ego mihi conscius sum, me rerum fide, & amore Christi impulsus, ut scriberem, manifesta exposuissem, & vera dixissem. Paratumque, ut spero, habebit à Deo præmium, non quicumque legerit, sed quicumque crediderit.

Gallus. Quo primum tempore, relictis scholis, beato me viro iunxi, paucos post dies euntem ad Ecclesiam sequebamur. Interim ei seminudus hybernus mensibus pauper occurrit, orans sibi vestimentum dari. Tunc ille accessit Archidiacono, iussit argentè sine dilatione vestiri. Deinde secretarium ingressus, cum solus, ut erat illi consuetudo, resideret (hanc enim sibi etiam in Ecclesia solitudinem, permittit à clericis libertate, præstabat) cum quidam in alio secretario præbyteri residerent, vel salutationibus vacantes, vel audiendis negocijs occupati: Martinum verò vsque in eam horam, qua solennia populo agi consuetudo deposceret, sua solitudo cohibebat, illud non præteribo, quod in secretario sedens nunquam cathedra vsus est. Nam in Ecclesia nemo vnquam illum sedere conspexit, sicut quandam nuper (testor Deum) non sine meo pudore vidi, sublimi solio, & quasi regio tribunali, celsa sede residentem. Sedebat autem Martinus in sellula rusticana, ut sunt istæ in vsibus seruatori, quæ nos, rustici Galli tripedias, vos scholastici, aut certè tu, qui de Græcia venis, tripodas nuncupatis. Ergo hoc secretum beati viri pauper ille captans, cum ei Archidiaconus dare tunicam distulisset, irrupit, dissimulatum se à clerico quærens, ac algere deplorans. Nec mora, sanctus pauper non vidente, intra amphibalum sibi tunicam latenter educit, pauperemque; contentum discedere iuber. Dein paulò post Archidiaconus ingressus admonet, pro consuetudine expectare in Ecclesia populum, illum ad agenda Missarum solennia debere procedere. Cui ille respondens, ait: Pauperem prius (de se autem dicebat) oportere vestiri: se ad Ecclesiam non posse procedere, nisi vestem pauper acciperet. Diaconus verò nihil intelligens, quia extrinsecus indutum amphibalo, veste nudum interius non videbat, postremo pauperem non comparere

12. Abstinentia, ieiunia, vigiliae. & orationes Martini.

Ex dialogo a. Sulpitij, Gallo, Sulpitio, & Postumiano interlocutoribus.

13. Nota 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

comparare caufatur. Mihi, inquit, vestis quæ parata est, deferatur, pauper non deerit vestien-
 dus. Arctatus demum clericus, & necessitate compullus, iamq; selle commotus, è proximis
 tabernis nigerrimam vestem breuem, atque hispida quinque cõparatam argenteis rapit,
 atq; ante Martini pedes iratus exponit. En, inquit, vestem, sed pauper hic non est. Ille nihil
 motus iubet eum paulum stare pro foribus secretum vtiq; procurans, dum sibi vestem nu-
 dus imponeret: totis viribus elaborans, vt posset occultum esse, quod fecerat. Sed quando in
 sanctis viris latent ista quærentibus? Velint, nolint, cuncta produntur. Cum hac igitur obla-
 turus sacrificium 14. Deo veste procedit. Quo quidem die (mira dicturus sum) cum iam al-
 tarium, sicut est solenne, benediceret, globum ignis de capite illius vidimus emicare, ita vt
 in sublime contendens longius collum, crinemq; flamma produceret. Hoc licet celeberrimo
 factum die in magna populi multitudine viderimus, tamen vna tantò de virginibus, & vnus
 de presbyteris, tres tantum videre de monachis. Ceteri cur non viderint, non potest nostri
 esse iudicij. Per idem ferè tempus cum Euanthius auunculus meus, vir licet seculi negotijs oc-
 cupatus, tamen admodum Christianus grauisima ægritudine, extremo mortis periculo cõ-
 pisset vrgeri, Martinum euocauit. Nec cunctatus ille properauit. Prius tamen quàm medium
 viæ spatium vir beatus euolueret, virtutem aduenientis sensit ægrotus, recepta continuò sa-
 nitate, venientibus nobis obuiam ipse processit. Altera die redire cupientem magna prece de-
 tinuit. Cùm interim vnus è familia puerum lætali icu serpens percussit. Quem tam exanimè
 vi veneni ipse Euanthius suis humeris illatum ante pedes sancti viri, nihil illi impossibile
 confidens, exposuit. Iamq; se malum serpentis per omnia membra ita distulerat, vt cernere
 omnibus venis inflatam cutem, & vt ris instar tena vitalia. Manu Martinus porrecta vnuer-
 sa pueri membra pertractans, digitum prope ipsum vulnusculum, quo bestia virus infuderat,
 fixit. Tum verò (mira dicturus sum) vidimus venenum ex omni parte reuocatum ad Marti-
 ni digitum cucurrisse. Deinde per illud vlcis foramen exiguum ita virus stipasse cum san-
 guine, vt soler ex vberibus caprarum, aut ouium pastorum manu prelsis longa linea copiosè
 lactis efflueret. Puer surrexit incolumis. Nos obstupefacti tantæ rei miraculo, id quod ipsa co-
 gebar veritas, fatebamur, nõ esse sub cœlo, qui Martinum posset imitari. Consequenti itidem
 tempore, iter cum eodem, dũ diœceses visitat, agebamus. Nobis nescio qua necessitate re-
 morantibus, aliquantulum ille processerat. Interim per iaggerem publicum plena militanti-
 bus viris fiscalis rheda veniebat. Sed vbi Martinum in veste hispida, nigro, & pèdulo pallio-
 lo circumtectum cõtigua de latere iumenta viderunt, paululum in partem alteram paucifasta
 cesserunt. Deinde funibus implicatis protensos illos quibus (vt sæpe vidistis) misera illa ani-
 malia conglobantur, ordines miscuerunt. Dumq; egre expediuntur, moram fecere propera-
 ribus. Qua permoti iniuria militantes, præcipitatis in terram saltibus, se dederunt: deinde
 Martinum flagris, ac fustibus, vrgeri cõeperunt. Cùm quidem ille mutus, & incredibili patien-
 tia præbens terga cædentibus, maiorem iniuriâ infelicibus cõmoneret, magis ex hoc furentes,
 quòd ille quali non sentiens verbera illata cõteneret. Nos illic cõsecuti sedè cruciatum,
 atq; vnuerfa corporis parte laniatũ, cùm exanimis in terrã procubisset inuenimus, statimq;
 eum a fello suo imposuimus, ac locũ cædis illius execrantes raptim abire properauimus. In-
 terea illi regressi ad chedam suam furore faciato, agi, quòd ire cõeperant, iumenta præcipiunt,
 quæ cùm omnia solo fixa, ac si ænea riguissent, tollentibus altius vocè magistris, flagris hinc
 atque inde resonantibus, nihil penitus mouebantur. Coniungunt deinde omnes pariter in
 verbera: consumit Gallicas mularum poena multigias: tota rapitur sylua de proximo: trabi-
 bus iumenta tonduntur: Sed nihil penitus: sæuè manus agebant: vno eodemq; loco stabant
 fixa simulachra: quid agerent infelices homines, nesciebant. Nec iam vltra dissimulare pote-
 rant, quin quamlibet brutis pectoribus agnoscerent diuino numine se teneri. Tandem ergo
 in se reuerſi cõeperunt quærere, quis ille esset, què in eodem loco paululũ antè cecidissent.
 Cùm percurrantes cognoscunt ex viantibus, Martinum à se trãrudeliter verberatũ: Tum
 verò apparere omnibus causã manifesta; nec ignorare iam poterant, quin ob illius viri mi-
 riã tenerentur. Agitur oēs rapidis nos passibus cõsequuntur, conscij audacis facti, ac meritò pu-
 dore confusi, silentes, & puluere, quo se ipsi fœdauerant, capita atq; ora conspergi, ante Mar-
 tini se genua prouoluunt, veniam precantes, & vt eos abire sineret postulantes: satis se vel so-
 la conscientia dedisse poenarum, fatiq; intellexisse, quòd eosdem ipsos viuos absorbere ter-
 ra potuisset, vel ipsi potius, amissis sensibus in immobilis saxorum naturã rigescere debuif-
 sent, sicut affixa locis, quibus steterant iumenta vidissent: orare se, atq; obsecrare, vt indulge-
 ret sceleri, veniam & copiam præstaret abundi. Senferat etiã priusquam accurreret, vir bea-
 tus illos teneri: nobisq; id antè iam dixerat. Veniam tamẽ clementer indulgit, eosdemq; abi-
 re, permittit, animalibus restituitis. Illud autè animaduerti sæpe, Sulpitii, Martinum tibi dicere
 solitum, nequaquam sibi in Episcopatu eam virtutum gratiam suppetisse, quam prius se ha-
 buisse

14. Oblaturus sa-
 crificium Deo Mar-
 tino procedit. Via
 de ergo Missam vo-
 cari sacrificium.

buisse meminisset. Quod si verum est, imò quia verum est, conicere possumus, quanta fue-
 rint illa, quæ monachus operatus est, & quæ, teste nullo, solus exequit cum tanta illum in
 episcopatu signa fecisse sub oculis omnium viderimus. Multa quidem illius prius gesta inno-
 tuere mundo, neque potuere cœli. Sed innumerabilia esse dicuntur, quæ, dum iactantiam
 vitat, occultauit, neq; in hominum noticiam passus est peruenire: quippe qui humanam sub-
 stantiam supergressus, virtutis suæ conscientia mundi gloriam calcans, cœlo teste frueretur.
 Quod verum esse vel ex his, quæ comperta nobis sunt, nec latere potuerunt, possumus æsti-
 mare. Si quidem ante episcopatum duos mortuos vitæ restituerit, quod liber tuus plenius
 est locutus: in Episcopatu verò (quod prætermisisse te miro) vnũ tantum modo suscitauit:
 Cuius rei ego testis sum, si tamen nihil de minus idoneo teste dubitatis. Id ipsum autem vo-
 bis qualiter sit gestum explicabo.

Fuerat causa nescio quæ, qua Carnotum oppidum petebamus. Interea dum vicũ quendã
 habitantium multitudine frequentissimum præteriremus, obuia nobis immanis turba pro-
 cessit, quæ erat tota gentiliū: nam nemo in illo vico nouerat Christum, Vædum ad samam
 tanti viri, campos omnes late patentes confluentium multitudinem contexerat. Intellexit hic
 Martinus operandum, & annuncians sibi spiritu totus infremuit: Nec mortale sonans, ver-
 bum Dei Gentibus prædicabat, sæpius ingemiscens, cur tantã Dominum saluatorem turba
 nesceret. Interea sicut nos incredibilis circumdederat multitudo, mulier quædam, cuius filius
 paulò antè defecerat, corpus exanimè beato viro protensis manibus cepit offerre, dicens: sci-
 mus quia amicus Dei es, restitue mihi filium meum, quia vnicus mihi est. Iunxit se cætera
 multitudo, & matris precibus acclamabat. Tum Martinus videns pro expectantium salute
 (vt postea nobis ipse dicebat) cõsequi se posse virtutè, defuncti corpus proprijs manibus ac-
 cepit. Et cùm expectantium cunctis, genua flexisset 15 vbi cõsummata oratione surrexit, vi-
 uum paruulũ matri restituit. Tum verò multitudo ois, in cœlum clamore sublato, Christũ
 Dominum fateri: postremò cuncti cateruatim ad genua beati viri ruere cõeperunt, fideliter
 postulantes, vt eos faceret Christianos. Nec cunctatus, in medio, vt erat, campo cunctos im-
 posita vnuerſis manu, cathecumenos fecit, cùm quidem ad nos conuersus diceret, non irra-
 tionabiliter in campo cathæcumenos fieri, vbi solent martyres cõsecrari. Vicisti (inquit Po-
 stumianus) Galle vicisti: non vtiq; me, qui Martini sum potius assertor, & qui hæc omnia de
 illo viro & sciri semper. Scie didi, sed eremitas omnes, anachoritasq; vicisti. Nemo enim
 illorum sicut Martinus hic vester, imò nos, mortuis imperauit. Meritoq; hunc iste Sulpit-
 ius Apostolus cõparat, & prophetis, quem per oĩa illis esse cõsimilem fidei virtus, ac virtu-
 tum opera testantur. Sed perge quæso, quanquam nihil magnificentius audire possumus: per-
 ge tamen, Galle, quod etiam nunc de Martino superest sermonis euoluere. Nam etiam mi-
 nima illius, & quotidiana animus festinat agnoscere, quia minima illius aliorum maximis
 maiora esse nihil dubium est. Ita faciam, Gallus inquit. Verum id, quod dicturus sum, ipse nõ
 vidi. Prius enim gestia est res, quam me illi viro iungerem. Sed factũ celebre est fidelium fra-
 trum, qui interfuerant, sermone vulgatum. Eodem ferè tempore, cùm primum Episcopus
 datus est, fuit ei necessitas adire comitatum. Valentinianus tum maior rerum potiebatur. Is
 cùm Martinũ ea petere cognouisset, quæ præstare volebat, iussit eum Palatij foribus arceri.
 Etenim ad animũ illius immittem, atq; superbũ vxor accefferat Arriana, quæ totum illũ à san-
 cto viro, ne ei debicã reuerentiã præstaret, auerterat. Itaque Martinus vbi semel atq; iterũ su-
 perbum principem frustra adire tentauit, recurrit ad nota præsidia: cilicio obuoluitur, 16 cõ-
 nere cõspertur, cibo, potiq; abstinet, orationem noctibus, diebusq; perpetuat. Seprimò ve-
 rò die assisit ei Angelus, iuberq; eum ad Palatium ire securum, regias fores, quantumlibet
 clausas, sponte referandas, Imperatoris superbũ spiritum molliendum. Igitur istiusmodi
 præsentis Angeli confirmatus alloquio, & fretus auxilio, palatium petit, Parent limina, nul-
 lus obstitit, postremò ad Regẽ nemine prohibente, peruenit. Qui cùm venientem erminis vi-
 deret, infrensens cur fuisset admissus, nequaquam assurgere est dignatus astanti, donec regiam
 sella ignis operiret, ipsumq; Regẽ ea corporis parte qua sedebat, afflaret incendium. Ita
 folio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit: multumq; complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur. Nec expectatis
 Martini precibus, prius omnia præstitit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio
 frequenter aciauit, postremò abeunt multa munera obtulit: quæ vir beatus vt semper pau-
 peratis custos, cuncta reiecit. Et quia palatium semel ingressi sumus, complexus, quem sper-
 nere antè decreuerat, virtutem sensisse

Illud verò Sulpitii meminisse te credo, quo affectu nobis, cum & tu coram adesses, illam virginem predicaret, quæ ita se penitus ab omnium virorum oculis remouisset, ut ne ipsum quidem ad se Martinum, cum eam ille officij causa visitare vellet, admiserit. Nam cum prope agellulæ illius præteriret, in quo se iam ante complures annos pudica cohibebat, audita fide illius atque virtute, diuertit: ut tam illustri meriti puellâ religiose officio Episcopus honoraret. Nos consequentes gauisurâ illam virginem putabamus, liquidè hoc in testimonium virtutis suæ esse habiturâ, ad quam tanti nominis sacerdos deposito proposito rigore venisset. Verû illa fortissimè vincula propofiti, ne Martini quidem contemplatione laxauit. Ita vir beatus, accepta per aliam femina excusatione laudabili, ab illius foribus, quæ se vidèdam saluandamque; nõ dederat, lætus abscessit. O virginem gloriosam, quæ ne à Martino quidè passa est se videri. O Martinum beatum, qui illam repulsam non ad contumeliâ suâ duxit, sed magnificans illius cum exultatione virtutem, inuitatum in his dumtaxat regionibus gaudebat exemplum. Ergo cum haud longè ab illa villula nos manere nox imminens coëgisset, xenium beato viro eadem illa virgo transmisit. Fecitque; Martinus, quod antè nõ fecerat. Nullius enim ille inquam xenium, nullus munus accepit. Nihil ex his quæ virgo venerabilis miserat, refutauit, dicens: benedictionem illius à sacerdote minimè respuendam, quæ esset multis sacerdotibus præferenda. Audiant, quæso, virgines hoc exempli: ut fores suas, si eas mali obfidere voluerint, etiâ bonis claudant: & ne ad se improbis sit liber accessus, nõ vereantur excludere etiam sacerdotes. Totus hoc mundus exaudiat: Videri se à Martino virgo passa non est. Non utique illa quemcumque; repulit sacerdotem, sed in eius viri conspectum puella nõ venit, quem videre salus videntium fuit. Quis autem hoc alius præter Martinum sacerdos nõ ad suam iniuriam retulisset, quos aduersus sanctam virginem motus, quantasque iras mente concepisset, hæreticam iudicaret, & anathematizandam esse decreuisset: quam verò illi beatæ animæ illas virgines prætulisset, quæ crebris occuribus vbique se præbent obuias sacerdotibus, quæ conuiuia sumptuosâ disponunt, quæ vnâ pariter accumbunt? Sed quò me ducit oratio? Paululum iste liberior sermo reprimendus est, ne in aliquorum forsitan incurrat offensam. Etenim infidelibus oburgationis verba non proderunt, fidelibus autem satisfaciet exemplum. Verum ego ita virtutem huius virginis prædicabo, vt tamen nihil illius, quæ ad Martinum videndum ex longinquis regionibus sæpe venerunt, arbitrer derogandum. Si quidem beatum virum frequenter affectu etiam Angeli frequentant.

Cæterum id quod dicturus sum Postumiane, hoc te (Sulpitius me autem intuebatur) teste perhibeo. Quodam die ego, & iste Sulpitius pro foribus illius excubantes, iam per aliquot horas cum silentio sedebamus ingenti horrore & tremore, ac si ante Angeli tabernaculum mandatas excubias duceremus: Cum quidem clauso cellulæ suæ ostio nos ibi esse nesciret. Interim colloquendum murmur audiuimus, & mox horrore quodam circumfundimur, ac obstupentes, nec ignorare potuimus nescio quid fuisse diuinum. Post duas serè horas ad nos Martinus egreditur: ac tum eum iste Sulpitius (sicut apud eum nemo familiaris loquebatur) coepit orare, ut piè quærentibus indicaret, quid illud diuini fuisset horroris, quod fatebatur nos ambo sensisse, vel cū quibus fuisset in cellula collocutus: tenuè enim nos licet & vix intellectum, sermocinantium sonu pro foribus audisse. Tum ille diu multumque; cunctatus (sed nihil erat, quod ei Sulpitius nõ extorqueret inuito. Incredibilia fortè dictur sum, sed Christo teste, nõ mētor: nihil quispiã est tã sacrilegus, ut Martinum puter fuisse mentis) dicã, inquit, vobis: sed vos nulli, quæso, dicatis: Agnes, Tecla, & Mariã mecum fuerunt. Referèbat autem nobis vultum, atque habitum singulari. Nec verò illo tantu die, sed frequenter se ab eis cõfessus est visitari. Petrum etiã & Paulum Apostolos videri à se sæpius non negauit. Iam verò demones, prout ad eum quisque; venisset, suis nominibus increpabat: Mercuriũ maximè patiebatur infestũ, Iouè brutũ, atque hebetem esse dicebat. Hæc plerisque; etiam in eodẽ monasterio constitutis incredibilia videbantur, ne dum ego confidam omnes, qui hæc audiunt, credituros. Nã nisi inestimabile vitã atque virtutem Martinus egisset, nequaquam apud nos tãta gloria præditus haberetur. Quamquã minimè mirũ, si in operibus Martini infirmitas humana dubitauerit, cum multos quoque; hodie videamus nec Euangelij quidem credidisse. A Martino autem sæpe Angelos viros familiariter & sensim & experti sumus. Rem minimam dicturus sum, sed tamè dicã. Apud Nemausum Episcoporum synodus habebatur: ad quam quidè ire noluerat, sed quid gestum esset, scire cupiebat. Casu cum eo iste Sulpitius nauigabat: sed procul ut semper à cæteris in remota naui parte residebat. Ibi ei Angelus, quid gestum esset in Synodo, nunciauit. Nos postea tempus habitũ Concilij sollicitè requirentes, satis comperit habuimus ipso die fuisse conuentum, & ea ibi ab Episcopis fuisse decreta, quæ Martino Angelus nunciauit. Hæc cum maximè Callus, necdum explicitis quæ statuerat referre, loqueretur, puer familiaris ingressus est nunciãns, Refrigerium præbyterum stare pro foribus.

Dubitare

Dubitare coepimus, vtrum Gallum adhuc melius esset audire, an exoptatissimo nobis viro qui officij causa ad nos veniebat, occurrere. Tum Gallus: Etiam si non ob aduentum sanctissimi sacerdotis relinquenda nobis hæc esset oratio, nox ipsa cogebat hucusque; protractum finire sermonem. Verum quia de Martini virtutibus nequaquam explicari vniversa potuerunt, hæc vos hodie audisse sufficiat: cras reliqua dicemus. Ita pariter accepta hac Galli responsione, surreximus. Gallus. Conuenistis ad me audiendũ, & sancti, & disertis: sed religiose potius, quam doctas aures, ut arbitror, attulistis: audituri me fide testis, nõ oratoris copia locuturũ. Quæ aut hesternò die dicta sunt, non reuoluam. Illa qui non audierunt, ex scriptis recognoscent. Noua Postumianus expectat, nunciaturus Orieti, ne se in cõparatione Martini præferat Occideti. Ac primũ gellit animus, quod Refrigerius in aurè suggerit, explicare. Res ista in Carnotena gesta est ciuitate. Pater filiã duodennè ab vtero mutam puellam Martino coepit offerre, poscens ut linguã ligatã meritis suis sanctus absolveret. Ille cedens Episcopus, qui tum fortè latus illius ambiebat, Valentiniano, atque Victorio imparem se esse fatè moli, sed illis quasi sanctioribus nihil impossibile fatebatur. At illi piæ preces vnâ cum patre supplici voce iungentes, orare Martinum, ut sperata præstaret. Nec cunctatus vtrã (vtrumque præclarum, & ostèdendo humilitatè, nec differèdo pietatem) iubet circumstantis populi multitudinem submoueri. Episcopus tantum, & puellæ parte assistentibus, in orationem suo illo more prostrernitur. Dein pauxillum olei cū exorcismi præfatione benedicit, 22 atque ita in os puellæ sanctificatũ liquorè, cum & linguã illius digitis teneret, infudit. Nec se felicit sanctum virtutis euentus. Patris nomè interrogat, mox illa respondet. Proclamat pater cum gaudio, pariter & lachrymis, Martini genua complexus, & hanc primam se filiæ audisse vocem, cunctis stupentibus fatebatur. Ac ne cuiquam id fortè incredibile videatur, perhibeat vobis præfens Enagrius testimonium veritatis. Nam res ipso præfente tum gesta est.

Parum illud est, quod nuper, Arpagio præbytero referente, cognoui, sed non prætermittendum videtur. Auitiani comitis vxorem misisse Martino oleum, quod ad diuersas morborum causas (sicut est consuetudo) 23 benediceret: ampullã vitream istiusmodi fuisse, ut rotunda in ventrem cresceret, ore productũ, sed oris extantis concauum & nõ repletum, quia id moris sit vascula complere, ut pars vmbonibus obstruendis libera relinquatur. Testabatur præbyter vidisse se oleum sub Martini benedictione creuisse, quoad exundante copia supernè diffuseret: eandemque; dum ad matrem familias vasculum referretur, seruasse virtutem. Nam inter manus pueri portantis ita semper exundasse oleum, ut omne illius vestimentum copia superflui liquoris operiret: matronam ita vsque ad summum labrum plenum vasculum recepisse, ut præbyter hodie quoque fateatur obdendi pessuli, quo claudi diligentius seruanda consueuerunt, in vitro illo spaciũ non fuisse.

Mirum & illud, quod huic (me autem intuebatur) memini contigisse. Vas vitreum cum oleo quod Martinus benedixerat, in fenestra paululum editiore deposuit. Puer familiaris incautior linteum superpositum, ampullam ibi esse ignarus attraxit: vas super confratum matrem pauimentum decidit. Cunctis metu exterritis, ne benedictio deperisset, 24 ampulla perinde incolumis est reperta, ac si super plumas mollissimas decidisset. Quæ res non potius ad calum, quam ad Martini est referenda virtutem: cuius benedictio perire non potuit. Quid illud, quod factum à quodam, cuius nomen, quia præfens est, & prodi se vetuit, supprimitur? Cui quidem tempori hic etiam Saturninus interfuit. Canis nobis importunior oblatrabat: in nomine, inquit, Martini iubeo te obmutescere. Cani hæc latratu in gutture. Lingua ut abscessam putares, obmutuit. Ita parum est, ipsum Martinum fecisse virtutes, credite mihi, quia etiam alij in nomine eius multa fecerunt.

Auitiani quondam Comitiss noueratis barbaram nimis, & vltra omnes cruentam feritatem. Hic rabido spiritu ingressus Turonum ciuitatè, sequentibus eum miserabili facie ordinibus catechatis, diuersa perdendis parari iuber genera pœnarum, disponens postero die, attonita ciuitate, ad opus tam triste procedere. Quod vbi Martino comperit, solus paulò ante mediã noctem ad prætorium bestię illius tendit. Sed cum profundæ noctis silentio quicentibus cunctis, nulli foribus obseratis patèret ingressus, ante limina cruenta prosternitur. Interea: Auitianus graui somno sepultus, Angelo irruente percellitur: Seruus, inquit, Dei ad tua limina iacet, & tu quiescis. Qua ille voce percepta, lecto suo turbatus excutitur, conuocatisque; seruis, trepidus exclamat, Martinum esse pro foribus: Irent protinus, claustra referant, ne Dei seruis pateretur iniuriam. Sed illi (ut est omnium natura seruorũ) vix prima limina egressi irridetes Dñm suũ, quod somno fuisset illusus, negat quinquã esse pro foribus, ex fuomet ingenio coiectantes neminem nocte posse vigilare, nedũ illi crederet in illo noctis horrore iacere ad aliena limina sacerdotem. Idque; Auitiano facillè persuasum: rursus soluitur in soporem. Sed mox vi maiore cõcussus, exclamat Martinum stare pro foribus: sibi ideò

ec ij nullam

22. Tu qui dicis benedictiones creaturarum superstitiosas esse, vido contra tuum dogma virum sancti benedictione exorcizati olei, multitatem a puella expulisse.
23. Et hoc ad su periorum notulam pertinet.

24. Item & hoc.

21. Et nostri hæc ætici appellare autem sanctos memoratos.

sed male conficijs illa vel molestissima erat cura, ne se ab eorum communione adueniens abstineret, non defuturis qui tanti viri constantiam præmissa auctoritate sequerentur. Ineunt cum Imperatore consilium, ut missis obuam magistris officialibus, urbem illam propius vetaretur accedere, nisi se cum pace Episcoporum ibi consentium affore fateretur. Quos illi callidè est frustratus. Proficetur se cum pace Christi esse venturum. Postremo ingressus nocturno tempore adijt Ecclesiam tantum orationis gratia. Postero die palatium petit. Præter multas, quas enumerare longum est, has principales petitiones habebat, pro Narsete comite, & Leucadio præfide, qui ambo Gratiani partium fuerant pertinacioribus studijs, quæ non est huius temporis explicare, iram Imperatoris emeriti, illa præcipua cura, ne tribuni cum iure gladium ad Hispanias mitterentur. Pia enim erat sollicitudo Martino, ut non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexadi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret. Verum primo die, atque altero suspendit hominem callidus Imperator: siue ut rei pondus imponeret, siue quia nimis sibi implacabilis erat: seu quia (ut plerique cum arbitrabantur) auaritia repugnabat, siquidem in bona eorum inhauerat. Fertur enim vir ille multis, bonisq; actibus præditus, aduersus auaritiam parùm cõsuluisse: nisi ob regni necessitatem, quippe qui exhaurito à superioribus principibus Reipublicæ ærario, penè semper in expeditione atque prociuctu bellorum ciuiliu cõstitutus facile excusabatur, pro quibuslibet occasionibus subsidia imperio parauisset. Interea Episcopi ad quorum communionem S. Martinus non ibat, trepidi ad Regem cucurrunt, prædamptos se conquerentes, actum esse de suo omnium statu, si Theognisti pertinaciam, qui eos solos palam lata sententia condemnauerat, Martini armarer autoritas, non oportuisse hominem recipi mœnibus: illum iam non defensorum hæreticorum, sed vindicem: nil actum morte Priscilliani, si Martinus exerceat illius vltionem. Postremo prostrati cum fletu & lamentatione potestatem regiam implorant, ut vtatur aduersus vnum hominem vi sua. Nec multum aberat, quin cogeret Imperator Martinum cum hæreticorum sorte misceri. Sed ille licet Episcopi nimio fauore esset obnoxius, non erat nescius Martinum fide, sanctitate, ac virtute cunctis præstare mortalibus. Alia longè via factum vincere parat: ac primùm secretò accersitum blandè appellat, hæreticos iure damnatos more iudiciorum publicorum, potius quàm infectationibus sacerdotum, non esse causam qua Ithacii, cæterorumq; partis eius communionem putaret esse damnandam: Theognistum odio potius quàm causa fecisse dissidium, eundemq; tamen solum esse, qui se à communione interim separaret à reliquis: nihil nouatum, quin etiam ante paucos dies habita synodus Ithacium pronunciauerat culpa non teneri. Quibus cum Martinus parum moueretur, Rex ira accenditur, ac se de conspectu eius abripit: & mox percussores ipsi pro quibus Martinus rogauerat, diriguntur. Quod vbi Martino compertum iam noctis tempore est, palatium irruit, spõdet, si parceretur, se comunicaturum, dummodo & Tribuni iam in exilium Ecclesiarum ad Hispanias missi traherentur. Nec mora intercessit, Maximus indulget omnia. Postero die Felicis Episcopi ordinatio parabat, sanctissimi sanè viri, & planè digni qui meliore tempore sacerdos fieret. Huius diei communionem Martinus iniuit, satius estimans ad horam cedere, quàm his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminerebat. Verum tamen summa vi Episcopis nitentibus, ut communionem illam subscriptione firmaret, extorqueri non potuit. Postero die se inde proripiens, cum reuertens in via mœstus ingemisceret, se vel ad horam noxiæ communioni fuisse permixtum, haud longè à vico, cui nomen est Andethanna, quæ vastas solitudines sylvarum secreta patiuntur, progressis paululù comitibus, ille subfedit, causam doloris & facti, accusante ac defendente inuicem cogitatione, peruoluens. Astitit ei repente Angelus: Merito, inquit, Martine compungeris, sed aliter exire nequisti: repara virtutè, resume cõstantiam, ne iam non periculù gloriæ, sed salutis incurras. Itaq; ab illo tempore satis cauit eum illa Ithacianæ partis cõmunionem misceri. Cæterum cum quosdã ex energumenis tardius q̄ solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cum lachrymis fatebatur, se propter cõmunionis illius malum, cui se ipse vel puncto temporis, necessitate, non spiritu miscuisset, detrimentum sentire virtutis. Sexdecim postea vixit annos: nullà Synodum adijt, ab omnibus Episcoporum conuentibus se remouit. Sed planè, ut experti sumus, imminutam ad tempus gratiam 19 multiplici mercede reparauit.

Vidi postea ad fores monasterij ipsius adductum Energumenum, & priusquam limen attingeret, fuisse curatum. Testantem quandam nuper audiui, cum in Tirtheno mari cursu illo quo Romam tenditur, nauigaret, subitò turbinibus exortis extremum vitæ omnibus fuisse discrimen. In quo cum quidam Ægyptius negociator, necdum Christianum magna voce clamauerit: Deus Martini eripe nos: mox tempestatem fuisse sedatam, seq; optatum cursum cum summa placidi æquoris quiete tenuisse. Lycontius ex vicarijs vir fidelis, cum familiam illius lues extrema vexaret, & inauditæ calamitatis exemplo per totam domum corpora

29. Communio hæreticorum Martinus vel ad modum cum diuinam in se gratiam ad tempus imminutam cogit mouit.

corpora ægra procumberent. Martini per literas implorauit auxilium. Quo tẽpore vir beatus rem esse promisit difficilem impetrari: nam spiritu sentiebat domum illam diuino numine verberari: tamen nõ prius destitit, septem totos dies, totidemq; noctes orado 30 & ieiunando continuans, quàm id quod exorandum receperat, impetraret. Mox ad eum Lycontius diuina expertus beneficia peruolauit nuncios simul & agens gratias, domum suam omni periculo liberatam. Centum etiam argenti libras obtulit, quæ vir beatus nec respuit, nec accepit, sed priusquam pondus illud monasterij limen attingeret, redimendis id captiui continuo deputauit. Et cum ei suggeretur à fratribus, vt aliquid ex eo in sumptus monasterij referaret: omnibus in angusto esse victum, multis deesse vestitum: Nos, inquit, Ecclesia & pascat, & vestiat, dummodo nihil nostris vlibus quæsisse videamur.

Succurrit hoc loco viti illius magna miracula, quæ facilius admirari possum quàm referre. Agnosceritis profectò quod dico: multa sunt illius, quæ non queat explicari: veluti istud est, quod nescio an ita vt gelum est, à nobis possit exponi. Quidam è fratribus (nomè nõ igno ratis, sed celanda persona est, ne sancto viro verecundiã fecerimus) quidam ergo, cum ad fornaculam illius carbonum copiam reperisset, & ad mota sibi sellula diuicaris pedibus super ignem illum nudato inguine residet, continuo Martinus factam sacro tegmini sensit iniuriam, magna voce clamans: Quis (inquit) nudato inguine nostrum incestat habitaculum? Hoc vbi ille frater audiuit, & ex conscientia quod increpabatur agnouit, continuo ad nos cucurrit exanimis, pudorem suum non sine Martini virtute confessus.

Quodam itidem die dum in area, quæ parua admodum tabernaculum illius ambebat, in illo suo quod nostis oes, sedili ligneo sedisset, vidit duos demones in excelsa illa, quæ monasterio supereminet, rupe consistere: inde alacres, ac lætos vocem istiusmodi adhortationis emittere. Eia te Brici: Eia te Brici. Credo cernebant quiferum eminus propinquante, cõfiscij quantã illi rabiem spiritus suscitassent. Nec mora Bricius furibundus irrupit: vbi plenus insaniam euomuit in Martinum mille cõiuta. Obiurgatus enim pridie ab eo fuerat, quippe qui nihil vniquã ante clericalium, in monasterio ab ipso Martino nutritus habuisset, cur equos aleret, mancipia compararet. Nam illo tẽpore arguebatur à multis, quod non solum pueros, sed etiã puellas seitis vultibus cõmississet. Quibus rebus infelicissimus insano felle commotus, & vt credo, præcipuè demonum illorum agitatus instinctu, Martinum ita aggressus est, vt vix manibus temperaret: cum quidè sanctus vultu placido, mente tranquilla, infelicis amentia per mitia verba cohiberet. Sed ita in eo nequam spiritus redundabat, vt ne sua quidem illi, quãuis vana admodum mens subisset: tremetibus labijs, incertoq; vultu decolor præ furore rotabat verba peccati, se asserens sanctiorem, quippe qui à primis annis in monasterio inter sacras Ecclesiæ disciplinas, ipso Martino educante creuisset. Martinum verò, & à principio, quod ipse diffiteri non posset, militiæ artibus forduisse, & nunc per inanes superstitiones, & phantasmatica visiois ridicula profus inter deliramenta tenuisse. Hæc cum multa, atq; alia etiam, quæ reticere melius est, acerbiora vomuisset, egressus tandem furore satiato, quali qui se penitus vindicasset, rabidus ea parte qua venerat, recurrebat. Cum iterea (credo per Martini orationes) fugatis ab illius corde demonibus, reductus in penitentiam, mox reuertitur, atque ad Martini se genua prosternit, veniam poscens fatetur errorem, nec sine demomone se fuisse, tandem sanior consistitur. Non erat apud Martinum labor iste difficilis, vt ignosceret supplicanti. Tum & ipsi, & nobis omnibus sanctus exposuit, qualiter illum vidisset: demonibus agitari, se conuictijs non moueri, quæ magis illi, à quo essent effusa, nocuissent.

Exinde cum idè Bricius multis apud eum, magnisq; criminibus persæpe premeretur, cogi non potuit, vt eum à presbyterio submoueret, ne suam persequi videretur iniuriam: illud sæpe cõmẽt: orans: Si Christus Iudæ passus est, cur ego nõ patiar Bricium? Ad hæc Postumianus Audiatur, inquit, istud exemplum noster iste de proximo, qui cum sit sapiens, memor presentium, immemor futurorum, si fuerit leuiter offensus, insanit, in sua se non habens potestate: fæuit in clericos, grassatur in laicos, totumq; terrarum orbem in suam commouet vltionem. In qua per triennium iugiter dimicatione consistens, nec tempore, nec ratione sedatur. Dolenda hominis, & miseranda conditio, etiam si hac sola insanabilis mali peste premeretur. Verum ista ei patientiæ, & tranquillitatis exempla referre sæpius, Galle, debueras, vt nesciret irasci, & sciret ignoscere: Qui si istum ipsum breuiter incertum sermonem meum in se prolatum forte cognouerit, sciat, non magis ore inimici, quàm amici animo me locutù. Quia si fieri posset, optarem vt Martino potius Episcopo, quàm Phalari tyrano similis diceretur. Sed istum, cuius commemoratio parum suauis est, trãeamus: & ad Martinum nostrum, Galle redeamus. Tum ego, cum iã adesse vesperu occiduo sole sentirem, dies inquã, abiit, Postumiane: surgendum est, simul tã studiosis auditoribus cœna debetur. De Martino aut expectare non debes, vt vlla sit meta referendi: latius ille diffunditur, quàm vt vilo valeat sermone concludi.

30. Vides sancti viri assiduitatẽ in orando, & ieiunando, & tamen quidã peruersi nostro sãpore vtunturque deq; vident.

Splritus. Martinus igitur obitum suum longè antè presciuit, dixitq; fratribus dissolutione
 sui corporis imminere. Interea causa exitit, qua Condatensem diocesim visitaret. Nam
 clericis inter se Ecclesie illius discordantibus, pacem cupiens reformare, licet finem dierum
 suorum non ignoraret, proficisci tamen ob istiusmodi causam non recusauit, bonam hæc vir-
 tutum suarum consummationem existimans, si pacem Ecclesie reddidit reliquisset. Ita
 profectus cum suo illo vt semper frequentissimo discipulorū sanctissimōq; comitatu, mer-
 gos in flumine conficatur piscium prædam sequi, & rapacem ingluuiem alsiduis vrgere ca-
 prius. Forma, inquit, hæc dæmonum est: Insidiantur incautis, capiunt nescientes, captos de-
 uorant, exaturariq; non queunt deuoratis. Imperat deinde potenti virtute verborum, vt eis,
 cui innabant, gurgitem relinquentes, aridas peterent, desertaq; regiones: eo nimirum cir-
 ca aues illas vsus imperio, quo dæmones fugare cōsueuerat. Ita grege factō, oēs in vnum ille
 volucres congregatæ, relicto flumine, montes, syluasq; petierunt, non sine admiratione mul-
 torum, qui tantam in Martino virtutem viderunt, vt etiam auibus imperaret. Aliquamdiu
 ergo in vico illo vel in Ecclesia ad quam iuerat, commoratus, pace inter clericos restituta,
 cum iam regredi ad monasterium cogitaret, viribus corporis cepit repente deficitui. Con-
 uocatisq; discipulis indicat se iam resolutū. Tum verò moror, & luctus omnium, vox vna
 plangentium: Cur nos, pater, deseris, aut cui nos desolatos relinquis? Inuadent enim gregem
 tuum lupi rapaces: Et quis eos à morsibus, percussio pastore, prohibebit? Scimus quidem desi-
 derare te Christum, sed salua tibi sunt tua præmia, nec dilata minuentur: nostri potius mise-
 rere, quos deseris. Tum ille motus his stertibus, vt totus semper in Domino misericordie vi-
 sceribus affluere, lachrymasse perhibetur. Conuersusq; ad Dominum hac tantum stentibus
 voce respondit: Dñe, si adhuc populo tuo sum necessarius, non reculo laborem: Fiat volun-
 tas tua. Nimirum inter spem, amoremq; positus dubitauit penè quid mallet, quia nec hos de-
 ferere, nec à Christo volebat diutius separari. Nihil tamen in voto suo ponens, aut volun-
 tati relinquens, totum se Domini arbitrio, porestatq; committens: Nonne tibi his pau-
 cissimis verbis dicere videretur: Grauis quidem est Domine, corporeæ pugna militie, &
 iam satis est quodd huc vsque certauit: Sed si adhuc in eodem labore pro castris tuorum stare
 me præcipis, non recuso, nec fatiscemte caulabor ætatem. Munia tua deuotus implebo, sub
 signis tuis quo ad ipse iusseris, militabo. Et quamuis optata sit seni selsio post laborem, est
 tamen animus victor annorū, & cedere nescius senectuti. At si iam parcis ætati: bonū mihi
 est, Dñe, voluntas tua. Hos verò, quibus timeo, ipse custodias. O virum ineffabilem, nec la-
 bore victum, nec morte vincendum, qui in nullam se partem pronior inclinauerit, nec mori
 timuit, nec viuere recusauit. Itaque cum iam per aliquot dies vi febrim teneretur, nõ ta-
 men à Dei opere cessabat: pernox in orationibus, 31 & vigilijs fatiscentes artus spiritui ser-
 uire cogebat, nobili illo strato suo in cinere & cilicio recubans. Et cum à discipulis rogare-
 tur, vt saltè villa sibi sineret stramenta supponi: Non decet, inquit, filij Christianum nisi in
 cinere mori. Ego si aliud vobis exemplum relinquo, ipse peccauit. Oculis ac manibus in cœ-
 lum semper intentus, inuictum ab oratione spiritum non relaxabat. Et cum à presbyteris,
 qui tunc ad eum confluerant, rogaretur, vt corpusculum lateris mutatione releuaret: sinite,
 inquit, sinite me fratres, cœlum potius respicere quam terram: & suo iam itinere iturus ad
 Dominum spiritus dirigatur. Hæc locutus diabolus vidit propè assistere. Quid hic, inquit,
 astas cruenta bestia? Nihil in me fuisse reperies: Abrahæ me sinus recipiet. Cum hac ergo
 voce fatigatum diuinis operibus spiritum cœlo reddidit. Testatitque nobis sunt, qui adfue-
 runt, iam exanimò corpore glorificati 32 hominis gloriam se vidisse, vultus luce clarior re-
 nitebat, cum membra cætera ne tenuis quidem macula fuscaret. In alijs etiam, & in illo tan-
 tum artubus non pudendis septennis quodammodo pueri gratia videbatur. Quis istum vn-
 quam cilicio rectū, quis cineribus crederet inuolutum? Ita vitio purior, lacte cadidior, in qua-
 dam futuræ resurrectionis gloria, & natura demutatæ carnis offensus est. Iam verò in obse-
 quium funeris credi non potest, quanta hominum multitudo conuenit: Tota obuiam cor-
 pori ciuitas ruit. 33 Cuncti ex agris atque vicis, multiq; ex vicinis etiam vrribus adfluxe-
 runt. O quantus luctus omnium: quanta præcipue merentiu lameta monachorū, qui eo die
 ferè ad duo millia cōuenisse dicuntur. Specialis Martini gloria, eius exemplo in Dñi seruitute
 stirps tâta fructificauerat. Agebat nimirum ante se pastor extinctus greges suos, sancte illius
 multitudinis pallidas turbas, agmina palliata, & aut emeritos senes, aut iuratos Christi in sa-
 cramenta cyrones. Tū virginū chorus fletu abstinentis præ pudore, cum lætandū illi potius esse
 sentiret, què iâ suo Dñs gremio cōfoueret, quam sancto dissimulabat gaudio, quod dolebat?
 Siquidem

31. Etiam tempore
 mortis Martinus
 pernox erat in or-
 ationibus & vi-
 gilij, in cinereque
 & cilicio recubans.

32. In corpore Mar-
 tini mortui glori-
 ficati hominis glo-
 ria visa est. Quod
 nota tu heretice
 qui sanctorū reli-
 quijs adeo insensus
 es.

33. Funus solenne
 S. Martini

fides flere prohiberet, gemitum extorqueret affectus. Etenim tam erat sancta de illius gloria
 exultatio, quam pia de morte confusio. Ignosce stentibus, gratulare gaudentibus: quia & piū
 est gaudere Martino, & piū est flere Martino, dum vnusquisq; & sibi præstat vt doleat,
 & illi debeat, vt gaudeat. Hæc igitur beati viri corpus vsque ad locum sepulchri hymnis ca-
 nora celesti 34 turba prosequitur. Comparetur, si placet, secularis illa pompa, nõ dicam fu-
 neris, sed triumphij. Quid simile Martini exequijs cōferetur? Ducant illi præ curribus suis,
 vinctos post terga captiuos: Martini corpus hi qui mundum ducatu illius vicerant, prosequi-
 tur. Illos confusus plausibus populorum honoret infania: Martino diuinis plauditur psalmis:
 Martinus hymnis celestibus honoratur. Illi post triumphos suos in tartara sæua traduntur:
 Martinus Abrahæ sinu lætus excipitur: Martinus hic pauper, & medicus cœli diues ingredi-
 tur. Arcadio igitur, & Honorio imperantibus, sanctus Martinus Turonorū Episcopus ple-
 nus virtutibus, & sanctitate, præbens infirmis multa beneficia, octagesimo primo ætatis suæ
 anno, Episcopatus autem vigesimo sexto apud Condatensem diocesim suæ vicum excedens
 à seculo feliciter migravit ad Christum. Transit autem media nocte, quæ dominica habe-
 batur, Attico, Casareoq; consulibus. Multi enim in eius transitu psallentium voces audierunt
 in cœlo: quod in libro virtutum eius primo plenius exposuimus. Nam cum primum sanctus
 Dei apud Condatensem, vt diximus, vicum ægrotare cœpisset, Pictaui populi ad eius transi-
 tum, sicut & Turonici conueniunt: Quo migrante, grandis altercatio inter vtrunque po-
 pulum surrexit. Dicebant enim Pictaui: Noster est monachus, nobis Abbas exitit: nos qui
 tuum commendatum: iusticiam vobis, quod dum esset in mundo, vsi fuistis eius colloquio,
 participatis conuiuio, firmari fuistis benedictionibus, insuper & virtutibus iucundati. Suffi-
 ciant vobis ista omnia: nobis liceat auferre vel cadaver exanime. Ad hæc Turonici respon-
 debant: Si virtutes nobis factas sufficere dicitis, scitote quia vobiscum positus amplius est,
 quam hic operatus. Nam vt præmittamus plurima, vobis suscitauit duos mortuos, vnum
 nobis. Et vt ipse sæpe dicebat: Maior ei virtus ante Episcopatū fuit, quam post Episcopatū.
 Ergo necesse est, vt quod nobis non impleuit viuus, expleat vel defunctus. Vobis est eni-
 a ablatus, nobis à Deo donatus. Verum si mos antiquitus institutus seruetur, in vrbe, qua or-
 dinatus est, habebit Deo iubente sepulchrum. Certè si eum pro monasterij privilegio cupi-
 vendicare, scitote quia primū ei monasterium cum Mediolanensibus fuit. His ergo liti-
 gantibus, sole ruente dies clauditur, corpusq; in medio positum ab vtroque populo cu-
 stoditur, futurum vt mane factō à Pictaui per violentiā auferretur. Sed Deus omnipotēs nõ
 fuit vrbe Turonicā proprio frustrari patrono. Deniq; nocte media oēs Pictaui à somno sal-
 tacia comprimuntur, nec vllus superfuit, qui ex tâta multitudine vigilaret. Igitur vbi Turo-
 nici eos obdormisse conspiciunt, apprehensam sanctissimi corporis glebam alij per fenestrā
 eiciunt, alij à foris suscipiunt. Postamq; in nauim, cū omni populo per Viennam fluuiū descē-
 dit. Ingressisq; Ligeris ahueunt ad vrbe Turonicam cū magnis laudibus psallentium diri-
 gunt iter. De quorum vocibus Pictaui expergefati, nihil de thesauro quem custodiebant,
 habentes, cum magna cōfusione ad propria sunt reuersi. Et ciues Turonici tripudantes cum
 sanctissimi viri corpore ad vrbe Turonicam sunt regressi. Beatus autem Severinus Colo-
 niensis ciuitatis Episcopus, vir honestæ vitæ, & per cuncta laudabilis, cum die Dominica
 loca sancta ex consuetudine post matutinos cum suis clericis circuiret, hora illa qua vit
 beatus obiit, audiuit chorum canentium in sublimi. Vocatoque Archidiacono interro-
 gat, si aures eius percuterent voces quas ille attentius audiret. Respondit, nequaquam.
 Tunc ille, diligentius, inquit, ausculta: Archidiaconus aut cepit sursum collum extendere,
 aures erigere, & super summos articulos baculo sustentante stare. Sed credo eum non fuisse
 æqualis meriti, à quo hæc non merebatur audiri. Tunc prostrati terræ ipse pariter, & beatus
 Episcopus deprecabantur Dñm, vt hoc ei diuina pietas audire permitteret. Erectos autē sur-
 sum interrogat senex: Quid audis? Qui ait: Voces psallentiu tanquā in cœlo audio: sed quid
 sit, profusus ignoro. Cui ille: Ego tibi quid sic narrabo. Dñs meus Martinus Episcopus migra-
 uit ex hoc mundo: & nunc Angeli, canendo eum deserunt in excelsum. Et vt parū per mora
 esset, vt hæc audirentur, diabolus eū cū iniquis suis Angelis retinere tentauit, nihilq; in eodē
 suum reperiens, confusus abscessit. Quid ergo de nobis peccatoribus erit, si tantum sacerdotē
 voluit pars iniqua nocere? Hæc sacerdote loquente notatur tempus, Archidiaconus Turō-
 num misit velociter, qui hoc diligenter inquireret. Qui veniens eo die & hora manifestissi-
 mē cognouit transisse beatum virum, quo sanctus Severinus audiuit psallentium choru. Sed
 & si ad Severi recurramus historiam, ipsa hora eū sibi scripsit cū libro vitæ suæ fuisse reuelat-
 um. Eo tempore beatus Ambrosius, cuius hodie flores eloquij per totam Ecclesiam redolent,
 Mediolanensi ciuitati præerat Episcopus: cui celebranti festa dominicæ diei ista erat cōsue-
 tudo, vt vnusquisq; cum libro non antea legere præsumeret, quam nutu sanctus præce-
 pisset

34. Cum hymnis
 canatur turba pro
 sequitur corpus
 Martini vsque ad
 locum sepulchri
 Hoc modo sepulta
 untur Christiāni

piilet. Factum est autem ut illa die dominica prophetica lectione iam lecta, ante altare stante, qui lectionem beati Pauli proferret, beatissimus Antistes Ambrosius super altare obdormiret. Quod videntes multi, cum nullus eum excitare praesumeret, transfactis ferè duarum aut trium horarum spaciis, excitauerunt eum, dicentes: iam hora praeterit: iubet Dominus Episcopus lectori lectionem legere: expectat enim populus valde iam lassus. Respondens autem beatus Ambrosius: Nolite, inquit, turbari: multum mihi valet sic obdormisse, quia miraculum magnum Dominus mihi ostendere dignatus est. Nam noueritis fratrem meum Murinum sacerdotem de corpore egressum fuisse: me autem eius funeri 35 obsequiis praebuisse. Peractoque ex more seruitio, capitellam tantum, vobis excitantibus, non expleui. Tunc illi stupefacti pariter, & admirantes, diem & tempus notant. Qui sollicitè requirentes ipsam diem, tempusque reperiunt, quo beatus confessor dixerat se eius obsequiis deseruisse.

O beatum virum, in cuius transitu sanctorum canit numerus, Angelorum exultat chorus, omniumque caelestium virtutum occurrit exercitus: diabolus praesumptione confunditur: Ecclesia virtute laboratur: sacerdotes reuelatione glorificatur. Què Michael assumpsit eum Angelis, Maria suscepit eum virginum choris, paradysus retinet 36 lectum cum sanctis. Sed quid nos in laudem eius tentamus, quod non sufficimus adimplere? Ipse est enim laus illius, cuius laus ab eius ore nunquam recessit. Nam nos vram vel simplicem possumus historia explorare. Igitur si quis requirat, cur post transitum Gratiani Episcopi vnus tantum, id est, Li-dorius vsque ad sanctum Martinum fuisset: nouerit quod obstitentibus paganis diu ciuitas Turonica sine benedictione sacerdotali fuit. Nam Christiani, qui eo tempore videbantur, occultè per latebras diuinum officium celebrabant. Nà si qui à paganis reperti fuissent Christiani, aut afficiebantur verberibus, aut gladio truncabantur. A passione ergo Domini vsque ad transitum sancti Martini anni quadringenti duodecim computantur.

ITEM ALIA SANCTI MAR-

tini vita, per Diuum Bernardum Abbatem scripta.



DVT Osermonem à nobis expetit tam vester iste conuentus, quam aduentus horum honorabilium personarum, quas de longinquo gratulamur adesse. Sanè audirem eos ipse libentius: sed quoniam eligunt, imò & exigunt magis vt loquar, mihi, si non licet audire eos, eis necesse est obedire. Equidè vnus est nobis sermo tam multa mansuetudo eorum, qua videlicet meritis sanctiores, dignitate superiores, sapientia locupletiores, non modò ad visitandos, sed etiam audiendos nos dignati sunt declinare: efficax eruditio, & omni digna acceptione doctrina. Siquidè nò verbo, & lingua, sed opere, & veritate nos ad monent imitatores suos esse, sicut ipsi sunt Christi, & discere quod ab ipso vtique didicerunt, mites esse, & humiles corde. Sic Maria Elizabeth petiit, coniugatà virgo, ancillà domina, praecursoris matrem iudicis mater, Dei genitrix seruuli genitricis. Sic postmodum Iesus etiam ipse Ioannè adijt, & adijt baptizandus, vtpote què decebat implere omnem iustitiam. Vos quoque reuerendi patres deteriorem nobis non facitis partè vestrà. Ad audiendū quippe etiam, quam ad loquendū velociore, etià inter ipsos, qui vestro magis egerant documento. Nà nos quidè quia oem nò possumus implere iustitiam, vel nònullà vobis exhibere curamus, iustū esse nò ignorantes, inferiorè superioribus obedire? Sed vnde loquimur: Qui de terra est, de terra loquitur, ait vox illa clamantis. De terra ergo loquamur, quia de terra subsistimus, & in terra. Oportunè igitur ià Martinus ad medium veniat, vt de medio fiat occasio peccatorū. Hodie enim ille per omnia similes nobis planè, & sensibilis & passibilis, sed & logè post illa patriarchaliū, & propheticarum tēpora visio, & homo purus, nihil de natura diuinitatis habens, credens aut in eū què nò vidit, plenus fructu obedientiae, & virtutum locuples, solum deseruit, polum sibi, terre cōmendans quod habebat è terra, spiritum dirigès ad patrem spiritū, cui fideliter in adoptionis spiritu deseruiuit. Non fuit caeleste corpus, sed nec spiritus quidem caelestis, rationale animal etià & mortale, terrigena, filius hominis. In terra natus est, in terra educatus, in terra exercitatus & probatus, in terra etiam consummatus. Nec verò patriarcha erat, aut vnus ex prophetis. De quibus sanè in Euangelio veritas ait: Quia lex & propheta vsque ad Ioannè. Multò magis non erat ipse Christus: sed erat tamen Christus in ipso, haud aliter vtique, quam per fidem. Enimverò iuxta hunc modum etiam modò prope est verbum in corde tuo, & in ore tuo tantum, si recto quaesieris corde: Nepe Apostolo interpretante: Verbum fidei istud est, de quo Moyses ait. Vnde & alibi idem Apostolus: Iesus Christus, inquit, heri, & hodie & in aeternū, Hesternū quidem ab initio seculi vsque ad dominicam ascensionē: hodiernū verò

33 Si D. Ambro, in spiritu interfuit exequijs sancti Martini, & illas per miraculū celesbrauit, quomodo audent quidam dicere, haec vana esse, superstitiosa, & clericorum cupiditate inuentas. An vnanis rebus & iurperitiosis & propter lucrum duntaxat inuentis, Deus testimonium perhibet? 39 Anima Martini in paradiso.

Est sermo habitus à die festiuitatis eius.

verò diem exinde vsque ad seculi consummationem: porrò æternum intellige post communem omnium resurrectionem. Nulli horum deest Christus, nulli deest Iesus, nulli deest vnus, nulli salus: Patriarchis & prophetis in visione exhibitus est: Apostolis in humanitate, Martino in fide: Angelis iam in specie. Quam sanè speciem & electis omnibus ostensurum sese promiserat, non quidem hodie, sed in aeternum. Deniq; iam transferat heri, iam illud nostrum illuxerat hodiernum: cum Apostoli loquerentur: Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus. Videtur tamen etià in hoc mane de carnibus agni nò nihil esse seruatum, sed quod residuum est vtique iam datur igni, quòd videlicet vsque hodie eadem caro nobis, sed spiritualiter vtique non carnaliter exhibeatur. Neque enim est quod causemur nostro huic negatum tempore, siue eam, quæ ad patres veteris testamenti factam apparitionem, siue eam, quæ Apostolis exhibita est praesentia carnis. Siquidem fideliter considerantibus neutram deesse liquebit. Adest enim eius nobis etiam nunc carnis ipsius vera substantia: haud dubium sanè, quia in sacramento adfuit reuelationes, sed in spiritu, & virtute, vt tempore gratia, quod nunc est, nihil in vlla gratia deesse probetur. Deniq; nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ praeparauit Deus diligentibus se, nobis tamen reuelauit per spiritum suum. Nec mireris quòd carnales eis manifestationes exhibuit, qui carnalem eius praestolabantur aduentū. Nobis enim tantò efficacior gratia, & reuelatio dignior necessaria est, quantò nimirum excellentiora cōstat esse, quæ expectamus. Itaque vt supra diximus, Martinus iste Christus non fuit, sed tamen Christum habuit, non quomodo Angeli in praesentia maiestatis, non quomodo Apostoli in visione humanitatis, non quomodo olim locutus est in visione sanctis suis: sed quomodo eum etiam hūc habet Ecclesia in fide, & sacramento. Non erat ille lux, sed lucerna planè ardens, & lucens. De Ioanne dictum est: sed si illum protulero, puto dicetis: Maximus hominum est, plus quam propheta est, etiam Angelus est Dei patris, sicut ipse testatur: Ecce mitto Angelum meum &c. Et Martinus lucerna erat ardens, & lucens: eum saltem non pigeat imitari. Sed imitari in eo, quod est imitabile, non autem quod mirabile exhibetur.

Ad mensam diuitis sedes hodie, diligenter considera, quæ tibi apponuntur. Discerne inter cibos, & vas ciborum. Illos enim iuberis tollere, sed non illa. Diues est iste Martinus, diues in meritis, diues in miraculis, diues in virtutibus, diues in signis. Diligenter ergo considera quæ apponuntur tibi: quenam videlicet ad admirationem: quæ verò ad imitationē. Aut certe quia sequitur in scriptura illa, quoniam talia oportet te preparare, diligenter cōsidera quid apponitur, & in quo. Suscitauit Martinus tres mortuos, quantos nimirum Salvatore legerat suscitasse. Reddidit visum cecis, surdis auditum, mutis loquelam, claudis gressum, auidis sospitatem. Euasit diuina virtute pericula, proprii corporis obice flammam repulit, immanè sacrilegæ machinæ molem columna parili caelo descendente prostrauit, leprosum munda-uit osculo, curauit oleo paralyticū, demones vicit, Angelos vidit, futura prauidit. Verum hæc quidè, cæteraque eiusmodi altissima, quæ fecit magnalia, quidni mirifica quædam vasa dixim diuitis huius, auro graui, gemmis micantia, pariterque materia & opere pretiosa? Noli in his sapore quærere, sed mirare splendorem, luceat in huiusmodi lucerna nostra, vt in lumine eius videamus lumē, quod quidem purum, prout in se est, necdum praeuales intueri. Non enim est iste lux, sed vt testimonium perhibeat de lumine, & appareat tibi interim gloriosus Deus in sancto suo, dū non potes ad gloriā eius, sicut est in seipso. Cæterum ne putaueris ornatas quidè Martini lāpades, sed vacuas inueniri, non est farina virgo, habet in vasis oleum, habet vinū in phialis, habet intra paropsides istas ciborū copiam, delicias vtique spirituales, vt non modò videat, & mirentur, sed edant pauperes, & saturentur atque in illis quidè Dñm laudent, porrò in his viuant corda eorū. Alioquin quomodo mortui laudabunt te Dñe? Vt ergo sit iucunda, decoraque laudatio, in admiratione etià viuat ex imitatione: & vt quidius fumant delicias, ipsas quoque diuitias curiosus contēplentur. Sic nimirū inter splendore, & seruos lucernæ huius vicariis quibusdam affectibus discurrendum, vt nobis alter ex altero cōmendetur, & ex mutua collatione vtique complacitor fiat. Siquidem humilis fuit, & spiritu pauper iste Martinus, sicut euidentissimè probat effectus ipse diuinæ gratia, quam profecit tā multam nisi multum humili nò dedisset. Vt tamen pauca virtutū eius indicia promā, pauperem illum spiritu beatus nouit Hilarius, cum imponere ei diaconatus officium tentans, nec praesualens, quod indignum sese vociferaretur, exorcistam eum esse praecipit: in quo quidè, locus iniuriæ videretur, sciens nimirum quòd humiliorem ordinationem minimè repudiaret. Pauper fuit, veste fordidos, crine incultus, facie despicibilis. Quæ quidem licet in lectione eius à quibusdam maleuolis obiecta fuissent, & in ipso tamen Episcopatu, sicut scriptum est, penitus non mutauit. Denique quia verè pauper fuit spiritu, Martinus pauper, & modicus meruit nominari. Audi verò mansuetudinē eius, suo illo Sulpitio sic scribere: Tantā aduer-

1 Vera substantia carnis saluatoris nostri adest nobis in sacramento. Quod nota contra hereticos nostri se poris illud negant. etc.

2 Exorcista grauis humilis est oratio.

uerfus oēs iniuriā patientiā assumpserat, vt cū esset summus sacerdos impunē etiā ab infimis clericis læderetur, nec propter id eos aut loco vnquā amouerit, aut à sua, quātum in ipso fuit, charitate repulerit. Quod quidem in Brictio, manifestē probatū oēs vos arbitror meminisse. Eū nempe ex omnibus sibi successore elegit, & de tāta pōst futura aduersitate præmonuit. Postremō in fide, & lenitate ipsius sanctum fecit illum: ad cuius os aures suas fuerāt, cū responderet hominī, qui de eo sciscitabatur, si illum delirū queris, prospice eminus. Ecce cœlum solito sicut amens respicit. Crebro siquidem homo Dei, vt pœce terram despiciens cœlū suspiciebat, nempe sciebat, ad hoc sese, vt suprā meminimus, rectam in corpore accepisse staturam: sciebat ille sese thesaurum suum, sciebat illic sedere in patris dextera Christum suū: sciebat nunquam sese, donec illuc perueniret, quod desiderabat assecuturum. Vnde & hoc ipsum quod delirus vocabatur in terra, meritō nō attendit, cuius nimirū cōuersatio esset in cœlis, cuius oculi in capite suo. Sanē illuc etiā lachrymæ eius à maxilla adferende consueverant, quibus sic abundabat vt soleret pro illorū quoq; qui obrectatores sui videbantur, flere peccatis. Sanē quantū iustitiā esurierit, cū in ceteris eius actibus, tū specialiter in idololatriæ persecutione probatū est, in templorū destructione, in statuarum deiectione, in succellorum laceratione. Vbi se quoq; aliquando non est veritus dare discrimini, vt occasio tāti criminis de medio tolleretur. Nā misericordē eū in paupere se expertū & saluator ipse apud Angelos gloriabatur datam sibi medietatē vestis ostentās. Vtinā nobis etiā miseris apud summum iudicē, in cuius admirabile tabernaculū introiuit, misericordiā illā exhibere dignetur, qua & illos olim morti destinatos & tormentis variis deputatos eripuit, pro quibus ante terreni iudicis ianuā nocte media scribitur iacuisse. Quomodo enim nō audiet eū nunc, qui tūc quoq; fecit audiri? Porro munditiā cordis eius illud vel maximē indicat, quod non est confusus inimico loquens in porta: nihil in me funeste reperies, Abraham me sinus recipit. Nam in opere pacificorum feliciter planē consummans labores suos, licet dierum suorū finē nō ignoraret: clericos tamen adiit dissidentes: inter quos reformata pace, in pace ipse quieuit.

Cæterum persecutiones, quas sustinuit propter iustitiā, longum est numerare: quomodo apud Iulianum Augustum in ciuitate Vangionum intrepidus, imō & illato terrore, constantior custodiæ mancipatus est, vt inermis postero die Barbaris opponeretur: quomodo circa Alpes sub securi, quam in verticem eius latro vibrabat, securissimus fuit: quomodo illū Mediolani Auxentius Arrianus grauiter insectatus, multisq; appetitum iniurijs tandē de ciuitate exturbauit: quomodo & alibi prius aduersus sacerdotum perfidias acerrimē pugnas supplicij fuit affectus, publicē virgis cæsus, inde quoque exire compulsus est: quomodo itē in ciuitate sani euerione cū gentilis cum stricto gladio peteret, nudam ceruicē præbuit percussuro, donec ille extollens ad ictū dexteram cecidit resupinus: quomodo alter eū cūtro ferire voluit, sed ferrū de manibus eius elapsū repente disparuit. Pro quibus omnibus dubium non est multipliciter coronari eū: qui quidem & si non semel effectu consummata passionis, sed toties martyr fuit affectu deuotissimæ voluntatis. Comedit iam amici, & bibite, & inebriamini charissimī. Sic enim vinitur, & in talibus vita spiritus vestri. Nisi forte beatos prædicat sermo diuinus, qui mortuos suscitant, cæcos illuminat, morbos sanant, leprosos mundant, paralyticos curant, demonibus imperant, futura prænunciant, miraculis coruscant, & non magis pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes & sitientes iustitiā, misericordes, mundicordes, pacificos, persecutionem propter iustitiā sustinentes.

Ignoscite mihi fratres: exemplum obedientiæ paulōminus præterii: quod quidem vel solum iuxta propositum ordinem in Martino quoq; nobis conuenit exhiberi. Sanē moram facimus: sed vt arbitror, bonū est nos hic esse. Tardius enim hodie venimus ad Martinum. Domine, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: Fiat volūtas tua. O verē sanctissimam animam, o inestimabilem charitatem, o obedientiam singularem. Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem seruasti. De reliquo superest tibi corona iustitiæ, quam reddet tibi Dominus hodie iudex. Et adhuc dicis, non recuso laborem: Fiat voluntas tua: Obrulisti planē Isaac vnicum illum, quem diligis: quod in te est, iugulasti: immolasti singulare gaudium tuum pia deuotione, paratus redire iterum in periculum, innouare certamina, denuō subire laborem, sustinere tribulationem, prolongare tentationem, deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate, & diu desiderata societate spirituum beatorum, atque in huius mortalitatis ærumnas ab ipso introitu gloriæ reuocari, postremo, quod maximum est, à Christo tuo peregrinari diutius, si modō ipse voluisset. Nec sanē dubium, quin ampliore gratiā mereatur, qui paratū se exhibet, etiam ante mādaturam, quā qui obedire sategit post mandatum. Magna quidem obediētia vestra Angelī sancti: sed quod dicere audeā pace vestra, nescio ac inueniatur in vobis quisquam paratus in tale aliquando ministerium mitti: in quo necessi habeat non videre faciem patris. Magnum est petere, quod Dominum secutus

3 Vides hereticæ quod sancti in cœlo pronobis orāt, & quod orantes magis nūc exaudiuntur Deo, quam dum erāt in carne.

secutus omnia reliquisti: sed audiuit te in monte dicentem, vbi transfiguratus est coram vobis: Domine, bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula. Nō est hoc: Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem. Paratum cor tuum Martine, paratum cor tuum, siue manere in corpore, siue dissolui, & esse cum Christo. Et magna quidem in horrenda morte securitas, magna in visione Christi desiderandā, & tam seruenter ac singulariter desideranda perfectio reperitur: sed id quidem longē amplius per omnem modum, quōd qui mori non metuis, imō qui tanto desiderio præsentiam Domini concupiscis, viuere quoque non renuis, & expectatione molestissima fatigari. In quo ei alio nō obedire potuerat, qui in hoc tanto articulo tam deuotē clamabat: Fiat voluntas tua. Hæc ergo pars nostra sit, fratres, in cōiuiio hodierno: Hanc nobis obedientiam in mensa pauperrimi iam diuitis huius appositam diligenter consideremus, scientes quoniā ipsa est quæ à nobis exigitur: ipsa, quam oportet nos præparare, vt singuli quique dicamus: Quia paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Nec modō semel, aut in parte: sed paratum cor meum Deus, paratum cor meum: paratum ad vtrumque, & in nullo tuam præscribēs dispositionem. Fortē hoc cupio, & specialiter, & vehementer: sed ne quidem illud recuso, sicut fuerit voluntas in cœlo, sic fiat. Desidero requiem, sed non recuso laborem: Fiat voluntas tua.

SANCTI ALEXII

Viri Dei vita.

Apud Simeonem Metaphrasten.



VIT vir pius Romæ nomine Euphemianus, diuis Arcadio & Honorio imperatoribus, Senator magnus, cui tria erant seruorum millia, qui zonis aureis, & vestimentis sericis induebantur. Nullos autem susceperat filios, quoniam vxorem habebat sterilem. Optimus hic erat vir. Ternas domi suas mensas instruebat pro viduis, & pupillis, & peregrinis, & pauperibus, & ægrotantibus. Ipse verò hora nona cum monachis peregrinis panem edebat.

Et siquando minus in pauperes benignus, & misericors extitisset, prostratus in faciem suam, dicebat: Non sum dignus, qui ambulem in terra Dei mei. Huic erat vxor Aglais nomine, mulier fidelis, ac timens Deum, & erga pauperes benigna ac liberalis, quæ cū esset sine liberis, Deum orabat, vt sibi filium largiretur, in quo vir eius conquiesceret, & animam oblectaret. Et recordatus est eius Deus, largitusque est ipsi filium, vt senectutis solatium haberet. Et baptizauerunt eum, imposueruntque illi nomen Alexio. Quem, cū sex esset annorum, Grammaticæ rudimentis imbuendum, & historiæ Ecclesiasticæ cognitione, atque arte oratoria erudiendum curauerunt. Itaque doctissimus euasit.

Verum cū adoleuisset: Matrimonio, inquit Euphemianus ad coniugem suam, coniungamus charissimum filium nostrum. At illa procidit ad pedes eius: Cōfirmet, inquit, Deus id quod dixisti. Nuptias celebra dulcissimi filij nostri, vt videam ex eo prolem, & lætetur animus meus. Et adhuc egenis & pauperibus auxiliabor. Puellam igitur ei regij sanguinis desponderunt. Et coronarunt eos in templo sancti Bonifacij, adhibitis venerandis sacerdotibus, totumque diem hilariter vsque ad vesperam transegerunt. Tunc Euphemianus: Ingredere, inquit, fili ad sponsam, & cognosce coniugem tuam. Qui in thalamum ingressus, eā in cella sedentem inuenit: annulumque suum, & caput baltei in velo purpureo inuoluta ei tradidit: Accipe, inquit, hæc, atque serua: & Deus erit inter me, atque te, donec illi placebit. Et in cubiculum suum ingrediens, ex propriis diuitis sumpsit: & ad portum descendens, nauim inuenit, in eamque conscendit, ac Laodicem peruenit. Cumque e nauis egressus esset, agafones reperit, quibus se itineris comitem adiunxit, donec Edessam Mesopotamiæ urbem, vbi Domini Iesu ¹ imago seruatur non manu facta, quam ipse dedit Abagaro in vita sua, peruenit. Hic omnia bona sua vendidit, ² pauperibusque distribuit. Atque vestimentis vilibus indutus, & in vestibulo templi Dominicæ nostræ Dei genitricis manens, si quid accipiebat, id egenis senibus nutriendis impēdebat. Et cū faciem quidem in medio brachij demissam teneret, cor eius Deo vacabat. Mater autem die, quæ celebratas nuptias consecuta est, in cubiculum suum ingressa, fenestram clausit, saccumque strauit, ac cinerem, atque ibi iacebat. Non surgā, inquit, prius, quā didicero, quid filio meo vnigenito factum sit. At nurus ad focum conuersa: Neque ego, inquit, à te discedā, & turturem imitabor, quæ solitudinis amans, quādo maritus eius, quem vnicum habet, captus est, mœrens eum in conuallibus quæritat. Sic ego forti animo seram, & expectabo, dum audiam quid viro meo, qui præclaram viuendū rationem elegit, acciderit. Pater autem, cū post nuptiarum diē filius nō inueniretur, omnes fore

XVII.
Martij.

¹ Ecce antiquissimā
mā imaginē vsu.
² Vide verā pama
portatē Euanḡelii
GAMB.

ff seruos

seruis ad eum quietum dimisit. Quorum è numero cum quidam Edessam peruenissent, ei minimum ab ipsis cognito elemotynam dederunt. Ipse vero & agnouit eos, & gratias egit Deo, qui è dignum fecisset, ut elemotynam à seruis suis domesticis acciperet. Serui autem redeantes Domino suo nunciauerunt, se filium eius non inuenisse.

At Alexius, cum decem & septem annos in vestibulo ædis Domine nostræ Deigenitricis tranlegisset, Deoque gratus esset, imago ipsius beatæ Virginis sic ædis custodem est allocuta: Introduce huc vitum illum Dei, qui dignus est regno cælorum: nam oratio eius, sicut incensum, ascendit in conspectu Dei, & spiritus sanctus super eum reuoluit. Introductus igitur, cum celebris omnibus heret, ipse ut humanam gloriam fugeret, Tharsum Ciliciæ ad S. Pauli templum ire decreuit, ubi nemini notus foret. Sed naui conscia, ut tempestatis R omâ appulit. Itaque uiuit, inquit, Dominus Deus meus, non ero cuiquâ grauis. Sed domum patris accedam, cum sim omnibus ignotus. Cum sim igitur patri è magno palatio multis comitantibus redeunti occurrisset: Serue, inquit, Dei, benignitatem exerce in me abiectum, & pauperem, domique tuæ admittit, ut de micis quæ cadunt è mentis tua, cum seruis tuis domesticis edâ: Et Deus sanctus benedicit temporibus tuis: & si qui tuorum peregrinantur, eos tibi reddet incolumes. Audita peregrinorum mentione Euphemianus, lætus, quod eiusmodi pauperi factus esset obuiam: & filij sui vnigeniti recordatus, conuocatis seruis suis: Quis, inquit, ex uobis huic pauperi uult deseruire, & liber erit omnibus diebus uitæ suæ, atque etiâ hereditatem accipiet è domo mea: Eum in vestibulo domus constituit, ut quotiescunque ingrediar, & egrediar, illum uideam. Nulla eum re mentis meæ defraudate. Cum autem uespere aduenisset, & silentiū esset, quidâ è seruis eum affligebant: quidâ alapis cædebant, alij uellebāt capillū, alij ferdas in caput eius effundebāt. Ipse uero hæc diaboli opera fieri consideras, oia patieti & læto animo sustinebat. Quodâ autem die cum Archiepiscopus sacra faceret, & sacrificio diuus Imperator interfesset, audita est uox diuinitus, dicens: Venite qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Quam obrem timor & admiratio cunctos inuauit. Et ceciderunt in facies suas clamantes: Miserere nostri Domine, Secundò autem audita est uox ex altari, dicens: Quæritur uirum Dei: & orabit pro Roma, & res prosperè cedet. Die autem Parasceuæ è corpore egredia dicitur. Eo die igitur summo mane cum oēs in S. Petri templum conuēnissent, ut intelligeret, uirum qui ille Dei esset, arcane uocis monitu dictū est, ut in edibus Euphemiani uirum Dei cōquirerent. Tum sacratissimus Imperator ad Euphemianum: tantum, inquit, munus domi habebas, & nobis id non significasti? At Dei uir cum sciret uitæ suæ finem appropinquare: Adfer huc, inquit ministro suo, frater, chartam & sacramentum. Scriptaque totam uitam suam & arcana quæ inter se & patrem, ac matrem, sponsamque suam intercesserant: quidquid ei dixerat in thalamo, cum illi dedit anulum aureum, & caput baltei in uelo purpureo inuoluta: ut à parentibus agnosceretur. Decreuit igitur diuus Imperator, ut Euphemianus domus peteretur, ibique uir Dei quæreretur, Euphemianus autem seruis suis iussit, ut ad suscipiendum Imperatorem domum ornarent, & scamna tessalque disponerent. Sponsa uero itans in solario spectabat, quid sibi uellet ea perturbatio, & quæ dicerentur ac fierent.

At Alexij minister ad dominam suam: Num, inquit, hic pauper est uir Dei? Magna profectò & præclara signa in ipso perspicio. Quolibet enim Dominico die sancta mysteria suscipit: cibisque eius, tenuis, & potus duæ sunt aquæ uincæ. Ad hæc quidam è seruis assurgunt eum, nonnulli alapis cædunt, alij uellunt capillos, multi sordes in caput eius effundunt, quæ ille perfert æquo animo. Interim Euphemianus accedens, Alexium, cui neque uox, neque auditus erat, alloquebatur: rectaque eius facie, tanquam Angeli splendidam uidit. Cumque defunctum esse, & chartam manu continere animaduertisset, conatus est eam tollere, sed non potuit. Itaque ueniens ad Imperatorem: Inuentus est, inquit, is quem pietas uestra conquirat, sed celsit è uita, & chartam manu tenet, quam nobis dimittere non uult. Tunc diuus Imperator lectum in medio secreti cubiculi sterni iubet, in eoque ipsum collocari. Archiepiscopus autem, & diuus Imperator confurgentes ceciderunt in facies suas, atque dixerunt: Da nobis chartam, ut uideamus qui sis, & quid sibi uelint ea, quæ in charta conscripta sunt. Et confestim chartam ipsis tradidit, quam Aërio sacrosanctæ Ecclesiæ Cancellario legendam dederunt. Dum autem legeretur, magnum est silentium consequutum. Sed cum ad eum locum peruentum esset, ubi de parentibus, & de sponsa fiebat mentio: & quemadmodum ipsi anulum aureum, & baltei caput in uelo purpureo conuoluta tradidisset: tunc Euphemianus excitatus canos diuellere, & cursu ad uenerabile corpus contendere, atque illud complecti, & magna cum affectione osculari, ac dicere: Heu me miserum, domine mi, cur sic mecum egisti? Cur hanc animo meo afflictionem inuasisi? Cur mihi te cum in paterna domo esses, meque tristem ac mæstum cerneres, non aperuisti? Mater autem tanquam læna è uinario ruens, scissis uestibus, cælum obliquis oculis suspiciebat, & turbam

Archiepiscopus Romanus Pontificem in religione uera episcoporum principem est.

3 Ecce quanta san-cti ab inuentis & parientia.

& turbam præcabatur, ut sibi locum daret: Date mihi, o uiri, dicebat, ut spem meam aspiciam. Date mihi locum o uiri, ut membra contingam mea. Date mihi locum o uiri, ut uenitum meum amplectar. Et accurrens proiecit se super pretiosum corpus filij sui, & amanter illud osculabatur: Hei mihi, inquit, domine mi, cur nobis ita fecisti, ut affligeres animam nostram? Videbas nos in patria domo dolentes, & te nobis non patefecisti? Hei mihi, quid faciam? Quod circumspiciam? Sponsa uero lugubri ueste induta currens prociudit super uenerabilem sponi sui corpus: Hei mihi, inquit, mihi turbar solitudinis amans, tot annos propter te uixi solitaria, & hodie uida relinquo, nec habeo amplius quem morer, quem expectem. Porro Archiepiscopus & Imperator iusserunt lectum circungestari. Sed populus ira premebat, ut moueri non posset. Tunc iussit Augustissimus Imperator, ut aurum argentumque proiceretur, quod populus ad colligendam pecuniam diuerteret. Verum nemo fuit qui aurum curaret: sed omnes ad uenerandas reliquias concurrerant. Si quis enim eas tantum aspiciebat, ab omni malo liberabatur. Surdi audiebant, muti loquebantur, mundabantur leprosi, demones fugabantur. Sacras igitur reliquias in S. Petri templum gestarunt, ubi diebus septem ei iulla parentibus, & sponsa præsentibus, & celebrantur. Imperator autem arcam è marmore & smaragdo faciendam curauit: in eaque corpus sanctissimum posuit xvj. Cal. Aprilis, Arcadio, & Honorio Imperatoribus: Innocentio autem primo Pontifice. Porro ex arca ipsius oleum suauissimum emanauit: ex quo si quis accipiebat, quicquid postulabat, obtinebat à Deo: Cui gloria in secula seculorum.

VITA D. IOANNIS CHRYSO-

stomi Constantinopolitani Episcopi, per Cassiodorum Senatorem scripta.

Habetur lib. 108 hist. Trip. cap. 3.



OCRA TES. Defuncto Theodosio, in imperium filij successerunt, Arcadius in Oriente, Honorius autem in Occidente. Hoc tempore in Romana Damascus præsidebat Ecclesia, in Alexandria Theophilus. Hierosolymis Ioannes Flavianus Antiochenam tenebat sedem, Constantinopolitanamque Nestarius. Igitur circa octauum diem Nouemb. mensis eodem Consulatu corpus Theodosij delatum cum solenni honore ab Arcadio filio sepulturæ: & cōtraditur. Post paucos uero dies, id est, uicesimo septimo eiusdem mensis die, etiam exercitus qui cum Imperatore Theodosio fuerat contra tyrannum, reuersus est: Et cum Imperator Arcadius secundum consuetudinem ad portas occurrisset exercitui redeunti, tunc milites Rufinum præfectum Imperatoris peremerunt. Erat enim suspectus, quasi tyrannidem posset assumere. Dicebatur autem Hunnos ipse in Romanorum provincias euocasse, qui tunc Armeniam, & partes Orientis ualde vastabant. Theodoretus. Honorius itaque suscipiens Occidentis imperium, monomachias quæ iam olim Romæ celebrabantur, huiusmodi de causa remouit. Quidam Telemachus conuersationis monasticæ, hac de causa ab Oriente uenit Romam. Cumque nephadum illud spectaculum ageretur, etiam ipse intrauit stadium, & descendens nitentur pugnant inter se gladiis separare. Cumque spectatores aduersus eum sequebantur, & in effusione sanguinis grassarentur, prouisorum pacis lapidibus occiderunt. Hoc ubi cognouisset mirabilis Imperator, illum quidem inter uictores martyres numerauit, nephadum uero spectaculum profus sustulit. Socrates. Cum uero modicum tempus transisset, etiam Nestarius Constantinopolitanus Episcopus defunctus est, consulatu Cæsarij & Attici, septimo & uicesimo die Septembris mensis. Mox ergo studia generantur in Episcopatu, alijs alij ordinare cupientibus. Nouissimè uero placuit, ut ab Antiochia Ioannes euocaretur, Ecclesiæ præbyter. Erat enim eius doctrinæ fama mirabilis. Intra modicum ergo tempus communi decreto omnium clericorum & laicorum Imperator Arcadius euocauit eum. Et propter dignitatem ordinis cum adessent ex imperiali iussione plurimi Episcopi, etiam Theophilus uenit Alexandrinus, qui studebat quidem Ioannem detrahere, & Isidorum suum præbyterum ordinare. Diligebat enim eum, quod aliquando sustulisset pro ipso tale periculum. Cum Imperator Theodosius aduersus Maximum Tyrannum decertaret, Theophilus per Isidorum xenia misit Imperatori, & duplices misit epistolas, mandans ut alteras non uicenti daret: pondò uictori & munera, & alteras porrigeret literas. Has cum Isidorus portasset, Romam ueniens uictoriam expectabat. Sed non diu latuit. Quidam enim lector rapiens epistolas demonstrauit Imperatori. Quam obrem Isidorus terrore correptus, in Alexandria fugit, celare uolens quod fuerat ei mandatū. Ob quæ causam Isidorus Theophilus diligebat. Verum palatij iudices propofuere Ioannem. Cumque multi Theophilum accusarent, libellos aduersus eum pro diuersis causis presentibus Episcopis obtulerunt.

1 Corpus Theodosij ab Arcadio filio solenni honore sepultura traditur.

Tunc præpositus palatii Eutropius nomine, fumens accusationes scriptas, ostēdit Theophilum, dicens: Aut ordina Ioannem, aut accusationes veniēt ad examen. Hinc perterritus Theophilus, Ioannem ordinavit Episcopum: Qui suscepit Episcopatum sextodecimo die Februarij mensis, Consulatu Honorij Imperatoris, & Eutylichiani Præfēti. Quod verò Ioannes vir fuerit omnino præclarus, ex libris quos reliquit cognoscitur. Cuius vitam, genus, cōuersationem, & quemadmodum sit depositus, & post mortem magis honoratus, exponam. Ioannes itaq; fuit Antiochenus, filius Secundi & Anthesæ nobilium perionarum, discipulus Sophistę Libanij, & Auditor Audragatij philosophi, Cumq; se ad aduocationem præpararet, considerans molestias litigantium, iniustumq; vitę propositum, potius elegit quietem. Et hoc fecit æmulatus Euagrium, quoniam & ille quum iisdem studiis esset vsus, quietę magis secutus est vitam. Mox ergo mutato cultu pariter & incesso, diuinis lectionibus incumbēbat, & frequentius ad sanctam concurrebat Ecclesiam. Hęc agens persuasit etiam Theodoro & Maximo, qui fuerant condiscipuli ipsius apud Sophistam Libanium, vt pompōsam relinquerent vitam, & simplicem sequerentur. Quorum Theodorus postea Episcopus Mopsuestiensis ordinatur Ecclesię. Maximus autem Seleucię Isaurię. Tum itaque isti siebant discipuli in lectione diuina Diodori atque Carterij, qui eo tēpore sacris monasteriis præsidebant. Sed Diodorus postea Tharsi ordinatus Episcopus multos conscripsit libros, sacras ad literam intuens scripturas. Porrò Ioannem degentem cum Basilio, qui tunc à Melitio factus erat diaconus, & postea Cæsareę Cappadorię Præsule constituto, Zeno Episcopus à Hierosolymis reuertens, lectorem in Ecclesia Antiochena constituit. In quo adhuc officio positus librum edidit cōtra Iudæos. Post modicum verò tempus etiam diaconatum à Melitio promerens, de sacerdotio alium fecit librum, aliosq; plurimos explanauit. Postea verò Melitio in Constantinopolitana vrbe defuncto, recedens Ioannes à Melitianis, & neque Paulino communicans, tribus annis continuē sub quiete degebat. Mortuo verò Paulino, ab Euagrion eius successore præbyter ordinatur. Ante Episcopatum itaque hoc modo conuersatus est. Fuit enim vir (vt aiunt) propter zelū castitatis feuerior, & amplius quàm habebat à iuuentute sua furori magis quàm reuerentię se præb. bat, & propter vitę rectitudinem incautus prospicere de futuris. Propter simplicitatem verò, oris libertate profusus, apud colloquentes non mediocriter vtebatur. Docendo præcipuus erat, vtilis ad corrigendos audientiu mores. In confabulatione verò arrogas à nescientibus putabatur. Cū ergo talis moribus esset, Episcopatu suscepto, maiori saltu quàm debuērat, vtebatur, clericorum suorum corrigere vitam volens. Mox igitur in ipso initio quum clericis asper videretur Ecclesię, erat plurimis exosus: & veluti furiosum vniuersi declinabāt. Compellebat enim eum, vt velut omnes offenderet, Serapio diaconus eius, qui aliquando presentibus clericis hunc protulit magna voce sermonem: Nunquam poteris, o Episcope, hos corrigere, nisi vno baculo percusseris vniuersos. Quo dicto maiora cōtra eum odia concitata sunt. Non post multum verò tēporis plurimos clericorum pro diuersis exemit causis. At illi conspirates aduersus eum, etiam derogationibus apud populum vtebantur: quarum rerū faciebant maximam fidem, eò quòd nec vllū secum comedere pateretur, nec ipse ad alium inuitatus accederet. Dicunt enim quidā propterea noluisse eum cum quoquā comedere, eò quòd turpiter manducaret, escaq; perciperet. Alij verò propter excellentem ciborum abstinentiam 2 hoc eum facere prædicabant.

Sozomenus. Ego tamen, quodam viro veraci referente audiui, quòd propter abstinentiã capite & stomacho sepe dolebat, & ideo prandiorum epulas euitabat.

Socrates. Porrò populus propter sermones quos in ecclesia faciebat, diligebat eū, paruipendēs accusatorū voces. Quales verò sint eius libri, non oportet nūc dici: quoniam legentibus poterunt indicari. Igitur cum clero tantummodo esset exosus, machinationes contra eum nō omnino valuerunt. Cū verò etiam plurimos procerū obiurgare cœpisset, tunc inuidia contra eum maior accensa est. Et plurima quidem dicebantur: multa quoque faciebant audientibus fidem.

Eius derogationibus dedit argumentum homilia contra Eutropium tunc prolata. Eutropius enim eunuchus præpositus Imperatoris, & habens Consulis dignitatem, volens in quosdam, qui ad Ecclesiam confugerant, animaduertere, operam dedit, vt ab Imperatoribus lex poneretur, iubens vt nullus ad Ecclesias confugeret, imò qui dudum confugerant, traherentur. Sed Dei sequutum est repentē iudicium. 3 Erat ergo proposita lex. Post paucos verò dies cū ipse Eutropius offendisset Imperatorem, inter refugas erat apud Ecclesiã. Episcopus verò Eutropio sub altari iacente, nimioque percusso timore, residens super ambonem, vbi solebat prius facere consuetē sermonem, homiliam increpatoriam fecit aduersus eum. Vnde plurimos magis offēdebat, eò quòd hominem in infelicitate positum, non solum non miseretur, sed etiam ne obiurgare quidē desisteret. Igitur Eutropij tunc cōsularis dignita.

Excellens elobum abstinentia in Ioanne.

Vide mirā diuindiam contra inringentem priuilegia Ecclesię.

dignitatem habentis, propter quædam crimina caput Imperator iussit amputari, & ex ordine Consulum eius nomen penitus aboleri. Quamobrem Theodori solummodo, qui cum eo Consul fuit, nomen adscriptum est. Pro diuersis igitur causis multos sæpius liberē obiurgabat, & plurimis erat exosus. Vnde Theophilus Alexandrinę ciuitatis Episcopus, mox post ordinationem causas eius deiectionis quæsiuit, & quibusdam presentibus ei latenter obloquebatur, multis etiam longē positis scribebat. Constrictabatur enim non solum propter libertatem illam, sed quòd etiam Isidorum præbyterum suum Episcopum Constantinopoleos ordinare non valuisset. Theodoretus. Sacerdotibus igitur Ioannes Episcopus supplicabat, vt secundum ecclesiasticas viuerent sanctiones, quas quicumque præuaricari præsumeret, eos ad templum prohibebat accedere. Dicebat enim, quòd nec deberent frui honore sacerdotij, qui eorum vitam contemnerent imitari. Non solum autem prouidentiam vrbs Cōstantinopoleos habebat, sed etiam totius Thracię, quæ sex præfecturis est diuisa, & Asię totius, quæ ab vndecim præsidibus regitur. His legibus ornabat etiam Ponticam regionem, quæ cotidē iudicibus gubernari dinoscitur. Cumque cognouisset in Phœnicie adhuc dēmonibus sacrificia ministrari, electos monachos & imperialibus sanctionibus coarmatos aduersus cultores destitauit idolorum, dans pecunias templorum destructoribus erogandas, non ex çrario publico, sed quas à fidelissimis mulieribus oblatas liberaliter excipiebat sic ab ipso persuasis.

Videns verò etiam cohortem Celticam Arrianis retribus illaqueatam, & cogitans de eorum capiēda salute, consilium huiusmodi venationis inuenit. Eiusdem namq; linguę præbyteros, diaconos, atque lectores fecit, & vnam eis Ecclesiam dedit. Qua occasione multos eorū cepit, cū & ipse frequenter illuc iret, & per interpretem Celticum diuinas lectiones exponeret. Hęc ergo intra ciuitatem crebrò facies, & plurimos eius gentis Arrianorum ad Apostolica dogmata reuocauit. Apud Scythas autem quidam erant salutis desiderium habentes, quòd non poterant peruenire. Quod Ioannes cognoscens, quæsiuit viros Apostolico zelo feruentes, eosq; misit, & desideratibus salutis gratiam ministravit. Ego autem etiam literas eius legi ad Leontium Ancyrę Præsulem: Quibus indicauit Scythas fuisse cōuersos in nostra provincia. Et cognoscens in quibusdā vicis Marcionis creuisse languorē, scripsit eius loci pastoribus, vt eos pellerent. Insuper etiam principis pro hac causā proferri petiit sanctionē. Quod igitur ecclesiarum curā in animo habuerit, secundum diuinum Apostolum, satis hęc docuerunt. Licet autem etiam aliunde illius libertatem intelligere. Gainas quidam genere Celticus, consilio Barbarus, studio tyrannico vehementer elatus, eo tempore cū esset magister militum, multos suę gentis, multos etiam Romanorum sub suo magisterio habens, terrorem plurimis, etiam ipsi principi meditatione tyrannidis inferebat: eratque Arrianus. Is ergo rogauit Imperatorem, vt intra ciuitatem ei vnam daret Ecclesiam. At ille eum se placare promisit. Tū euocans Ioannem, eiq; potentiam illius meditatamq; tyrannidem dicens, petebat vt data Ecclesia eius reseraret intentionem. At ille virtute fortissimus: Noli, inquit, o Imperator, hęc promittere, neq; sanctum canibus dare. Nō enim potero Deo benedictes expellere, & sanctum templum blasphemantibus iniuste cōtradidere. Neque hunc Barbarum metuas Imperator, sed ambos nos iube vocari, & sub silentio inter nos quæ dicuntur audi. Ego namque linguam illius sic frenabo, vt non præsumat petere, quę dari nō expedit. Hoc audiens Imperator gauisus est, & vtrumque altero die vocauit. Tunc Gainas petitionem suam poscebat, Ioannes contradicebat, dicens: Non licet Imperatori pietatem custodienti aliquid contra madata diuina tentare. Cumq; responderet ille quòd oratorium & ipse habere deberet, Ioannes ait: Vbiq; tibi diuina domus aperta est, & nullus te vetat orare. At ille. Sed ego, inquit, alterius sectę sum, & cum meis vnum templum habere deposco. Multos enim pro Romana Republica labores assumpsi, & non debeo in mea petitione contemni. Cui Ioannes: Plurima, inquit, præmia, & quæ transcendunt tua certamina percipisti, magister militum factus: Consulari toga insuper exornatus. Et oportet te considerare, quis pridem fueris, & qualis modò conspiciaris: & quæ prisca paupertas, & quæ præsens substantia. Quibus vestibus vsus fueris antequam Histrum transisses, & quibus nunc vtaris. Considera igitur paucos labores maxima tibi præmia contulisse, & circa honorantem te non sis ingratus. His sermonibus tantus ille doctor oblituit os Gainę, eumque compulit vt taceret.

Sozomenus. Igitur cū Gainas adipisci desideraret imperium, qui pridem de sua fide apud beatam martyrem Euphemiam in Chalcedone Imperatori Arcadio promississet, diuersa consilia reuoluēbat, & in sua intentione semper instabat. Cumq; per diem nihil in vrbe Constantinopolitana agere potuisset, machinatus est vt noctū Barbaros mitteret, qui palatiū concremarent. Tunc verò apertē monstratum est, quomodo Deus custodiat ciuitatem. Misisset enim ab eo Barbaris ad incendium atque prædas, Angelorū turba apparuit armatorū ingēsis corpora habentiu. Illi verò putantes esse milites, abcesserunt. Cumque hoc Gainę fuisset

nunciatus, incredibile visum est. Nouerat enim omnem exercitū per ciuitates constitutum. Quapropter denuō sequenti nocte alios destinavit. Cumque idem ei reuenciatum fuisset (deinde enim Angeli eandem visionem Barbaris ostendebant, nouissimē ipse egressus cum multitudi-
tudine, miraculūsumpsit experimentum, arbitratus re vera, quod per diem quidem lateret exercitus, noctū uero pro eius custodia poneretur. Et ita cum intra urbem nihil posset implere, egressus ad Thraciam, apertē hostilem monstrauit intentionem.

Theodoretus. Cū igitur aliquantum transisset tempus diu meditatam tyrannidem Grinas patefecit. Collecto namque exercitu, per Thracias uniuersa vastabat. Hoc cognoscentes & Iudices & populi, terrebantur: & neque repugnare illi quisquam audebat, neque apud eum legatione fungi, dum asperitatem Barbaricam formidarent. Tum ergo alios omnes tanquam meuentes relinquentes, Ioanni uirō sanctissimo onus legationis imposuerunt. At ille neque illius insultationis memor, neque inimicitiarum, quę hinc exortę videbātur, alacriter est profectus ad Thraciam. At ille cognoscentes legatum, eiusque fiduciam pro pietate animosē assumptam, occurrit ei longo itinere, eiusque dexteram suis oculis circumposuit: insuper etiam suos filios sacra eius genua osculari pręcepit. Huius ergo virtutis Ioannes fuit, ut etiam valde terribiles humiliari cogeret, & timere. Socrates. Ioannes itaque Episcopus Constantinopolitanus doctrina florebat, & apud cūctos fauorabilis habebatur. Auxitque primus in nocturnis hymnis orationes ob huiusmodi causam. Arriani (sicuti dictum est) extra ciuitatē collectas agebat. Sabbato autem atque Dominica intra portas & porticus congregati, hymnos & Antiphonas ex Arriano dogmate compositas decantabant. Et hoc maxima noctis parte facientes, diluculo cū ipsis Antiphonis per mediam ciuitatem egressi portam, ad suam Ecclesiam concurrebant. Cumque hoc crebro quasi ad vituperationem Orthodoxorum facere non cessarent: frequenter enim etiam hoc cantabant: Vbi sunt qui dicunt tria uirtute unum? Iam Ioannes metuens ne simplices huiusmodi cantibus traherentur, instituit suum populum, ut & ipsi nocturnis occuparentur hymnis, ut & illorum obscuraretur opus, & fidelium professio firmaretur. Studium ergo Ioannis valde uilecum turba periculique finitum est. Nam cū clariorēs hymni homouianorū noctu apparent (Fecerat enim etiam cruce argentes, 5 que cum argenteis cereis portabantur, expensas ad hęc Eudoxia Augusta prębente) tum Arriani zelo tracti, usque ad cædem insurgunt. Vna ergo nocte, facta congressione, lapide in fronte percussus est Brisōn Eunuchus Augustę, qui ad hymnos exercendos fuerat deputatus. Sed etiam quidam ex populo uiriusque partis extincti sunt. His motus Imperator, prohibuit Arrianos hymnos publicē decantare.

Sozomen. Fertur uerō, quod inter alia Ioannes etiam propter Seuerianum Gabalensem Episcopum, odium Augustę sibi conflauerit. Is enim Seuerianus & Antiochus Ptolemaidis ambo eloquentissimi erāt, & coram Ecclesia docere instructi. Veniens ergo prius Antiochus Constantinopolim eloquentia promotus, atque pecuniis ditatus, in suam reuersus est ciuitatē. Quem æmulatus Seuerianus postea uenit, uidens quod Ioannes frequenter in ecclesia sermo-
ne factū mirabilis apparebat. Eratque honorabilis apud multos Proceres & apud ipsum Imperatorem pariter & Augustam: itaque cū Ioannes profectus fuisset in Asiam, huic cōmendauit Ecclesiam. Credebat enim eius blandimentis, quod se re uera diligeret. At ille magis se auditoribus commendabat. Quod cū Ioannes audisset, Serapione nunciante, æmulari cepit. Reuersoque ab Asia Ioanne contigit trafeunte Seueriano, ut studio non assurgeret Serapio. At ille exasperatus clamauit: Si Serapio clericus mortuus fuerit, Christus in humanitas nō est. Ob hanc rem accusatus à Serapione uelut iniuriōsus & in Deum blasphemus, ciuitate pulsus est à Ioanne. Quod Augusta cognoscentes per familiares Seueriani, mox eum à Calcedone fecit reuocari. Porro Ioannes multis rogantibus, eum uidere refugiebat, donec in Apostolorū Ecclesia in eius genibus poneret Augusta Theodosium filium suum, supplicans, & sepe adiurās, ut Seuerianum ipsius reconciliaret affectui.

Socrates. Interea Monachi ab eremo Constantinopolim ueniunt cum Dioscōro & fratribus, cum quibus Isidorus, qui Theophilo amicissimus pridem ob huiusmodi causam postea fuerat inimicus. Petrus quidam archipręsbyter Alexandrinę fuit Ecclesię. Hunc Theophilus ab Ecclesia ex odio proiecit, culpans eum, quasi mulierem quandam Manichæam, non prius abrenunciantem hæresim, in communionem sacram suscepisset. Cumque Petrus diceret se eam iussu Theophili suscepisse, illo negante, Isidori testimonium Petrus implorabat, quod hoc actum non ignorasset Episcopus. Eo tempore Isidorus Romę agebat, à Theophilo missus ad Damasum, ut ei Flavianum Antiochię reconciliaret Episcopum. Verum reuersus Isidorus Petri responsionem ueram esse firmavit, dicens quod mulier Manichæa cum Episcopi fuisset iussione suscepta. Hinc accensus Theophilus, ambos expulit ab Ecclesia. Ob hanc ergo causam Isidorus cum Dioscōro & reliquis Constantinopolim uenit, ut Prin-

ut Principi & Ioanni eius facta narraret. Hęc Ioannes cognoscentes, honorabat principio uiros, eorumque fruebatur orationibus. Communione uerō sacra cum eis ante causę cognitionem participare non uoluit. His ita gestis, peruenit ad Theophilum sermo fallus, tanquam Ioannes illis communicasset, ut eis ferret auxilium. Parabatque ut non solum de Dioscōro & Isidoro sese uisceretur, sed etiam Ioannem episcopatu deponeret. Misit ergo ad singularum Episcopos ciuitatum epistolas, celans intentionem suā, culpans tamen Origenis libros. Deinde Epiphanius Cypri fecit amicum, cū prius eius fuisset inimicus, tanquam de Deo minus bene saperet, eumque formam hominis habere iudicaret. Tunc ergo quasi ex pœnitentia, eius se professus est sequi sectam, egitque ut synodus Episcoporum Cypri celebraretur, ut libri dānarentur Origenis. Porro Epiphanius propter nimiam sui reuerentiam atque simplicitatē circumuentus, constituta synodo lectionem librorum Origenis interdixit. Misitque literas ad Ioannem, monens ut ab Origeniana lectione abstineret: & synodo congregata quę placuerant, etiam ipse firmaret. Theophilus igitur famigeratum illum Epiphanius circūueniens, & cognoscentes sua uota proficere, etiam ipse collectis Episcopis libros damnauit Origenis, qui penē ante ducentos defunctus erat annos, non quod huiusmodi haberet intentionem, sed studens Dioscōro eiuque nocere sequacibus. Ioannes autem paruipendens quę ab Epiphanius & Theophilo fuerant nunciata, in doctrina ecclesiastica laborabat, & in ea quidem florebat. Nihil tamen de his, quę contra eum cogitabantur, sæpe curabat. Cumque Theophilus iā manifestē studere uideretur, ut Ioannem episcopatu deponeret: tunc etiā inimici Ioanis, Theophilum sunt sequuti: & multi clerici, multi procerum palatii tempus inuenientes oportunū, nirebantur ut synodus Constantinopoli fieret contra Ioannem. Et hoc tam per epistolas sibi ipsis, quam per uerba mandabant. Auxit igitur odium Ioanni causa Seueriani & Antiochi Episcoporum, quę supra relata est. Post paucum uerō tempus Episcopus Epiphanius Constantinopolim uenit, portans damnationem librorum Origenis, quibus non quidem ipsum Origenem excommunicatum decreuerant, sed libris tantummodo derogauerant. Egressus ergo ad Basilicam sancti Ioannis miliario ab urbe septimo constitutam: & collecta ibidem celebrata, ordinatoque diacono rursus uenit in ciuitatem, & inuitationem quidem Ioannis declinauit causa Theophili: in propria uerō mansione habitare magis elegit. Et uocans tunc præsentes Episcopos damnationem librorum Origenis legebat eis. Et quidam habentes Epiphaniū reuerentiam subscribebant, plurimi autem hoc facere recubant. Quorum fuit etiam Theotimus Scythiæ præsul, qui ita respondit: Ego, inquit, o Epiphani, neque ei, qui pridem bene requeiuit, iniurias infero, neque rem blasphemā tentare pręsumo, dānans ea quę priores nostri respuere noluerunt. Proinde neque malā doctrinam in libris Origenis esse cōspicio. Tum proferens libros Origenis legit, & ecclesiasticas expositiones ostendit, ac postea procedens dicebat: Qui his cōtumelias inseruit, nesciunt se ipsos. Hęc ergo Theotimus uita rectitudine nobilissimus Epiphaniō respōdit: fertur. Ioannes igitur Constantinopoleos indignatus nō est, quod præter regulas in ipsius Ecclesia ordinationem fecisset Epiphanius, sed tamen rogabat ut inter Episcopos cum eo maneret. At ille nec manere secum eo, nec orare respondit, nisi Dioscōrum & qui cum eo erant, urbe depelleret, & ipse in librorum Origenis dānatione subscriberet. Ioanne hęc facere differente, & dicente, non oportere ante catholicam cognitionē aliquid facere petulantem: ad hoc consilium ab inimicis Ioannis Epiphanius instigatur.

Quum esset in Apostolorum Ecclesia celebranda collectio, procedere faciunt Epiphanius: & coram omni populo Origenis damnare libros, & adiudicare Dioscōrum eiuque sequacibus, simul quoque derogare Ioanni uelut eorum defensori. Hęc Ioanni nuntiantur. Altero uerō die quum iam uenisset Epiphanius ad Ecclesiam, hęc per Serapionem uerba mādauit: Cōtra regulas multa gessisti, o Epiphani: Primum quidem quod ordinationē fecisti in Ecclesia sub meo iure constituta: deinde quia me non iubente, in ea autoritate propria sacra celebra-
sti: Rursus quod inuitatus excusasti, & nunc denuō in te ipsum confidis. Quapropter obserua ne turbatio nascatur in populo, & huius rei periculum ipse suscipias. Hęc cū audisset Epiphanius, ab Ecclesia formidans abscessit. Cumque reuersurus esset ad Cyprum, ferunt quidā hęc eum mandasse Ioanni: Spero quod non morieris Episcopus. At ille remandauit: Spero te ad tuam patriam non rediturum. Hęc utrum uera dicta sint, nescio: ambo tamen hunc habuere finem. Nam nec Epiphanius uiuus peruenit ad Cyprum, sed in nauī defunctus est: & Ioanes paulō post ab Episcopatu depositus est. Cumque Epiphanius discessisset, perlatus fuit ad Ioannem, & quod Eudoxia Augusta eum contra Ioannem armasset: & hinc accensus, lingua uertare sermonem fecit ad populum cunctarum mulierū vituperatione plenum. Hunc sermonem populus omnis arripuit quasi contra Augustam prolatus esset, & ita peruenit ad aures Imperatoris. Quod Augusta cognoscentes, uelut iniuriam suā narrauit Imperatori, dicens illius magis esse contumeliam, quę ipsius uxori fieret. Quamobrem factum est, ut Theophilus

4 Ioannes primus in nocturnis hymnis auxit orationes.

3 Facti & cruce argenteis que cum argenteis cereis portabantur, expensas prębente Augusta. intelligitur hæc hæreticis.

contra eum perquam velociter synodum celebraret. Quod etiam Seuerianus simul agebat: erat enim adhuc inimicus. Inter hæc Theophilus venit multos simul Episcoporum mouens. Confluebant igitur plurimi Ioannes inimici. Aderant etiam, quos ab episcopatu remouerat. Omnes ergo cõcorditer in Calcedone conuenerunt, ubi tunc erat Episcopus Cyrinus, multa contra Ioannem loquens, impium eum superbumque vocans. Episcopi verò delectabantur talibus. Porro Maruthas Mesopotamensis Episcopus, inuitus Cyrini calcavit tunc pedem. At ille dolore constrictus Constantinopolim cum Episcopis transire non potuit: alij verò sunt transiisti. Sozomenus. Postea verò eum dolore laboraret eius crus continet, est abscissum: quia puxredo penè omne corpus eius inuaserat, & in pedem alium iam serpebat. Is ergo post paululum temporis est defunctus.

Socrates. Theophilo autem ab Alexandria venienti nullus occurrit, nec solenni honore positus est. Erat enim apertissimus inimicus. Sed Alexandrini nauæ, qui tunc venerant cõ frumetis, occurrentes eum fauorabiliter susceperunt. Cumque venisset Cõstantinopolim, refutauit in Ecclesiam introire, sed in vna domo Augustarum, vocabulo Placidiana, tunc habitauit. Hinc ergo cõeperunt cõtra Ioannem mouere causas: & non iam de libris Origenis mētio ferebatur, sed has accusationes illicitas excitabant. His itaque præparatis, conuenientes Episcopi in suburbano Calcedonensi, quod Rufini nomine vocitatur, ubi est in honore Petri & Pauli Apostolorum Basilica constituta, 6 euocauerunt Ioannē satisfaturum pro quibus accusabatur: iusseruntque ut cū eo venirent Serapion, & Tigrius Eunuchus præbyter, & Paulus lector. Isti enim simul accusabantur. Cumque Ioannes euocantes velut inimicos refugeret, vniuersalem synodum 7 fieri proclamauit. At ille nihil morati quater eum euocauerunt. Qui cū nolisset occurrere, sed synodum fieri proclamaret, damnauerunt eum: in nullo culpantes, nisi quod vocatus nolisset obedire. Cumque hoc fuisset circa vesperam nuntiatum, populus ad seditionem maximam excitatus est: & noctu cõcurrentes, eum trahi ab Ecclesia non sinebant, sed clamabant, ut apud maius concilium de eo ageretur. Porro iusio Principis vrgebat, velociter eum eiici, & in exilium deportari. Hoc cognoscens Ioannes tertio damnationis die circa meridiem seipsum populo ignorante contradidit. Cogitabat enim ne vlla propter ipsum seditio nasceretur. Et ille quidem in exilium ducebatur. In populo autem seditio enormis est exorta, ita ut etiam multi inimicorum eius misericordia moueretur, dicentes cum calumniam passum, quem paulò antè desiderabant videre depositum. Quamobrem clamabant omnes contra Principem atque concilium sacerdotum, & maximè cõtra Theophilum. Non enim eius machinatio iam poterat latere, quæ multis quidem iudiciis apparebat, maximè quod Dioscoro eiusque fratribus mox post Ioannis deiectionem communiuauerat. Tum igitur etiam Seuerianus in Ecclesia docēs Ioanni derogabat, dicēs: Est in nullo alio vituperandus Ioannes est, eius tamen superbia crimen est ad damnationem sufficiens. Omnia namque peccata remittuntur hominibus, superbis autem Deus resistit, sicut sanctæ scripturæ docent. Orta igitur immensa seditione, populo discurrete, & ad ipsa regalia proclamante, Augusta permota rogauit Imperatorem, ut eum reuerti præcipere. Misit igitur tunc Eunuchus Brestone, etiam necessitas Ioanni inuito, ut in ciuitatem ingrederetur, imposta est. Cū verò redisset, cum multo eius honore ad Ecclesiam plebs occurreret. Et mox ut Ioannes ingressus est, rogabant ut in episcopali sede resideret, & populo orationem pacis impenderet. Quod cū refutaret, atque diceret, quod hoc oporteret iudicio fieri synodali, & eos qui damnauerant, suam sententiam reuocare: accendebantur omnes eum videre in loco proprio residentem, & verba doctoris audire. Qui licet diu tardaret, præualuit tamen populus, & eum in sede residere episcopali coegit, & consuetæ orationem præbere pacis. Coactus etiam sermonem fecit ad populum. Hæc causa aliam præbuit inimicis occasionem. Et primum quidem de Heraclidæ ordinatione contra eum mouere dicebatur Theophilus questionem, ut Ioannem huius rei occasione deponeret. Verum Heraclides nõ aderat, iudicabatur autem veluri præsens, quasi quosciam iniuste cecidisset, carenisque victos misisset in pompam Ephesi per mediam ciuitatem. Cumque pars Ioannis diceret auditorium debere iuste constitui, Alexandrini contendebant, ut Heraclidis accusatoris susciperetur. Hinc ergo seditio & cædes inter Constantinopolitanum populum & Alexandrinum vehemens est exorta. Ob quam rem plurimi vulnerati, pauci etiam mortui sunt. Hęc vidēs Theophilus, repente diffugit Alexandriam. Quod etiã alij fecerunt Episcopi, præter paucos, qui personam Ioannis amplectebantur. His ita gestis, reprehensibilis Theophilus est inuentus. Cuius auxit inuidiam, quod rursus Origenis libris incuberet. Qui cū à quodã fuisset interrogatus, quod ea quæ damnauerat rursus amplecteretur, ita respondit: Origenis libri similes sunt praro floribus vniuersis pleno, quicquid ergo in eis bonū inuenero, hoc decerpo. Si quid vero mihi spinosum occurrerit, hoc quasi pūgat, omitto. Hęc ergo Theophilus ait: nõ cõsideras Salomonis sapientis-

6 Vbi est in honore Petri & Pauli Apostolorum Basilica constituta.
7 Concilij, vniuersalis autoritas.

sapientissimi verba dicentis, quod verba sapientum sicut aculei sunt. Ob hanc ergo causam apud omnes Theophilus reprehensibilis videbatur. Porro Dioscorus Hermopoleus Episcopus paulò post fugam Theophili mortuus est, claraque sepultus in Basilica apud Illicem constituta: Vbi propter Ioannem synodus fuerat celebrata.

Theodoretus. Missus ergo tunc Ioannes in exilium, apud ostiū habitabat Ponti, quod vocatur Hieron. Quumque per noctem terræ motus ciuitatem regiam inuasisset, Legati mane mittebantur ad eum, rogantes ut velociter reuertetur ad ciuitatem, & orationibus suis pericula remoueret. Sed & alij post illos, & rursus alij destinati sunt, ita ut legatis Bosphorus repletur. Quod cū fidelissimus populus cognouisset, fluctus Propontidos manibus est operatus. Omnes enim occurrerunt cereos 8 & lampades accedentes pro reuersione pastoris. Sozomenus. Interea cū Theophilus nauigio Hierapolim aduenisset, mortuo eius ciuitatis Episcopo, Nilammonem monachum elegerunt ciues. At ille cū crebro refugeret, ei Theophilus iuadebat, ne sacerdotium refutaret. Tum ille promisit, dicens: Cras quod Domino placet, implebitur. Altero verò die venientes ad cellam eius cogebant eum. Tum Nilammon prius, inquit, oremus. Quod cū Theophilus laudasset, simul orabat. Nilammon autem repente sinem vitæ cum illa oratione suscepit.

8 Nota vsu certorum & lampaderum accensarum in ostium fontem gaudiij.

Socrates. Ioannes itaque doctrinis occupabatur, ordinavitque Serapionē Heraclidæ Thracensis Episcopum. Vnde contra eum maius odium excitatur. Nam paulò post hæc contigit se noscuntur. Augustæ Audoxiæ statua argentea constituta est in cõluna Porphyreticâ chlamyde circumamicta: eratque posita nec proximè nec longè ab Ecclesia Sophia, quâ plateæ tantummodo diuidebat iter. Illic ergo consuetè ludus publicus occurrebat. Porro Ioannes iniuriam hoc arbitratu esse Ecclesiæ, consueta fiducia rursus suam armavit linguam. Et cū oporteret principes supplicationis verbo desistere, ut à tali ludo recederetur, hoc nõ fecit, sed impetu suæ vltis eloquentiæ, iubentes fieri talia obiurgabat. Augusta verò rursus ad suam hæc trahebat iniuriam, & denuò præparabat, ut aduersus eum synodus celebraretur Episcoporum. Hoc sentiens Ioannes, illam notissimam in Ecclesia protulit homiliam, cuius initium est: Rursus Herodias insanit, rursusque turbatur: denuò saltat, denuò caput Ioannis in disco concupiscit accipere. Quod factum amplius ad iram accendit Augustam.

Sozomenus. Interea quidam homo comprehensus est, qui Ioannem volebat occidere, traditusque ad supplicium Praefecto, à Ioanne ne perimeretur ereptus est. Postea verò Elpidij præbyteri seruus, cursu in Episcopum irruens, eum interimere nitentur. Et dum à quodam teneretur, & ipsum repente percussit, simul & alium adstantem, & tertium. Tum clamore facto, & multis conuenientibus, plurimos interemit: nouissimè tentus & traditus est. Ex illo tempore Ioannem populus custodiebat die noctuque eius circumfidens domum.

Socrates. Paulò post adierunt Episcopi, Leontius Ancyrae Galatiæ, Ammonius Laodiceæ, Breston Thraciæ, Philippensis, Acacius Beroæ Syriæ, & alij quidam. His presentibus accusatores priores denuò mouebant. Ioannes itaque confidebat in talibus, rogans ut accusatio decenter flagraretur. Cumque superuenisset 9 festiuitas Natalis Saluatoris, Imperator solenniter ad Ecclesiam non venit, sed mandauit Ioanni, quod ei non communicaret, nisi criminibus prius exueretur. Cumque pro securitate Ioannis accusatores eius valde terrentur, præsentibus Episcopi nihil aliud requirebant, nisi quod post depositionem nõ decerto concilij resedisset in sede. Cumque ille responderet, quod sexaginta quinq; Episcopi communicatē ei decreuissent, Leontius & alij reclamabant, dicentes: Sed plurimi te, nõ Ioannes deposuerunt. Cumque denuò Ioannes hanc regulam non orthodoxorum Ecclesiæ, sed esse firmaret Arrianorum: nam in Antiochia congregati pro damnatione fidei de cõsubstancialitate prolatae, odio Athanasij hæc regulam protulerunt: Tum illi non recta satisfatione condemnauerunt eum, non intelligentes quod dum hac regula vterentur, Athanasium quoque deponerent. Hęc acta sunt circa festiuitatem 10 Paschæ. Mandauitque Imperator Ioanni, non se posse ad Ecclesiam venire, quod eum duo concilia condemnassent. Vacabat ergo Ioannes, & nequaquam in Ecclesiam descenderet. Moxque omnes ei fauentes ab Ecclesia recedentes, Pascha quidem in Thermis que Cõstantinianæ vocantur, celebrauerunt. Cū quibus plurimi Episcoporum, præbyterorum, & sacri ordinis clericorum cõmori sunt, collectiones seorsum per loca diuersa celebrantes: vnde etiam Ioannita vocati sunt. Porro Ioannes duobus mēsis nusquam processit, donec Princeps eum dicit iuberet in exilium. Et ille quidem tractus ab Ecclesia, ducebatur. Quidam verò Ioannitarum eo die Ecclesiam incenderunt. Qua ardente flans ventus etiã Basilicâ Senatus pariter comprehendit. Quod actū est vicesimo ianuarij mensis, Consulatu Honorij sexto & Aristhenis. Ob quam rem Optatus Præfectus vrbs, cū Paganus esset, odio Christianorum plurimos Ioannitarum diuersis tormentorum generibus lanauit. Theodoretus, Ioannes igitur nõ solum è ciuitate pulsus est, sed etiam in quoddam exiguū oppidū atque desertum Armeniæ Cucufon destinatus est.

9 Festiuitas Natalis Saluatoris.

10 Festiuitas Paschæ.

tus est, inde rursum ad Pityuntem, ubi fines sunt Ponti, Imperiique Romani, quæ loca crudelibus Barbaris sunt vicina. Sed clemens Dominus non permisit victorem athletam per loca talia diu morari. Sozomenus. Inter hæc Innocentius Romanus Antistes audiens de Ioanne, & moleste ferens, volensque generale celebrare Concilium, scripsit Ioanni & clero Constantinopoleos, quod non oporteret Ioanni successorem dari, nec eius clerum alij parere pontifici, quæ prolizitatis causa non transtuli. Aiunt verò Ioannem cum in exilium duceretur, per visionem cognouisse diem, quo moriturus esset, ostensum sibi à Basilisco martyre in Comanis: ubi cum esset itinere fatigatus, dolorem capitis non ferens & ardorem solis, vitam languore finiuit. Socrates. Quartodecimo die septembris mensis, Consulatu Honorij septimo, & Theodosij secundo. Theodoretus. Huius igitur iniustitiæ causas abominati sunt præcipue Europæ Pontifices: ab eorum namque se suspenderunt communionem: pariter omnes Illyrici eius partis effecti sunt. Orientales autem plurimi quidem iniustitiam declinauerunt, corpus tamen ecclesiæ diuidere noluerunt. Verum mortuo illo omnium doctore terrarum, non prius Occidentales Episcopi Ægyptiorum & Orientalium, Bosphorenium atque Thracensium sunt amplexi communionem, quam illius sacratissimi viri nomen inter prædecessores poneretur Episcopos. Et Arsacium quidem, qui post eum ordinatus est, ne alloquio quidem dignati sunt. Atticum verò Arsacij successorem, legationem crebrò mittentem, & pacis pignora postulantem, in *Ἀρσάκιος* scripto Ioannis nomine postea suscepit.

Socrates. Transactis itaque diebus paucis, Arsacius Constantinopoleos ordinatur Episcopus, Nectarij frater, valde longæuus, & plusquam octoginta annos habens, qui mansuetissimè admodum regebat Episcopatum. Sozomenus. Cuius opinioni derogauit postea, quod cum Ioannis fauoribus agebatur. Nam cum Arsacio communicare nollet, nec orationem habere communem, sed (sicut dictum est) seorsum per loca secreta vltima ciuitatis, sacra celebraret, hæc ille renunciavit Imperatori. Cumque iussisset vt eos manu militari turbaret, lapidibus atque fistibus populum conuertit in fugam. Nobiliores autem & magis propensos in amorè Ioannis ornata faciebant, zonas aureas, dextraria, monilia, lauatoria, annulos, diademata, & cum ipsis auribus earum auferentes in aures. Ob quam rem turba maxima & gemitus in ciuitate prouenit. Nec sic tamen illi affectum deposuerunt Ioannis, verum publicè plurimi conuenire, nec in platea, nec in balneo præsumebant. Quibusdam etiam erat domi quoque manere periculosum, ita vt ciuitatem declinarent: multi siquidem viri, plurimèque mulieres nobili genere procreata, virginitate atque virtute vitæ laudabiles fugerunt. Socrates. Eo tempore etiam grande vehemens Constantinopoli & circa eius suburbana descendit. Quod factum est Consulatu eodem Honorij sexto, & Aristeneti, die trigesimo Septembris mensis, quod dicebant Dei ira factum, eò quod sine iudicio Ioannes fuisse condempnatus. Quibus verbis crementum dedit mors Augustæ continuè subsequuta. Quarto namque die post grandinem est defuncta. Sozomenus. Tum verò Cyrinus Calcedonenis Episcopus, qui Ioannem crebrò lacerauerat, sexto pede defunctus est. Socrates. Alij tamen dicebant, Ioannem hoc iuste perpeffum, eò quod multas Ecclesias Nouatianorum, quatuordecimannorum, & aliorum tulisset hæreticorum. Sozomenus. Eo tempore quidam lector Eutropius est decessit, quasi & ipse in Ecclesiam misisset ignem. Qui cum multa fuisset tormenta perpeffus, & coniectus in carcerem, paulò post est defunctus. Quid autè de eo cõtingerit, exilimo esse memorandum. Quidam vidit in somnis affuisse altari virum pulchritudine, & magnitudinè decoratum, quasi in honore martyris Stephani consistentem, & quasi cogitantem, eò quod boni viri nusquam inuenirentur, atque totam se circumire ciuitatem, & nisi Eutropium nullum penitus inuenisse. Cumque is qui viderat, expectatus fuisset, somnium retulit fidelibus viris. Deinde requirens eos qui à Præfecto comprehensiverant, & verberibus macerati, inuenit Eutropium, eique retulit visionem. At ille flens, orationem sibi dari ab eo qui viderat, implorauit. Cumque diuersos Præfectus torqueret, nec personas incendij reperiret, etiam mulieres quasdam tenens iudebat, vt Episcopi communionem amplecterentur Arsacij: & multæ quidem declinauerunt. Olympias autem iniustum credens malitiæ satisfacere, dixit: Adice mihi calumniatores, & violentiam maiorem impone: mihi verò fas non est communicare, & ea facere quæ piis non licet perpetrare. Quam cum nequisset flectere Præfectus vt communicaret Arsacio, tum dimissam, & paulò post tentam, multo nudauit auro, hoc modo credens ipsius frangi constantiam. Eo tempore Tigrius præbyter veste nudatus, & dorso cæsus, ita tensus est, vt pedum eius ac manuum articuli soluerentur. Socrates. Arsacius itaque quum modicum vixisset tempus, defunctus est, Consulatu sequenti Stilliconis secundo, & Anthemij, vndecimo die Nouembris mensis. Quo mortuo, de Episcopatu Constantinopolitano magna cepit esse contentio. Et propterea cum quatuor vacassent menses, sequenti Consulatu Arcadij

sexto, &

sexto, & Probi, Atticus ordinatur Episcopus, genere Armenius, habitu monachus, à iuuentute sua naturam sapientia decoratus. Theodoretus. Ea tempestate Cyrillus I theophili consobrinus, Alexandrinum suscepit Episcopatum. Hierosolymorum Ecclesiæ præfidebat Ioannes vir mirabilis successor Cyilli. Antiochiæ autem Alexander, vir sermone doctus, & virtutè ostendens magnis operibus. In enim Porphyrio succedens, qui post Flavianum fuerat ordinatus, multa reliquit monumenta clementiæ. Flavianus equidè sapientiæ subtilitate florebat. Porro sacratissimus Alexander conuersione summoque philosophi eloquio, & plurima donorum copia abundabat. Is namque etiam patrem Eustachij (quàm pridem Paulinus flectere non potuit, nec post illum Eutagrius) precibus vsus reliquo corpori copulauit, egitque festiuitatem, cuius similem nemo potuit aliquando videre. Nam quum omnes fideles (sumpsisset sacerdotes simul & populum, venit ad locum, ubi Eustachiani congregabantur. Apprehendensque psallentes, & vnum canticum in sub quadam congruentia prædicantes à porta vltima ciuitatis vsque ad maiorem Ecclesiam totam plateam compleuit hominibus, & ostendit fluium rationalem instar fluminis decurrentis. Hæc Iudæi videntes & Arriani, & paruæ reliquæ paganorum, ingemuerunt, videntes alios fluios in mare Ecclesiæ concurrentes. Is ergo Pontifex, Ioannis magni vocabulum ecclesiasticis *Ἀρσάκιος* primus inseruit. Huius doctoris reliquæ sepe in tempore in regiam ductæ sunt ciuitatem. Rursumque fidelissimus populus per pelagus quasi per terram currens vndas Bosphori lampadibus & cereis ¹² obuelauit. Hunc ergo thesaurum in illa ciuitate recondidit Imperator, qui sui aui & vocabulum sortitus est, & pietatem seruat inuiolabilem. Is in eius loculum defigens oculos atque frontem, pro Arcadio & Eudoxia genitoribus supplicauit, vt ignoratè delinquentibus veniam condonaret. Pridem enim moriturus fuit eius parentes hunc orphanum relinquentes. Sed patrum & progenitorum Deus, experientiam pupilli eum sentire non pertulit. Nam & piè nutriti fecit, & sine concussione metu custodit eius imperiū, atque tyrannorum consilia refrenauit. Is enim beneficiorum semper memor, honorabat beneficij largitorem, habebatque participes hymnorum forores seruantes conuersatione virginitatem, & delicias maximas iudicantes lacrorum meditationes eloquiorum, thesaurum inauferibilem existimantes manus egentium. Verum ipse Princeps multis etiam alijs adornatur, maximè verò clementia, mansuetudine, animi tranquillitate, nunquam recipientis tempestatem fide vera atque probabili. Cuius iudicium nos conuenit ostendere manifestum. Quidam vir conuersationis quidem monachicæ, sed asperior consilio, adiit Imperatorem pro quadam causa rogans. Cum hoc crebrò fecisset, nec ea quæ postulauerat imperasset, cum ab ecclesiastica communionem prohibuit, & imposito ei vinculo discessit. Verum fidelissimus Imperator ad palatium reuersus, tempore prandij presentibus conuuius ait: non se sumpturum cibum, nisi prius eius vinculum solueretur. ¹³ Ob quam rem misit ad ciuitatis Episcopum, rogans vt iuberet ei qui ligauerat, vt ipsius vincula solueret. Cumque dixisset Episcopus, non debere à quolibet obligationem recipi, & mādasse quòd solutus esset: ille tamen eius non suscepit solutionem, donec qui ligauerat multo labore requisitus, ei communionem quam prohibuerat, reddidisset.

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI,

per Suidam scripta, Alberto Lino Interprete.

Ioannes Antiochenis cognomento Chrysofomus, præbyter inter præcipuos Antiochiæ fuit, Eusebij verò Gmeleni philosophi, & Diodori sectator. Hic multa scripsisse dicitur, ex quibus libri de sacerdotio tum propter argumenti excellentiam & styli, tum propter verborum facilitatem, atque elegantiam, cæteris eius scriptis excellunt. His autem proximè accedunt & orationes in Psalmos Davidicos, & explanatio in Euangelium Ioannis. Nec non commentaria in Matthæum, Marcum & Lucam. Reliqua verò ipsius monumenta plura sunt, quàm vt ea quis numero complecti queat. Siquidem vniuersam Iudaicam, Christianamque scripturam ille commentarijs sic illustrauit, vt alius ante ipsum nemo: Martyrum verò laudationes adauxit, quum eas ipse nullo negotio ex tempore componeret, oratioque ex eius ore celerius quàm Nilij cataractæ, defluebat. Nemo itaque post hominum memoriam simili orationis copia abundauit, qua quidem ipse solus diues fuit, solusque iure & auro, & diuinum adeptus est nomen. Cæterum opera ab eo conscripta non est hominis percensere numerando, sed Dei potius, cui nota sunt omnia.

Hic sanctus Ioannes Chrysofomus summus continentie cultor fuit, ac vigilantissimus, & quietis amatissimus, temperantiaque zelo valde in castigando liber atque iracundus. Excandescens enim magis quàm modestia indulgebat: Quæ quidem libertate loquendi immodicè aduersus familiares vsus est. Atque in docendo quidem multum operæ ponebat, vt præ-

¹¹ Hæc cantū Eusebij scriptum.

¹² Vide in honore reliquiarum Ioannis accendi cereas & lampades.

¹³ Vide venerationem ab Imperatore sancto loco exhibitam. Vide denum huiusmodi eius supplicationem vt parentibus suis veniam condonaret.

¹⁴ Quæ omnia sunt contra falsa presentium hereticorum dogmata.

¹⁵ Nota quam reuerentiam excommunicationi impeditur Theodosius iunior, cum tamen a suo iudice non esset lata, & forte nec ob iniustam causam.

vt prodesset. In collocutionibus vero arrogans & contemptor ab iis qui eum haud ita bene norant, existimabatur. Quocirca creatus Episcopus maiore grauitate erga subiectos est usus, & mores, & verba ad cuiusque correctionem, & salutem mutans. Nequaquam igitur vt quis adulator non est, hic superbus est habendus. Neque rursus si quis adulator, & nequam fuerit, hic continē moderatus dicendus sit. Verum eum qui ordinem, & decorum ingeniuū cōsentaneum vult conferuare, magnanimum esse conuenit, non superbum, fortem, non audacē, humanum non abiectum, modeste de se sentientem, nequaquam autem humilitatem animi simulantem, liberalem, non seruilem, quemadmodum & ipse dicit: Idcirco pastorem & magistrū variū esse oportet, variū autem appello non subdolum, neque adulatorem & petulantem, sed multa libertate, & fiducia plenum, qui etiam norit, quotiescunque id res postulare videatur, sese vtiliter demittere, simulque benignum, & austerum esse. Neque enim subiecti vno & eodem modo omnes tractandi sunt, quando nec à medicis vna atque eadem aegrotatibus omnibus medicina est adhibenda, neque nauis gubernatori vna sequenda ratio pugnandi cum ventis. Perpende igitur qualēnam illum esse oportet, qui tantæ tempestati, atque eiusmodi factationi, tamque magnis fluctibus resistere debeat, vt fiat omnibus omnia, vt oēs lucrifaciat. Erenim grauem esse oportet talem virum, & minimē inflatum, terribilem & comēm, qui & dominum, & socium agere sciat, muneribus incorruptum, & pronum ad obsequia, summissum & inuictum, alacrem & placidum, vt aduersus hæc facile valeat expugnare. Cauendam est ergo homini qui in oculis omnium versatur, ac prudentia præditus est, ne ut aliis ipse adulator, aut adulatoribus aures peresfaciat, neue gloriosus sit, aut assentator, sed vtrorumque horum vitiōrum excessum corrigere oportet, & liberum esse, nec ad pertinaciam declinare, neque ad seruilem summisionem se abicere. Nam erga probos humilem esse oportet, erga audaces verò elatum. Quandoquidem illi modestiam virtutem esse arbitrantur, isti verò audaciā, fortitudinē, Quocirca aduersus illos humilitate est vtendū, in istos verò fortitudine, quæ eorum spiritus ab audacia sumptos extinguat, vt iis quidem prois, horum autem factum deprimas. Tempus enim est omni negotio, inquit Salomon. Hoc est tempus humilitatis, & potestatis, redarguendi & consolandi, parcē & libere loquendi, lenitatis & asperitatis, ac denique omnium. Quapropter interdum quidem præ se ferenda est humilitas, puerique in humilitate iuxta Dominicam vocem imitandi: interdum verò potestas excecenda (quando res ita fert) quam Christus dedit ad ædificationem, nequaquam autem ad destructionem. Ac sanè tempore consolationis suauitas est adhibenda: tempore verò seueritatis zelus præ se ferendus. Atq; in vnoquoq; aliorum similiter recta & iusta cogitatio suscipienda. Cogitationes enim iustorum iudicia sunt. Isidorus autem dicit: Principem & iustum & terribilem esse oportet, vt qui rectè viuunt securo animo sint. Qui verò peccant, metuunt. Nam alterum sine altero est disciplinæ dissolutio potius quam imperium. Si enim omnes dicto audientes, & virtutis amantes essent, sola benignitate esset opus. Si verò omnes improbi, & flagitiis dediti, metu. Verum quum & boni sint, & mali, vtraque principi & præfecto sunt vsurpanda.

Habetur in eius Martirologio, sub pridie Calē. Octob.

1 Vestem Christi illā intelligit, quæ post baptismū suū tū regenerati in diebantur.

2 Ecce quomodo sanctus pater nūdanarum disciplinarum studium adeptus est. Cur ergo volunt quidam nunc illud ab Ecclesijs amouere, nisi vt per eius modum non arguantur sobrius iusta sua.

3 Diuinarū libro, vt intelligentia, nō ex propria temeritate, sed ex maiorū scriptis & doctrinis haurienda est.



VITA SANCTI HIERONYMI

Præsbyteri, per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

A P V D Bethleem Iudæ depositio sancti Hieronymi præsbeyteri. Hic natus in oppido Stridonis, quod Dalmatię quondam Pannoniæq; confinium fuit, Patre Eusebio, vultem Christi puer Romæ suscepit, ibique Græcis ac Latinis apprime eruditus est. Postquam autem omne mundanarum & studium litterarum adeptus est, probatissimorum quoque monachorum habitum factūque imitatus est, Romanæ Ecclesię præsbeyter postmodum ordinatus.

Dumq; per trienniu continū charus acceptusq; populis veneraretur, omniumq; iudicio dignus esse summo sacerdotio decerneretur, quidam ex clericorum, monachorumque ordinibus, pro petulantia proque ingluuie discursantes, ad effugandum vrbe Hieronymum, qui vtrorumque eorum scribens vitium deprehenderat, insidias parauerunt. Verum ipse propter celorum regna, domum, parentes, sorores, cognatos, Romam egressus dereliquit, & Hierosolymam militaturus Deo pergens primo ad Gregorium Nazianzenum tunc Constantinopolitanæ vrbs Episcopum, supplex docilisq; discipulus accessit 2 vt sanctarum 3 scripturarum studiis erudiretur. Inde in Syriam perrexit, in possessionem Euagrii præsbeyteri aliquantulum commoratus. Ad deserta deinde loca ita lætus accinctusq; accessit, vt volasse eum magis quam melle crederes.

Quadrien-

Quadriennium itaque in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, exegit. Indeque ad Bethleë oppidum remeavit, vbi prudens animal ad præiepe Domini se obtulit permaniturum. Bibliothecam sanè suam, quàm sibi summo studioiple condiderat, omniumque librorum orationes, quas penè memoriter retinebat, iterum relegēs, diem 4 ieiuniis ducebat ad vesperam. Plures ad eum religiosorum, quibus vita eius fama comperta est, protinus confluerunt, bonumque doctorē, paruo adhuc sub iugurio, boni obseruauerē discipuli. Nec multò post, cellulas ibi ob discipulorum suorum copiam, & propter frequentiam aduentantium ad Bethleemiticam portam, quæ ad Occidentem conspicit, & egredientibus ad Septentrionem videtur, paruulum habitationis locellum cōstruxit, quibus verò missis, quantū laboribus Hebraicam linguam, atque Chaldaciam, literasq; Hebraicas didicerit, verbis eius edicam: Dum essem, inquit, iuuenis & solitudinis me deserta valarent, incensina visiorum, ardoremque naturæ ferre non poteram. Quam cū crebris iuuenis frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat, ad quas edomandas cuidam fratri qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi, vt post Quintilianum acumina, & Ciceronis fluuium, grauitaremque Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum discerem, ac stridentia, anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris sumplerim, quid sustinuerim difficultatis, quotiens desperauerim, quotiens cessauerim, & contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia mea. Armatas itaque fide, gratiamque Christi adeptus, Hebræorum volumina, quæ in Canone continentur, de Hebræo in Latinam linguam vertit, eaque penè omnia commentatus est. Vt ergo opera eius valde vtiliter confecta breuiter commemoremus, scripsit vitam Pauli Monachi, Epistolarum ad diuersos librum vnum. Ad Heliodorum exhortatoriā altercationem Luciferiani & Orthodoxi, Chronicō omnimodę historię. In Hieremiam & Ezechiel Homilias xxviii, quas de Græco in Latinum vertit. De Seraphin, de Olanna, de frugi, & luxurioso filio. De tribus questionibus legis veteris. Homelias in Canticis Cantico- rum duas. Aduersus Heluidiu de Mariæ virginitate perpetua, ad Eustochium de virginitate feruanda. Ad Marcellam epistolarum librum vnū. Cōsolatoriā de morte filię ad Paulum. In epistolam Pauli ad Galathas commentariorum libros tres. Ad Ephesios libros tres. In epistolam ad Titum librum vnum. In Epistolam ad Philemonem librum vnum. In Ecclesiasten cōmentarios quæstionē Hebraicarum. In Genesin librū vnum: De locis librum vnum. Hebraicorum nominum librum vnum. De spiritu sancto Dydimi, quem Latinum transtulit, librum vnum. In Lucam Homilias xxxviii. In Psalms à decimo vsque ad sextum decimum tractatus septem. Captiuum Monachum. Vitam beati Hilarionis. Nouum testamentum Græcæ fidei reddidit. Epistolarum autem ad Paulam & Eustochium incertus est numerus. Sexdecim Prophetarum volumina, quatuor & septuaginta libris editis, commentatus est. Inter has itaque numerosas operis sui paginas, centum & trigintaquinque virorum illustrium ecclesiasticorum scriptorū nomina, à passione Christi vsque ad quartum decimū Theodosij Imperatoris annum ordine degessit. Item contra Iouinianū libros duos, Apologeticum ad Pammachium. In Mattheum commentariorum libros quatuor. Enchiridion in Psalterium. Aduersus Vigilantium, contraque Pelagium luculentissima volumina edidit. De mansionibus quoq; filiorum Israël, & alia quàm plurima ad ædificationem ecclesię catholice pietate composuit. Tanta denique lassitudine fatigatus est, vt etiam in stracto suo iacens, funiculo trabe suspensio supinis apprehensio, erigeretur: vt scilicet officium monasterij prout poterat, exhiberet. Tandem post perfectam placitamque Deo conuersationem, nonagesimonono ætatis anno, apud Bethleë oppidū in pace quieuit, Pridie Calendas Octobris, duodecimo Honorij Imperatoris anno. Libros suos per quinquaginta & sex annos confecit.

4 Vide sancti patris longa ieiunia.

VITA DIVAE MONICAE MATRIS

S. Augustini, per eundem variis in locis descripta.



M i misisti manum tuam ex alto Domine Deus, & de hac profunda caligine erroris Manichæorum eruiisti animam meam: cum pro me ploraret ad te mater mea fidelis tua, amplius quàm flent matres corporea funera. Videbat enim illa moerentem meam ex fide & spiritu, quem ex te habebat, & exaudisti eam Domine. Exaudisti eam, nec despexisti lachrymas eius, cū profluentes rigarent terrā sub oculis eius, in omni loco orationis eius, & exaudisti eam. Nā vnde illud somnium quo eam consolatus es, vt viuere me fecerim, crederet, & habere secum eandem mēsam in domo, quod nolle coepert, amersans & detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stantem se in quadam regula linea, & aduenientem ad se iuuenem splendidum, hilarem, atq;

Ex lib. 3. Cōfessionū cap. 11. & 12.

gg

arridens.

arritentem sibi, cum illa esset mœrens, & mœmore confecta. Qui cum causas quaesisset ab ea mœstitiæ suæ, quotidianarumque lachrymarum docendi, ut aliolet nõ dicendi gratia: atque illa respondisset perditionem meam se plãgere, iussisse illũ quod secura esset, atque admonuisse ut attenderet & videret, vbi esset illa, ibi esse & me. Quod illa vbi attendit, vidit me iuxta se in eadem regula stantem. Vnde hoc nisi quia erant aures tuæ ad cor eius? O tu bone omnipotens, qui sic curas vnumquemque nostrũ, tanquam solum cures: & sic omnes, tanquam singulos. Vnde illud etiam, quod cum mihi narraisset ipsum visum, & ego ad id trahere conarer, ut illa se potius non desperaret futuram esse quod eram, continuo sine aliqua hæsitatione: Nõ, inquit, non enim mihi dictum est: Vbi ille, ibi & tu: sed: Vbi tu, ibi & ille. Confiteor tibi Domine recordationem meam quantum recolo, quod sæpe non tacui, amplius me isto per marem vigilantem responso tuo, quod tam vicina interpretationis fallitate turbata non est, & tã citò vidit quod videndũ fuit, quod ego certè antequã dixisset, non videram, etiam tum comotum fuisse quàm ipso somnio, quo seminã piã gaudium tantò post futurum, ad consolationem tunc præsentis solitudinis tantò antè prædictum est. Nã nouem ferme anni sequuti sunt, quibus ego in illo limo profundi, ac tenebris falsitatis, cum sæpe surgere conarer, & grauius alliderer, volutatus sum: cum tamen illa vidua casta, pia, & sobria, quales amas: iam quidem spe alacrior, sed sletu & gemitu non segnior, non desineret horis omnibus orationum suarum de me plangere ad te, & intrabant in conspectũ tuum preces eius, & me tamen dimittebas adhuc volui & inuolui illa caligine. Et dedisti alterũ responsum intetum quod recolo. Nam & multa prætereo, propter quod propero ad ea quæ me magis vrgent consiteri tibi, & multa non memini. Dedisti ergo alterum per sacerdotem tuum, quemdam Episcopum nutritum in Ecclesia, & exercitatum in libris tuis. Quem cum in semina rogasset, ut dignaretur mecum colloqui, & resellere errores meos, & dedocere me mala, ac docere bona (faciebat enim hoc, si quos fortè idoneos inuenisset) noluit ille, prudenter sanè, quantum tenses postea. Respondit enim me adhuc esse indocilem, eò quod in status essem nouitate hæresis illius, & nonnullis quæstionibus iam multos imperitos exagitassem, sicut illa indicauerat ei. Sed sine, inquit, illum ibi, & tantum roga pro eo Dominum, ipse legendo reperiet, quis ille sit error, & quanta impietas. Simul etiam narrauit se quoque paruulum à seducta matre sua datum fuisse Manichæis, & omnes penè non legisse tantum, verum etiam scriptitasse libros eorum, sibi que apparuisse nullo contra disputante & conuincente, quàm esset illa secta fugienda, itaque fugisse. Quæ cum ille dixisset, atque illa nollet acquiescere, sed instaret, magis deprecando, & vberim flendo ut me videret, & mecum dissereret, ille iam substomachans tædio: Vade inquit, à me, ita viuas: fieri enim non potest, ut filius istarum lachrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse inter colloquia sua mecum sæpe recordabatur, ac si de celo sonuisset.

Ex lib. 5. Confessio-
nũ ca. 8. p. 10.

Egisti etiam mecum Domine, ut mihi persaderetur Romam pergere, & potius ibi docere quod docebam Carthaginẽ. Et hoc vnde mihi persuasum sit, non præteribo consiteri tibi, quoniam & in his altissimi tui recessus, & præsentissima in nos misericordia tua cogitanda & prædicanda est. Non ideo Romam pergere volui, quod maiores quæstus, maiorque mihi dignitas ab amicis qui hoc suadebant, promittebatur: quanquam & ista ducebant animum tunc meum: sed illa tunc erat causa maxima, & penè sola, quod audiebam quietius ibi studere adolescentes, & ordinatiore disciplinæ coërtione sedari, nec in eius scholam quo magistro non vtuntur, passim & proteruè irruant, nec eos admitti omnino, nisi ille permiserit. Contrã apud Carthaginẽ sedata est, & intemperans licentia scholasticorum: Irrumpunt impudenter, & propè furiosa fronte perturbant ordinem quem quisque discipulis ad proficiendum instituerit. Multa iniuriola faciunt mira hebetudine, & puniendã legibus, nisi consuetudo patrona sit, hoc miseriore eos ostendens, quò iam quasi liceat, faciunt, quod per tuam æternam legem nunquam licebit, impunè se facere arbitrantur, cum ipsa faciendi cæcitate puniantur, & incomparabiliter patiantur peiora, quàm faciunt. Ergo quos mores cum studerem meos esse nolui: eos cum docerem, cogebat perpeti alienos, & ideo placebat ire vbi talia non fieri omnes qui nouerant, indicabant.

Verum autem tu spes mea, & portio mea in terra viuentium, ad mutandum terrarum locum pro salute animæ meæ, & Carthagini stimulos quibus inde auellerer, admovebas, & Romæ illecebras quibus attraherer, proponebas mihi per homines, qui diligebant vitam mortuam, hinc insana facientes, inde vana pollicentes, & ad corrigendos gressus meos vtebaris occultè & illorum, & mea peruersitate. Nam & qui perturbabant ocium meum, fœda rabie cæci erant: & qui inuitabant ad aliud, terram sapiebant. Ego autem qui detestabar hic veram miseriam, illic falsam felicitatem apperebam. Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu sciebas Deus, nec indicabas mihi, nec matri, quæ me profectum atrociter planxit, & vsque

& vsque ad mare sequuta est, sed fesselli eã violenter me tenentem, ut aut reuocaret, aut mecum pergeret, & finxi me amicũ nolle deserere, donec vëto factò nauigarer. Et mœtitus sum matri, & illi matri, & euasi. Quia & hoc tu dimisisti mihi misericorditer, seruans me ab aquis maris, plenum execrandis fordibus vsque ad aquam gratiæ tuæ, qua me abluto, siccarètur flumina maternorum oculorum, quibus pro me quotidie tibi rigabat terram sub vultu suo, & tamè reculantem sine me redire, vix persuasi ut in loco qui proximus nostræ nauis memoria beati Cypriani, maneret ea nocte. Sed in ea nocte clanculò ego profectus sum: illa autem remansit orando & flendo. Et quid à te petebat Deus meus, tantis lachrymis, nisi ut nauigare me non sineres? Sed tu altè consulens & exaudiens cardinem desiderij eius, non curasti quod tunc petebat, ut in me faceres quod semper petebat. Flauit ventus, & impleuit vela nostra, & litus subtraxit aspectibus nostris. In quo mane illa insaniebat, dolore & querelis, ac gemitu implebat aures tuas contèntentes ista, cum & me cupiditatibus meis raperes ad finiendas ipsas cupiditates, & illius carnale desiderium iusto dolorum flagello vapularer. A mabar enim secum præsentiam meam more matrum, sed multis multò amplius, & nesciebat quid tu illi gaudiorũ facturus esses de absentia mea. Nesciebat, ideo flebat & eiulabat: atque illis cruciatibus arguebatur in ea reliquiarum Euæ, cum gemitu quærens, quod cum gemitu pepererat. Et tamen post accusationem fallaciarum & crudelitatis meæ, conuersa rursus ad deprecandum te pro me, abiit ad solita, & ego Romam. Et ecce excipior ibi flagello ægritudinis corporalis, & ibam iam ad inferos, portans omnia mala quæ commiseram, & in te, & in me, & in alios, multa & grauiã super originalis peccati vinculum, quo omnes in Adam morimur. Non enim quicquam eorum mihi donaueras in Christo, nec soluerat ille in carne sua inimicitias, quas tecum contraxeram peccatis meis. Quomodo enim eas solueret in cruce phantasmatis, quod de illo crediderat? Quàm ergo falsa mihi videbatur mors carnis eius, tã vera erat animæ meæ: & quàm vera erat mors carnis eius, tã falsa vita animæ meæ, què id nõ credebatur. Et ingrauescentibus febribus iam ibam & peribam. Quò enim irem, si tunc abire hinc, nisi in ignem atque tormenta digna factis meis in veritate ordinis tui? Et illa hoc nesciebat, & tamen pro me orabat absens. Tu autem vbique præsens: vbi erat, exaudiebas eam: & vbi eram, miserabar mihi, ut recuperarem salutẽ corporis mei, adhuc insanus corde sacri lego. Neque enim desiderabam in illo tanto periculo baptismum tuum, & melior eram puer, quando illum de matris pietate flagitauit, sicut iam recordatus atque confessus sum, sed iam in dedecus meum creueram, & consilia medicinæ tuæ demens irridebam, qui me non sinitisti talem bis mori. Quo vulnere si feriretur cor matris, nunquam sanaretur. Non enim satis eloquor quid erga me habebat animi, & quantò maiore sollicitudine parturiebat me spiritu, quàm carne pepererat. Non itaque video quomodo sanaretur, si mea talis illa mors transuerberasset viscera dilectionis eius. Et vbi essent tantę preces, & tam crebræ sine intermissione? Nusquam nisi ad te. An verò tu Deus misericordiarum sperneres cor contritum, & humiliatum viduæ castæ & sobriæ, frequentantis elemosynas, obsequentis, atque seruientis sanctis tuis, nullum diem prætermittentis oblationem ad altare tuũ, bis in die manè & vespere ad Ecclesiam tuam sine vlla intermissione venientis, non ad vanas fabulas, & aniles loquacitates, sed ut te audiret in tuis sermonibus, & tu illam in suis orationibus? Huius ne tu lachrymas, quibus non à te aurum & argentum petebat, nec aliquid murabile aut volubile bonum, sed salutem animæ sui, tu cuius munere talis erat, contemneres, & repelleres ab auxilio tuo? Nequaquam Domine: imò verò aderes, & faciebas ordine quo prædestinaueras esse faciendũ. Abire vt tu falleres eam in illis visionibus, & responsis tuis, quæ iam commemorauit, & quæ non commemorauit, quæ illa fideli pectore tenebat, & semper orans, tanquam chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris enim, quoniam in seculum misericordia tua, eis quibus omnia debita dimittis, etiam promissionibus tuis debitor fieri. Recreasti me ab illa ægritudine, & saluum fecisti filium ancillę tuę: tunc interim corpore, vt esset cui salutem meliorem atque certiorẽ dares.

Spes mea à iuuentute mea, vbi mihi eras, & quò recesseras? An verò non tu feceras me, & discreueras me à quadrupedibus & volatilibus cœli? Sapientiorẽ me feceras, & ambulabam per tenebras & lubricum, & querebam te foris à me, & non inueniebam Deum cordis mei, et veneram in profundum maris, et diffidebam, et desperabam de inuentione veri. Iam venerat ad me mater pietate fortis, terra marique me sequens, & in periculis omnibus de te secura. Nam & per mârã discrimina ipsos nautas consolabatur, à quibus rudes abyssus viatores, cum perturbantur, consolari solent, pollicens eis peruentum cum salute, quia hoc ei tu per visum pollicitus eras. Et inuenit me periclitantem quidẽ grauitè desperatione indagandæ veritatis. Sed tamen ei cum indicassem, non me quidem iam esse Manicheum, sed neque catholicum Christianum, non quasi inopinatum aliquid audierit,

vide qualis fuerit: vita sanctissimã matris mulieris.

Ex lib. 5. Confessio-
nũ cap. 1. & 2.

exiliuit læticia, cum iam secura fieret ex ea parte miseræ meae, in qua me tanquam mortuū, sed resuscitandum tibi flebat, & feretro cogitationis eiserebat, ut diceret filio viduæ. Iuuenis tibi dico, surge: & reuiuifceret, & inciperet loqui, & redderes illum matri suæ. Nulla ergo turbulenta exultatione exultauit cor eius, cum audisset ex tanta parte iam factum, quod tibi quotidie plangebat, ut fieret, veritatem me nondum adeptum, sed falsitati iam ereptum, imò verò quia certa erat, & quod restabat te daturum, qui totum promiseras, placidissimè & pectore pleno fidaciè respondit mihi credere se in Christum, quod prius quam de hac vita emigraret, me visura eisere hedelem Catholicum: & hoc quidem mihi, tibi autem fons misericordiarum preces & lachrymas denfiores, ut accelerares adiutorium tuum, & illuminares tenebras meas, & studiosius ad Ecclesiam currerem, & in Ambrosij ora suspenderer, ad fontem salientis aquæ in vitam æternam. Diligebat autem illum virum sicut Angelum Dei, quod per illum cognouerat, me interim ad illam ancipitem fluctuationè iam esse perductum, per quã tranfitorium me ab ægritudine ad sanitatem intercurrente acriore periculo, quasi per accessionem, quam criticam Medici vocant, certa præsumebat. Itaque cum ad memorias sanctorum, sicut in Aphrica solebat, pultes ad panem & merum attulisset, atque ab ostiario prohiberetur, ubi hoc Episcopum ueruisse cognouit, tam piè atque obedièter complexa est, ut ipse mirarer, quòd tam facillè accusatrix potius consuetudinis suæ, quam discipulatrix illius prohibitionis effecta sit. Non enim oblidebat spiritum eius vinolentia, eamque stimularat in odiū veri amor vini, sicut plerisque mares & fœminas, qui ad canticum sobrietatis, sicut ad potionem aquatam madidi nauſeant. Sed illa cum attulisset canistrum cum solemnibus epulis prægustandis atque largiendis, plus etiam quam vnum pozillum pro suo palato satis sobrio temperatum, vnde indignationem sumeret non ponebat, Et si multa essent quæ illo modo videbantur honorandæ memoriæ sanctorum, idem ipsum vnum quod vbi que poneret circumferebat, quo iam non solum aquatissimo, sed etiã tepidissimo cum suis præsentibus per forbitiones exiguas partiretur, quia pietatem ibi quærebat, non voluptatem. Itaque ubi comperit à præclaro prædicatore atque Antifite pietatis præceptum esse, ista non fieri nec ab eis qui sobriè facerent, ne vlla occasio se ingurgitandi daretur ebriositas, & quia illa quasi parentalia iuperfitioni Gentilium essent simillima: abstinuit se libentissimè, & pro canistro pleno terrenis fructibus, plenum purgatoribus votis pectus ad memorias martyrum afferre dicerat, & ut quod posset daret egentibus, & si 2. communicatio Dominici corporis illic celebraretur, cuius passionis imitatione immolati sunt martyres. Sed tamè videtur mihi Domine Deus meus, & ita est in conspectu tuo de hac re cor meum, non facillè fortasse de hac amputatã consuetudine matrem meam fuisse cessuram, si ab alio prohiberetur, quem non sicut Ambrosium diligebat, quem propter salutem meam maximè diligebat: eam verò ille propter eius religiosissimam conuersationem, quia in bonis operibus tam feruè spiritu frequentabat Ecclesiam, ita ut saepe erumperet, cum me videret in eius prædicatione, gratulās mihi quòd talem matrem haberem, nesciens qualem illa me filium, qui dubitabam de illis omnibus, & inuenire posse viam vitæ minimè putabam. Atque interea mater ingressa est, quæsiuitque à nobis quid promouissemus, nam & ei quæstio nota erat. Cuius & ingressum & rogationem cum scribi nostro more iussissem. Quid agit, inquit, nunquid nam in illis quos legitis libris etiam fœminas vnquam audiui in hoc genus disputationis inducta? Cui ego: Non valde curro, inquam, superbiorum imperitorumque iudicia, qui similiter in legendos libros, atque in salutandos homines irruunt. Non enim cogitant quales ipsi, sed qualibus induci vestibus sint, quanta pompa rerum, fortunæque præfulgeant. Isti enim in literis non multum attendunt, aut vnde sit quæstio, aut quòd peruenire differentes moliantur, quidue ab eis explicatum atque confectum sit. In quibus tamen quia nonnulli reperiuntur quorum animi contemnendi non sunt, aspersi sunt enim quibusdam condimentis humanitatis, & facillè per aureas depictasque ianuas ad sacrosancta philosophiæ penetralia perducuntur, satis eis fecerunt & maiores nostri, quorum libros tibi nobis legentibus notos esse video. Et his temporibus, ut omittam cæteros, ut & ingenio & eloquentia & ipsis insignibus muneribus fortunæ, & quod ante omnia est, mente præstantissimus Theodorus, quem bene ipsa nosti, id agit, ut & nunc, & apud posteros nullum genus hominum de literis nostrorum temporum iure conqueratur. Mei autem libri, si quorum fortè manus tetigerint, lætisque meo nomine non dixerint, ista quis est: codicemque proiecerint: sed vel curiosi, vel nimium studiosi contempta vtilitate liminis intrare perrexerint, me tecum philosophantem non molestè ferent, nec quenquam istorum, quorum meis literis sermo miscetur, fortasse contemnent. Sunt enim non solum libri, quod cuius disciplinæ liberali, nedum philosophiæ satis est, sed summo apud suos loco nati. Doctissimorum autem hominum literæ etiam sutores philosophatos, & multò viliora fortunarum genera continent. Qui tamen tanta ingenij virtutisque

Est communicatio Dominici corporis illic celebratur.

Ex lib. 1. de ordine in fine.

hæc fulserunt, ut bona sua cum qualibet huiuscemodi nobilitate nullo modo vellent etiam si possent, vlla conditione mutare. Nec deerit, mihi crede, tale hominum genus, cui plus placeat hoc ipsum, quia mecum philosopharis, quam si quid hic aliud aut iucunditatis aut grauitatis inueniret. Nã & fœminæ sunt apud veteres philosophatæ, & philosophia tua mihi plurimum placet. Nam ne quid mater ignores, hoc Grecum verbum, quod φιλοσοφία nominatur, latinè, amor sapientiæ dicitur. Vnde etiam diuine scripturæ, quas vehementer amplectis, non omnino philosophos, sed philosophos huius mundi euitandos atque irridendos esse præcipiunt. Esse autem alium mundum ab istis oculis remotissimum, quem paucorū sanctorum intellectus intuetur, satis Christus ipse significat, qui non dicit: Regnum meum non est de mundo: sed, Regnum meum non est de hoc mundo. Nam quisquis omnè philosophiã fugiendam putat, nisi nos vult aliud quàm non amare sapientiam. Contemnerem te igitur in his literis meis, si sapientiam non amares: non autem contemnerem, si eam mediocriter amares, multò minus, si tantum tanquam ego amares sapientiam. Nunc cum eam multò plus quàm meipsum diligas, & nouerim quantum me diligas: cumque in ea tantum proteceris, ut iam nec cuiusvis incommodi fortuiti, nec ipsius mortis, quod viris doctissimis difficillimum est, horrore deterrearis, quam summam philosophiæ arcem omnes esse consentunt, egone me non libenter tibi etiam discipulum dabo? Hic illa cum blandè ac religiosè non quàm me tantum mentitum esse dixisset, & viderem tam multa nos verba fuisse, ut neque scribenda non essent, & iam libri modus esset, neque tabulæ reliquæ forent, placuit quæstionem differri, simul ut meo stomacho parcerem. Nam cum plus quàm vellem commouerant ea quæ mihi euomenda in illos adolefcentes necessariò visa sunt. Sed cum abire cœpissimus. Memerò, inquit, licentius, quàm multa, & quàm necessaria nobis abs te accipienda per occultissimū illum diuinumque ordinem, etiam te nesciente, subministrantur. Video, inquam, & ingratus Deo non sum, vosque ipsos qui aduertitis ob id ipsum præsumo fore meliores. Hoc fuit tantum illo die negotium meum. Non 3. longè cœperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis & exhortationis celebrare, magno studio fratrum concinnantium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multò amplius, cum Iustina Valentiniani regis pueri mater, hominem tuum Ambrosium persequeretur hæresis suæ causã, qua fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo suo, seruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, sollicitudinis & 4. vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuabat. Nos adhuc frigidè à calore spiritus tui: excirabamur tamen ciuitate artonita atque turbata. Tunc hymni & psalmi ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est, & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac penè omnibus 5. gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus. Tunc memorato Antistiti tuo per vñum aperuisti, quo loco laterent martyrum corpora Prothasij, & Geruasij, quæ per tot annos incorrupta in thesauro secreti tui recondideras, vnde oportune promeres ad coerendam rabiem fœmineam, sed regiam. Cum enim propalata & effossa digno cum honore 6. transferrentur ad Ambrosianam Basilicam, non solum quos immundi vexabant spiritus, confelsis eisdem dæmonibus sanabantur, verum etiam quidam plures annos cæcus ciuis, ciuitatiq; notissimus, cum populi tumultuantis læticiæ causam quæsiisset atque audisset, exiliuit, eoque se ut duceret, suum ducem rogauit. Quo perductus, impetrauit admitti, ut sudario tangeret pheretrum pretiosæ in conspectu tuo mortis sanctorum tuorum. Quod ubi fecit, atque admouit oculis, confelsim aperti sunt; inde fama discurrens, inde laudes tuæ feruentes lucentes, inde illius inimicæ animus, etsi ad credendi sanitarum non applicuit, à persequendi tamen furore compressus est. Gratias tibi Deus meus. Vnde & quò eduxisti recordationem meam, ut hæc etiam confiterer tibi, quæ magna oblitus præterieram? Et tamen tunc cum ita fragraret odor vnguentorum tuorum, non currebamus post te, & ideo plus flebam inter cantica hymnorum tuorum, olim suspirans tibi, & tandem respirans, quantum pater aura in domo scœnea.

Qui habitare facis vnanimis in domo, confociasti nobis & Etodium iuuenem ex nostro municipio. Quicum agens in rebus militaret, prior nobis ad te conuersus est & baptizatus, & relicta militia seculari, accinctus est in tua. Simul etiam, simul habitabamus, placito sancto querebamus quisnam locus nox vtilius haberet, seruitentes tibi, pariter remeabamus in Aphricam. Et cum apud Ostia Tiberina essemus, mater defuncta est. Multa prætereo, quia multum festino. Accipe confelsiones meas, & gratiarum actiones Deus meus de rebus innumerabilibus etiam in silentio. Sed non præteribo quicquid mihi anima parturit de illa famula tua, quæ me parturiuit: & carne, ut in hanc temperem: & corde, ut in æternam lucem renasceret. Non eius, sed tua dicam dona in ea, neque enim seipsam fecerat, aut educauerat seipsam. Tu creasti eam, nec pater nec mater sciebat qualis ex

Ex lib. 9. confelsio cap. 7. vique ad 13. inclusive.
Ecclesia Mediolanensis genus hoc consolationis & exhortationis, nō tōtō celebrare cœperat magno studio fratrum concinnantium vocibus & cordibus.
Ecclesia & orationes in cōmuni.
Vnde ortum hæuerit hymnorum et psalmorum in cæteris mūdī Ecclesiis decantatio secundum morem Orientalium Ecclesiarum.
In translatione sanctorum nartyrum vexati a spiritibus immundis sanabantur ipsi dæmonibus cōprensibus, et cæcus vñum regem cœperat.

consumpta spe huius seculi. Vnum erat propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, vt te Catholicū Christianū viderem priusquam morerer: cumulatius hoc mihi Deus meus praestitit, vt te etiam contempta felicitate terrena, seruum eius videam. Quid hic facio? Ad hæc ei quid responderim, non latet recolo. Tum interea vix intra quinque dies, aut nō multo amplius decubuit febribus. Et cum ægrotaret quodam die, defectum animæ passa est, & paululum subtracta à presentibus. Nos concurrimus, sed cito reddita est sensui, & aspectu altæque, me & fratrem meum, & ait nobis quasi quærenti similis: Vbi eram? Deinde nos intuens mærore attonitos: ponetis hic, inquit, matrem veltram. Ego fitebam, & sletum frenabam. Frater autem meus quiddam locutus est, quo eam non peregrè, sed in patria defungi tāquam felicius optaret. Quo audito illa vultu anxio reuerberans eum oculis quod talia saperet, atque inde me intuens, vide, ait, quid dicit: Et mox 7 ambobus: ponite, inquit, hoc corpus vbi vultis, nihil vos eius cura conturbet. Tantum illud vos rogo, vt ad Dominum 8 altare memineritis mei, vbi fueritis. Cumque hanc sententiam verbis quibus poterat explicasset, conticuit, & ingravescente morbo exercebatur. Ego verò cogitans dona tua deus me inuisibilis, quæ immittis in corda fidelium tuorum, & proueniunt inde fruges admirabiles, gaudebam, & gratias agebam tibi, recolens quoddam noueram quanta curæ semper aestuasset de sepulchro, quod tibi prouiderat & præparauerat iuxta corpus viri. Quia enim valde concorditer vixerant, id etiam volebat, vt est animus humanus minus capax diuinorum, adiungi ad illā felicitatem, & commemorari ab hominibus, concessum sibi esse post transmarinam peregrinationem, vt eoniūcta terra amborum coniugum terra tegetetur. Quando autem ista inanitas plenitudine bonitatis tuæ cœperat in eius corde non esse, nesciebā, & lætabar, admirās quoddam mihi apparuisset: quanquam in illo sermone nostro ad fenestram cum dixit: iam quid hic facio, nō apparuit desiderare in patria mori. Audiui etiam postea, quod iā cum Otiis esse mus, cum quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodam die de contemptu vitæ huius, & bono mortis, vbi ipse non aderam: Illi quæ stupentibus virtutem femine quam tu dederas ei, quærentibusque vtrum non formidaret tam longè à sua ciuitate corpus relinquare: nihil, inquit, longè est Deo, neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine seculi, vnde me resuscitet. Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo & sexto anno ætatis suæ, trigesimo & tertio ætatis meæ, anima illa religiosa & pia corpore soluta est. Premebam oculos eius, & confluabat in præcordia mea mœlitudine ingens, & trasfluebat in lachrymas, ibidemque oculi mei violento animi imperio resorbebant fontem suum vsque ad siccitatem, & in tali luctamine valde malè mihi erat. Tum verò vbi efflauit extremum spiritum, puer Aedeodatus exclamauit in plangentem, atque ab omnibus iuuenis coërcitus tacuit. Hoc modo etiam meum quiddam puerile quod labeatur in sletus, iuuenili voce cordis coërcēbatur & tacebat. Neque enim decere arbitrabamur, sumus illud questibus lachrymosis gemitibusque celebrare: quia his plerumque solet deplorari quædam miseria morientium, aut quasi omnimoda extinctio. At illa nec miserè moriebatur, nec oīno moriebatur. Hoc & documētis morum eius, & fide non ficta, rationibusque certis tenebamus. Quid erat quod intus mihi grauitèr dolebat, nisi ex consuetudine simul viuendi dulcissima & charissima repente simul dirupta, vulnus recēs? Gratulabar quidem testimonio eius, quod in ea ipsa ægritudine obsequiis meis interblandiens appellabat me pium, & commemorabat grandī dilectionis affectu, nunquam se audisse ex ore meo iaculatum in se durum: aut contumeliosum sermonem. Sed tamen quid tale Deus meus qui fecisti nos, quid comparabile habebat honor à me delatus illi, & seruitus ab illa mihi? Quoniam itaque deserebat tam magno eius solatio, fauciabatur anima mea, & quasi dilaniabatur vita, quæ vna facta fuerat ex mea & illius. Cohibito ergo à sletu illo puero, 9 Psalterium aperuit Enodius, & cantare cœpit psalmum. Cui respōdebamus omnis domus: Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Audiro autem hoc, conuenerunt multi fratres ac religiosæ femine, & de more illis quorum officium erat funus curantibus, ego in parte vbi decenter poteram cum eis qui me nō deserēdū esse cesebant, quod erat tēpori congruū disputabā, eodēq; fomento veritatis mitigabam cruciatum tibi notum, illis ignorantibus, & inuentē audientibus, & sine sensu doloris me esse arbitrantibus. At ego in auribus tuis, vbi eorum nullus audiebat, increpabam molliciem affectus mei, & constringebam fluxum mæroris, cedebatque mihi paululum rursusque impetu suo ferebatur, non vsque ad eruptionem lachrymarum, nec vsque ad vultus mutationem, sed ego sciebam quid corde premerem. Et quia mihi vehementer displicebat tantū in me posse hæc humana, quæ ordine debito & forte conditionis nostræ accidere necesse est, alio dolore dolebam dolorem meum, & duplici tristitia macerabar. Cū ecce corpus elatum est, imus & redimus sine lachrymis. Nam neque in eis precibus quas tibi sudimus, cū offerretur pro ea 10 sacrificium precij nostri, iam iuxta sepulchrū posito caduere priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, nec

7 Quo sancta mater voluit filios curari ab curam sepulture suæ, mi detque corpus sui vbi vultis, non prestat argumētum hereticis, dicentibus sepulture negligēdi esse, & nō curandā. Quid B. Iocuna loquitur, quod in quocumque loco, hoc est, ciuitate vel oppido moreretur, ibi poneretur, quod iā apud virū iū, vt manifeste patet ex sequentibus. Non autē reuēit, p̄ pietate Christiana cura de eius sepultura habeatur. 8 Vides autē quomodo Christiana traditio est, hanc nos & psalmos in defunctorum fidelium sepulture decantare. 9 Ecco quomodo Christiana traditio est, hanc nos & psalmos in defunctorum fidelium sepulture decantare. 10 Vides quomodo aliquis mos est celebrare Missas, pro animabus defunctorum: Vides etiā quod Missa appellatur sacrificium?

nec in eis precibus ego fleui, sed toto die grauitèr in occulto mœstus eram, & mēte turbata rogabam te vt poteram, quod sanares dolorem meum, nec faciebas, credo commendans memoriam meæ, vel hoc vno documento, omnis consuetudinis vinculum, etiam aduersus mentē, quæ iam nō fallaci verbo pascitur. Vltimum etiam mihi est vt irem lauatim, quod audieram inde balneis nomen inditum, quia Græci βαλνεῖον dixerint, quod anxietatem pellat ex animo. Ecce & hæc confiteor misericordie: tuæ pater orphanorum, quoniam laui, & talis eram, qualis prius quàm lauifui. Neque enim exudaite de corde meo mæroris amaritudo. Deinde dormiui, & euigilaui, & non parua ex parte mitigatum inueni dolorem meum, atque vt eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosij tui: Tu es enim Deus creator omnium, poli que rector: vestiens diem decore lumine. Noctem soporis gratia. Artus solutos vt quies Reddar laboris vsui, Mentēque festas alleuet, Luctusq; soluat anxios. Atque inde paulatim reducēbam in pristinum sensum ancillam tuam, conuersationemque eius piam in te & sanctam, in nos blandam atque morigeram, quæ subito destitutus sum, & libuit flere in conspectu tuo de illa & pro illa, de me & pro me. Et dimisi lachrymas, quas continebam, vt effluerent quantum vellent, subternēs eas cordi meo: & requieuit in eis, quoniam ibi erant aures tuæ, non cuiusquam hominis superbè interpretantis ploratum meum. Et nunc Domine cōfiteor tibi in literis: Legat qui volet, & intepretetur vt volet, & si peccatum inuenerit fleuisse me matrem exigua parte horę, matrem oculis meis interim mortuam, quæ me multos annos fleuerat, vt oculis tuis uiuerem: non irideat, sed potius si est grādis charitate, pro peccatis meis fleat ipse, ad te pater omnium fratrum Christi tui. Ego autem iam sanato corde ab illo vulnere in quo poterat redargui carnalis affectus, tundo tibi Deus noster pro illa famula tua longè aliud lachrymarum genus, quod manat de concusso spiritu consideratione periculorum omnis animæ quæ in Adam moritur. Quanquam illa in Christo viuificata, etiam mundum carne resoluta, sic vixerit, vt laudetur nomen tuum in fide moribusque eius, non tamen audeo dicere, ex quo eam per baptismum regenerasti, nullum verbum exiit ab ore eius contra præceptum tuum. Et dictum est à veritate filio tuo: Si quis dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennę ignis. Et vñ etiā laudabili vitę hominum, si remota misericordia discutiās eam. Quia verò non exquiris delicta vehementer, fiducialiter speramus, aliquem apud te locum inuenire indulgentię. Quisquis autē tibi enumerat vera 11 merita sua, quid tibi enūmerat nisi munerata tua? O si cognoscant se omnes homines, & qui gloriantur in Domino glorientur. Ego itaque laus mea & vita mea, Deus cordis mei, sepelitis paulisper bonis eius actibus, pro quibus tibi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis, matris meę deprecor te, exaudi me per medicinam vulnere nostrorum quæ pependit in ligno, & sedens ad dexteram tuam, te interpellat pro nobis. Scio misericorditer operatum, & ex corde dimisisse debita debitoribus suis: dimittē illi & debita sua, si quo etiam contraxit per tot annos post aquam salutis. Dimitte Domine, dimitte obsecro, ne intres cum ea in iudicium. Superexalter misericordiam iudicium, quoniam eloquia tua vera sunt, & promissisti misericordiam misericordibus. Quod vt essent, tu didisti eis: qui miseraberis, cui misereturis: & misericordiam tuam præstabis, cui misericors fueris. Et credo iam feceris quod te rogo, sed voluntaria oris mei approba Domine. Namque illa imminente die resolutionis suę non cogitauit suum corpus sumptuosè contegi aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit, aut curauit sepulchrum patrium. Nō ista mandauit nobis, sed tantummodo 12 memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei prætermisio seruauerat, ynde sciret dispensari victimam sanctam, qua deletum est chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis computrans delicta nostra, & quærens quid obiciat, & nihil inueniens in illo in quo vicimus. Quis ei refundet innocentem sanguinem? Quis ei restituet precium quo nos emit vt nos auferat ei? Ad cuius precij nostri sacramentum, ligauit ancilla tua animam suam vinculo fidei. Nemo à protectione tua dirumpat eam. Non se interpretat nec vi nec infidiis leo & draco: neque enim respondebit illa nihil se debere, ne conuincatur & obtineatur ab accusatore callido: sed respondebit dimissa debita sua ab eo cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit. Sit ergo in pace cum viro, ante quem nulli, & post quem nulli nupta est, cui seruiuit fructum tibi afferens cū tolerantia, vt eum quoque lucraretur: Et inspira Domine Deus meus, inspira seruis tuis fratribus meis, filiis tuis dominis meis, quibus & voce, & corde, & literis seruiuo, vt quotquot hæc legerint, 13 meminerint ad altare tuum Monica famulæ tuæ, cum Patricio quoddam eius coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam quemadmodū nescio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria, & fratrum meorum sub te patre in matre catholica, & ciuium meorum in æterna Hierusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu vsque ad reditum, vt quod à me illa poposcit extremū, vberius ei præstetur in multorum 14 orationibus, tam per cōfessiones, quàm per orationes meas.

11. Merita omnium sanctorum, nō sunt nisi dona Dei. Vnde sancti & vera habent merita, & a Deo habent quicquid habent, ex gloria Christi est cuiuslibet meritum Christiani. 12. Vides & hic fieri memoriam defunctorum ad altare Domini ex antiquo instituto, & in eodē altari dispensari victimam sanctam, qua deleta sunt peccata nostra, hoc est, verū Christi corpus. 13. Meminerint ad altare tuum Monica & famulæ tuæ cū Patricio quoddam eius coniuge. 14. Ecco quomodo animæ defunctorum iuuantur orationibus viuentium.

ponensis Episcopi, per Possidonium Calamensem Episcopū eius discipulum scripta.

Habetur Tom. 11 operū D. August. Episcopi.



INSPIRANTE rerum omnium factore & gubernatore Deo, mei memor propofiti, quo per gratiam Saluatoris omnipotentis, ac per diuinæ trinitatis fidem seruire decreuit, & antea in vita Laicorum, & nunc in officio Episcoporum, studens ex qualicumque accepto ingenio & sermone ædificationi prodesse sanctæ ac veræ Christi Domini Catholicæ Ecclesiæ, de vita ac moribus prædestinati, & suo tempore præsentati sacerdotis optimi Augustini, quæ in eodem vidi, ab eodemque audiui, minimè reticere debeo. Id enim etiam ante nos factitatum fuisse à religiosissimis sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ viris legitimis & comperimus, qui diuino afflati spiritu, sermone proprio atque stylo, & auribus & oculis scire volentium dicendo & scribendo similia, studiosorum notitiæ intulerunt, quales quantique viri ex communi Domini gratia in rebus humanis, & viuere, & vsque in finem obitus perseverare meruerunt. Idcirco ipse quoque dispensatorum omnium minimus, fide non ficta, qua Domino dominantium omnibus bonis seruiendum & placendum est fidelibus, de prædicti venerabilis exortu viri, & procurfu & debito sine, quæ per eum didici & expertus sum, quàm plurimis annis eius inhærens charitati, vt Dominus donauerit, explicandum suscepi. Verum summam quæso maiestatem, quò munus huiusmodi à me arreptum ita geram & peragā, vt nec patris lumen offendam veritatem, nec bonorum Ecclesiæ filiorum vlla ex parte fraudare videar charitatem. Nec enim attingam ea omnia insinuare, quæ idem beatissimus Augustinus in sua confessionum libris de semetipso, qualis ante perceptam gratiam fuerit, qualisque iam sumpta viueret, designauit. Hoc enim facere voluit, vt ait Apostolus: Ne de se quisquam hominū suprà quàm se esse nouerat, aut de se auditum fuisset, crederet vel putaret, humilitatis sanctæ more verens, & iam nullum fallens, sed laudem non suam, sed sui Domini de propria liberatione ac munere querens, ex iis videlicet, quæ iam perceperat, & fraternas preces poscens de iis quæ accipere cupiebat. Sacramentum igitur regis, quod angelica autoritate prolatum est, bonum est abscondere: opera autem Domini reuelare & confiteri, honorificū est. Igitur beatissimus Augustinus ex provincia Africana ciuitate Thagastensi, de numero curialium, parentibus honestis & Christianis progenitus erat, alicuique ac nutritus eorum cura ac diligentia impensisque, secularibus literis eruditus apprimè, omnibus videlicet disciplinis imbutus, quas liberales vocat. Nam & Grammaticam prius in sua ciuitate, & Rhetoricam in Africæ capite Carthagine postea docuit. Consequenti etiam tempore trans mare in vrbe Roma & apud Mediolanum, vbi tunc temporis Imperatoris Valentiniani minoris comitatus fuerat constitutus. In qua vrbe tunc episcopatum administrabat acceptissimus Deo, & in optimis viris præclarissimus sacerdos eximius Ambrosius. Huius interea verbi Dei prædicatoris frequentissimis, in Ecclesia disputationibus astans in populo, intēdebat suspensus atque afflixus. Verum aliquando Manichæorum apud Carthaginem adolēscēs fuerat errore seductus, & ideo cæteris suspensior aderat, ne quid vel pro ipsa vel contra ipsam hæresim diceretur. Sed prouenit Dei liberatoris clementia sui sacerdotis Ambrosij cor pertractantis, vt contra illum errorem incidentes legis soluerentur quæstiones: atque ita edoctus sensim atque paulatim, hæresis illa miseracione diuina eius ex animo pulsa est. Protinusque ipse in fide Catholica confirmatus est, proficiendi in religione eidem amoris ardor tantus innatus est, vt propinquantibus diebus sanctis Paschæ, salutus aquam perciperet. Et factū est diuina præstite opulatione, vt per illum talem ac tantum antistitem Ambrosiū & doctrinā salutarem Ecclesiæ Catholicæ, & diuina Augustinus perciperet sacramēta. Moxque ex intimis cordis medullis ad Deū conuersus, spēs omnē quam habebat in seculo dereliquit, nō filios carnis, nō diuitias, nō honores seculi querēs: sed soli Deo cū suis seruire statuit, in illo & ex illo pusillo grege esse studens, quē Dominus alloquitur, dicens: Nolite timere pusillus grex, quoniam cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. Vēdite quę possidetis, & date eleemosynā: Facite vobis sacculos nō veterascētes, thesauros non deficientes in caelis. Et illud quod iterum dicit Dominus, idem vir sanctus facere cupiens: Si vis esse perfectus, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni, sequere me. Et super fidei fundamentum ædificare desiderans, non ligna, scenum, stipulam, sed aurum, argentum, & lapides preciosos. Et erat tunc annis maior triginta, sola superstitē matre, nomine Monica, sibi que adharēte, & de suscepto eius proposito seruiendi Deo amplius quàm de carnis nepotibus exultante. Nam eius pater Patritius nomine, iam antea sanctus erat. Renunciauit etiam scholasticis quos Rhetoricem docebat,

Augustinus omnibus disciplinis quas liberales vocat, imbutus fuit, cetera nostras hæreticos qui illas desestantur.

docebat, vt sibi magistrum alium prouiderent eò quodd seruire Deo ipse decreuisset. Ac placuit ei præcepta baptismi gratia cum aliis ciuibus & amicis suis Deo pariter seruientibus ad Africam & propriam domum afroque remeare. Ad quos veniens, & in quibus cōstitutus sermè triennio, & à se iam alienatis curis secularibus, cum iis qui idem adharēbāt, Deo viuēbat, & ieiuniis, orationibus, bonisq; operibus, in lege Domini meditans die ac nocte. Et de iis quæ sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta reuelabar, & præsentis & abientis sermonibus ac libris docebat. Contigit fortè eodem tempore, vt quidam ex iis quos dicunt agentes in rebus, apud Hipponem regium constitutus, bene Christianus Deumq; timens cōperta eius bona fama atque doctrina, desideraret atque optaret eum videre, promittens se posse mundi huius omnes contemnere cupiditates atque illecebras, si aliquādo ex eius ore Dei verbum audire meruisset. Quod cum ad se fideli fuisset relatione delatum, liberare animam cupiens ab huius vitæ periculis, morteq; æterna, ad memoratam vltiò atque confestim venit ciuitatem, & hominem visum allocutus frequentius, atque exhortatus est, quantum Deus donabat, vt quod Deo vouerat, redderet. Hęc se ille facturum de die in diem pollicebatur, nec tamen in eius tunc hoc impleuit præsentia. Sed vacare vti que & inane esse non potuit, quod per tale vas mundum in honore vtile, Domino ad omne opus bonum paratum, in omni loco diuina gerebat prouidentia. Eodem itaque tempore in Ecclesia Hipponensi catholica, Valerius sanctus Episcopatum gerebat. Qui cum flagitante ecclesiastica necessitate, de prouidendo, & ordinando præbytero ciuitatis plebem Dei alloqueretur, & exhortaretur: iam scientes catholici sancti Augustini propositum, & doctrinam, manu iniecta, quoniā & idem in populo securus & ignarus quid futurum esset, astabat. Solebat autem laicus, vt nobis dicebat, ab eis tantum Ecclesiis quæ non haberent Episcopos, suam abstinere præsentiam. Eum ergo tenuerunt, & vt in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt, omnibus id vno consensu & desiderio fieri, perficique perentibus, magnoque studio, & clamore flagrantibus, vbertim eo flente: nonnullis quidem lachrymas eius, vt nobis ipse retulit: tunc superbè interpretantibus, & tanquam eum consolantibus ac dicentibus: quia locus presbyterij licet ipse maiore dignus esset, appropinquare tamen episcopatu. Cum ille homo Dei, vt nobis retulit, maiori consideratione intelligeret, & gemeret, quàm multa, & quàm magna suæ vitæ pericula de regimine & gubernatione Ecclesiæ impendere ac prouenire spectaret, atque ideo fleret. Et eorum tunc, vt vouerunt completum est desiderium. Factus ergo præbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cepit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Maximè vt nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur vnicuique prout cuique opus erat, quod iam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset. Sanctus verò Valerius ordinator eius, vt erat vir piissimus & Deum timens, exultabat & Deo gratias agebat, suas exauditas à Domino fuisse preces, quas se frequentissimè fuisse narrabat: scilicet vt sibi diuinitus homo concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Dei ædificare: cui rei se homo natura Græcus, minusque latina lingua & literis instructus, minus vtilem peruidebat. Et eidem præbytero potestatem dedit coram se in Ecclesia Euangelium prædicandi ac frequentissimè tractandi, contra vsum quidē & consuetudinem Africarum Ecclesiarum. Vnde etiam ei nonnulli Episcopi detrahebant, sed ille vir venerabilis ac prouidus, in Orientalibus Ecclesiis id ex more fieri sciens, vtilitate Ecclesiæ consulens, obtræctorum non curabat linguas, dummodo factitaretur à presbytero, quod à se Episcopo impleri minimè posse cernebat. Vnde accensa & ardens elevata super candelabrum lucerna omnibus qui in domo erant lucebat. Et postea currente & volante huiusmodi fama bono præcedente exemplo, accepta ab Episcopis potestate, præbyteri nonnulli coram Episcopis populis tractare cœperunt verbum Dei. Sanè tunc in illa Hipponensi vrbe Manichæorum pestilentia quàm plurimos ciues & peregrinos infecerat, & penetraverat, seducente & decipiente eiusdem hæresis quodam præbytero nomine Fortunato ibidem conuersante atque morante. Interea Hipponenses ciues & peregrini Christiani tam Catholici quàm etiam Donatistę, adeunt Augustinum præbyterum, atque deposcunt, vt illum hominem Manichæorum præbyterum, quem doctum credebam, videret, & cum eodem de lege tractaret. Quod idem vt scriptum est, paratū ad responsonem omni poscenti se ratione de fide & spe quę in Deo est, potensque exhortari in doctrina sana, & cōtradicentes redarguere, minimè renuit. Sed vtrum etiā hoc Fortunatus fieri vellet, sciscitatus est. At illi confestim ad ipsum Fortunatum id detulerunt, petentes & exhortates ac flagitantes, quod id minimè recusaret. Sanè quoniā idem Fortunatus iā apud Carthaginē sanctum nouerat Augustinum adhuc in eodem secum errore constitutum, cum eodem congredi pautabat. Verum tamen suorum maximè instantia coactus, ac verecūdatus, promisit cominus se esse venturum, certamenque

2 Ieiuniis, orationibus bonisque operibus in lege Domini meditans die ac nocte.

3 Vt quod Deo vouerit redderet.

4 Augustinus monasterium intra ecclesiam instituit, et cum dei seruis viuere cepit secundum modum & regulam sub sanctis apostolis constitutam. Maximè vt nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribueretur vnicuique prout cuique opus erat.

Quod cum obseruēt etiam veri monachi nostra tempore, quid habent hæretici quod tunc operi cetera eos infirmitatē, & solles volit de mundis nisi quod omnes secundum apostolicam regulam uiuentes, bi maximo odio præsequuntur.

ponensis Episcopi, per Pofsidonium Calamenfem Episcopu eius discipulum scripta.

Habetur Tom. 11 operu D. Augusti. Episcopi.



INSPIRANTE rerum omnium factore & gubernatore Deo, mei memor propositi, quo per gratiam Salvatoris omnipotentis, ac per divinam trinitatis fidem servire decrevit, & antea in vita Laicorum, & nunc in officio Episcoporum, studens ex qualicumque accepto ingenio & sermone adificationi prodesse sanctae ac verae Christi Domini Catholicae Ecclesiae, de vita ac moribus praedestinati, & suo tempore praesentati sacerdotis optimi Augustini, quae in eodem vidi, ab eodemque audivi, minimè reticere debeo. Id enim etiam ante nos factitatum fuisse à religiosissimis sanctae matris Ecclesiae Catholicae viris legimus & comperimus, qui diuino afflato spiritu, sermone proprio atque stylo, & auribus & oculis scire volentium dicendo & scribendo similia, studioforum notitiae intulerunt, quales quantique viri ex communi Domini gratia in rebus humanis, & vivere, & usque in finem obitus perseverare meruerunt. Idcirco ipse quoque dispensatorum omnium minimus, fide non ficta, qua Domino dominantium omnibusque bonis serviendum & placendum est fidelibus, de praedicti venerabilis exortu viri, & procurfu & debito fine, quae per eum didici & expertus sum, quam plurimis annis eius inherens charitati, ut Dominus donaverit, explicandum suscepit. Verum summam quæso maiestatem, quò munus huiusmodi à me arceptum ita geram & peragā, ut nec patris lumen offendam veritatem, nec bonorum Ecclesiae filiorum vlla ex parte fraudare videar charitatem. Nec enim attingam ea omnia insinuare, quae idem beatissimus Augustinus in suis confessionum libris de semetipso, qualis ante perceptam gratiam fuerit, qualisque iam sumpta viueret, designavit. Hoc enim facere voluit, ut ait Apostolus: Ne de se quisquam hominum supra quam se esse noverat, aut de se audiret fuisse, crederet vel putaret, humilitatis sanctae more vetens, & iam nullum fallens, sed laudem non suam, sed sui Domini de propria liberatione ac munere quaerens, ex iis videlicet, quae iam perceperat, & fraternas preces poscens de iis quae accipere cupiebat. Sacramentum igitur regis, quod angelica autoritate prolatum est, bonum est abscondere: opera autem Domini reuelare & confiteri, honorificū est. Igitur beatissimus Augustinus ex provincia Aphricana ciuitate Thagaestensi, de numero curialium, parentibus honestis & Christianis progenitus erat, aliusque ac nutritus eorum cura ac diligentia impensisque, secularibus literis eruditus apprime, omnibus videlicet disciplinis imbutus, quas liberales vocat. Nam & Grammaticam prius in sua ciuitate, & Rhetoricam in Aphricae capite Carthagine postea docuit. Consequenti etiam tempore trans mare in vrbe Roma & apud Mediolanum, ubi tunc temporis Imperatoris Valentiniani minoris comitatus fuerat constitutus. In qua vrbe tunc episcopatum administrabat acceptissimus Deo, & in optimis virtis praerailsimus sacerdos eximius Ambrosius. Huius interea verbi Dei praedicatoris frequentissimis, in Ecclesia disputationibus altans in populo, intendebat suspensus atque afflixus. Verum aliquando Manichaeorum apud Carthaginem adolefces fuerat errore seductus, & ideo caeteris suspensor aderat, ne quid vel pro ipsa vel contra ipsam haeserim diceretur. Sed prouenit Dei liberatoris clementia sui sacerdotis Ambrosii cor pertractantis, ut contra illum errorem incidentes legis soluerentur quaestiones: atque ita edoctus sensim atque paulatim, haereticis illa miseratione diuina eius ex animo pulsa est. Protinusque ipse in fide Catholica confirmatus est, proficiens in religione eidem amoris ardor tantus innatus est, ut propinquatibus diebus sanctis Paschae, salutis aquam perciperet. Et factū est diuina praesente opulatione, ut per illum talem ac ratum antistitem Ambrosii & doctrinā salutare Ecclesiae Catholicae, & diuina Augustinus perciperet sacramenta. Moxque ex intimis cordis medullis ad Deū conuersus, spē omnē quam habebat in seculo dereliquit, iā non vxorē, nō filios carnis, nō diuitias, nō honores seculi quaerēs: sed soli Deo cū suis seruire statuit, in illo & ex illo pusillo grege esse studens, quē Dominus alloquitur, dicēs: Nolite timere pusillus grex, quoniam cōplacuit patri vestro dare vobis regnū. Vēdite quē possidetis, & date elemosynā: Facite vobis sacculos nō veterascētes, thesauros nō deficientes in caelis. Et illud quod iterum dicit Dominus, idem vic sanctus facere cupiens: Si vis esse perfectus, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni, sequere me. Et super fidei fundamentum aedificare desiderans, non ligna, fenum, stipulam, sed aurum, argentum, & lapides preciosos. Et erat tunc annis maior triginta, sola superstitē matre, nomine Monica, sibi que adherente, & de suscepto eius proposito seruiendi Deo amplius quam de carnis nepotibus exultante. Nam eius pater Patricius nomine, iam antea sanctus erat. Renunciavit etiam scholasticis quos Rhetoricam docebat,

Augustinus omnibus disciplinis quas liberales vocat, imbutus fuit, contra nostros haereticos qui illas desestantur.

docebat, ut sibi magistrum alium prouiderent eò quòd seruire Deo ipse decreuisset. Ac placuit ei praecipua baptismi gratia cum alijs ciuibus & amicis suis Deo pariter seruientibus ad Aphricam & propriam domum agroscire romeari. Ad quos veniens, & in quibus cōstitutus sermè triennio, & à se iam alienatis curis secularibus, cum iis qui idem adhaerebant, Deo vivebat, 2 ieiunijs, orationibus, bonisque operibus, in lege Domini meditans die ac nocte. Et de iis quae sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta reuelabat, & praesentes & abientes sermonibus ac libris docebat. Contigit fortè eodem tempore, ut quidam ex iis quos dicunt Augustinus, apud Hipponem regium constitutus, bene Christianus Deumque, timens cōgentes in rebus, atque doctrina, desideraret atque optaret eum videre, promittens se postea mundi huius omnes contemnere cupiditates atque illecebras, si aliquando ex eius ore Dei verbum audire meruisset. Quod cum ad se fideli fuisset relatione delatum, liberare animam cupiens ab huius vitae periculis, morteque aeterna, ad memoratam vltimè atque confestim venit ciuitatem, & hominem visum allocutus frequentius, atque exhortatus est, quantum Deus donabat, 3 ut quod Deo vouerit, redderet. Hec se ille facturum de die in diem pollicebatur, nec tamen in eius tunc hoc impleuit praesentia. Sed vacare vti que & inane esse non potuit, quod per tale vas mundum in honore vile, Domino ad omne opus bonum paratum, in omni loco diuina gerebat prouidentia. Eodem itaque tempore in Ecclesia Hipponensi catholica, Valerius sanctus Episcopatum gerebat. Qui cum flagitante ecclesiastica necessitate, de prouidendo, & ordinando praesbytero ciuitatis plebem Dei alloqueretur, & exhortaretur: iam scientes catholici sancti Augustini propositum, & doctrinam, manu iniecta, quonia & idem in populo securus & ignarus quid sururum esset, astabat. Solebat autem laicus, ut nobis dicebat, ab eis tantum Ecclesijs quae non haberent Episcopos, suam abstinere praesentiam. Eum ergo tenuerunt, & ut in talibus consuetum est, Episcopo ordinandum intulerunt, omnibus id vno consensu & desiderio fieri, perficique perentibus, magnoque studio, & clamore flagrantibus, vbertim eo flente: nonnullis quidem lacrymas eius, ut nobis ipse retulit: tunc superbe interpretantibus, & tanquam eum consolantibus ac dicentibus: quia locus praesbyteri licet ipse maiore dignus esset, appropinquare tamen episcopatu. Cum ille homo Dei, ut nobis retulit, maiori consideratione intelligeret, & gemeret, quam multa, & quam magna suae vitae pericula de regimine & gubernatione Ecclesiae impendere ac prouenire spectaret, atque ideo fletet. Et eorum tunc, ut voluerunt completum est desiderium. 4 Factus ergo praesbyter monasterium intra Ecclesiam mox instituit, & cum Dei seruis viuere cepit secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Maxime ut nescio quicquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, & distribuereur vnicuique prout cuique opus erat, quod iam ipse prior fecerat, dum de transmarinis ad sua remeasset. Sanctus verò Valerius ordinator eius, ut erat vir piissimus & Deum timens, exultabat, & Deo gratias agebat, suas exauditas à Domino fuisse preces, quas se frequentissime fuisse narrabat: scilicet ut sibi diuinitus homo concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri Ecclesiam Dei aedificare: cui rei se homo natura Graecus, minusque latina lingua & literis instructus, minus vtilem peruidebat. Et eidem praesbytero potestatem dedit eorum se in Ecclesia Euangelium praedicandi ac frequentissime tractandi, contra vsum quidam & consuetudinem Aphricanarum Ecclesiarum. Vnde etiam ei nonnulli Episcopi detrahebant. Sed ille vir venerabilis ac prouidus, in Orientalibus Ecclesijs id ex more fieri sciens, vtilitate Ecclesiae consulens, obtractatorum non curabat linguas, dummodo factitaretur à praesbytero, quod à se Episcopo impleri minimè posse cernebat. Vnde accensa & ardens eleuata super candelabrum lucerna omnibus qui in domo erant lucebat. Et postea currente & volente huiusmodi fama bono procedente exemplo, accepta ab Episcopis potestate, praesbyteri nonnulli coram Episcopis populis tractare coeperunt verbum Dei. Sanè tunc in illa Hipponensi vrbe Manichaeorum pestilentia quam plurimos ciues & peregrinos infecerat, & penetrauerat, seducente & decipiente eiusdem haereticis quodam praesbytero nomine Fortunato ibidem conuersante atque morante. Interea Hipponenses ciues & peregrini Christiani tam Catholici quam etiam Donatistae, adeunt Augustinum praesbyterum, atque deposcunt, ut illum hominem Manichaeorum praesbyterum, quem doctum credebam, videret, & cum eodem de lege tractaret. Quod idem ut scriptum est, paratus ad responsonem omni poscenti se ratione de fide & spe quae in Deo est, potensque exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, minimè renuit. Sed vtrum etiā hoc Fortunatus fieri veller, sciscitatus est. At illi confestim ad ipsum Fortunatum id detulerunt, petentes & exhortates ac flagitates, quòd illi minimè recusaret. Sanè quonia idem Fortunatus iā apud Carthaginē sanctum noverat Augustinum adhuc in eodem secum errore constitutum, cum eodem congredi pautabat. Verū tamen suorum maximè instantia coactus, ac vere cū datus, promisit cominus se esse venturum, certamenque

2 Ieiunijs, orationibus bonisque operibus in lege Domini meditans die ac nocte.

3 Ut quod Deo vouerit redderet.

4 Augustinus monasterium intra Ecclesiam instituit, et cepit vivere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Presbyteri autem ut nemo in societate huiusmodi proprium habet et pro prium, sed omnia illis essent communia, et distribuereur prout cuique opus erat.

certamenq; disputandi subitum: Vnde conducto die & loco cōuenerunt in vnum, concurrētibz quāmplurimis viris studiosis turbisq; curiosis, & apertis notariorum tabulis disputatio est cœpta primo, & secundo finita est die. In qua ille Manichæus præceptor, vt gelorū continet fides, nec Catholicam assertionem potuit euacuare, nec Manichæorum sectam subnixā veritate valuit comprobare: Sed deficiens responsione, vitio collaturū se cum suis maioribus ea quæ resellere nō potuit profectus est, & si sibi forte de his satis minimè fecissent, suæ animæ consultiurum, atque ita ab omnibus apud quos magnus & doctus videbatur, nihil valuisse in suæ sectæ assertionem iudicatus est. Quia ille confusione affectus, & sequenti tempore de Hipponensi ciuitate profectus, ad eandem amplius non remeauit, Ac sic per memoratum Dei hominem omnium cordibus, vel qui aderant, vel qui absentes illa quæ gesta sunt cognouerant, error ille ablatas, catholicaque est intimata ac cōperta sincera religio, & docebat ac prædicabat ille priuatim & publicè, in domo & in Ecclesia salutis verbum cum omni fiducia aduersus Aphricanas hæreses, maximeque cōtra Donatistas, Manichæos, & Pelagianos libros confectis, ac repetitis sermonibus, ineffabiliter admirātibz Christianis & colantibus, & hoc ipsum vbi poterant non tacentibus, sed dissimantibus sicque adiuuato Domino, leuare in Aphrica Ecclesia exorta est caput, quæ multo tempore illius conualescentibus hæreticis, præcipueq; rebaptizante Donati parte maiorem multitudinē Aphrorum, seducta & oppressa iacebat. Libros verò eiusdem, siue tractatus mirabili Dei gratia procedentes ac profluentes instructos omni rationis copia, atque autoritate sanctarum scripturarum, ipsi quoque hæretici concurrentes, cum catholicis ingenti ardore audiebāt, & quisquis vt voluit & potuit notarios abhibens etiam ea quæ dicebantur excepta descripsit. Et inde iam per totum Aphricæ corpus præclara doctrina odorq; suauissimus Christi diffusa & manifestata est, congaudente hoc quoque comperto Ecclesia Dei transmarina. Quoniam sicut dum patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, ita etiam cum glorificatur vnū membrum, congaudent omnia membra. Per idem tempus coram Episcopis hoc ille iuuentibus qui plenarium totius Aphricæ concilium Hipponē agēbāt, de fide & symbolo præsbyster adhuc Augustinus disputauit. Ille verò beatus senex Valerius ceteris ex hoc amplius exultans, & Deo gratias agens de concessio sibi speciali beneficio, metuere cœpit, vt est humanus animus, ne ab alia Ecclesia sacerdos probatus ad Episcopatum quæreretur, & sibi auferretur. Nam & id prouenisset, nisi & hoc idera Episcopus cognito, ad locum secretum eum transire curasset, occultatumq; a quærentibus minimè inueniri fecisset. Vnde amplius formidans idem venerabilis senex, & sciens se corpore & ætate infirmisimum, egit secretis literis apud Primatem Episcopum sedis Carthaginensis, allegans imbecillitatem corporis sui, ætatisq; grauitatem, & obsecrans, vt Hipponēnsi Ecclesiæ ordinaretur Episcopus, qui suæ cathedræ non tam succederet, sed consecrator accederet Augustinus. Quæ igitur B. Valerius optauit & rogauit, factus scripto impetravit. Postquam petitionem ad visitandum adueniente ad Ecclesiam Hipponensem tunc Primate Numidiæ Megalio Calamēni Episcopo, & Valerius Antistes, Episcopis qui tunc aderant & clericis omnibus Hipponensibus, & vniuersæ plebi inopinatā cunctis suam insinuat tunc voluntatem: omnibusque audientibus & gratulantibus, atque id fieri perficique ingenti desiderio clamantibus, Episcopatum suscipere contra morem Ecclesiæ suo viuente Episcopo præsbyster Augustinus recusabat. Dumque id fieri solere ab omnibus suaderetur, atque id ignaro transmarinis & Aphricanis Ecclesiæ exemplis probaretur, compulsi atque coacti succubuit, & Episcopatus curam, & maioris loci ordinationem suscepit. Quod in se ipso postea fieri non debuisset, vt viuo suo Episcopo ordinaretur, & dixit, & scripsit, propter Concilij vniuersalis vetitum, quod iam ordinatus didicit: nec quod sibi factum esse doluit, aliis fieri voluit. Vnde etiam fecerit, vt conciliis constitueretur Episcoporum, ab ordinatoribus debere ordinandis, vel ordinatis omnium statuta sacerdotum in notitiam esse deferenda. Atque ita factum est, vt Episcopatu suscepto multo instantius ac feruentius maiore autoritate, non adhuc in via tantum regione, sed vbiunque rogatus venisset, verbum salutis æternæ alacriter ac siccaiter pullulante, atque crescente Domini Ecclesia prædicare paratus semper poscentibus reddere rationem de fide & spe, quæ cupi Deo est. Et eius dicta atque excepta, maxime Donatistæ in eadem Hipponēnsi vel vicina manentes ciuitate ad suos Episcopos deferebant. Quæ cum audissent, & econtrā forte aliquid dicerent, aut à suis resellatur, aut eadē res ad sanctum Augustinum deferebatur, eaq; comperta patienter ac leniter, vt scriptū est, cum timore & tremore salutem omnium operabatur. Ostendens quod nihil illi resellere voluerint ac valuerint, quàm quæ verum manifestumq; sit quod Ecclesiæ Dei fides tenet & docet. Et hæc diebus ac noctibus ab eodem iugiter agebatur. Nam & epistolâ priuatas ad quoscunque eiusdem erroris Episcopos, & emittentes scilicet laicos dedisset, ratione reddida admonens atque exhortans, vt vel ab illa se prauitate corrigerēt, vel certe ad dispu-

ad disputationes venirent. Illi verò causa diffidentitiæ nihil vnquam rescribere voluerūt, sed irati furiosa loquebantur, atq; seductorem deceptoremq; animarum Augustinum esse, & priuatim & publicè conclamabant: & velut lupum occidendum esse in defensionem gregis, sicut licet, sui, dicebant & tractabant, omniaq; peccata à Deo indubitanter esse credendum, posse dimitti ijs qui hoc facere ac perficere potuissent, nec Deum timētes, nec homines erubescētes. Et vt eorum causa diffidentitiæ cunctis innotesceret, elaborauit, & publicis gestis cōueni, non sunt ausi conferre. Habebant etiā iidem Donatistæ per suas penè oēs ecclesias inauditum hominū genus peruersum ac violentum, velut sub professione continentū ambulantes, qui Circuncelliones dicebantur. Et erāt in ingenti numero & turba, per oēs ferè Aphricanas regiones cōstituti. Qui malis imbuti doctoribus audacia superba et temeritate illicita, nec suis, nec alienis aliquando parcebant, cōtra ius fasq; in causis interdicentes hominibus: & nisi obedissent, damnis grauissimis & cædibus afficiebant, armati diuersis telis, bacchates per agros, villasq; vsq; ad sanguinis effusionē accedere nō metuentes. Sed dum verbū Dei sedulo prædicaretur, & cū ijs qui oderunt pacē pacis ratio haberetur, illi pacem loquentē debellabant gratis. Cumq; aduersus eorum dogma veritas innotesceret, qui volebant & poterant, sese inde vel eripiebant vel subducebant, & paci atque vnitati Ecclesiæ cum suis quibus poterant, cohærebant. Vnde illi sui erroris congregationem minui videntes, atque augmentis Ecclesiæ inuidentes, accensi exardecebant ira grauissima, & intolerabiles persecutiones vnitati Ecclesiæ compacti faciebant. Ipsiq; sacerdotibus catholicis & ministris agressiones diurnas atq; nocturnas, direptionesq; rerū omnium vi inferebant. Nam & multos Dei seruos cædibus debilitauerunt. Aliquibus etiam calcem cum aceto in oculos miserunt, aliosque occiderunt. Vnde etiam suis iidem Donatistæ rebaptizatores in odium veniebant. Proficiente verò doctrina diuina, sub sancto, & cum sancto Augustino in monasterio Deo seruientes, Ecclesiæ Hipponēnsi clerici ordinari cœperunt. Ac deinde innotescere & clarescente de die in diem Ecclesiæ catholicæ prædicationis veritate, sanctorumque seruatorum Dei proposito, & continentia & paupertate profunda, ex monasterio quod per illum venerabilem virum & esse, & crescere cœperat, magno desiderio poscere atque accipere Episcopos & clericos pax Ecclesiæ atque vnitatis & cœpit primò, & postea consecuta est. Nā fermè decem quos ipse noui sanctos ac venerabiles viros continentes & doctissimos, beatus Augustinus diuersis Ecclesiis, nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterq; & ipsi ex illorum sanctorum proposito venientes, Domini Ecclesijs propagatis, & monasteria instituerunt, & studio crescente ædificationis verbi Dei, cæteri que Ecclesijs promotos fratres ad suscipiendum sacerdotium præstiterunt. Vnde per multos & in multis salubris fidei, spei, & charitatis Ecclesiæ innotescere doctrina, non solum per omnes Aphricanas partes, verum etiam in transmarinis, & per libros editos, atque in Græcum sermonem translato, ab illo vno homine, & per illum multis fauente Deo multa innotescere meruerunt. Atque hinc, vt scriptum est, peccator videns irascebatur, dentibus suis frendebar, & tabescebat: serui autem Christi, vt dictum est, cum iis qui oderunt pacem, erant pacifici: & cum loquerentur, debellabant gratis ab eis.

Aliquoties verò etiam vias armati iidem Circuncelliones contra famulum Dei Augustinum obsederunt, dum forte iret rogatus ad visitandas, instruendasque, & exhortandas catholicas plebes, quod ipse frequentissimè faciebat. Et aliquando contigit vt illi succenturiati hætenus perderent captiōnem: euenit quidem Dei prouidentia, seductoris hominis errore, vt per aliam viam cum suis comitibus sacerdos quod tendebat venisset, atque per hunc quem postea cognouit errorem, manus impias euasisset. Et cum in omnibus liberatori Deo gratias egisset, illi omnino suo more nec laicis nec clericis pepercerunt, sicut publica testantur gesta. Interea silendum non est, quod ad laudem Dei per illius tam egregij in Ecclesia viri studium domusque Dei zelum aduersus prædictos rebaptizatores Donatistas gestum & perfectum est. Cum fortè vnus ex ijs quos de suo monasterio & clero Episcopus ecclesiæ propagauerat, ad suam curam pertinentem Calamēnsi ecclesiæ dicecēsim visitaret, vt quæ didicerat pro pace Ecclesiæ contra illam hæresim prædicaret, factum est, vt in medio itinere eorum insidias incurrisset, & peruasum cum omnibus illi comitantibus, sublati animalibus & rebus, iniuriis & cæde grauissima eum affecissent, De qua re ne pacis ecclesiæ amplius impediretur profectus, defensor Ecclesiæ inter leges non siluit. Et præceptus est Crispinus, qui iisdem Donatistis in Calamēnsi ciuitate & regione Episcopus fuit, prædicatus scilicet, & multi temporis, & edoctus, ad multam teneri aurariâ publicis legibus præsentatus contra hæreticos cōstitutam. Qui resultans legibus, cum præsentatus apud Proconsulem se negaret hereticū, oborta est necessitas, vt illi, recedente Ecclesiæ defensore, à catholico Episcopo resisteretur & conuinceretur, quod esse se fuisse negaret: Quoniam si

Sancti serui Dei
clerici S. Augusti
ni credebant in mo
nasterio continen
tia & paupertate
profunda.

ab eodem dissimularetur, fortè Catholicus Episcopus ab ignorantibus crederetur, illo se quod erat negante, atque ita ex hac desidia in firmis scandalum nasceretur. Et memorabili Augustino Antistite, omnimodis instante, ad controuersiam ambo ipsi Calamentenses Episcopi venerunt, & de ipsa diuersa communionis tertio consilio secum egerunt, magna populorum Christianorum multitudine causæ exitu, & apud Carthaginem, & per totam Africam expectante, atque ille Crispinus Proconsulari & libellari sententia est pronunciatu hæreticus. Proque illo apud cognitorem Catholicus Episcopus intercessit, & ne avaria multa exigeretur, ei beneficium est impetratum. Vnde cum ingratus ad piissimum principem prouocasset, ab Imperatore relationi deditum est responsum solum: & consequenter præceptum, nullo prorsus loco hæreticos Donatistas esse debere, & eos ad vim legum omnium contra hæreticos latarum ubique teneri debere. Ex quo & Iudex propter officium, & idem Crispinus quod minimè fuerat exactus, præcepti sunt duas auri libras fisci iuribus inferre. Sed protinus opera data est per catholicos Episcopos, præcipue per sanctæ memoriæ Augustinum, vt illa omnium condemnatio principis dimitteretur indulgentia. Et Domino adiuuante perfectum est. Qua diligentia, & sancto studio multum creuit sancta Ecclesia. Et his omnibus pro pace Ecclesiæ gestis Augustino Dominus & hic palmam dedit, & apud se iustitiæ coronam seruauit: ac magis magisque iuuante Christo de die in diem augebatur, & multiplicabatur pacis vnitas, & Ecclesiæ Dei confraternitas. Et id maxime factum est post collationem quæ ab vniuersis Episcopis catholicis apud Carthaginem cum eisdem Donatistarum Episcopis facta est, adiuuante gloriosissimo & religiosissimo Imperatore Honorio, propter quod perficiendum etiam à suo latere Tribunum & notarium Marcellinum ad Africam iudicem miserat. In qua controuersia illi omnibus modis consutari, atque de errore à catholicis conuicti, sententia cognitoris notati sunt: & post eorum appellationem piissimi Regis responso, iuste inter hæreticos condemnati sunt. Ex qua ratione notati sunt solitè amplius eorum Episcopi, qui cum suis clericis & plebibus non communicauerunt, & pacem tenentes catholicam, multas eorum persecutiones, vsque ad membrorum amputationem & interuentionem pertulerunt. Et totum illud bonum, vt dixi, per sanctum illum hominem consentientibus nostris, Episcopis latagentibus, & acceptum, & perfectum est.

Porrò autem post illam quæ cum Donatistis facta est collationem, non desuerunt qui dicerent, permisos non fuisse eosdem Episcopos apud potestatem, quæ causam audiuit dicere omnia pro suis partibus, quoniam catholicæ communionis cognitor suæ fauebat Ecclesiæ: licet hoc deficientes & victi ad excusationem iactarent, quandoquidem & ante controuersiam iidem hæretici catholicæ communionis eundem esse nouerant: & cum ab eodem conueniretur publicis gestis, quod ad collationem occurrerent, & se esse facturos prosequuti sunt. Poterant utique suspectum cum habentes reculare congressum: tamen omnipotentis Dei præstitit auxilium, vt postea in Casariensi Mauritanici ciuitatis constitutus venerabilis memoriæ Augustinus, quò eum venire cù aliis Episcopis legitimis Apostolicæ literæ compulerunt, ob terminandas videlicet alias Ecclesiæ necessitates: hac ergo occasione prouenit, vt Emeritum eiusdem loci Donatistarum Episcopum, què sub sectæ præcipuum in illa collatione habuerunt defensorè, videret, & cù eodem publicè in Ecclesia populo adstante diuersæ communionis ex hoc ipso disputaret & prouocaret gestis Ecclesiasticis: vt quod fortè, sicut dicebat, prosequi potuit in collatione, sed permittus non fuerat, in præsentia sine alicuius potestatis prohibitionis aut potentia securus dicere minimè dubitaret, & in sua ciuitate suis omnibus presentibus ciuibus fiducialiter propriam defendere communionem non denegaret. Ille nec hac hortatione, nec stirorum parentum & ciuium instanti petitione id facere voluit, qui ei pollicebantur se ad eos redituros communionem, etiam cù discrimine patrimoniorum, salutisque suæ temporalis, si modò catholicam superaret assertionem. At ille amplius dicere illis gestis nihil voluit, nec valuit, nisi tantum: Iam illa, inquit gesta continentur apud Carthaginem inter episcopos confecta, verum vicerimus, an victi fuerimus. Et dum à notario alio loco vt responderet admoneretur, & reticeret, eius cunctis manifestata diffidentia, Ecclesiæ Dei augmenta ac firmamenta prouenerunt. Quisquis ergo diligentiam & operam beatissimæ memoriæ Augustini pro Ecclesiæ Dei statu cognoscere plenius voluerit, etiam illa percurrat gesta: & inueniet quæ vel qualia protulerit, quibus illum doctum, eloquentem & prædicatum hominem prouocaret, hortatusque fuerit, vt pro suæ defensione partis quod veller ediceret, illumque victum cognosceret. Scio ego non solum ipse Possidonius præsul, qui vitam hanc conscripsi, verum etiam alij fratres, & conservi qui nobiscum tunc intra Hipponensem ecclesiam cum eodem sancto viro vivebant, nobis pariter ad mentem constitutis eum dixisse: Aduertistis hodie in Ecclesia meum sermonem, eiusque initium, & finem

finem contra meam consuetudinem processisse, quoniam non eam rem terminatam explicuerim quam proposueram, sed pendentem reliquerim. Cui respondimus, ita nos in tempore miratos fuisse scimus & recognoscimus. At ille: Credo, ait, quod fortè aliquem errantem in populo Dominus per nostram obliuionem & errorem doceri & curari voluerit. In cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Nam cum proposuisset quæstionis latebras pertractarom, in alium sermonis excursum perrexi, atque ita non conclusa vel explicata quæstione, disputationem terminavi magis aduersum Manichæorum errorem, vnde nihil dicere decreueram, disputans, quàm de ijs quæ asserere proposueram. Et post hæc, nisi fallar, ecce alia die vel post biduum venit quidam Firmus nomine, negotiator, & intra monasterium sedente sancto Augustino coram nobis, ad pedes eius genibus prouolutus sese iactauit, lachrymas fundens, & rogans, vt pro eius delictis sacerdos cum suis Dominum deprecaretur, confitens quod Manichæorum sectam secutus fuisset, & in ea quàm plurimis annis vixisset, & propterea pecuniam multam ipsis Manichæis, vel eis quos dicunt electos, incassum erogasset: ac se in ecclesia per Dei misericordiam fuisse eius tractatibus nuper correctum, atque catholicum factum. Quod & ipse venerabilis Augustinus, & nos qui tunc aderamus, ab eodem diligenter inquirentes, ex qua re potissimum illo in tractatu sibi fuerit factum, & referente eo, nobisque omnibus sermonis seriem recognoscentibus profundum consilium Dei pro salute animarum admirantes & stupentes, glorificauimus sanctum eius nomen, & benediximus: qui cum voluerit, & vnde voluerit, & quomodo voluerit, & per scientes, & per nescientes animarum operatur salutem. Ex eo ille homo proposito seruum Dei adhærens, negotiatoris dimisit actionem, & proficiens in ecclesiæ membris, in alia regione ad præbyterij quoque, Dei voluntate petitus, & coactus, officium accessit, tenens atque custodiens propositi sanctitatem: & fortè adhuc vsque nunc in rebus humanis viuunt trans mare constitutus. Apud Carthaginem quoque dum per quendam domus regie procuratorem nomine Vrsum fidei catholicæ hominem, ad quosdam Manichæorum quos electos vel electas dicunt, blasphemis operibus præfentes perueniretur, atque ad Ecclesiam ab eodem deducerentur & perducerentur ab Episcopis, ad tabulas auditi sunt, inter quos etiam sanctæ memoriæ Augustinus fuit, qui præ cæteris illam execrabilem sectam nouerat, & eorum prudens eiusmodi damnabiles blasphemias ex locis librorum quos illi accipiunt Manichæi, vsque ad confessionem earundem blasphemiarum eos perduxit: & quæ inter se illi suo more malo indigna & turpia facere cõsueuerunt, à seminarij illarum vel electarum prodicione, illis ecclesiasticis gestis declaratum est. Atque ita pastorum diligentia Dominico gregi & augmentum accessit, & aduersus fures atque latrones defensio competens procurata est. Cum quodam etiam Felice de numero eorum quos electos dicunt iidem Manichæi, qui quæ Hipponem venerat eundem seminaturus errorè, publicè in Hipponensi ecclesia notarijs expiendentibus disputauit beatus Augustinus populo astante, & post secundam vel tertiam collationem ille Manichæus frustrata vanitate & errore illius sectæ ad nostram conuersus est fidem atque ecclesiam, sicut eadè relicta docere poterit scriptura. Præterea cum quodam etiã Pascencio comite domus regie Arriano, qui per autoritatè suæ personæ fisci vehementissimus exactor, fidem catholicam atrociter ac iugiter oppugnabat, & quàm plurimos sacerdotes Dei simpliciori fide viuentes, dicacitate ac potestate exagitabat, & perturbabat præfentibus honoratis & nobilibus viris, apud Carthaginè ab illo prouocatus coram contulit. Sed idè hæreticus tabulas atque stylum, quod magister noster & ante congressum & in congressu instatissimè fieri volebat, vt adessent omnimodò recusat: & dum id pernegasset, dicens quod legum metu publicarum periclitari tabulis scriptis nollet interpositis stylo & tabulis Augustinus Episcopus cum suis qui aderant consacerdotibus, & absque vlla scriptura priuatim disputarent, collationem suscepit, prædicans quod postmodum contigit, quod post solutum conuentum esse cuiquam posse liberum arbitrium, fortè dicere, nullo scripturæ documento se dixisse quod fortè non dixerit, vel non dixisse quod dixerit. Beatus Augustinus miscuit cum eodem sermonem, atque asseruit quid crederet, & ab illo quid teneret, audiuit, & vera ratione atque autoritate scripturarum probata docuit, & ostendit nostræ fidei firmamenta. Illius autem asserta nulla veritate, nulla scripturarum sanctarum autoritate suffulta docuit & frustrauit. Et vt à seinnicè partes digressæ sunt, ille magis magisque iratus & furens mendaciâ multa pro fide sua falsa iactabat, victum esse à seipso proclamans multorum ore laudatum Augustinum. Quæ cum illum venerabilem virum minimè laterent, coactus est ad ipsum scribere Pascencium, propter illius metum omisis nominibus conferentium, & in eis literis quicquid inter partes dictum vel gestum fuerat, fideliter intimauit, ad ea, si negarentur, probanda, magnum testium habens copiam, clarissimos scilicet atque honorabiles qui tunc aderant viros. Atque ille ad duo sibi directæ scripta, vnum vix reddidit, rescriptum, in quo magis

Et ideo omnem conuiuiam à superfluis & noxiis fabulis & detractionibus sese abstinere debere admohebat. Nam & quosdam suos familiarissimos coepiscopos illius scripturæ oblitos, & contra eam loquentes, tam asperè aliquando reprehendit commotus, vt diceret, aut delendos esse illos de mensa versus, aut se de media refectione ad suum cubiculum surrecturum. Quod ego & alij qui illi mensæ interfuiimus, experti sumus.

Pauperum verò semper memor erat, eisq; inde erogabat, vnde & sibi suisq; omnibus secū habitantibus erogabatur, hoc est, vel ex redditibus possessionum Ecclesiæ, vel etiam ex oblationibus fidelium. Et dū fortè, vt a solet, de possessionibus ipsis inuidia clericis fieret, alloquebatur plebem Dei, malle se ex collationibus plebis Dei viuere, quàm illarum possessionum curam vel gubernationem pati, & paratum se esse illis cedere, vt eo modo omnes Dei serui & ministri viuerent, quo in veteri testamento leguntur altari deseruientes de eodè participari. Sed nunquam id laici suscipere voluerunt. Domus Ecclesiæ curam omnemq; substantiam ad vices valentioribus clericis delegabat & credebatur. Nunquam clauē, nunquā anulū in manu habens, sed ab eisdem domus præpositis, cuncta & accepta, & erogata notabantur, quæ anno cōpleto eidè recitabantur, quò sciretur quantū acceptū, quantumq; dispensatum fuisset, vel quicquid indispensatum vel dispensandum remansisset, & in multis titulis magis illius præpositi domus fidè sequens, quàm probatū manifestumq; cognoscens, domū verò vel agrū seu villā nunquā emere voluit. Verū si fortè ecclesiæ à quocūq; sponte tale aliquid vel donaretur, & vel titulo legati dimitteretur, non respuebat, sed suscipi iubebat. Nam & aliquas eum hereditates reculasse nouimus, nō quia pauperibus inutiles esse possent, sed quoniam iustū & æquum esse videbat, vt à mortuorum vel filii, vel parentibus, vel affinibus magis possiderentur, quibus ab eis deficientes dimittere noluerunt. Quidā etiā ex honoratis Hipponensium apud Carchaginē vitēs ecclesiæ Hipponensū possessionē 7 donare voluit, & cōfectas tabulas sibi vsu fructu retēto, vltro eidē sanctę memorię Augustino misit. Cuius ille oblationē libenter accepit, cōgratulans ei, quòd æternæ suæ memor esset salutis. Verū post aliquot annos nobis fortè cū eodem cominus cōstitutis, ecce ille donator literas per filium suum mittens, rogauit vt illæ donationum tabulæ suæ filio redderentur, pauperibus verò erogandos direxit solidos centum. Quo ille sanctus cognito, ingemuit hominē vel finxisse donationem, vel eum de bono opere poenituisse, & quata potuit Deo suggerente cordi eius condolēti animo ex eadem refragatione dixit, in illius scilicet increpationem & correctiōnem. Et tabulas quas ille sponte miserat, nec desideratas, nec exactas confestim reddidit, pecuniaq; illam respuit, atq; rescriptis eundem sicut oportuit, & arguit, & corripuit, admonens vt de sua simulatione vel iniquitate cū poenitentia humilitate Deo satisfacere, ne cum tam graui delicto de seculo exiret. Frequentius verò dicebat, magis securus ac tutius Ecclesiæ legata à defunctis dimissa debere suscipere, quàm hereditates fortè sollicitas & damnositas, ipsaq; legata magis offerenda esse quàm exigenda. Cōmendata verò quæq; ipse non suscipiebat, sed volentes suscipere clericos nō prohibebat. In ijs quoq; quæ Ecclesiā habebat & possidebat intentus amore, vel implicatus cupiditate nō erat, sed maioribus magis & spiritalibus suspensus & inherens rebus, vix aliquando seipsum ad ista temporalia ab æternorum cogitatione relaxabat & deponebat. Quibusq; ille dispositis & ordinatis, tanquam à rebus mordacibus & iam molestis, animi recursum ad interiora mētis & superiora faciebat, quò vel de inueniendis rebus cogitaret, vel de iam inuentis aliquid dicitaret, aut certè ex iā dictatis atq; transcriptis aliquid emēdaret. Et id agebat in die laborans, & in nocte lucubrās. Et erat tanquā illa religiosissima Maria, typum gestans supernæ Ecclesiæ, & qua scriptū est, quòd sederet ad pedes Domini, atque intenta verbum eius audiret: De qua foror conquesta quòd ab eadem circa multum ministerium occupata non adiuuaretur, audiuit: Martha, Martha, sollicita es: Elegit optimam partem Maria, quæ nō auferetur ab ea. Nam fabricarū nouarum nunquam studium habuit, deuitās in eis implicationem sui animi, quæ semper liberum habere volebat ab omni molestia tēporali. Nō tamen illa volentes & ædificantes prohibebat, nisi tantū immoderatos. Interea dū ecclesiæ pecunia deficeret, hoc ipsum populū Christiano denunciabat, non se habere quod indigentibus erogaret. Nam & de vasi Dominicis propter captiuos, & quāplurimos indigentes, frangi & consari iubebat, & indigentibus dispensari. Quod non commemorassem, nisi contra carnalem sensum quorundam fieri peruiderem. Et hoc ipsum etiam venerabilis memoriæ Ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendum & dixit, & scripsit, sed & inde de neglecto à fidelibus gazophilacio & secretario, vnde altari necessaria inferuntur, aliquando in ecclesia loquens admohebat, quòd etiam beatissimum Ambrosium se præsentē in ecclesia tractauisse nobis aliquando retulerat. Cum ipso semper clerici, vna etiam domo ac mensa sumptibusq; communibus alebantur. Et ne quisquam facili iuratione etiam ad perjurium decidisset,

6 Vides hic hereticum, quod donata vel legata non recitauerat Augustinus, quod fecisset, si ea Deo nō placere credidisset. 7 Si est bonum opus dimittere ecclesiæ possessiones suas, et qui hoc faciunt, memores sunt suæ salutis, ut supra dixit D. Augustinus: cur ista nunc taxantur a nouis hereticis?

decidisset, & in ecclesiā populo prædicabat, & suos instituerat, ne quis iuraret, nec ad modicum quidem. Quòd si prolapsus fuisset, vnam de statutis perdebatur portionem. Numerus enim erat suis secum cōmorantibus & conuiuantibus poculorum præfixus. Indisciplinationes quoq; & transgressiones suorum à regula recta, & honestate, & arguebat & tolerabat, quantum decebat & oportebat. in talibus præcipuè docens, ne cuiusquam cor declinaretur in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Et dum quisque offerret munus suum ad altare, & illic recordatus fuisset, quòd frater suus haberet aliquid aduersus illum, relinquendum esse munus ante altare, atq; eundem fratrem esse reconciliandum, & tunc veniendum, & munus ad altare offerendum. Si verò ipse aduersus fratrem suum aliquid haberet, corripere eum debere in parte: & si eum audisset, lucratus esset suum fratrem: si minus, adhibendum esse vnum aut duos. Quòd si & ipsos contemneret, Ecclesiam adhibendam. Si verò & huic non obediret, esset ille vt Ethnicus & Publicanus. Et illud addens, vt fratri peccanti & veniam petenti, non tantum septies, sed septuagies septies delictum relaxetur, sicut quisque à Domino quotidie sibi postulat relaxari.

Feminarum autem intra domum eius nulla vnquam conuersata est, nulla mansit, nec quidem germana foror, 8 quæ vidua Deo seruicius multo tempore vsque in diem obitus sui præposita ancillarum Dei vixit: Sed neque patri sui filię, & fratris sui filię, quæ pariter Deo seruiebant: Quas personas sanctorum Episcoporum concilia in exceptis posuerunt. Dicebat verò, quia & si de forore & neptibus secum cōmorantibus, nulla nasci possit mala suspitio, tamen quoniam illæ personę sine alijs necessarijs secumq; manentibus fœminis esse nō possent, & quòd ad eas alie a foris intrarent, de ijs posse offendiculum aut scandalum infirmioribus nasci: & illos qui cum Episcopo, vel quolibet clerico fortè manerent ex illis omnibus feminarum personis vnā commorantibus aut aduentantibus, tentationibus humanis posse perire, aut certè malis hoīm suspicionibus, pessimè diffamari: ob hoc ergo dicebat, nunquam debere fœminas cum seruis Dei etiam castissimis in vna manere domo, ne, vt dictum est, aliquod scandalum vel offendiculum hoc tali exemplo poneretur infirmioribus, & si fortè ab aliquibus fœminis & videretur vel salutareretur, rogabatur, nunquam sine clericis testibus ad eas intrabar, vel solus cum solis vnquam est locutus, nisi secretorum aliquid interesset. In visitationibus verò modum tenebat ab Apostolo definitum, vt non nisi pupillos & viduas in tribulationibus constitutas visitaret. Et si fortè ab ægrotantibus ob hoc peteretur, vt pro eis in præsentē Deum rogaret, eisq; manus imponeret, sine mora pergebat. Fœminarum autem monasteria non nisi vrgentibus necessitatibus visitabat. Seruandum quoque in vita & moribus hoīs Dei referebat, quòd in institutis sanctę memorię Ambrosij cōpererat, vt vxorē cuiquā nunq; posceret, neq; militare volentē ad hoc cōmendaret, neq; in sua patria peritus iret ad conuiuiū. De singulis rebus præstans causas, scilicet, ne dum inter se coniuugati casu iurgarent, & eum maledicerent per quem coiuncti essent. Sed planè ad hoc sibi iam illis consentientibus petitem interesse debere affirmabat sacerdotem, vt vel eorum iam pacta & placita firmarentur, vel benedicerentur. Et ne militię cōmendatus suam culpā male agens suffragatori tribueret. Et ne per frequentiam in patriæ conuiuijs constitutus, temperantia amitteretur modus. Indicaerat quoq; nobis se prædicti & beatæ memorię viri in vltimo vitæ constituti audisse sapientissimū & pijsimum responsum, & multum laudabat ac prædicabat. Nam cum ille venerabilis vltima iaceret ægrotudine, & à fidelibus honoratis lecto eius astantibus & videntibus eum de seculo migraturū ad Deū, & ob hoc merentibus tanti ac talis antistitis ecclesiam posse priuari verbi & sacramenti Dei dispensatione, cum lachrymis rogaretur vt sibi à Domino vitę posceret cōmeatum, eum illis dixisse: Non sic vixi vt me pudeat inter vos viuere: sed nec mori timeo, quia bonū Dominum habemus. Et in his noster Augustinus senex elimata ac librata admirabatur & laudabat verba. Ideo enim eum dixisse intelligendum est, nec mori timeo, quia bonum Dñm habemus, ne crederetur prædicens de suis purgatissimis moribus præsumpisse. Non sic vixi, vt me pudeat inter vos viuere. Hoc dixerat ad illud quod homines de homine nosse poterant. Nam sciens examē æquitatis diuinæ, de bono Domino se dicit magis quàm de meritis suis cōsidere, cui etiam in oratione quotidiana dominica dicebat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cuiusdam quoq; coepiscopi & familiarissimi sui amici, in extremis vitæ de talibus frequētissimum referebat dictū: ad quē quum visitandū iam morti appropinquantem ventitasset, & ille manus gestu se de seculo exiturum significaret, atque à se illi esset responsum: adhuc eum Ecclesiæ necessarium viuere posse, illum ne putaretur huius vitæ teneri cupiditate, respondisse ei: Si nunquam, bene. Si aliquando, quare non modò? Et talem sententiam mirabatur & laudabat hominem protulisse, Deū quidem timentem, veruntamē in villa natum & nutritū, sed non multa lectionis eruditum scientia. Illud etiam cuiusdam

8. Notent hoc nō sibi temporis heretici, qui a muliercularum conuicijs & conuersatione nolunt auelli, hisq; imprimis, qui apud eos & sacerdotes & concionatores agunt.

agrotantis dictum afferebat Episcopi, de quo sanctus in epistola sua quam de mortalitate scripsit martyr Cyprianus, ita retulit, dicens: Cum quidam de collegis & cōsacerdotibus nostris infirmitate defecisset, & de appropinquante morte sollicitus commeatum sibi precaretur, aliter deprecanti, & iam penè morienti iuuenis honore & maiestate venerabilis, statura cellus, & clarus aspectu, quem altantem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quoddam talem videre iam poterat de seculo recessurus. Atq; ille non sine quadam animi & vocis indignatione infremuit, & dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? Ante proximum verò diem infirmitatis obitus sui à se dictatos & editos recensuit libros, siue eos quos primo tēpore conuersionis suæ adhuc laicus, siue quos præsbyter, siue quos Episcopus dictauerat, & quæcunq; in his recognouit aliter quam sese haberet ecclesiastica regula, à se fuisse dictata & scripta, cum adhuc ecclesiasticum vsum minus sciret, minusq; intelligeret, à semetipso & reprehensa & correcta sunt. Vnde etiam duo conscripsit volumina, quorum est titulus, De recensione librorum. Præreptos etiā sibi quosdam libros ante diligentiore emendationem à nonnullis fratribus cōquerebatur, licet eos postmodū emendasset. Imperfecta etiam quædam librorū suorū præuētus morte dereliquit. Quicq; profecisse omnino volens, & volentibus multa librorū legere & non valentibus, ex vitroque diuino testamento veteri & nouo præmissa præfatione, præcepta diuina seu vetita ad vitæ regulam pertinentia excerpit, atq; ex his vnū codicē fecit: vt qui vellet, legeret, atq; in eo vel quā obediens Deo inobediētiue esset agnosceret: & hoc opus voluit Speculum appellare. Verū breui consequenti tempore diuina voluntate & potestate prouenit, vt manus ingens diuersis telis armata & bellis exercitata, immanium hostiū Vandalorum & Alanorum cōmixtam secū habentes Gothorum gentem, aliarumq; diuersarū gentiū personas ex Hispaniæ partibus transmarinis nauibus Africæ influxisset & irruisset, vniuersaq; per loca Mauritaniarū etiam ad alias nostras transiens provincias & regiones, omni faciens crudelitate & atrocitate, cuncta quæ potuit expoliatione, cædibus, diuersisq; tormentis, incendijs, alijsq; innumerabilibus & infandis malis depopulata est, nulli sexui, nulli parcens ætati, nec ipsis Dei sacerdotibus vel ministris, nec ipsis Ecclesiarum ornamentis seu instrumentis vel ædificijs. Et hanc ferocissimam hostiū grassationē & vastationem ille homo Dei, & facta fuisse, & fieri, non vt cæteri homines, sentiebat & cogitabat: Sed altius & profundius ea cōsiderans, & in his animarum præcipuè vel pericula vel mortes prouidens, solido amplius q̄ vt scriptum est: Qui apponit scientiam, apponit dolorem, & cor intelligens quasi tinea ossibus: fuerunt ei lachrymæ panes die ac nocte, amarissimæq; & lugubrem præ cæteris suis se necutis iam penè extremam ducebat ac tolerabat vitam. Videbat enim ille homo Dei ciuitates excidio perditas pariter cum ædificijs, villarumq; habitatores, alios hostili nece extrinctos, alios effugatos atq; dispersos, 10 Ecclesias sacerdotibus ac ministris destitutas, virginesq; sacras & quosq; continentes vbique dispersos: & in his alios defecisse tormentis, alios gladio interemptos esse, alios in captiuitate perditam animi & corporis integritate ac fidei, malo more ac duro hostibus deseruire. Cernebat etiā hymnos Dei & laudes de Ecclesijs deperisse, ædificia Ecclesiarum quæ plurimis locis ignibus cōcremata esse, solennia quoque quæ Deo debentur de proprijs locis defecisse: sacrificia, ac sacramenta diuina vel non quæri, vel quærenti qui tradat non facile reperiri: in ipsas montium syluas & cauernas petrarū & speluæas cofugientes vel ad quascunq; munitiones, alios fuisse expugnatos & interfectos, alios necessarijs sustentaculis euolutos atque priuatos, vt fame cōtabererent: ipsosq; ecclesiarū præpositos & clericos, qui fortè Dei beneficio, vel eos nō incurerent, vel incurrentes euaserat, rebus omnibus expoliatos atque nudatos egētissimos mendicare, nec eis omnibus ad omnia quibus sulciendi essent, subueniri posse. Vix tres superstitēs videbat ex innumerabilibus Ecclesijs, hoc est, Carthagenensē, Hipponensē, & Circensē, quæ Dei beneficio exciditæ nō sunt, & earū permanēt ciuitates, & diuino & humano fulte p̄sidio, licet post eius obitū vrbs Hipponensis incolis destituta, ab hostibus fuerit concremata. Et se inter hæc mala cuiusdam sapientis sententia consolabatur, dicens: Non erit magnus magnum putans, quod cadunt ligna & lapides, & moriuntur mortales. Hæc ergo omnia ille, vt erat altè sapiens, quotidie vbertim flebat. Accreuitq; mæroribus & lamentationibus eius, vt etiam adhuc in suo statu cōsistentem ad eandē Hipponensium regionū ciuitatem ab eisdem hostibus veniretur obfidendam. Quoniam in eius tunc defensione fuerat constitutus comes quidam Bonifacius cum Gothorum quondam fœderatus exercitu, quam vrbe[m] fermè quatuordecim mensibus conclusam obfederunt. Nam & littus illi marinum interclusione abstulerūt. Quò etiam nos ipsi de vicino cum alijs nostris coepiscopis confugeramus, in eademque omni obfidionis tēpore fuimus. Vbi nobiscum super his infortunijs sepius colloquebamur, & Dei tremēda iudicia præ oculis nostris posita considerabamus, dicētes: Iustus es Domine, & rectū iudiciū tuum.

9. Ecce morem hereticorum, seu ne recipiunt in seruos Dei & in sanctas eius Ecclesias.

10. Et hæc ipsa in Germania & alibi per hereticos perpetrata, & a diuinis, & proprijs oculis vidimus, ac quotidie experiamur.

tuum. Pariterque dolentes, gementes & flentes orabamus miserationum patrem, & Deū omnis consolationis, vt de eadem nos tribulatione subleuare dignaretur: Et fortè prouenit, vt vnā cum eodem ad mentiam constitutis, & inde confabulantibus cœperit corā nobis dicere: Noueritis me hoc tempore nostræ calamitatis Deum rogare, vt aut hanc ciuitatem ab hostibus circumdatam liberare dignetur, aut si aliud ei videtur, suos seruos ad perferendam suam voluntatem fortes faciat, aut certè vt me de hoc seculo ad se accipiat. Quæ ille dicens nosq; instruens, deinceps cum eodem & nos cum nostris omnibus, & ipsi qui in eadem fuerant ciuitate à summo Deo similiter petebamus. Et ecce tertio illius obfidionis mense decubuit lecto febribus fatigatus, & illa vltima exercebatur ægritudine. Nec suum sanè Dominus famulum fructu suæ precis fraudauit. Nam & sibi ipsi & eidē ciuitati, quod & lachrymosis deposcit precibus, in tempore impetrauit, Noui quoque eundē & præsbyterum & Episcopum pro quibuldā energumenis petentibus vt oraret rogatum, eumque in oratione lachrymas fundentem Deū rogasse, & demones ab hominibus recessisse, itemq; ad agrotantem, & lecto vacantem quendā cum suo agroto venisse & rogauisse, vt eidem manum imponeret, vt sanus esse posset: eumq; respondisse, si aliquid in his posset, sibi hoc vti que primitus præstitisset, & illum dixisse vilitatum se fuisse, sibiq; per somnū dictum esse: Vade ad Augustinum Episcopum, vt eidem manū imponat, & saluus erit. Quod dum cœpisset, facere non distulit, & illum infirmum cōtinuè Dominus sanum ab eodē discedere fecit. Interea reticendum minimè est, cum memorati impenderent hostes, à sancto viro quoque nostro coepiscopo Thabennensis Ecclesiæ Honorato, literis fuisse cōsultum, vtrumnā illis aduentantibus ex Ecclesijs Episcopis vel clericis recedendū esset, an non. Eiq; rescriptis insinuasit, quid magis ab illis Romanæ euerforibus esset metuendum, Quam eius epistolam huic scripturæ inserere volui. Est enim sacerdotum Dei & ministrorum moribus valde vitis & necessaria. Isto modo rescriptum est ad eundem ab eodem. Sancto fratri & coepiscopo Honorato, Augustinus in Domino salutem. Charitati tuæ misso exemplo epistolæ, quam fratri Quoduuldeo nostro coepiscopo scripsi, putabam me hoc onere caruisse quod mihi imposuisti, quærendo cōsiliū, quid in his periculis quæ in tempora nostra venerunt facere debeatis. Quamuis enim epistolam, &c.

Sanè ille sanctus in vita sua proluxa pro vtilitate ac felicitate sanctæ Ecclesiæ catholicæ diuinitus condonata, vixit annis septuaginta sex, in clericatu autem vel Episcopatu annis fermè quadraginta. Dicere aut nobis inter familiaria colloquia confueuerat, post perceptum baptismum etiā laudatos Christianos & sacerdotes absq; digna & competenti penitentia exire de corpore non debere. Quod etiam ipse fecit vltima qua defunctus est ægritudine. Nam sibi iusserat Psalmos Davidicos qui sunt paucissimi de penitentia scribi, ipsosq; quaterniones iacens in lecto contra parietem positos suæ infirmitatis intuebatur, & legebat, & iugiter ac vbertim flebat. Et ne in tētio eius à quoquā impediretur, cauebat. Antè dies fermè decem quàm exiret de corpore, à nobis postulauit præsentibus ne quis ad eum ingrederetur, nisi his tantum horis quibus medici ad inspiciendum intrarent, vel eum ei inferretur resectio. Et ita obseruatum ac factum est, & omni illo tempore orationi vacabat. Verbū Dei vsq; ad ipsam suam extremā ægritudinem imprætermisere, alacriter & fortiter sanamente sanoq; consilio in Ecclesia prædicauit. Membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu atq; auditu, & vt scriptum est, nobis astantibus & videntibus, ac cum eo pariter orantibus, obdormiuit in pace cum patribus suis, enutritus in bona senectute: & nobis coram positus pro eius cōmendanda corporis depositione, sacrificium Deo oblatum est, 11 & sepultus est. Testamentum aut nullum fecit, quia vnde faceret pauper Christi non habuit. Ecclesiæ bibliothecā & omnes codices diligenter posteris custodiendos semper iubebat. Si quid verò Ecclesiæ, vel in sumptibus vel in ornamentis habuit, fidei præsbytero qui sub eodem domus ecclesiæ curā gerebat dimisit. Nec suos consanguineos vel in proposito vel extra constitutos, in sua vita & morte vulgi more tractauit. Quibus dum adhuc superesset id si opus fuit, quod & cæteris erogauit, non vt diuitias haberent, sed vt aut non, aut minus egerent. Clerum sufficientissimū & monasteria virorū 13 ac sceminarum continentiu cum suis præpositis plena Ecclesiæ dimisit, vnā cum bibliothecis libris, & tractatus vel suos vel aliorum sanctorum habentibus, in quibus dono Dei qualis quantusq; in ecclesia fuerit notetur, & in his semper viuere à fidelibus inuenitur. Iuxta quod etiā seculariū quidā poetarū, suis iubēs quo sibi tumultū mortuo in aggre publico collocaret, pro epigramate finxit, dicens: Viuere post obitum vatem vis nos: e viator?

Quod legis ecce loquor, vox tua nempe mea est.

Et in suis quidem scriptis ille Deo acceptus & chatus sacerdos, quantum lucente veritate videre conceditur, rectæ ac sanæ fidei, spei, & charitatis catholicæ ecclesiæ vixisse manifestatur. Quod

11. Vide quomodo moriantur veri Christi fideles.

12. Vide etiam quomodo sepeliuntur, nempe cum nisse celebratione, quod sacrificiū appellat.

13. Monasteria virorū & sceminarum continentiu cum suis præpositis cum suis præpositis pluribus, Ecclesiæ dimisit mortuus D. Augustinus.

Quod agnoscunt qui eundem de diuinis scribentem legentes proficiunt. Sed ego arbitror plus ex eo proficere potuisse, qui eum & loquentem in ecclesia praesentem audire & videre potuerunt, & eius praesertim inter homines conuersatione non ignoraerunt. Erat enim non solum eruditus scriba in regno caelorum, de thesauro suo proferens noua & vetera: & vnus negotiatorum qui inuentam preciosam margaritam, quae habebat venditis, comparauit, verum etiam ex ijs ad quos scriptum est: Sic loquimini, & sic facite: & de quibus saluator dicit: Qui fecerit & docuerit sic homines, hic magnus vocabitur in regno caelorum. Peto autem impendit vestram charitatem, qui haec scripta legitis, vt mecum omnipotenti Deo gratias agatis, Dominumque benedicatis, qui tribuit mihi intellectum, vt haec in notitiam & praesentium & absentium praesentis temporis & futuri hominum, & vellem deferre, & valuissim: & mecum ac pro me oretis, vt illius quondam viri cum quo annis ferme quadraginta Dei dono absque armata vlla dissensione familiariter ac dulciter vixi, & in hoc seculo emulatores & imitator existam, & in futuro omnipotentis Dei promissis cum eodem persuar. Amen.

Habetur in martyrologio sub v. Calen. Septemb.

VITA SANCTI AVGVSTINI

Episcopi per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

1. Si sanctissimus vir omnibus libere valibus disciplinis fuit inuolutus, cur scilicet quidam nostris temporibus dicitur, quod dicitur etiam de disciplinarum humeris, esse Christianis inuolutus, et a seculis explodens dum.

Pro die in Africam depositio S. Augustini Episcopi. Ex provincia ergo hic Africana ciuitate Tagastensi, de numero curialium parentibus honestis & Christianis progenitus, alitufque est, ac nutritus eorum cura ac diligentia, impensiusque, secularibus artibus eruditus apprimè, omnibus videlicet disciplinis imbutus, quas liberales vocant. Nam & Grammaticam prius in sua ciuitate, & Rhetoricam in Africæ capite Carthagine postea docuit: consequenti etiam tempore trans mare in vrbe Roma, & apud Mediolanum. In qua vrbe tunc administrabat acceptissimus Deo, & in optimis viris praclarissimus sacerdos Ambrosius. Huius interea verbi Dei praedicatoris frequentissimus in ecclesia disputantibus astant in populo, intendebat suspensus, atque affixus. Et factum est diuina praesente opitulatione, vt per beatum Ambrosium, & doctrinam salutarem ecclesiae catholicae, & diuina perciperet sacramenta. Moxque ex intimis cordis medullis spem omnem, quam habebat in seculo, dereliquit. Iam verò non vxorem, non filios carnis, non diuitias, non honores seculi querens, Deo cum suis seruire statuit. Vnde cum his qui eidem adherabant, Deo vivebat & ieiunijs, orationibus, bonis operibus in lege Domini meditans ac nocte. Et de his, quae sibi Deus cogitanti atque oranti intellecta reuelauit, & praesentes & absentes sermonibus ac libris ditabat. Factumque est, vt ordinaretur 3 praesbyter in ecclesia Hipponensi, omnibus id vno consensu, & desiderio fieri perficique petentibus, magnoque studio flagitatus. Mox sibi monasterium intra ecclesiam instituit, & cum Dei seruis viuere cepit secundum 4. modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maxime vt nemo quicquam proprium in illa societate haberet, sed essent omnia communia, & distribueretur vnique sicut opus erat. Interiecto autem tempore sancto Episcopo, Valerio id agente omnibus gratulantibus, atque id fieri ingenti desiderio clamantibus, Episcopatum suscipere suo viuentis Episcopo, coactus est. Atque id factum est, vt Episcopus multo instantius ac feruentius maiore auctoritate verbum salutis aeternae, alacriter pulullati atque crescenti, Domini ecclesiae praedicaret. Vixit in clericatu vel episcopatu annis ferme quadraginta, aetatis verò illius annis septuaginta sex. Verbum Dei usque ad extremam aegritudinem impraetermissè, sana mente, sanoque consilio in ecclesia praedicauit, Mébris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu, atque auditu, & astantibus, & videntibus, & orantibus fratribus, obdormiuit cum patribus suis, enutritus in senectute bona. Testamentum nulli fecit, quia vnde faceret pauper Dei non habebat. Tertio oblationis mensae (Nam ciuitas eius quatuordecim conclusa, & obfessa est à Vandalis mensibus, Alanis, alijsque comixtis gentibus) decubuit febribus, & illa vltima exercitatus aegritudine.

2. Ecce sanctorum fidelium exercitia, in quibus & bona opera computantur. Non ergo satis fuit Augustino ad salutem credenda duntaxat.

3. Si omnes ex eo quo essent facerem dotes, vt voluit hoc tempore nescio quidam non fuisse opus Augustino vt ordinaretur praesbyter.

4. Vides in effectum, quod verus monarchismus nil aliud est, quam viuere secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constituta. Cur ergo in opere illi dicitur non inuoluitur nostris.

5. Venerabile Augustini corpus a sua ciuitate primo in Sardiniam translatum, mox Papiam relatum, ibi honorifice conditum est.

VITA

SANCTORVM HISTORIA. Pars. II. 371
VITA SANCTI EVCHERII EPISCOPI Lugdunensis, per eundem Adonem collecta.

Habetur in eius Martyr. sub xv. Cal. Decemb.



Die xvj. Nouembris natale sancti Eucherij Episcopi Lugdunensis, admirandae fidei, vitae & doctrinae viri. Qui ex nobilissimo Senatorum ordine ad religiosam vitam habitumque conuersus, diu in agro suo super fluuium Durentiam intra septa speluncae sponte conclusus, Christo seruiuit ieiunijs & orationibus vacans. Defuncto autem Pontifice Lugdunensi, cum vniuersa ecclesia iuxta morem à se antiquitus obseruatum, triduanis & obsecrationibus, qui gubernationem eiusdem ecclesiae suscipere deberet, sibi posceret à Domino reuelari, cuidam puero apparens in visu Angelus Domini: Est, inquit, senator quidam Eucherius nomine, super fluuium Durentiam retrorsus in specu, qui relictis omnibus quae possidebat, sequutus est Dominum. Ad hunc deducendum pergit, & vobis pastorem illum constituit, quoniam à Deo est electus. Quod cum puer senioribus diluculo retulisset, omnipotenti Deo, cunctis fratribus conuocatis, gratias egerunt: misitque cum clericis ad praefatum locum Archidiacono, qui tunc ecclesiae curam gerebat, inuenerunt eum, sicut eis Dominus reuelauerat. Cumque illi Archidiaconus rem, propter quam venerat, indicasset, cepit cum iuramento dicere, se voluntarie de specu non egressurum, nec cum eo, nisi ligatus duceretur, iturum. Cumque diu talia repeteret, Archidiaconus effracto muro speluncae, eduxit eum, & iuxta quod ipse iurauerat, vinculum perduxit Lugdunum. Quem pari animo vnoque consensu clerus & populus sibi eligens sacerdotem, in Pontificali cathedra solenniter collocauit.

Huius 4 vxor Galla in sancto habitu Deo seruiens, speluncam eius ingressa omne illic vitae suae tempus in studio religionis exegit. Duè ipsorum filij, quarum vna Consortia, altera Tullia vocabatur, virginitatis gratia, & signorum gloria claruerunt.

VITA DIVI BENEDICTI ABBA-

tis, per Diuum Gregorium Papam scripta.



VIT vir vitae venerabilis, gratia Benedictus & nomine, ab ipso suae pueritiae tempore cor gerens senile. Aetatem quippe moribus transiens, nulli voluptati animum dedit: sed dum in hac terra adhuc esset, quod temporaliter liberè vti potuisset, desepxit iam quasi aridum mundum cum flore. Qui liberiori genere ex provincia Nursiae exortus, Romae liberalibus literarum studijs traditus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret: eum quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem: ne si quid de scientia eius attingeret, ipse quoque in immane praecipitium totus irret. Despectis itaque literarum studijs, relicta domo, rebusque patris, soli Deo placere desiderans, sanctae conuersationis habitum quaesivit. Recessit igitur scienter nesciens, & sapienter indoctus, Huius ergo omnia gesta non didici: sed pauca quae narro, quatuor discipulis illius referentibus agnouit: Constantino scilicet reuerendissimo valde viro, qui ei in monasterij regimine successit: Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranensi monasterio praesuit: Simplicio, qui congregationem illius post eum tertius rexit: Honorato etiam, qui nunc adhuc eius cellae in qua prius conuersatus fuerat, praesit. Hic itaque cum iam relicta literarum studijs petere deserta decreuisset, nutrix quae hunc arctius amabat, sola secuta est. Cumque ad locum venisset qui dicitur Enside, multisque honestioribus viris pro charitate se illic detinentibus, in beati Petri ecclesia demorarentur: praedicta nutrix illius ad purgandum triticum à vicinis mulieribus praestari sibi capisterium petijt: quod super mensam incaute derelictum, casu accidentefactu est, sic vt in duabus partibus inueniretur diuisum. Quod mox rediēs nutrix illius vt ita inuenit, vehemētissimè flere cepit, quia vas quod praestitit acceperat, fractum videbat. Benedictus autem religiosus & pius puer, cum nutricē suā flere cōspiceret: eius dolori cōpassus, ablatis secū vtrisque fracti capisterij partibus, sese cū lachrymis in oratione dedit: qui ab oratione surgēs, ita iuxta se vas sanū reperit, vt in eo inueniri fracturę nulla vestigia potuissent: moxque nutricē suā blandè cōsolatus, ei sanū capisteriū reddidit, quod fractū tulerat. Quae res in eodē loco à euentis est agnita, atque in tanta admiratione habita, vt hoc ipsum capisterium eius loci incolae in ecclesie ingressu suspenderent, quatenus praesentes & secuturi omnes agnoscerent, à quanta Benedictus per conuersationis gratiam perfectione cepisset, quod annis multis illic ante omnium oculos fuit, & vsque ad hęc Longobardorum tempora super fores ecclesie pendendit. Sed Benedictus plus apperens mala mundi perpeti, quam laudes, & pro Deo laboribus fatigari, quam vitę huius fauore extolli, nutricem suam

1. Inter sanctorum virorum exercitia sunt ieiunia & orationes.

2. Vide quod ieiunia & orationes valent ad impetrandam a Deo secretorum reuelationem.

3. Haec est vera paupertas: Euan-gelica: relicti omnibus quae possidentur, sequi Dominum.

4. Nec credas sanctum virum post adeptum sacerdotium vxorem accepisse & filias procreasse, sed dudum ante, siam secunda dum occidentalis ecclesiae morem, promotus in sacerdotem, de consensu vxoris perpetuo ab eius comixtione abstinet.

Habetur lib. secundo Dialogi eiusdem capitulo primo cum lequebus.

1. Benedictus puer factum capisterium oratione integrum restituit.

372 ALOYSII LIPOMANI VERON.

suam occultè fugiens, deserti loci secessum petijt, cui Sublatus vocabulū est, qui ab Romana vrbe quadraginta ferè millibus distans, frigidat atque perspicuas emanat aquas. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenlo prius loco colligitur, ad extremum verò in amnem deriuatur. Quò dū fugiens pergeret, monachus quidam Romanus nomine, hunc eundem reperit, quò tenderet requisit. Cuius cum desiderium cognouisset, & secretum tenuit, & adiutorium impendit, eiq; sanctæ conuersationis habitum tradidit, 2 & in quantum licuit ministravit. Vir autē Dei ad eundem locum perueniens, in arctissimum specum se tradidit, & tribus annis excepto Romano monacho omnibus hominibus ibi incognitus mansit: qui videlicet Romanus non longè in Monasterio 3 sub Theodaci patris regula degebat. Sed piè eiusdem patris sui oculis turabatur horas, & quem sibi ad manducandum surripere poterat, diebus certis Benedicto panem ferebat. Ad eundem verò specum à Romani cella iter non erat: quia excelsa desuper rupes eminebat, sed ex eadem rupe in longissimo fune ligatū Romanus deponere panem cōsueuerat: in qua etiam resti paruum tintinnabulum inseruit: vt ad eius sonum vir Dei cognosceret, quando sibi Romanus panem præberet: quem exigēs acciperet. Sed antiquus hostis vnus charitati inuidens, alterius refectioni: cum quadam die submitti panem conspiceret, iactauit lapidem, & tintinnabulum fregit. Romanus tamè modis congruentibus ministrare non desijt. Iam Deus omnipotens & Romanum vellet à labore quiescere: & Benedicti vitam in exemplum hominibus demonstrare, vt posita supra candelabrum lucerna claresceret: quatenus omnibus qui in domo Dei sunt, luceret: cuidam præbytero longius manenti qui refectionem sibi in Paschali 4 festiuitate parauerat, per visum Dominus apparere dignatus est, dicens: Tu tibi delicias præparas, & seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit: atque in ipso solennitate Paschali cum alimentis quæ sibi parauerat, ad locum tetendit, & virum Dei per abrupta montium, per concaua vallium, per desossa terrarum quæsiuit, eumq; latere in specu reperit. Cuiq; oratione facta benedicentes Dñm omnipotentē cōsedissent, post dulcia vitæ colloquia is qui aduenerat præbyter, dixit: Surge sumamus cibum, quia hodie Pascha est. Cui vir Dei respondit dicens: Scio quia Pascha est: quia hodie videre te merui. Longè quippe ab hominibus positus, quia die eodem Paschalis solennitas esset ignorabat. Venerabilis autē præbyter rursus asseruit, dicens: Veraciter hodie resurrectionis dominicæ Paschalis dies est, 5 abstinere tibi minimè cōgruit: quia & ego ad hoc missus sum, vt omnipotentis dona Dei pariter sumamus. Benedicentes igitur Dñm sumplerunt cibū. Expleta itaq; refectione & colloquio ad Ecclesiam suā præbyter recessit. Eodè quoq; tēpore hūc in specu latitantē etiā pastores inuenerunt: què dū vestitū pollibis inter fruteta cerneret, aliquā bestia effuere crediderūt, sed cognoscentes Dei famulū, eorū multi ad pietatis gratiā à bestiali mente mutati sunt. Nomen itaq; eius per vicina loca innotuit cunctis. Factumq; est vt ex illo iam tempore à multis frequentari cœpisset: qui cum ei cibum afferrent corporis: ab eius ore in suo pectore alimentare ferebant vitæ.

Quadam verò die dum solus esset, tentator affuit. Nam nigra paruāq; auis quæ vulgò mela nominatur, circa eius faciem volitare cœpit, eiusq; vultui importunè inlisteret, ita vt manu capi posset, si hanc vir sanctus tenere voluisset: sed signo crucis edito recessit auis. Tanta aut carnis tentatio aui eadem recedente secuta est, quantā vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando feminam viderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit. Tantoq; igne serui Dei animum in specie illius accendit, vt dum in eius pectore amoris flāma vim caperet, etiam penè deserere eremū voluptate victus deliberraret. Tunc subito superna gratia respectus ad semetipsum reuersus est: atq; vtricarum & veriprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens, & exutus indumento, nudū se in illis spiruarum aculeis, & vtricarum incendijs proiecit: ibiq; diuolutatus toto ex eis corpore vulneratus exijt, & per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolore. Cumq; bene pœnaliter foris arderet, extinxit quod intus illicitè ardebat. Vicit itaque peccatum: quia mutauit incēdium. Ex quo videlicet tempore sicut pōst discipulis ipse perhibebat, ita in eo est tentatio voluptatis edomita, vt tale aliquid in se minimè sentiret. Cœperunt postmodum multi iam mundum relinquere, atque ad eius magisterium festinare. Liber quippe à tentationis virio, verè iure iam factus virtutum magister. Vnde & per Moysen in Exodo præcipitur, vt Leuitæ à viginti quinq; annis & supra ministrare debeāt, ab anno verò quinquagesimo custodes vasorum fiant.

Petrus. Iam quidem prolati testimonij mihi aliquantum intellectus interlucet: sed tamè hoc plenius exponi postulo. Gregor. Liqueat Petre, quòd in iuuentute carnis tentatio ferueat, ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat, vasa autem sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione sunt, subesse eos ac seruire necesse est: & obsequijs laboribusq; fatigari. Cum verò iam mentis ætate tranquilla calor recesserit tērationis, custodes

custodes vasorum sunt, quia doctores animarum sunt. Petrus, Fateor, placet quod dicitis: sed quia prolati testimonij clausa referasti, quæso vt de vita iusti, debeas ea quæ sunt inchoata percurrere. Gregorius. Recedente igitur tentatione vir Dei, quali spinis erutis exculca terra de virtutum fegete feracius fructus dedit: præconio itaque eximie conuersationis celebre nomen eius habebatur. Non aut longè monasterium fuit, cuius congregationis pater defunctus est: omnique ex illo congregatio ad eundem venerabilem Benedictum venit, & magnis precibus vt eis præesse deberet, petijt. Qui diu negando distulit: suis illorumque fratrum moribus se conuenire non posse prædixit: sed victus quandoque precibus assensum dedit. Cumq; in eodem monasterio regularis vitæ custodiam teneret: nullique vt prius per actus illicitos in dexteram lquamque partem deflectere à conuersationis itinere liceret: suscepti fratres insanè fauientes, semetipsos prius accusare cœperunt, quia hunc sibi præesse poposcerant: quorum scilicet tititudo in norma eius reſtitutinis offēdebat. Cumq; sibi sub eo conspicerent illicita non licere: & se dolerent assueta relinquere, durumq; esset quòd in mente veteri cogebantur noua meditari: & quia grauis est semper prauis moribus vita bonorum, tractare de eius morte aliqui conati sunt: qui inuito consilio venenum vino mīcuerunt. Et cum vas vitrium in quo ille pestifer potus habebatur, recumbenti patri ex more monasterij ad benedicendum fuisset oblatum, extensa manu Benedictus signum crucis 7 edidit, & vas quod longius tendebatur, eodem signo rupit: sicque conſactum est, ac si in illo vase mortis pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir Dei quia potum mortis habuerat, quòd portare non potuit signum vitæ: atque illic surgens vultu placido, mente tranquilla, conuocatos fratres allocutus est, dicens: Miserratur vestri fratres, omnipotens Deus: quare in me ista facere voluistis? Nunquid non prius dixi vobis quia vestris ac meis moribus minimè conueniret? Ite, & iuxta vestros mores patrem vobis querite, quia posthac me habere minimè potestis. Tūcque ad locum dilectæ solitudinis redijt: & solus in superni spectatoris oculis habitauit secum.

Petrus. Minus patenter intelligo, quidnam sit, habitauit secum. Gregorius. Si sanctus vir contra se vnanimiter conspirantes, suq; conuersationi longè dissimiles coactos diu sub se tenere voluisset, fortasse sui vigoris vsum & modum tranquillitatis absconderet, atque à contemplationis lumine suæ mentis oculum declinasset. Dumq; quotidie illorum correptione fatigatus minus curaret sua, & se forsitan relinqueret, & illos non inueniret. Nam quoties per contagionis motum nimium extra nos ducimur, & nos sumus, & nobiscum non sumus: quia nosmetipsos minimè videntes, per alia vagamur. An illum secum fuisse dicimus, qui in longinquam regionem abiit: portionem quam acciperat, consumpsit: vni in ea ciuium ad hæsit: porcos paut, quos cum manducare videret siliquas, & esurire: qui tamen cum postmodum cœpit cogitare bona quæ perdidit, scriptum de illo est: In se reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Si igitur secum fuit, vnde ad se redijt? Hunc ergo venerabilem virum secum habitasse dixerim, quia in sua semper custodia circūspectus, ante oculos cōditoris se semper aspiciens, se semper examinans, extra se mentis suæ oculi non diulgauit. Petrus. Quid ergo quod de Apostolo Petro scriptum est, dum de carcere ab Angelo eductus fuisset: qui ad se reuersus dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

Gregorius. Duobus modis, Petre, extra nos ducimur, quia aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsos recidimus, aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos leuamur. Ille itaque qui porcos paut, vagatione mentis & immunditiæ sub semetipsum cecidit. Ille verò quem Angelus soluit, eius mentē in extasim rapuit, extra se quidem: sed super semetipsum fuit. Vterq; ergo ad se redijt, quando & ille ab errore operis se collegit ad cor: & iste à contemplationis culmine ad hoc redijt, quod in intellectu communi vt prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitabat secum, inquantū se intra cogitationis claustra custodiuit: nam quotienscunq; hunc contemplationis ardor in altum rapuit, se proculdubio sub se relinquit. Petrus. Placet quod dicitis, sed quæso respondeas, si deserere fratres debuit, quos semel suscepit?

Gregorius. Vt ego Petre existimo, ibi adunati æquanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui qui adiuuentur boni. Nam vbi omnimodo de bonis fructus deest, fit aliquando de malis labor vacuus, maximè si è vicino causæ suppetant, quæ fructum Deo ferre valeant meliorem. Vir itaque sanctus propter quem custodierum stare, qui omnes vnanimiter se perfectentes cerneret? Et sæpe agit in animo perfectorum: quod silentio prætereundum non est, quia cum laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Vnde ille quoq; egregius prædicator qui dissolui cupit,

7i Benedictus signo crucis edito, vas in quo venenum erat, rupit.

2. Romanus monachus tradidit Benedicto sanctæ conuersationis habitum. Vide ergo quod monachi etiā tunc certum habitū habebant, ne dicas et quibusdam, habitus monachorum nouitius est, et antiqui monachi ab aliis habitū non discerniebantur.

3. Romanus in monasterio sub regula Theodaci patris degebat, vt scilicet antiquos monachos et ipsos habuisse regulas et constitutiones suas contra nouorum beneficiorum mendaciam.

4. In Paschali festiuitate

5. Tu qui oēs dies æquales esse dicis, nec vnū alio celebrari, vides quod die Pasche abstinere Benedicto non licuit, et propterea ad eum recessit cum prandio sacerdos diuina iussione missus est.

6. Disce et tu monachis, quomodo uarnis tentatio vitæ uatur. Non enim illum deserendū monasterium, et uicē da uxore, ut faciunt nostri temporis. Apostata, sed orationibus et flagellis superanda. Nam non coronabitur quis, nisi legitime certauerit. Non autē si legitime certare dicitur, qui ad primum hostis congressum, seu ut proijcit, arma deripit, ac solo cedere aream vacuam aduersario dimittit.

& cum Christo esse, cui vivere Christus est, & mori lucrum: qui passionum certamina non solum ipse appetit, sed ad toleranda hæc & alios accendit. Damasci persecutionem passus, ut posset euadere maurum, hunc sportamq; quaerit, sed latenter deponi voluit. Nunquid non Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minoræ sibi fructu adesse cõspiceret, & graui labore ad laborem se alibi cum fructu seruauit. Fortis etenim præliator Dei: teneri intra claustra noluit, certaminis campum quaesuit. Unde idem quoq; venerabilis Benedictus si libenter audis, citius agnoscis, quia non tanto ipse indociles deseruit, quantos in locis alijs à morte animæ suscitauit. Petrus. Ita est ut doces, & manifesta ratio, & prolatum congruum testimonium declarat. Sed quæso, ut de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas.

Gregorius. Cùm sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus, signisque succresceret, multi ab eo in eodẽ loco ad omnipotentis Dei sunt seruitiũ congregati, ita ut illic duodecim monasteria cum omnipotentis Iesu Christi Domini opitulatione construerent: in quibus statim patribus duodeno monachos deputauit, paucos vero secũ retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptius erudiri indicauit. Cœpere etiam tunc ad eum Romanæ urbis nobiles & religiosi concurrere: suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Tunc quoq; bonæ spei suas soboles, Eucius Maurũ, Terullius verò Patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus iunior cùm bonis polleret moribus, magistri adiutor cœpit existere Placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos, in vno autẽ ex eis monasterijs quæ circumquaq; construxerat, quidam monachus erat, qui ad orationẽ stare nõ poterat, sed mox ut se fratres ad studium orationis inclinabant, ipse egrediebatur foras: & mente vaga terrena aliqua & transitoria agebat. Cùmq; ab Abbate suo sæpius fuisset admonitus, ad virum Dei deductus est, qui ipse quoq; stultitiam eius vehementer increpauit, & ad monasterium reuersus, vix duobus diebus viri Dei adorationem tenuit. Nam die tertia ad vsum proprium reuersus, vagari tempore orationis cœpit. Quod cùm seruo Dei ab eodem monasterij patre quem constituerat, nunciatum fuisset, dixit: Ego venio: eumq; per memetipsum emendo. Cùmq; vir Dei venisset ad idem monasterium, & constituta hora expleta psalmodia sese fratres in orationem dedissent: cœpit quod eundẽ monachum q in oratione manere nõ potuit, quidam niger puerulus per vestimenti simbria foras traheret. § Tunc eidẽ patri monasterij Pompeiano nomine, & Mauro Dei famulo secretè dixit: Nunquid nõ aspicitis quis est qui istum monachum foras trahit? Qui respondentes dixerunt: Non. Quibus ait: Oremus, ut vos etiam videatis quem iste monachus sequitur. Cùmq; per biduum esset oratum, Maurus monachus vidit: Pompeianus verò eiusdem monasterij pater videre nõ potuit. Die igitur alia expleta oratione vir Dei oratoriũ egressus, stantè foris monachum reperit, quẽ pro cæcitate cordis sui virga percussit: qui ex illo die nil persuasionis ulterius à nigro iam puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit: sicque antiquus hostis dominari nõ ausus est in eius cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex verberibus. Ex his autẽ monasterijs: quæ in eodem loco construxerat, tria rursum in rupibus motis erant, & valde erat fratribus laboriosum, quod semper ad lacum oportebat descendere ut aquam haurire debuissent: maxime quia è deuexo motis erat graue descendentes in timore periculum. Tunc collecti fratres ex eiusdem tribus monasterijs ad Dei famulum Benedictum venerunt, dicentes: Laboriosum nobis est propter aquam quotidie vsq; ad lacum descendere, & idcirco necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blandè cõsolans dimisit, & nocte eadem cum paruo puerulo nomine Placido, cuius superius memoria feci, eiusdem motis rupem ascendit, ibiq; diutius orauit. Et oratione cõpleta tres petras eodem in loco pro signo posuit: atq; ad suum, cunctis illis nescientibus, monasterium rediit. Cùmq; die alia ad eum pro necessitate aquæ prædicti fratres rediissent, dixit: Ite & rupem illam in quatuor super inuicem positas petras inueneritis, in modicum caute: valet enim omnipotens Deus etiam in illo motis cacumine aquam producere, ut vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes rupem montis, quam Benedictus prædixerat, iam sudantem inuenerunt. Cùmque in ea cõcauum locum fecissent, statim aqua repletus est, quæ tam sufficienter emanauit, ut nunc vsq; vbertim defluat: atq; ab illo montis cacumine vsq; se ad inferiora decurrat.

Alio quoque tempore Gothus quidam pauper spiritu ad conuersionem venit: quem Dei vir Benedictus libentissimè suscepit. Quadam verò die ei ferramentum dare iussit, quod ad scilicet similitudinem falcatrum vocatur: ut de loco quodam vepres abscinderet, quatenus illic hortus fieri deberet. Locus autem ipse quem mundandum Gothus susceperat, super ipsam laci ripam iacebat. Cùmq; Gothus idem densitatem veprium totius virtutis annis succideret, ferrum de manubrio profliciens in lacum cecidit: Vbi scilicet tanta erat aquarum profunditas, ut spes requirendi ferramenti nulla iam esset. Itaq; ferro perditò tremebundus

ad Mau-

ad Maurum Monachum cucurrit Gothus: damnum quod fecerat nunciavit, & reatus, sui poenitentiam egit. Quod Maurus quoque monachus mox Benedicto famulo Dei, curauit indicare. Vir igitur Domini Benedictus hæc audiens, accessit ad lacum, tulit de manu Gothi manubrium, & militè in lacum, & mox ferrum à profundo rediit, atque in manubrium intrauit. Qui statim ferramentum Gotho reddidit, dicens: Ecce labora, & noli contristari. Quadam verò die dum idem venerabilis Benedictus in cella cõsisteret, prædictus Placidus puer, sancti viri monachus ad hauriendam de lacu aquam egressus est: qui vas quod tenebat in aquam incautè submittebat, ipse quoq; cadendo sequutus est. Quem mox vnda rapuit, & penè ad vnus sagittæ cursum eum à terra introrsus traxit. Vir autem Dei intra cellam positus hoc protinus agnouit: & Maurum festinè vocauit, dicens: Frater Maure, curre, quia: puer ille qui ad hauriendam aquam perrexit, in lacum cecidit: iamque eum longius vnda trahit. Res mira, & post Petrum Apostolum inuisitata. Benedictio enim postulara atq; percepta, ad patris sui imperium concitus perrexit Maurus. Itaque vsq; ad eum locum quo ab vnda deducebatur puer, per terram se ire existimans, super aquam cucurrit: eumque per capillos tenens, cursu rapido rediit. Qui mox ut terram tetigit, ad se reuersus post tergum respexit, & quia super aquas cucurrisset agnouit: & quod præsumere non potuisset ut ferer, miratus extremiuit factum. Reuersus itaq; ad patrem rem gestam retulit. Vir autem venerabilis Benedictus hoc non suis meritis, sed illius obedientiæ deputare cœpit. At contra Maurus pro solo eius imperio factum dicebat: seque conscium in illa virtute non esse, quam nescius fecisset. In hac itaque mutæ humilitatis & amica contentione accessit arbiter puer qui ereptus est, nam dicebat: Ego cùm ex aqua traheret, super caput meum melotem abbatris videbam: atque ipsum me ex aquis educere considerabam. Petrus. Magna sunt valde quæ narras, & multorum ædificationi profutura: ego autem boni viri miracula quò plus bibo, eò plus satio.

Gregorius. Cùm iam loca eadem in amorem Domini nostri Iesu Christi, longè latèque seruescerent, & secularem vitam multi relinquerent, & sub leui redemptoris iugo ceruicem cordis edomarent: sicut mos præuorum est inuidere alijs virtutis bonũ quod ipsi habere non appetunt: vicina Ecclesiæ presbyter Florentius nomine, huius nostri subdiaconi Florentij auus, antiqui hostis malitia percussus, sancti viri studijs cœpit æmulari: eiusq; conuersationi derogare: quosq; etiã posset ab illius visitatione cõpescere. Cùmque iam se cõspiceret eius profectibus obuiare non posse, & conuersationis illius opinionè crescere, atque multos ad statum vitæ melioris ipso quoq; opinionis eius præconio indefinenter, vacare, inuidiæ facibus magis magisq; succensus, deterior fiebat: quia conuersationis illius appetebat habere laudem, sed habere laudabilem vitã nolebat. Qui eiusdem inuidiæ tenebris cõcatus, ad hoc vsq; perductus est, ut seruo omnipotentis dei insectũ veneno panem quasi pro benedictione trãmitteret. Quem vir Dei cum gratiarũ actione suscepit, sed eum quæ pestis lateret in pane, non latuit. Ad horam verò refectionis illius ex vicina sylua coruus venire consueuerat, & panem de manu eius accipere. Qui cùm more solito venisset, panem quem presbyter trãmiserat, vir Dei ante coruum proiecit: eiq; præcepit, dicens: In nomine Iesu Christi Domini nostri tolle hunc panem, & tali eum loco projice, vbi à nullo hominum posset inueniri. Tunc coruus aperto ore, expansis alis circa eundem panem cœpit discurrere, crocitare, ac si apertè diceret, & obedire se, velle, & tamè iussa implere non posse. Cui vir Dñi præcipiebat iterũ atq; iterũ, dicens: Leua, leua securus, atq; ibi projice, vbi inueniri non possit. Quem diu demoratus quandoq; coruus momordit, leuauit, & recessit. Post trium verò horarũ spatium abiecto pane rediit, & de manu hominis Dei annonam quam consueuerat accipere. Venerabilis autem pater cõtra vitam suã inardescere sacerdotis animũ videns, illi magis quàm sibi doluit. Sed prædictus Florentius, quia magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas discipulorum animas accendit, ita ut in horto cellæ cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret, quæ corã eis sibi inuicem manus tendentes, & diutius ludentes, illorum mētes ad peruersitatem libidinis inflammarent: quod vir sanctus de cella cõspiciens, lapsusq; adhuc tenerioribus discipulis pertimescens, idq; pro sua solius persecutione fieri pertractans, inuidiæ locum dedit: atq; oratoria & cuncta quæ construxerat, substituit præpositis, adiunctis fratribus, ordinauit, & paucis secum monachis ablatis, habitationem mutauit loci. Sicq; vir Dei eius odia humiliter declinauit, quem omnipotens Deus terribiliter percussit. Nam cùm prædictus presbyter stans in solario Benedictum discensit se cognosceret, & exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica, hoc ipsum tantum in quo stabat solarium cecidit, & Benedicti hostem conterens extinxit: quod viri Dei discipulus Maurus nomine statim venerabili patri Benedicto, qui adhuc à loco eodem vix decem millibus aberat, æstimauit esse nunciandum, dicens: Reuertere, quia presbyter, qui te

¶ Vel hinc potest scire licet, quam grata sit Deo oratio, cum diabolo introire et inuisi dicitur.

qui te persequatur extinctus est. Quod vir Dei Benedictus audiens, sese in grauibus lamtationibus dedit: vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipulus exultauit. Qua de re factum est, vt eidem quoque discipulo penitentiam indiceret, quod mandans talia gaudere de inimici interitu præsumpisset.

Petrus. Mira sunt & multum stupenda quæ dicis. Nam in aqua ex petra producta Moyses, in ferro verò quod ex profundo aquæ redijt Helisæum, in aqua icinere Petrum, in corui obedientia Heliam, in luctu autem mortis inimici, Dauid video & pendo: vir iste spiritu iustorum omnium plenus fuit. Gregorius. Vir Dei Benedictus Petre, vnus Dei spiritum habuit, qui per concessæ redemptionis gratiam electorum corda omnium impleuit, de quo Ioannes dicit: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. De quo rursus scriptum est: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam sancti Dei homines potuerunt à Domino virtutes habere, non etiam alijs tradere. Ille autem signa virtutum dedit subditis, qui se daturum signum Ionæ promissit inimicis, vt coram superbis moli dignaretur, coram humilibus resurgere, quatenus & illi viderent quod contemnerent, & isti quod venerantes amare debuissent. Ex quo mysterio actum est, vt dum superbi aspiciunt despectum mortis, humiles contra mortem acciperent gloriam potestatis. Petrus. Quæso te post hæc, ad quæ loca vir sanctus migrauerit, vel si aliquas in eis virtutes postmodum ostenderit, innotescere.

Gregorius. Sanctus vir ad alia demigrans loca, non hostem mutauit, Nam tãd post grauiora prælia pertulit, quantum contra se apertè pugnantem ipsum malitiæ magistrum inuenit. Cautrum namq; quod Calsinû dicitur, in excelsi môtis latere sitû est, qui videlicet môtis distelo sinu hoc idem castrum recipit, sed per tria millia in altum se suberigens, velut ad aëra cacumè teiidit, vbi vetustissimum sanum fuit, in quo ex antiquorum more Gentiliû à stulto rusticorum populo Apollo colebatur. Circumquaq; etiã in cultu dæmonû luci succubauerant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium insana multitudis sacrificijs sacrilegis insudabat. Illuc itaq; vir Dei perueniens contriuit idolum, subuertit aram, succendit lucosq; in ipso templo Apollinis, oraculum beati Martini, vbi verò ara eiusdem Apollinis fuit, oraculû sancti Ioannis construxit, & commorantem circumquaque multitudinem prædicatione continua ad fidem vocabat. Sed hæc antiquus hostis tacite non ferens, non occulte, vel per somnium, sed aperta visione eiusdem patris oculis sese ingerebat, & magnis clamoribus vim se perpeti conquirebatur, ita vt voces illius etiam fratres audirent, quamuis imaginem minime cernerent. Vt enim discipulis suis venerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idem antiquus hostis teterimus & succensus apparebat, qui in eum ore oculisq; flammantibus læuire videbatur. Iam verò quæ diceret, audiebant omnes: prius enim hunc vocabat ex nomine, Cui cum vir Dei minime responderet, ad eius niox contumelias erumpebat. Nam cum clamaret, dicens, Benedicte, Benedicte: Et cum sibi nullo modo respondere conficeret, protinus adiungebat: Maledicte non benedicte, quid mecum habes? Quid me persequeris? Sed iam nunc expectanda sunt contra Dei famulum antiqui hostis noua certamina, cui pugnam quidem volens intulit, sed occasiones victoriæ ministravit inuitus.

Quadam die dum fratres habitacula eiusdem cellæ construerent, lapis in medio iacebat, quem in ædificium leuare decreuerunt. Cumq; eum duo vel tres mouere non possent, plures adiuncti sunt: sed ita immobilis mansit, ac si radicitus in terra teneretur, vt palam daretur intelligi, quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus mouere non possent. Difficultate igitur facta ad virum Dei missum est vt veniret, & orando hostem repelleret, vt lapidem leuare possent. Qui mox venit, & orationem faciens benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate leuatus est, ac si nullû prius pondus habuisset. Tunc in conspectu viri Dei placuit, vt in eodem loco terra foderet, quam dum fodiendo altius penetrarent, æreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto, exire ignis repente visus est, atque in cunctorum monachorum oculis, quia omne eiusdem coquing ædificium consumeretur ostendit. Cumque iaciendo fratres aquam ad ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tumultu vir Dei aduenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis verò non esse considerans, caput protinus in orationem flexit, & eos quos fantastico reperit igne deludi vocauit fratres, monuit vt oculos suos signarent, vt & sanum illud coquinæ ædificium assistere cernerent, & flammam quas antiquus hostis finxerat, non viderent. Rursus dum fratres parietem, quia res ita exigebat, paulò altius erigerent, vir Dei in orationis studio intra cellæ suæ claustra morabatur. Cui antiquus hostis insultans apparuit, & ei quoddam laborantes fratres pergeret, indicauit. Quod vir Dei per nuncium celerrimè fratribus indicauit, dicens: Fratres, caute vos agite: quia ad vos hæc hora malignus spiritus venit. Is qui mandatum derulit,

derulit, vix verba compleuerat, & malignus spiritus eundem parietem qui ædificabatur, euerit, atque vnum puerulum monachum cuiusdam curialis filium opprimens ruina cõtriuuit. 9 Contristati omnes, ac vehementer afflicti, non damno parietis, sed contritione fratris, venerabili patri Benedicto celeriter cum graui luctu nunciarunt. Tunc idem pater Benedictus dilaceratum puerum ad se deserri iubet. Quem portare non nisi in sacco potuerunt: quia collapsi saxa parietis, non solum eius membra, sed etiam ossa contriuerant. Præcepitq; vir Dei statim eum in cella sua in psycio quo orare consueuerat projeci, misissq; foras fratribus cellam clausit, qui orationi instantius quàm solebat, incubuit. Mira res, 10 eadem hora hunc incolumem, atq; vt prius valentem ad eundem iterum laborem misit, vt ipse quoque parietem cum fratribus periceret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset. Cæpit verò inter ista vir Dei prophetiæ etiam spiritu pollere, ventura prædicere, præsentibus etiam absentia nunciare. Mos etenim cellæ fuit, vt quotiens ad respõsum aliquod egredere fratres, cibum, potumq; extra cellam minimè lumerent. Cumq; hoc de vsu regulæ sollicitè ieruaretur, quadã die ad respõsum fratres egressi sunt, & in eo tardiori compulsi sunt hora demorari, Qui manere iuxta religiosam sceminam nouerant, cuius ingressi habitaculum, sumplerunt cibum, Cumq; iam tardius ad cellam redijissent, benedictionem patris, ex more petierunt. Quos ille protinus percunctatus est, dicens: Vbi comedistis? Qui responderunt: Nusquam. Quibus ille ait: Quare ita mentimini? Nunquid illius talis scemine non bibistis? Cumq; eis venerabilis vir & hospitium mulieris, & genera ciborum, & numerum potionû diceret, recognoscens cuncta quæ egerant, ad eius pedes tremefacti ceciderunt, & se deliquisse confessi sunt. Ipse autè protinus culpæ penitentiam præcepit, pendens quod in eius absentia yltra non facerent, quem præsentem sibi esse in spiritu scirent. Frater quoq; Valentinianus eius monachi, cuius superius memoriam feci, vir erat laicus, sed religiosus. Qui vt serui Dei orationem perciperet, & germanum fratrem videret, annis singulis de loco suo ad cellam eius ieiunus venire consueuerat. Quadam igitur die dum iter ad monasterium faceret, sese illi alter vjator adiunxit: qui sumendos cibos in itinere portabat. Cumq; iam hora tardior excreuisset, dixit: Veni frater, sumamus cibum ne lassemur in via. Cui illi respondit: Absit frater, hoc non faciam: quia ad venerabilem patrè Benedictû ieiunus semper peruenire consueui. Quo responso percepto ad horã conuiator tacuit. Sed cum post hoc aliquantulû itineris spatij egissent, rursus admonuit vt manducarent. Noluît cõsentire qui ieiunus peruenire decreuerat. Tacuit quidem qui ad manducandû inuitauerat, & cû eo ieiunus adhuc pergere modicum consensit. Cumque iter longum agerent, & eos tardior hora fatigaret ambulantes, inuenerunt in itinere pratium & sentem, & quæque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc conuiator ait: Ecce aquam, ecce pratium, ecce amœnus locus, in quo possumus refici, & parum quiescere, vt valeamus iter nostrû postmodum incolumem explere. Cû igitur & verba auribus, & loca oculis blandirentur, tertia admonitione persuasus consensit & comedit: vespertina verò hora peruenit ad cellam. Præsentatus autem venerabili Benedicto patri, sibi orationem petijt: sed mox ei vir sanctus hoc quod in via egerat improperauit, dicens: Quid est frater, quod malignus hostis qui tibi per conuiatorem tuum locutus est, semel tibi persuadere nõ potuit, secundò nõ potuit, tertio verò persuasit, & te ad hoc quod voluit superauit? Tunc ille reatum infimæ suæ mentis agnoscens, eius pedibus prouolutus, tantò magis cæpit culpam deslere & erubescere, quantò se cognouit etiam absentem in Benedicti patris oculis deliquisse.

Petrus. Ego sancti viri præcordijs Helisæi spiritum video inesse, qui absentis discipulo præsens extitit. Gregor. Oportet Petre, vt interim fileas, quatenus adhuc maiora cognoscas. Gothorum namque temporibus, cûm Rex eorum Totila sanctû virum prophetiæ habere spiritum audisset, ad eius monasterium pergens, paulò longius substitit, eiq; setuenturû esse nunciavit. Cui dum protinus mandatum de monasterio fuisset vt veniret, ipse sicut perfidæ mentis fuit, an vir Dei prophetiæ spiritum haberet, explorare conatus est. Quidam verò eius spatarius, Riggo dicebatur, cui calceamenta sua præbuit, eumque indui vestibus regalibus fecit, quem quasi in persona sua pergere ad Dei hominem præcepit. In cuius obsequio tres qui sibi præ ceteris adherere consueuerant, comites misit, scilicet Vultericum, Rudericum, & Blindinum, vt ante serui Dei oculos ipsum Regem Totilam esse simulant, eius lateri obambulant, cui alia quoq; obsequia quasi spatarij præberent, vt tam ex eisdem obsequijs, quàm ex purpureis vestibus Rex esse putaretur. Cumq; idem Riggo decoratis vestibus obsequentium frequentia comitatus monasterium fuisset ingressus, vir Dei eminus sedebat. Quem venientem cõspiciens, cû iam ab eo audiri potuisset, clamauit dicens: Pone filii, pone hoc quod portas non est tuum. Qui Riggo protinus in terram cecidit.

9. Vnum puerulû monachum oppresit. Vides hereticæ, quod etiam pueri religioni addiscantur? Cur ergo de nostro tempore cõquererit duxat. Si hoc vidisset sanctissimus pater Deo non placeat, pueros nunquã ad se ceret ad monachismum.
10. Oratione Benedicti extinctû puerum vjg restituit.

Et quia tanto viro illudere presumpserit, expavit, omnesque qui cum eo ad hominem Dei veniebant, terrae conspersionati sunt. Surgentes aut eum minime propinquare presumpserunt, sed ad suum Regem reuersi, nunciauerunt trepidi in quanta velocitate fuerant deprehensi. Tunc per se idem Totila ad Dei hominem accessit, quem cum longe sedentem cerneret, non ausus accedere, sese in terram dedit. Cui cum vir Dei bis terere diceret, surge: sed ipse ante eum de terra erigere se non auderet, Benedictus Christi Iesu famulus, per semetipsum dignatus est accedere ad Regem, prostratumque de terra leuauit, & de suis actibus increpauit, atque in paucis sermonibus cuncta que illi erant ventura prænunciauit, dicens: Multa mala facta, multa mala fecisti, iam aliquando ab iniquitate conquiesce. Equidem Romam ingressus es, mare transcurus, nouem annis regnans, decimo morieris. Quibus auditis Rex vehementer territus, oratione petita recessit, atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit, & non multo post Romam adijt, ad Siciliam perrexit. Anno autem regni sui decimo, omnipotentis Dei iudicio regnum cum vita perdidit. Præterea Camille Antistes Ecclesie ad eundem Dei famulum venire consueuerat, quem vir Dei pro vite sue merito valde diligebat. Is itaque dum cum illo de ingressu Regis Totilæ, & Romanæ urbis perditione colloquii haberet, dixit: Per hunc Regem ciuitas ista destruetur, ut iam amplius non instat taretur. Cui vir Domini respondit: Roma à Genibus non exterminabitur, sed tempestatibus coruscet, turbinibus, ac terræ motu fatigata, inardescet in semetipsa. Cuius prophetiæ mysteria nobis iam facta sunt luce clario- ra, quæ in hac urbe dissoluta, in æreas domos, destructas Ecclesias turbine cernimus, eiusque ædificia lingo senio lassata, quia ruinis crebrecentibus proferrantur; videmus: quantum hoc Honoratus eius discipulus, cuius mihi relatione compertum est, nequaquam ex ore illius audisse se perhibet. Sed quia hoc dixerit, idem sibi à fratribus fuisse testatur.

Eodem quoque tempore quidam Aquinensis Ecclesie clericus dæmonio vexabatur, qui à venerabili viro Constanti eiusdem Ecclesie Antistite per multa fuerat martyrum loca transfra- millus, ut sanari potuisset. Sed sancti Dei martyres noluerunt ei sanitatis id donum tribuere, ut quanta esset in Benedicto gratia, demonstrarent. Ductus itaque est ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo Domino preces fundens, turbantibus, ac terræ motu obleso homine protinus expulit. Cui sanato præcepit, dicens: Vade & posthac carnem non comedas, sed ad sacrum ordinem nunquam accedere præsumas: quacunque autem die ad sacrum ordinem accedere presumpseris, statim iari diaboli iterum mancipaberis. Discessit igitur clericus sanus, & sicut terrere solet animi poena recens, pro qua vir Dei præcepit interim custodiuit. Cum verò post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibi met supponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri Dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit; quæ mox is qui reliquerat diaboli tenuit, eumque vexare quousque animam eius exeret, non cessauit.

Petrus. Iste vir Dei diuinitatis, ut video, etiam secreta penetrauit, quia perspexit hunc clericum idcirco diabolo traditum, ne ad sacrum ordinem auderet accedere.

Gregorius. Quare diuinitatis secreta non nosset, qui diuinitatis præcepta seruaret, cum scriptum sit: Qui adheret Domino, vnus spiritus est cum eo?

Petrus. Si vnus sit cum Domino spiritus qui Domino adheret, quid est quod iterum idem egregius prædicator dicit: Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Valde enim esse inconueniens videtur, eius sensum cum quo vnus factum fuerit ignorare.

Gregorius. Sancti viri in quantum cum Deo vnus sunt, sensum Domini non ignorant. Nam idem quoque Apostolus dicit: Quis enim scit hominum que hominis sunt, nisi spiritus hominis qui est in ipso? Ita & que Dei sunt nemo cognouit, nisi spiritus Dei: qui ut se ostenderet nosse que Dei sunt, adiunxit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Hinc iterum dicit: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cogitatione hominis ascendit, que præparauit Deus diligētibus se: nobis autem reuelauit per spiritum suum.

Petrus. Si ergo eidem Apostolo ea que Dei sunt per Dei spiritum sunt reuelata, quomodo super hoc quod proposuit præmisit, dicens: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Sed rursum mihi hæc dicenti alia suboritur questio. Nam David propheta Domino loquitur, dicens: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cum minus sit nosse, quam etiam pronunciare, quid est quod Paulus incomprehensibilia esse Dei iudicia asserit: David autem se omnia non solum nosse, sed etiam in labijs pronunciaisse testatur?

Grego. Ad vtraque hæc tibi superius sub breuitate respondi, dicens, quod sancti viri in quantum cum Domino vnus sunt, sensum Domini non ignorant. Omnes enim qui deuote Dominum sequuntur, etiam deuotione cum Deo sunt, & adhuc carnis corruptibilis grauatū pondere, cum Deo non sunt, occultaque Dei iudicia, in quantum cōiuncti sunt, sciunt; in quantum

disiuncti

disiuncti sunt, nesciunt: quia enim secreta eius adhuc perfecte non penetrant, incomprehensibilia eius iudicia esse testantur. Qui verò mente ei inhaerent, atque inhaerendo vel sacris scripturæ eloquijs, vel occultis reuelationibus in quantum accipiunt, agnoscunt, & nouerunt hæc, & pronunciant iudicia enim quæ Deus tacet, nesciunt: quæ Deus loquitur, sciunt. Vide & David propheta cum dixisset: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia, protinus addidit, oris tui: ac si aperire dicit: Illa ego iudicia & nosse, & pronunciaisse potui, quæ te dixisse cognoui. Nam ea quæ ipse non loqueris, à nostra proculdubio cognitione, abscondis. Concordat ergo prophetia apostolicaque sententia, quia & incomprehensibilia sunt Dei iudicia, & tamen quæ de ore eius prolata fuerint, humanis labijs pronunciantur, quoniam sciri ab hominibus, & prolata prodi possunt, & occultari non possunt.

Petrus. In obiectione meæ quæstionulæ patuit causa rationis. Sed quæso te, si qua sunt adhuc de viri huius virtute, sibi unge. Gregorius. Vir quidam nobilis Theoprobos nomine, eiusdem Benedicti parisi fuerat admonitione conuersus, qui pro vite sue merito magna apud eum familiaritatis fiducia habebat. Hic cum quadam die eius cella esset ingressus, hunc amarissime stentè reperit. Cumque diu subsisteret, eiusque non finiri lachrymas videret, nec tamè vir Dei confueuerat orando plangere, sed merendo: quæ causa tanti luctus existeret, inquisiuit. Cui vir Dei illico respondit: Omne hoc monasterium quod construxi, & cuncta que fratribus præparauit, omnipotentis Dei iudicio gentibus tradita sunt. Cuius vocè tunc Theoprobos audiuit: nos autem cernimus, qui destructum modò à Longobardorum gente eius monasterium scimus. Nocturno enim tempore, & quiescentibus fratribus, nuper illi Longobardi ingressi sunt, qui diripientes omnia, ne vniam quidè hominè illic tenere poterunt, sed impleuit omnipotès Deus quod fidei famulo Benedicto promiserat, ut si res gentibus traderet, animas custodiret. Quia in re Pauli vicè video tenuisse Benedictum, cuius dum nauis rerum omnium iactura pertulit, ipse in consolatione vitam omnium qui eum comitabantur, accepit. Quodam quoque tempore Exhilaratus noster quem ipse cõuerlum nosti, transfusus à Domino suo fuerat, ut Dei viro in monasterium vino plena duo lignea vascula, quæ vulgò fiascones vocantur, deferret, qui vnum detulit, alterum verò pergens in itinere abscondit. Vir autem Domini, quem facta ablenia latere non poterant, vnum cum gratiarum actione suscepit, & discedentem puerum mouit dicens: Vide fili ne de illo fiascone quem abscondisti, bibas, sed inclina illum cautè, & inuenies quid intus habeat. Qui confusus valde à Dei homine exiuit. Et reuersus volens adhuc probare quod audierat, cum fiasconem inclinasset, de eo protinus serpens egressus est.

Tunc prædictus Exhilaratus puer, per hoc quod in vino reperit, expavit malum quod fecit.

Non longè autem à monasterio vicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idololorum cultu Benedicti fuerat exhortatione conuersa. Ibi quoque quædam sanctimonialia sœmiuæ inerant, & crebrò illuc pro exhortandis animabus fratres suos mittere Benedictus Dei famulus curabat. Quadam verò die misit ex more, sed is qui missus fuerat monachus, post admonitionem factam à sanctimonialibus sœminis rogatus mappulas accepit, eas abscondit in sinu. Qui mox ut reuersus est, eum vir Dei vehementissima amaritudine cepit increpare, dicens: Quomodo ingressa est in sinum tuum? At ille obstupuit, & quid egisset oblitus, vnde corripiebatur ignorabat. Cui ait: Nunquid ego illic presens non eram, quando ab ancillis Dei mappulas accepisti, tibi que eas in sinu misisti? Qui mox eius vestigijs prouolutus, stultè se egisse penituit, & eas quas in sinu absconderat mappulas abiecit. Quadam quoque die dum venerabilis pater vespertina iam hora corporis alimenta perciperet, eius monachus cuiusdam defensoris filius fuerat, qui ei ante mensam lucernam tenebat. Cumque vir Dei ederet, ipse autem cum lucernæ ministerio astaret, cepit per superbiam spiritum in mente sua tacitus volvere, & per cogitationem dicere: Quis est hic, cui ego manducanti assisto, lucernam teneo, seruitium impendo. Quis sum ego, ut isti inseruiam? Ad quem vir Dei statim conuersus, vehementer cepit eum increpare, dicens: Signa cor tuum frater, quid est quod loqueris? Signa cor tuum. Vocatisque statim fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tolli, ipsum verò iussit à ministerio recedere, & sibi hora eadem quietum sedere. Qui requisitus à fratribus quid habuerit in corde, per ordinem narrauit, quanto superbiae spiritu intumuerat, & quæ contra virum Dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquidè omnibus patuit, quod venerabilem Benedictum latere nihil posset, in cuius auribus tacitæ etiam cogitationis verba sonuissent.

Alio quoque tempore in eodem Campaniæ regione fames incubuerat, magna que omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iamque in Benedicti monasterio triticum deerat. Panes verò penè omnes consumpti fuerant, ut non plus quam quinque ad refectiois horam fratribus inueniri potuissent. Cuique eos venerabilis pater conuictatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursum promissione subleuare,

dicens,

u. Si sancti martyres Dei noluerunt clerico donum sanitatis tribuere, si- gnum est, quod potuerunt illud facere. Nā de his que nō vident, nunquā d. xisset: noluerunt. x. Nunquā hanc a carnibus abstinentiā sanctus vir huic indiceret, si superstitiosus fasset, ac nō placere Deo crederet, ut nostri aduersarij modo garruant.

dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? hodie quidem nimis est, sed die crassina abundantar habebitis. Sequenti autem die ducenti farinae modij ante fores cellae in saccis inuenti sunt, quos omnipotens Deus quibus deferentibus transmississet, nunc vsq; maner incognitum. Quod cum fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerunt ia de abundantia nec in egestate dubitare. Petr. Dic quae te nunquid non credendum est huic Dei famulo semper prophetiae spiritum adesse potuisse, an per intervalla temporu eius mem prophetiae spiritus implebat? Gregorius. Prophetiae spiritus Petre, prophetarum mentes non temper irradiat, quia sicut de sancto spiritu scriptum est: Vbi vult spirat, ita sciendum est, quia & quando vult spirat. Hinc est enim quod Nathan a rege requisitus si construere templum posset, prius consensit, & postmodum prohibuit. Hinc est quod Helisaeus cum flente mulierem cereret, causamq; ne sciret, ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Quod omnipotens Deus ex magna pietati dispensatione disponit, quia dum prophetiae spiritum aliquando datur, & aliquando subtrahit, prophetarum mentes & eleuat in celsitudine, & custodit in humilitate, vt & accipientes spiritum, inueniant quid de Deo sint, & rursum prophetiae spiritum non habentes, cognoscant quid sint de semetipsis.

Petrus. Ita hoc esse vt alleris magna ratio clamat, sed quae de venerabili patre Benedicto quicquid adhuc animo occurrit, exequere.

Gregor. Alio quoque tempore a quodam fidei viro fuerat rogatus, vt in eius praedio iuxta Tarcenocensem urbem missis discipulis suis construere Monasteriu debuisset. Qui rogati consentiens, purgatis fratribus patrem constituit, & quis ei secundus esset ordinauit: quibus euntibus spondit dicens: Ite, & die illo ego venio, & ostendo vobis in quo loco oratoriu, 13 in quo refectoriu fratru, in quo susceptione hospitiu, vel quaeq; sunt necessaria edificare debeatis. Qui benedictione percepta illico perrexerunt, & constitutu die magnopere prestolantes, parauerunt oia que his qui cu tanto patre venire potuissent, videbantur esse necessaria. Nocte vero eade qua promissus illucescebat dies, eidem seruo Dei que illic patrem constituerat, atq; eius proposito, vir Domini in somnis apparuit, & loca singula vbi quid edificare debuissent, subtiliter designauit. Cumq; vtriq; a somno surgerent, sibi iniucit quod viderant retulerunt. Non tamen visioni illi omnimodo fidem dantes, viru Dei sicut se venire promiserat, expectabant. Cumq; vir Dei constituto die minime venisset, ad eum cu merore reuersi sunt, dicentes: Expectauimus pater vt venires sicut promiseras, & nobis offenderes vbi quid edificare deberemus, & non venisti. Quibus ipse ait: Quare fratres, quare ista dicitis? Nunquid sicut promissi non veni? Cui cum ipsi dicebant: quando venisti? respondit: Nunquid vtrisque vobis dormientibus non apparui, & loca singula designaui? Ite & sicut per visionem vidistis, omne habitaculum monasterij ita construere. Qui haec audientes vehementer admirati, ad praedictu praedium sunt reuersi, & cuncta habitacula sicut ex reuelatione didicerant, construxerunt.

Petrus. Doceri velim quo fieri ordine potuit, vt longe iret responsum dormientibus dicere quod ipsi per visionem audierant & cognoscerent.

Gregor. Quid est quod perferunt, rei gestae ordinem ambigis Petre? Liqueat profecto, quia nobilioris naturae est spiritus quam corpus. Et certe scriptura teste nouimus, quod propheta ex Iudaea subleuatus, repente est cum prandio in Chaldaea depositus, quo videlicet prandio propheram refecit, seq; repente in Iudaea iteru inuenit. Si igitur tam longe Abacuc potuit sub momento corporaliter ire, & prandium deferre, quid mirum si Benedictus pater obtinuit, quatenus iret per spiritum, & fratrum quietentium spiritibus necessaria narraret? vt sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritualis vitae spiritualiter pergeret. Petrus. Magnus tuae locutionis terribis meae, fateor, dubietatem metis, sed velim nosse in communi locutione qualis iste vir fuit.

Grego. Vix ipsa Petre communis eius locutio a virtutis erat pondere vacua: quia cuius cor sese in alta suspenderat, nequaquam verba de ore illius incassum cadebant. Si quid vero vnquam non iam decernendo, sed mirando diceret, tantas vires sermo illius habebat, ac si hoc non dubie atque suspense, sed iam per sententiam protulisset. Na longe ab eius monasterio, duae quaedam sanctimoniales feminae nobiliori genere exortae, in loco proprio coersabantur, quibus quidam religiosus vir ad exterioris vitae vsum praebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitate mentis, vt minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se caeteris aliquid fuisse meminerunt, nec dum praedictae sanctimoniales feminae perfecte linguam suam sub habitus sui freno restrinxerant, & eundem religiosum virum, qui ad exteriora necessaria eis obsequium praebat, incauris saepe sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui dum diu ista toleraret perrexit ad Dei homine, quantasque pateretur verborum contumelas enarrauit. Vir autem Dei haec de illis audiens, eis protinus mandauit,

23 Vides hic oēs in monasterio oēs cinis edificari, quae hodie quoque sunt in usu, ut etiam ex hoc dicat nostru monachatum non esse nouissimum.

mandauit, dicens: Corrigite linguam vestram, quia si non emendaueritis, excommunico vos. Quam videlicet excommunicationis sententiam non proferendo intulit, sed minando. Illae autem a pristinis moribus nihil mutatae, intra paucos dies defunctae sunt, atque in ecclesia sepultae. Cumque in eadem ecclesia missarum solennia celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret, si quis non communicat, 14. det locum: nutrix earu quae pro eis oblationem Domino offerre consueuerat, eas de sepulchris suis progredi & exire videbat. Quod dum saepius cereret: quia ad vocem diaconi clamantis exibant foras, atque intra Ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit quae vir Dei illis adhuc viuentibus mandauit. Eas quippe se communionem priuare dixerat, nisi mores suos & verba corrigerent. Tunc seruo Dei cum graui merore indicatum est, qui manu sua protinus oblationem dedit dicens: Ite & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & ulterius excommunicate non erunt. Quae dum oblatio pro eis fuisset immolata, & a diacono iuxta morem clamatu est, vt non communicantes ab Ecclesia exierint, illae exire ab Ecclesia ulterius visae non sunt. Quae exire indubitanter patuit, quia dum inter eos qui communionem priuati sunt, minime recederent, communionem a Domino pro seruum Domini receperunt.

Petrus. Mirum valde quod dicis, quamuis venerabilem & sanctissimum virum adhuc tamen in hac carne corruptibili degentem, potuisse animum soluere in illo iam inuisibili iudicio constitutas. Gregor. Nunquid nam Petre, in hac adhuc carne non erit qui audiebat: Quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quae solueris super terram, soluta erunt & in caelis: Cuius tunc vice ligando & soluendo obtinent, qui locu sancti regimini fide & moribus tenent, sed vt tanta valeat homo de terra, caeli & terrae conditor in terra uenit & moribus tenent, sed vt iudicare caro etiam de spiritualibus possit, hoc ei largiri dignatus est factus pro hominibus Deus caro: quia inde surrexit ultra se infirmitas nostra, vnde sub se infirmata est firmitas Dei. Petrus. Cu virtute signoru concorditer loquitur ratio verboru. Gregor. Quada quoq; die diu quidam eius puerulus monachus 15. parentes suas vltra quam deberet diligens, atq; ad eoru habitaculu tendens, sine benedictione de Monasterio exiisset, eodem die mox vt ad eos peruenit, defunctus est. Cumq; esset sepultus, die altero proiectu foras corpus eius inuentu est, quod rursum tradere sepulturae curauerunt. Sed sequenti die iteru proiectu exterius, atq; inhumatu sicut prius inuenerunt. Tunc cocire ad Benedicti patris vestigia currentes cu magno fletu petierunt, vt ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu sua protinus comunione dominici corporis dedit, dicens: Ite, atq; hoc dominicu corpus super pectus eius cu magna reuerentia ponite, & sic sepulturae eu tradite. 16. Quod du factu fuisset, 17. susceptu corpus eius terra tenuit, nec vltra proiecit. Perpendis Petre, apud Iesum Christum Dominum, cuius meriti iste vir fuerit, 18. vt eius corpus etiam terra proiecerit, qui Benedicti gratiam non haberet? Petrus. Perpendo plane, & vehementer stupeo.

Gregor. Quidam autem eius monachus mobilitati mentis deditus erat, & permanere in monasterio nolebat. Cumq; eum vir Dei assidue corripere, & frequenter admonere, 19. ipse vero nullo modo consentiret in congregatione persistere, atq; importunis precibus, vt relaxaretur inueneret, quadam die idem venerabilis pater nimietatis eius tadio affectus, vt relaxaretur inueneret, quadam die idem venerabilis pater nimietatis eius tadio affectus, iratus, insit vt discederet. Qui mox vt monasteriu exiit, contra se assidere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cumq; eum idem draco qui apparuerat, deuorare velle, cepit ipse tremens & palpitans magnis vocibus clamare, dicens: Succurrite, succurrite, quia draco iste me deuorare vult. 20. Currentes autem fratres draconem minime viderunt, sed tremetem atque palpitantem monachum ad monasterium reducerunt. Qui statim promisit, nunquam se esse a monasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione permansit. Quippe qui sancti viri orationibus contra se assidere draconem viderat, quem prius non viuendo sequebatur. Sed neque hoc silendum puto, quod illustri viro Antonio narrante cognoui, qui aiebat patris sui puerum morbo elephantino fuisse correptum, ita vt iam pilis cadentibus cutis intumesceret, atque incrementem sanie occultare non posset. Qui ad virum Dei ab eodem patre eius missus est, & saluti pristinae sub omni celeritate restituit.

Neque illud taceam, quod eius discipulus Peregrinus nomine, narrare consueuerat: quia die quadam fidelis vir quidam necessitate debiti compulsus, vnum fore sibi remediū creditit, si ad Dei virum pergeret, & quae eum vrgeret debiti necessitas indicaret. Venit itaque ad monasterium, omnipotentis Dei famulum reperit: quia a creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur intimauit. Cui venerabilis pater nequaquam se habere duodecim solidos, respondit: Sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus ait: Vade, & post biduum reuertere: quia deest hodie quod tibi debeam dare: In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupatus. Cumque die tertio is qui necessitate debiti affligebatur rediit, super arcam monasterij, quae erat stramento plena, subito tredecim solidi sunt inuenti, Quos vir Dei defertit

14 Collige ex hoc loco multa contra nouos hereticos: excommunicationem esse timendam. Nec Ecclesiastica quis dem sepultura, ne dum Eucharistiae communione excommunicatum partem cipare debeat. Quod etiam olim pro animabus defunctorum in Missa memoria ferret. Quod oblationes factae pro defunctis profuerit eis ad pacem unam alienationem.

25 Ex hoc quoque habes parvulu monachum

16 Vide miraculu in sepultura, ne derideas ex contempta nas ecclesiasticas sepulturas.

17 Vide ex in sacramento Eucharistiae, vt credas in coru Christi corpus conserui.

18 Quanti meriti fuerit apud Christum Dominum.

19 Tu qui dicit, antiquis monachis fuisse libertate misericordiam et demigrandi quo uellent, vides hoc non esse veru: na D. Benedictus iniuste detinuit et corripisset monachum abire uolentem. Quinimo ex fine huius capitis habes, quod monachi tunc promittunt stabilitatem loci, ut nunc faciunt Benedictini omnes.

20 Vel hoc miraculu terrere debet et apostatas monachos

deserri iussit, & afflicto petitori tribuit dicens: vt duodecim redderet, & vnum in expensis proprijs haberet. Sed ad ea nunc redeat qui eius discipulis in libri huius exordio praedictis referentibus agnouit. Quidam vir grauilisima aduersarij sui simulatione laborabat, cuius ad hoc vsq; odium prorupit, vt ei nescienti in potu venenum daret. Qui quauis vitā quiferre non valuit, cutis tamen colorem mutauit, ita vt diffusa in corpore eius varietas leprae morē imitari videretur. Sed ad Dei hominē deductus, salutē pristinam citius recepit: nam mox vt eū terigit, omnem cutis illius varietatem fugauit. Eo quoque tempore quo alimentorū inopia Campaniam grauitatē affligebat, vir Dei diuersis indigentibus Monasterij sui cuncta tribuebat, vt penē nihil in cellario nisi parū quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidam subdiaconus Agapitus nomine aduenit, magnopere postulans vt sibi aliquantulū olei dari debuisset. Vir autē Domini qui cuncta decreuerat in terrā tribuere, vt in caelo omnia reseruaret, hoc ipsum parum quod remanserāt olei iussit petenti dari. Monachus verō qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis verba, sed implere distulit. Cumq; post paululum si id quod iussorat darū esset, inquireret, respondit Monachus, se minimē dedisse, quia si illud ei tribueret, omnino nihil fratribus remaneret. Tunc iratus alius praecipit, vt hoc ipsum vas vitreū, in quo parū olei remansisse videbatur, per fenestram proicerent, ne in cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factumq; est. Sub fenestra autē eadem ingens praecipitium patebat faxorum molibus aperitū. Proiectū itaq; vas vitreū venit in saxis, sed sic manit incolume, ac si proiectū minimē fuisset, ita vt neq; frangi, neque oleum effundi potuisset, quod vir Domini praecipit leuari, atq; vt erat integrū petenti tribui. Tunc collectis fratribus inobedientem Monachū de infidelitate sua & superbia corā omnibus increpauit. Qua increpatione cōpleta, se eū eidē fratribus in orationē dedit. In eo autē loco vbi cū fratribus orabat, vacuū erat ab oleo doliūm & cooperitū. Cumq; sanctus vir in oratione persisteret, cepit operimentū eiusdem doliū oleo excrecente subleuari. Quo cōmoto atq; subleuato, oleū quod excreuerat, ora doliū trāsiens, pauimentū loci in quo incubuerat inundabat. Quod Benedictus Dei famulus vt aspexit, protinus orationem compleuit, atque in pauimentū oleum defluere cessauit. Tunc dissidentem inobedientemq; fratrem latius admonuit, vt fidem habere disceret & humilitatem. Idem verō frater salubriter correptus erubuit, quia venerabilis pater virtutem omnipotentis Dei, quam admonitione intimaueat, miraculis ostendebat, nec erat iam vt quisquam de eius promissionibus dubitare posset: qui in vno eodemque momento pro vitreo vase penē vacuo, plenum oleo doliūm reddidit. Quodam die dum ad beati Ioannis oratoriū quod in ipsa mōtis celsitudine situm est pergeret, ei antiquus hostis in mulo medici specie obuiā factus est, cornū & trepidicam ferens. Quē cū requisisset dicens: Quo vadis? Ille respondit: Ecce ad fratres vado, portionem eis dare. Itaq; perrexit venerabilis pater. Benedictus ad orationem, qua cōpleta concitus rediit. Malignus verō spiritus vnum seniore mōnachum inuenit aquam haurientem: in quem statim ingressus est, eumq; in terram, proiecit, & vehementissimē vexauit. Quem cū vir Dei ab oratione redientem crudeliter vexari conspiceret, ei solummodō alapam dedit, & malignū ab eo spiritum protinus exculsit, ita vt ad eum redire vltēius non auderet. Petrus. Velim nosse, si hęc tanta miracula, virtute semper orationis impetrabat, an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu.

Gregor. Qui deuota mente Deo adhærent, cū rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo vtroq; solent, 21 vt mira quæq; aliquando ex prece faciant, aliquando ex potestate. Cū enim Ioannes dicat: Quorquot autē receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: Qui filij Dei ex potestate sunt, quid mirū, si signa facere ex potestate valeat? Quia enim vtroq; modo miracula exhibeant, testatur Petrus, qui Thabitam mortuā orando suscitauit: Ananiam verō & Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Nec enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam quam perpetrauerant increpassē. Constat ergo quōd aliquando hęc ex potestate, aliquando verō exhibit ex postulatione, dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando. Nam duo quoque fidelis famuli Dei Benedicti facta nunc replico, in quibus aperte clareat, aliud hunc accepta diuinitus ex potestate, aliud ex oratione potuisse. Gothorum quidam Galla nomine, perfidiæ fuit Arianae, qui Totile regis eorum temporibus contra catholicæ Ecclesiæ religiofos viros ardore immansissimæ crudelitatis exarsit, ita vt quisquis ei clericus monachusue ante faciem venisset, ab eius manibus viuus nullo modo exiret. Quadam verō die auaritia suæ æstu succensus, in rapinam diuini inhians, dū quendam rusticum tormentis crudelibus affligeret, eumq; per supplicia diuersa laniaret, victus penis rusticus sese res suas Benedicto Dei famulo commendasse professus est, vt dum hoc à torquente crederetur, suspensa interim crudelitate ad horam vita repararetur. Tunc idem Galla cessauit rusticū tormentis affligere, sed eius brachia loris sortibus astringens ante equum suum cepit impellere, vt quis esset Benedictus qui eius

eius res susceperat, demonstraret. Quem ligatis brachijs rusticus antecessens duxit ad sancti viri monasterium, eumq; ante ingressum cellæ solum sedentem reperit, & legentē. Eidem autē subsequenti & sauenti Gallæ rusticus dixit: Ecce iste est de quo dixerā tibi, Benedictus pater. Quem dum seruido spiritu, cum peruerse mentis insania fuisset intuitus, eo terrore quo consueuerat acturū se exultimans, magnis cepit vocibus clamare, dicens: Surge, surge, & res istius rustici redde quas accepisti. Ad cuius vocem vir Dei protinus oculos leuauit à lectione, eumq; intuitus, mox etiam rusticū qui ligatus tenebatur attēdit. Ad cuius brachia dum oculos defluxisset, miro modo tanta se celeritate ceperunt illigata brachijs lora deuoluerē, vt dissolui tam concitē nulla hominum festinatione potuissent. Cumque is qui ligatus venerat, cepisset subito astare solutus, ad tantæ potestatis vim tremefactus Galla, ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius vestigia inclinans, se orationibus illius commendauit. Vir autē sanctus à lectione minimē surrexit, sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli, vt benedictionē acciperet, praecipit. Quē ad se reductū, vt à tantæ crudelitatis insania quiescere deberet, admonuit. Qui fractus recedens nil vltius petere à rustico praesumpsit, quem vir Domini non tangendo, sed respiciendo soluerat. Ecce est Petre, quōd dixi: quia hi qui omnipotenti Deo familiaris seruiunt, aliquādo mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedens repressit, lora verō nodosq; ligaturæ quæ innocentis brachia adstrinxerant, oculis dissoluit, ipsa miraculi celeritate indicat, quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Rursum quoque quale, quantumq; miraculū orādo valuit obtinere, subiungam. Quadam die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus, quidam verō rusticus defuncti filij corpus in vulnis ferens, orbitatis luctu æstuans ad monasterium venit, Benedictum patrem quesitū. Cui cū dictum esset, quia idem pater cū fratribus in agro moraretur, protinus ante monasterij ianuam corpus extincti filij proiecit, & dolore turbatus ad inueniendum venerabilem patrem sese in cursum concitus dedit. Eadē verō hora vir Dei ab agri opere iam cum fratribus reuertebatur. Quē mox vt oratus rusticus aspexit, clamare cepit: Redde filium meū, redde filium meū. Vir autē Dei in hac voce subleuit, dicens: Nunquid ego filium tuum tibi abstuli? Cui ille respondit: Mortuus est, veni, resuscita eum. Quod vt mox Dei famulus audiuit, valde contristatus est, dicens: Recedite fratres, recedite, hęc nostra nō sunt, sed sanctorum Apostolorū. Quid nobis onera vultis imponere, quæ non possumus portare? At ille, quē nimius coebat dolor, in sua petitione persistit, iurans quōd nō recederet, nisi eius filium resuscitaret. Quem mox Dei famulus inquisiuit, dicens: Vbi est? Cui ille respondit: Ecce corpus eius ad ianuā Monasterij iacet. Vbi cū vir Dei cū fratribus peruenisset, flexit genu, 22 & super corpusculū infantis incubuit seseq; erigēs ad cælū, almas terēdit dicens: Domine non aspicias peccata mea, sed fidem huius hoīs, qui resuscitari filium suum rogat, & redde in hoc corpusculum animā quam abstulisti. Vix in oratione verba cōpleuerat, & regrediente anima ita corpusculum pueri omne contremuit, vt sub oculis emaniū qui aderant appareret cōcussione mirifica tremendo palpitate. Cuius mox manū tenuit, & eum patri viuētem atque incolumem dedit. Liqueat Petre, quia hoc miraculū in potestate non habuit, quod prostratus petiit vt exhibere potuisset. Petrus. Sic curā esse vt asseris constat patenter: quia verba quæ proposueras rebus probas. Sed quæ te vt indices si sancti viri cuncta quæ volunt possunt, & cuncta impetrant quæ desiderant obtinere.

Gregor. Quisnam erit Petre, in hac vita Paulo sublimior, qui de carnis suæ stimulo ter Dominum rogauit, & tamen quod voluit obtinere non valuit? Ex qua re necesse est, vt tibi de venerabili patre Benedicto narrem: quia fuit quiddam quōd voluit, sed non valuit implere. Soror namque eius Scholastica nomine, 23 omnipotenti Domino ab ipso infantiae tempore dedicata, ad eum semel per annum venire consueuerat, ad quam vir Dei nō longe extra ianuam in possessione monasterij descendebat. Quadam verō die venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater, qui totum diem in Dei laudibus sacrisque colloquijs ducentes, in incumbentibus in noctis tenebris simul acceperunt cibos. Cumque adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis femina soror eius eum rogauit, dicens: Quæso te, vt ista nocte non deseras, vt vsque manē de cœlestis vitæ gaudijs loquamur. Cui ille respondit: Quid est quod lequeris soror? Manere extra cellam 24 nullatenus possum. Tanta verō erat cœli serenitas, vt nulla in aère nubes appareret. Sanctimonialis autem femina cū verba fratris regantis audisset, insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus omnipotentem Dominum rogaturā declinauit. Cumq; de mensa leuaret caput, tāta cōcussationis & rōntrui virtus, tantaque inundatio pluuia erupit, vt neque venerabilis Benedictus, neque fratres qui cum eo aderant, extra loci limen quo confederant, pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe femina, caput in manibus declinans, lachrymarum fluuium in mensam fuderat,

22. Vbi hic caro moniam Benedicti in orando. Genu flexit, super corpus mortui incubuit, inde se eripit, palmas ad cælum tenet.

23. Scholastica soror Benedicti ab ipso infantie tempore fuit omni potestati Domino cōsecrata. Quid tu nunc conuerteris, queros ante perbertatis annos religioni adactos? Ene cauilis nō loqui de monachis, tu dicit inpra, quod erat sanctimonialis ianina.

24. Benedictus dicit se extra cellam per vnam noctem manere non potest, vt offerre tuis des, antiquos monachos libertatem habuisse eūdi, si ana di, vt reuertenti quandoque huc gressu lenis.

21. Miracula serui Dei orationibus quandoque faciūt, quādoque potestas est vt voluntate.

fudor, per quas serenitate aëris ad pluiam traxit. Nec pauld tardius post orationem in-
undatio illa secuta est, sed tanta fuit conuenientia orationis & conuentionis, vt de mensa ca-
pit iam cum tonitruo leuare, quatenus vnum idemq; esset momentum, & leuare caput, &
pluiam disponere. Tunc vir Dei inter chorufcos & tonitruos atque ingentis pluiæ inun-
dationem videns se ad monasterium non posse remeare, cepit conquiri contumillatus, dicens:
25 Parcat tibi omnipotens Deus foror, quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce te ro-
gavi, & audire me non uultis. Rogavi Dominum meum, & audiuit me. Modò ergo si potes egre-
dere, & me dimilla ad monasterium recede. Ipse autem exire extra rectum non valens; quia
remanere sponte noluit, in loco mansit inuitus, sicq; factum est, vt totam noctem penigillè
ducerent, atque per sacra spiritalis uitæ colloquia sese vicaria relatione satiarent. Qua de re
dixi eum voluisse aliquid, sed minimè potuisse: quia si venerabilis viri mentem aspiciamus,
dubium non est, quin eandem serenitatem voluerit, in qua descendere permanere, sed con-
tra hoc quod voluit, in virtute omnipotentis Dei ex fœminæ pectore miraculum inuenit.
Nec mirum quòd plus illo fœmina quæ diu fratrem videre cupiebat, in eodem tempore va-
luit, quia enim iuxta Ioannis vocem, Deus charitas est: iusto valdè iudicio illa plus potuit,
quæ amplius amauit. Petrus. Fateor, multum placet quod dicitis.

Gregorius. Cumq; die altero eadem venerabilis fœmina ad cellam propriam recessisset,
vir Dei ad Monasterium redijt. Cum ecce postridum in cella consistens, eleuatis in aëra ocu-
lis, vidit eiusdem fororis suæ animam de eius corpore egressam in columbæ specie 26 cœli
secreta penetrare. Qui tantæ eius gloriæ congaudens, omnipotenti Deo in hymnis & laudi-
bus gratias reddidit, eiusq; obitum fratribus denunciavit. Quos etiam protinus misit, vt eius
corpus ad Monasterium deferrent, atque in sepulchro quod sibi ipse parauerat, poneret. Quo
facto contigit, vt quorum mēs vna semper in Deo fuerat, eorum quoq; corpora nec sepul-
tura separaret. Alio quoque tempore Seruandus Diaconus atq; Abbas eius Monasterij, quod
in Campaniæ partibus à Liberio quondam Patricio fuerat constructū, ad eum visitationis
gratia ex more venire consueuerat. Eius quippe monasterium frequentabat, vt quia idem
quoque vir doctrina gratiæ cœlestis infuebat, dulcia sibi inuicem vitæ verba transfunderet,
& suauem cibum cœlestis patriæ quæ adhuc perfectè gaudendo nō poterant, salutè suspirado
gustarent. Cumq; hora iam quietis exigeret, in cuius turris superioribus se venerabilis Bene-
dictus, in eius quoque inferioribus se Seruandus Diaconus collocauit, quò videlicet in loca
inferiora ad superiora peruius continuabat ascensus. Ante eandem verò turrim largius erat
habitarculum, in quo vtriusq; discipuli quiescebant. Cumq; vir Dei Benedictus quiescētibus
adhuc fratribus instans vigilijs, 27 nocturnæ orationis tempora præuenisset, ad fenestram
stans, & omnipotentem Deum deprecans, subito intermissa noctis hora respiciēs, vidit su-
sam lucem desuper cunctæ noctis tenebras effugasse, tantoq; splendore clarescere, vt diē vin-
ceret lux illa quæ in tenebris radiaisset. Mira autem res valde in hac speculatione secuta est,
quia sicut post ipse narravit, omnis etiam mundus velut sub vno solis radio collectus ante
oculos eius adductus est. Qui venerabilis pater dum intentam oculorum aciem in splendo-
re coruscæ lucis insigeret, vidit Germani Capuani Episcopi animam in sphaera ignea 28 ab
Angelis in cœlum ferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi, Seruandum Dia-
conum iterato bis terq; eius nomine cum clamoris magnitudine vocauit. Cumq; ille fuisset in-
solito tanti viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partemque iam lucis exiguum vidit:
Cui tantum hoc obstupescenti miraculum, vir Dei per ordinem quæ fuerant gesta narravit,
statimq; in Casinum castrum religioso viro Theoprobò mandauit, vt ad Capuanam urbem
sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur, agnosceret & indi-
caret. Factumq; est, & reuerendissimum virum Germanū Episcopū is qui missus fuerat, iam
defunctū reperit, & requirens subtiliter, agnouit eodem momenta fuisse illius obitum, quo
vir Domini eius cognouit ascensum. Petr. Mira res valde, & vehementer suspensa. Sed hoc
quod dictū est, quia ante oculos ipsius quasi sub vno solis radio collectus omnis mundus ad-
ductus est, sicut nunquā expertus sum, ita nec cōiicere scio, quonā ordine fieri potest, vt mun-
dus omnis ab homine vno videatur. Gregorius. Fixum tene Petre, quod loquor, quia ani-
mæ videntis creatorem angusta est omnis creatura. Quālibet etenim parum de luce creatoris
aspexerit, breue ei fit omne quod creatū est, quia ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur si-
nus, tantumq; expanditur in Deo, vt superior existat mundo: fit verò ipsa videntis anima etiā
super semetipsam. Cumq; in Dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliatur, & dum
sub se cōspicit exaltata, comprehendit quā breue sit quod cōprehendere humiliata nō po-
terat. Vir ergo Dei qui in turri globū igneum, Angelos quoque ad cœli redeuntes videbat,
hæc proculdubio cernere non nisi in Dei lumine poterat. Quid itaq; mirū si mundum ante
se collectū vidit, qui subleuatus in mentis lumine extra mundū fuit? Quod autem collectus
mundus

25 Vides miram
orationis Scholæ
sicut videntem.

26 Animæ Scho-
læ in columbæ
specie cœli secreta
penetravit.

27 Benedictus vis-
gillis, et nocturnis
precationibus in-
stabat.

28 Vide Germa-
ni Capuani Episc-
opi animam in
sphaera ignea ab
Angelis in cœlum
deferri.

mundus ante eius oculos dicitur, non cœlum & terra contracta est, sed videntis animus est di-
laratus, qui in Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne quod in fra Deū est. In illa ergo
luce quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animus cum ad
superiora rapuit, ei quā angusta essent omnia inferiora, monstrauit.

Petrus. Videor mihi vtiliter non intellexisse quæ dixeras, quando ex tarditate mea tan-
tū creuit expositio tua. Sed quia hæc liquidè in meis sensibus infudisti, queso vt ad nar-
rationis ordinem redeas.

Gregorius. Liber Petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare, sed quædam eius
studiosè præterio: quia ad aliorum gesta voluenda festino. Hoc autem nolo te lateat, quòd vir
Dei inter tot miracula quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter
fulsit. Nam 29 scripsit monachorum regulam, discretione præcipuam, sermone luculentam.
Cuius si quis velit subtilius mores vitæque cognoscere, potest in eadem institutione regu-
læ omnes magisterij illius actus inuenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere
quā vixit. Eodem verò anno quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum
conuersantibus, quibusdam longè manentibus, sanctissimi sui obitus denunciavit diem, præ-
sentibus indicens, vt audita per silentium tegerent: absentibus indicans, quod vel quæ eis
signum fieret, quando eius anima de corpore exiret: Ante sextum verò sui exitus diem, ape-
riri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus, acri cepit ardore fatigari. Cum que
per dies singulos languor ingrauelceret, sexta die portari se in oratoriū à discipulis fecit, ibiq;
exitum suum 30 Dominici corporis & sanguinis perceptione muniuit, atque inter discipu-
lorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in cœlum manibus stetit, & vltimū spi-
ritum inter verba orationis efflauit. Qua scilicet die duobus de eo fratribus, vni in cella com-
moranti, alteri autem longius posito, reuelatio vnius atque in dissimilis visionis apparuit. Vi-
derunt namque, quia strata pallis atque innumeris coruscæ lampadibus via recto Oriētis tra-
mite ab eius cella in cœlum vique tendebatur: Cui venerando habitu vir desuper clarus ascen-
dit, cuius esset via quam cerneret inquisiuit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse
ait: Hæc est via qua dilectus 31 Domino cœlum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti vi-
ri obitum sicut presentes discipuli viderunt, ita absentes ex signo quod eis prædictum fuerat,
agnouerunt. Sepultus verò est in oratorio beati Ioannis Baptistæ, quod destructa ara Apollini-
is ipse construxit. Qui & in eo specu in quo prius habitauit, nunc vsque, 32 si penitentium
fides exigat, miraculis coruscet. Nuper namque est res gesta quam narro. Quædam mulier mē-
te capta, dum funditus sensum perdidisset, per montes & valles, & sylvas, & campos, die
noctūque vagabatur, ibi tantummodo quiescebat, vbi hanc quiescere lassitudo coëgisset.
Quadam verò die dum vagaminiū erraret, ad B. viri Benedicti specum deuenit, ibique
nesciens ingressā mansit. Mane autem facto ita sanato sensu egressa est, ac si eam nunquam in-
fania capitis vlla tenuisset, quæ omni vitæ suæ tempore in eadem quam accepit salute per-
mansit. Petrus. Quidnam esse dicimus quod plerumque in ipsis quoque patrociniis
martyrum sic esse sentimus, vt non tanta per corpora sua, quanta beneficia per reliquias ostē-
dant, atque illic maiora signa faciunt, vbi minimè per semetipsos iacent?

Gregorius. Vbi in suis corporibus sancti martyres iacent, 33 dubium Petre non est
quòd multa valeant signa demonstrare, sicut & faciunt, & pura mente quærentibus innume-
ra miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari, vtrumne ad exaudiē-
dum ibi præsentis sint, vbi constat quia in suis corporibus non sint, ibi necesse est eos maio-
ra signa ostendere, vbi de eorum præsentia potest mēs infirma dubitare. Quorum verò mens
in Deo fixa est, tantò maius habet fidei meritum, quantò illic eos nouit & non iacere corpo-
ret, & tamen non deesse ab exauditione. Vnde ipsa quoque veritas vt fidem discipulis auge-
ret, dixit: Si ego non abiero, paraclerus non veniet ad vos. Cum enim constet quia para-
clerus spiritus à patre semper procedat & filio, cur se filius recessurum dicit vt ille veniat,
qui à filio nunquam recedit? Sed quia discipuli in carne Dominum cernentes corporeis hinc
oculis semper videre sicebant, rectè eis dicitur: nisi ego abiero, paraclerus non veniet: ac si
apertè diceretur: Si corpus non subtrahō, quis sit amor spiritus, non ostendo: & nisi me de-
fueritis carnaliter cernere: nunquam me discetis spiritualiter amare.

Petrus. Placet quod dicitis.
Gregorius. Aliquantulum iam à locutione cessandum est, vt si ad aliorum miracula e-
narranda tendimus, loquendi vires interim per silentium reparamus.

29. D. Benedictus
scripsit monachorū
regulam discretiōe
præcipuam, in qua
sicut & in ipse illi
os viuere docuit:
cur ergo tantopere
monachorum regu-
las improbat hæc
reticet. Ita sanctissi-
mis viris quælibet
in Pontifex Grego-
rius, ita laudantur
30. Ecce quò verè
Christiani moriuntur,
præmuniunt enim se
Dominicæ corporis et
sanguinis perceptione, ac
inter fidelium man-
us orando et psal-
tendo spiritum emittunt.
31. Benedictus cœlum
ascendit.
32. Benedictus post
mortem in eo specu
in quo prius habitauit,
miraculis coruscet.

33. Vides hereticos
qui de sanctis obli-
queris, quò sancti
martyres, et vbi ia-
cent in suis corpori-
bus, et vbi nō iacent,
sed ad ius corporum
reliquias, innume-
ra miracula ostē-
dunt. Vide quò ex-
audiāt ad se recur-
rentes, quod præsen-
tes sunt vbi invocā-
tur, et qui credit
eos adesse ad exaudi-
endum, etiam vbi
corpore non iacent,
habere meritū suæ
fidei. Nil certe cō-
tra nos ecclesiæ
subuersores posse
dici validius et mag-
nificius.

Elabetur libro 1. Eccl. hist. Ange licanæ, per cum dem conscriptæ ex cap. 12.

Rini, Melliti, Iusti, & Laurentij, Diui Gregorij Papæ discipulorum, & Anglicanæ Ecclesiæ Episcoporum, per venerabile Bedam Præsbyterum scriptæ.



NTERA Britannia cessatum quidem est parumper ab externis, sed non civilibus bellis: manebant exterminia ciuitatum ab hoste dirutarum ac desertarum: pugnabant contra inuicem, qui hostem euaserunt, ciues. Attamè recente adhuc memoria calamitatis & cladis insuetæ seruabant utrunque Reges, sacerdotes, priuati, & optimates suum quique ordinem. At illis deciditibus, cum successisset ætas tempestatis illius nescia, & præsentis solum serenitatis statum expecta, ita cuncta veritatis ac iustitiæ moderamina concussa ac subuersa sunt, ut earum non dicam vestigiū, sed ne memoria quidē præterquam in paucis & valde paucis, vlla appareret: quin inter alia inenarrabilem scelera facta, quæ historicus eorum Gildas flebili sermone describit, & hoc addebant, ut nunquam genti Saxonū siue Anglorum, secum Britanniam incolentem verbum fidei prædicandum committerent. Sed non tamen diuina pietas plebem suam, quam præciuit, deseruit, quidē multo digniores genti memoratæ præcones veritatis, per quos: crederet, destinauit. Siquidem anno ab incarnatione Domini, DLXXXII, Mauricius ab Augusto quinquagesimus quartus imperium suscipiens, viginti annos tenuit. Cuius anno regni decimo Gregorius vir doctrina & actione præcipuus, pontificatum Romanæ & Apostolicæ sedis sortitus, rexit annos tredecim, menses sex, & dies decem, qui diuino admonitus instinctu, anno quartodecimo eiusdem principis, aduentus verò Anglorum in Britanniam anno circiter D L. misit seruum Dei Augustinum, & alios plures cū eo monachos timentes Dominum, i prædicare verbum Dei genti Anglorum. Qui cum iulsi Pontificibus obtemperantes memoratum opus aggredi cœpissent: iamq; aliquantulum itineris cœfecissent, timore inertī redire domum potius quàm barbaram, feram, incredulamq; Gentē, cuius ne linguam quidem nossent, adire cogitabant, & hoc esse tutius communi consilio ducerent. Nec mora, Augustinum quem eis Episcopum ordinandum, si ab Anglis susciperentur, disposuerat, domum remittunt: qui à B. Gregorio humili supplicatu obtineret, ne tam periculosam, tam laboriosam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias literas dedit, ac in opus eos verbi, diuino confisos auxilio, proficisci suadet. Quarum videlicet literarum ista est forma.

Ex cap. 13.

2. Si Gregorius Romanus Pontifex prædicatores misit ad gentem Anglorum, patet Romanam Ecclesiam in vñ sibi omnem habere re super omnes Ecclesias mundi.

2. Si propter laborem datur nobis gloria eterna, ergo ex operibus bonis mereamur regnum caelorum, in quantum tamen: ex diuina gratia profiscimur.

3. Vide quod suscipit voluntas bene operandi, ubi non adest facultas, sed cū adest, non suscipit.

Ex cap. 24.

Gregorius seruus seruorum Dei, seruus Domini nostri Iesu Christi. Quia melius fuerat bona non incipere, quàm ab iis quæ cœpta sunt, cogitatione retrorsum redire, summo studio (dilectissimi filij) oportet, ut opus bonum, quod auxiliante Domino cœpistis, impleatis. Nec labor vos itineris, nec maledicorum hominum linguæ deterreat, sed omni infatigabili, omnique seruire, quæ inchoastis, Deo autore peragite, scientes quod labore magnum maior eternæ gloria retributionis sequitur. Remeante autem Augustino præposito vestro, quæ & Abbatem vobis constituimus, in omnibus humiliter obedite: scientes hoc vestris animabus per omnia profuturū, quicquid à vobis fuerit in eius admonitione completum. Omnipotēs Deus sua vos gratia protegat, & vestri laboris fructum in æterna me patria videre concedat: quatenus estis vobiscū laborare nequeo, simul in gaudio retributionis inueniatur: quia laborare scilicet volo. Deus vos incolumes custodiat dilectissimi filij. Data die decimo Calendarum Augustarum, imperate Domino Mauricio Tyberio piissimo Augusto, anno decimoquarto post Consulatum eiusdem Domini nostri anno xiiij. Indictione xiiij. Misit etiam tunc idem venerandus Pontifex ad Etherium Arelatensem Archiepiscopū, ut Augustino in Britannia perueniente, benignè susciperet, literas: quarū ille est tenor. Reuerendissime ac sanctissimo fratri Etherio coepiscopo Gregorius seruus seruorum Dei. Licet apud sacerdotes habetis Deo placitam charitatem, religiosi viri nullius commendatione indigeat, quod tamen apertum scribendi se tempus inuenit, fraternitati vestræ nostra mittere scripta curauimus, insinuantes latorem presentium Augustinum seruum Dei, de cuius certi sumus studio, cum aliis seruis Dei illic nos pro utilitate animarum (auxiliante Domino) direxisse: quem necesse est, ut sacerdotali studio sanctitas vestra adiuuare, & sua ei solatia præbere festinet. Cui etiam ut promptiores ad suffragandum possitis existere, causam vobis iunximus subtiliter indicare, scientes cognita, tota vos propter Deum deuotione ad solatiandum, quia res exigit, commouendos. Candidum præterea præsbiterum communem filium, quem ad gubernationem patrimonialis Ecclesiæ nostræ transmisiimus, charitati vestræ in omnibus commendamus. Deus te incolumem custodiat Reuerendissime frater. Data die decimo Calendarum Augu-

Augustarum, imperante Domino nostro Mauricio Tyberio piissimo Augusto: anno quarto decimo, post Consulatum eiusdem Domini nostri anno terdecimo, indictione xiiij. Roboratus igitur confirmatione beati patris Gregorij Augustinus cum famulis Christi, qui erat cum eo, rediit in opus verbi, peruenitque Britanniam. Erat eo tempore Rex Edilberche in Cantua potentissimus, qui ad confinium vique Humbrij fluminis maximi, quo meridiani & septentrionales Anglorum populi dirimuntur, fines imperij tetenderat. Est autem ad Orientalem Cantuæ plagam Tanaos insula non modica, id est, magnitudinis iuxta cōsuetudinem æstimationis Anglorum milliarius sexceterorum, quam à continenti terram secernit fluiuius Vantiūm, qui est latitudine circiter trium stadiorum, & duobus tantum in locis est transmeabilis. Vtrumque enim caput procedit in mare. In hac ergo applicuit seruus Domini Augustinus & socij eius, viri (ut fertur) ferme quadraginta.

Ex cap. 13.

Acciperunt ergo præcipiente beato Papa Gregorio, de gente Francorum interpretes, & mittens ad Edilberchtum, mandauit se venisse de Roma, ac nuncium ferre optimum, qui sibi obtemperantibus æterna in cœlis gaudia, & regnum sine fine cum Deo viuo, & vero futurum sine vlla dubietate promitteret. Qui audiens manere illos in ea quam adierant insula, & eis necessaria ministrari, donec videret quid eis faceret, iussit. Nam & antea fama ad eum quoque Christianæ religionis peruenerat, utpote qui & uxorem habebat Christianam de gente Francorum, nomine Bertham. Quam ea conditione à parentibus acceperat, ut ritum fidei & religionis suæ cum Episcopo, quem ei adiutorem fidei dederat, nomine Iudhardo, inuolatum seruare licentiam haberet.

Post dies ergo venit ad Insulam Rex, & residens sub diuo, iussit Augustinum cum sociis ad suum ibidem aduenire colloquium. Cauerat enim, ne in aliquam domum ad se introirēt, vtiere vltus augurio, ne superuentu suo si quid maleficæ artis habuissent, eum superando deciperent. At illi non dæmoniaca, sed diuina virtute præditi veniebant, 4. crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini Saluatoris in tabula depictam, litaniamque canentes, pro sua simul & eorum propter quos & ad quos venerant salute æterna Domino supplicabant. Cumque ad iussionem Regis residentes, verbum ei vitæ vnā cū omnibus qui aderant eius comitibus prædicarent, respondit ille dicens: Pulchra sunt quidem verba & promissa quæ adfertis, sed quia noua sunt & incerta, non his possum assensum tribuere, relicta eis quæ tanto tempore cum omni genere Anglorum seruauī. Verum quoniam huc de longè peregrini venistis, & vt ego videri mihi perspexisse, ea quæ vos vera & optima creditis, nobis quoque communicare desideratis: nolimus molesti esse vobis, quin potius benigno vos hospitio recipere, & quæ victui sunt vestro necessaria, ministrare curauimus, nec prohibemus quin omnes quos potestis, fidei vestræ religionis prædicatio societis. Dedit ergo eis mansionem in ciuitate Dorouernensi, quæ imperij sui totius erat metropolis, eisq; vt promiserat, cum administratione victus temporalis, licentiam quoque prædicandi non abstulit. Fertur autem quia propinquantes ciuitati in ore suo cum cruce sancta, & imagine magni regis Domini nostri Iesu Christi, hanc litaniam consona voce modularentur: Deprecamur te Domine in omni misericordia tua, vt auferatur furor tuus, & ira tua à ciuitate ista, & de domo sancta tua: quoniam peccauimus tibi. At vbi sibi datam mansionem intrauerunt, inceptorunt Apostolicam primitiuam Ecclesiæ vitam imitari. Orationibus videlicet assiduis, vigiliis, ac ieiuniis seruando, verbum vitæ quibus poterant prædicando, cuncta huius mundi velut aliena spernendo. Ea tamen quæ docebant ipsi per omnia viuendo, & paratum ad patiendum aduersa quæque, vel etiam pro ea, quam prædicabant, veritate, animam habendo. Quid moratae dederunt nonnulli, & baptizabant mirantes simplicitatem innocentis vitæ, ac dulcedinem doctrine eorum cælestis. Erat autem prope ipsam ciuitatem ad Orientem Ecclesia in honore sancti Martini antiquitus facta, dum adhuc Romani Britannia incolerent: in qua Regina, quam Christianam fuisse prædicimus, 5. orare consueuerat. In hac ergo & ipsi conuenere primò, ibique fallere, orare, missas & facere, & baptizare ceperunt, donec rege ad fidem conuerso, maioremque prædicandi per omnia, & Ecclesias fabricandi vel restaurandi licentiam acciperent. At vbi etiam ipse inter alios delectatus vita mundissimam sanctorum, & promissis eorum suauissimis, quæ vera esse miraculorum quoque multorum ostensione firmauerunt, credens baptizatus est: ceperunt plures quotidie ad audiendum verbum confluere, ac relicto gentiliter ritu, vnitati se sanctæ Christi Ecclesiæ credendo sociare. Quorum fidei & conuersioni ita congratulatus esse Rex perhibetur, vt nullum tamē cogere ad Christianissimum, sed tamen modo credentes ætiori dilectione quasi concius sibi regni cælestis amplecteretur: didicerat enim à doctoribus autoribusque suæ salutis, seruitium Christi voluntarium, non coactitum debere esse. Nec distulit quin etiam ipsis

4. Videbant crucem argenteam pro vexillo ferentes, & imaginem Domini Saluatoris in tabula depictam, litaniamque canentes, pro communi salute canentes. Vide hæc & cōsidera o hereticos!

5. Vides hic quod Ecclesie non tantum pro auditione verbi Dei, & sacramentorum percipiōne, sed etiam pro loco orationis sunt insititæ. 6. Etiam Gregorius tempore missæ celebrabatur, quia mox à Apostolo dicitur, ut in vita caris et vidisset.

klk ij doctoribus

doctoribus suis, locum sedis eorum gaudij congruum, in Doruuer Metropoli sua donaret, simul & necessarias in diuersis speciebus possessiones conferret.

Ex cap. 27.

Interea vir Domini Augustinus venit Arelas, & ab Archiepiscopo eiusdem ciuitatis Echerio iuxta quod iussa S. patris Gregorij acceperat: Archiepiscopus genti Anglorum ordinatus est, reuertitque Britanniam, misit conuinuo Romani Laurentium presbyterum, & Petrum monachum, qui beato Pontifici Gregorio, gentem Anglorum fidem Christi accepisse, ac se Episcopum factum esse referrent: simul & de iis que necessaria videbantur, questionibus eius consulta flagitans: nec mora, congrua quaesitui responsa recepit. Epistolam vero quam se pro adiuuando in opere Dei Augustino Arelatenfi Episcopo fecisse commemorat, ad Virgilium Echerij successorem dedit: cuius haec forma est.

Ex cap. 28.

Reuerendissimo & sanctissimo fratri Virgilio coepiscopo, Gregorius seruus seruorum Dei. Quantus sit affectus venientibus sponte fratribus impendendus, ex eo quod serunque solent charitatis causa inuitari, cognoscitur. Et ideo si communem fratrem Augustinum Episcopum ad vos venire contigerit, ita illum dilectio vestra sicut decet, affectuose dulciterque suscipiat, vt & ipsum consolationis suae honore faueat, & alios, qualiter fraterna charitas collenda sit, doceat. Et quomodo sapienter euenit, vt ij qui de longè positi sunt, prius ab aliis, quae sunt emendanda, cognoscant, si quas fortasse fraternitati vestrae sacerdotum vel aliorum culpas intulerit, vna cum eo residentes, subtili cuncta inuestigatione perquirite, & ita vos in ea quae Deum offendunt, & iracundiam prouocant, distractos ac sollicitos exhibete, vt ad aliorum emendationem, & vindicta culpabilem feriat, & innocentem falsa opinio non affligat. Deus te incolumem custodiat Reuerendissime frater. Data die decimo Calèd. Iuliarum, imperante Domino nostro Mauricio Tyberio piissimo Augusto, Anno xix, post consulatum verò eiusdem Domini nostri anno xvij, indictione iij. Praeterea idem Papa Gregorius Augustino Episcopo, quia suggererat ei, multam quidem sibi esse messem, sed operarios paucos: misit cum praefatis legatariis suis plures cooperatores, ac verbi ministros: in quibus primi ac praecipui erant Mellicus, Iustus, Paulinus, Rufinianus, & per eos generaliter vniuersa, quae ad cultum erant 7 ac ministerium Ecclesiae necessaria, vasa videlicet sacra, & vestimenta altarium: ornamenta quoque Ecclesiarum, & sacerdotalia vel clericalia indumenta, sanctorum etiam Apostolorum ac martyrum reliquias, necnon & codices plurimos. Misit etiam literas, in quibus significat se ei pallium direxisse, simul ei insinuat, qualiter Episcopos in Britannia constituere debuisset, Quorum literarum iste est textus.

Ex cap. 29.

7 Si haec oia Deo non placere, ac praesentia non esse crederet, putasset sanctus pater iste illa Britannia mississet

8 Videt quod proprie remuneratio hortatur ad studium operis spiritualis.

9 Ecce quod aliquis Archiepiscopus per sedem Apostolicam pallium conuocari solebat, sicut et modo fit, quo intra missarum sollemnitate vteretur, et fuisse in magna reuerentia.

10 Via Christianae ad ecclesiam regna pertingeret? Seruus quod hic te docet sanctissimus Pater, ut bene viuere, hoc est, ad catholice mores probos conuincere, non vnum sine altero non sufficit.

Ex cap. 30.

Reuerendissimo & sanctissimo fratri Augustino Episcopo Gregorius seruus seruorum Dei. Cum certum sit pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia aeterni regni praemia reseruari, nobis tamen eis necesse est honorum beneficia tribuere, vt in spiritalis operis studio ex remuneratione valeant multiplicius infundere. Et quia noua Anglorum Ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & te laborate perducta est, vsum tibi pallij in ea ad solum missarum solennia agenda concedimus, ita vt per loca singula duodecim Episcopos ordines, qui tuae subiaceant ditioni, quatenus Londonensis ciuitatis Episcopus semper in posterum à synodo propria debeat consecrari, atque honoris pallium ab hac sancta & Apostolica, cui Deo autore deseruio, sede percipiat. Ad Eburacam verò ciuitatem te volumus Episcopum mittere, quem ipse iudicaueris ordinare, ita duntaxat, vt si eadem ciuitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipse quoque duodecim Episcopos ordinet, & metropolitanam honore perfruatur: quia ei quoque, si vita comes fuerit, pallium tribuere Domino fauente disponimus, quem tamen tuae fraternitatis volumus dispositioni subiacere. Post obitum verò tuum, ita Episcopos quos ordinauerit, praesit, vt Londonensis Episcopi nullo modo ditioni subiaceat. Sit verò inter Londoniae & Eburacae ciuitatis Episcopos in posterum honoris ista distinctio, vt ipse prior habeatur, qui primus fuerit ordinatus. Communi autem consilio & concordia actione quaeque sunt pro Christi zelo agenda, disponant vnanimiter, rectè sentiant, & ea quae senserint, non sibi mat discrepando perficiant. Tu uerò fraternitas non solum eos Episcopos quos ordinauerit, neque hos tantummodo qui Eburacae per Episcopum fuerint ordinati, sed etiam omnes Britanniae sacerdotes habeat, Deo Domino nostro Iesu Christo autore, subiectos. Quatenus ex lingua & vitae tuae sanctitatis, & rectè credendi, & bene viuendi formam percipiant, atque officium suum fide ac more sequentes, ad caelestia, cum Dominus voluerit, regna pertingant. Deus te incolumè custodiat Reuerendissime frater. Data die x. Cal. Iul. imperante domino nostro Mauricio Tyberio piissimo Augusto, anno xix, post consulatum eiusdem domini, anno xvij, indictione iij.

Abeuntibus autem praefatis legatariis misit post eos beatus pater Gregorius literas memoratu dignas, in quibus aperte quam studiosè erga saluationem nostrae gentis inuigilauerit, ostendit, ita scribens: Dilectissimo filio Mellito Abbati Gregorius seruus seruorum Dei. Post

Post discessum congregationis nostrae quae tecum est, valde sumus suspensi redditi, quia nihil de prosperitate vestri itineris audisse nos contigit. Cum ergo Dominus omnipotens vos ad reuerendissimum virum fratrem nostrum Augustinum perduxerit, dicite ei, quod diu mecum de causa Anglorum cogitans tractauit: videlicet quod phana idolorum destrui in eadem gente minimè debeant, sed ipsa quae in eis sunt idola destruantur. Aqua 11 benedicta fiat, in iisdem phanis aspergatur, altaria construantur, reliquiae ponantur: quia si phana eadem bene constructa sunt, necesse est vt à cultu daemoneum in obsequio veri Dei debeant commutari: vt dum gens ipsa eadem phana sua non videt destrui, de eode errore deponat, & Deum verum cognoscens ac adorans, ad loca quae consueuerat familiariter concurrat. Et quia boues in sacrificio daemoneum multos solent occidere, debet eis etiam hac de re aliqua sollemnitas immutari: vt die dedicationis, vel natalitij sanctorum martyrum, quorum illic reliquiae ponuntur, tabernacula sibi circa eadem Ecclesias, quae ex phanis commutatae sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conuiujs sollemnitate celebrent, nec diabolo iam animalia immolent, sed ad laudem Dei in eis suo animalia occidant, & donatori omnium de facie-tate sua gratias referant. Nam doris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse dubium non est: quia & is qui summum locum ascendere nititur, gradibus vel passibus, non autem saltibus eleuatur: sic 12 Israelitico populo Dominus in Aegypto quidem innotuit, sed tamen eis sacrificiorum vsus quos diabolo solebat exhibere, in cultu proprio reseruauit, vt eis in suo sacrificio animalia immolare praeciperet, quatenus cor mutantes, aliud de sacrificio amitterent, aliud retinerent, vt & ipsis ipsa essent animalia quae offerre consueuerant: vero tamen Deo, & non idolis immolantes, iam sacrificia ipsa non essent. Haec igitur dilectionem tuam praedito fratri necesse est dicere, vt ipse in praesenti illic positus pendat qualiter omnia debeat dispensare. Deus te incolumem custodiat dilectissime fili. Dara die Calendas Iuliae. Imperante domino nostro Mauricio Tyberio piissimo Augusto. Anno xix, post Consulatum eiusdem domini anno xvij, Indictione iij.

11 Fiat aqua benedicta, aspergatur in phanis, altaria construantur, reliquiae ponantur. Phana tibi ista o hereticus. Minime proferas, quia errores tuos proferunt.

22 Ecce quomodo ecclesia perditum de imperfecto in perfectum peruenit, nec a monibus auris omnia simul abscidit.

Ex cap. 32.

Quo in tempore milit etiam Augustino epistola super miraculis, quae per eum facta esse cognouerat: in qua eum, ne per illorum copiam periculum elationis incurreret, his verbis horrat. Scio frater charissime, quia omnipotens Deus per dilectionem tuam in gente, quae eligi voluit, magna miracula ostendit, vnde necesse est dono caelesti & timendo gaudeas, & gaudento pertimescas. Gaudeas videlicet, quod Anglorum animae per exteriora miracula ad interioram gratiam pertrahuntur. Pertimescas verò, ne inter figra quae sunt, infirmus animus in sui praesumptione se eleuet, & vnde foras in honorem tollitur, per inanem gloriam intus cadat. Meminisse etenim debemus, quia discipuli cum gaudio à praedicatione redeuntes, dum caelesti magistro dicerent: Domine in nomine tuo etiam daemonia nobis subiecta sunt, protinus audierunt: Nolite super hoc gaudere, sed potius gaudeate, quia nomina vestra scripta sunt in caelo. In priuata enim & temporalis laetitia mentem posuerant, qui de miraculis gaudebant, sed de priuata ad communem, & de temporalis ad aeternam laetitiam reuocantur: quibus dicitur: In hoc gaudeate, quia nomina vestra scripta sunt in caelo. Non enim omnes electi miracula faciunt, sed tamen nomina eorum in caelo tenentur adscripta. Veritatis etenim discipulis esse gaudium non debet sine eo bono, quod commune cum omnibus habent, & in quo finem laetitiae non habent. Restat itaque frater charissime, vt inter ea quae operante Domino exterius facis, semper te interius subtiliter indices, ac subtiliter intelligas, & temetipsum quis sis, & quanta sit in ea gente gratia, pro cuius conuersione etiam faciendorum signorum dona percepisti. Et si quando te Creatori vestro, seu per linguam, seu per opera reminisceris deliquisse, semper haec ad memoriam reuocet: vt surgentem cordis gloriam memoria reatus premat. Et quicquid de faciendis signis acceperis, vel accepisti, hoc non tibi, sed eis deputes donata, pro quorum tibi salute collata sunt.

Ex cap. 33.

Misit & idem Papa beatus Gregorius eodem tempore etiam Regi Edilbercto epistolam, simul & dona in diuersis speciebus perplura temporalibus quoque honoribus regem glorificare satagens, cui gloriae caelestis sui labore & industria notitiam peruenisse gaudebat. Exemplar autem praefatae epistolae hoc est. Domino gloriosissimo atque praecellentissimo filio Edilbercto Regi Anglorum Gregorius Episcopus. Propter hoc omnipotens Deus bonos quoque ad regimina populorum perduxit, vt per eos omnibus quibus praesati fuerint, dona suae pietatis impendat: quod Anglorum genti factum agnouimus. Cui vestra gloria est idcirco praeposita, vt per bona quae vobis concessa sunt, etiam subiectae vobis genti super beneficia praestentur. Et ideo gloriose fili eam quam accepisti diuinitus gratiam require, sollicita mente custodi, Christianam fidem in populis tibi subditis extendere festina, zelum rectitudinis tuae in eorum multiplici conuersione, idolorum cultus insequere, phanorum aedificia

13 Vide an velit so- lum silem Grego- ris in hoc loco

euerte, subditorum mores ex magna vitæ mundicia exhortando, terrendo, blandi-
 rigendo, & boni 13 operis exempla monstrando aedifica: vt illum retributore in
 celo, cuius nomen atque cognitionem dilataueris in terra. Ipse enim vestra quoque gloriæ
 nomen etiam polleris gloriosius reddet: cuius vos honorem quæritis & seruatis in genibus.
 Sic etenim Cōstantinus quondam piissimus Imperator, Romanam Rempublicam à peruer-
 sis Idolorum cultibus reuocans, omnipotenti Deo Domino nostro Iesu Christo secum sub-
 didit. Nam seque cum iubeatis populis tota ad Deum mente conuertit. Vnde factum est,
 vt antiquorum principum nomen suis vir ille laudibus vinceret, & tantò in opinione præde-
 ceisores suos, quantò & in bono opere superaret. Et nunc itaque vestra gloria cognitionem
 vnus Dei Patris, & filij, & spiritus sancti, regibus ac populis sibi met subiectis festinet infun-
 dere, vt & antiquos reges suæ gentis laudibus ac meritis transeat, & quantò in subiectis suis
 etiam aliena peccata deseruerit, tantò etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei ter-
 ribile examen securior fiat. Reuerendissimus frater noster Augustinus Episcopus in mona-
 sterij regula doctus, sacra scripturæ scientia repletus, bonis autore Deo operibus præditus,
 quæcunque vos admonet, libenter audite, deuorè peragite, studiosè in memoria referate.
 Quia si vos cum in eo quod pro omnipotenti Deo loquitur, auditis, idem omnipotens Deus
 hunc pro vobis exorantem celerius exaudiet. Si enim (quod ablit) verba eius postponitis,
 quomodo eum omnipotens Deus poterit audire pro vobis, quem vos negligitis audire pro
 Deo? Tota igitur mente cum eo vos in seruire fidei stringite, atque animum illius virtute
 quam vobis diuinitas tribuar, adiuuate, vt regni sui vos ipse faciat esse participes, cuius vos
 fidem in regno vestro recipi facitis & custodiri. Præterea scire vestram gloriâ volumus, quòd
 sicut in scriptura sacra ex verbis Domini omnipotentis agnoscimus, præsentis mundi iam
 terminus iuxta est, & sanctorum regnum verum est, quod nullo vnquam poterit sine ter-
 minari. Appropinquante autem eodem mundi termino multa imminet, quæ antea non
 fuerant, videlicet immutationes aëris, terroresque de celo, & contra ordinationem tempo-
 rum, tempestates, bella, famæ, pestilentie, terræ motus per loca, quæ tamè non omnia nostris
 diebus ventura sunt, sed post nostros dies omnia subsequantur. Vos itaque si qua ex his eue-
 nire in terra vestra cognoscitis, nullo modo animum vestrum perturbetis, quia idcirco signa
 de sine seculi præmittuntur, vt de animabus nostris debeamus esse solliciti, de mortis hora
 suspecti, & venturo iudici in bonis actibus inueniamur esse parati. Hæc autem gloriose filii
 paucis loquutus sum, vt cum Christiana fides in regno vestro excreuerit, nostra quoque lo-
 cutio apud vos latior excreseat, & tantò plus loqui libeat, quantò se in mente nostra gaudia
 de gentis nunc perfecta conuersione multiplicat. Parua autem xenia transmisi, quæ vobis
 parua non erunt, cum à vobis ex beati Petri Apostoli fuerint benedictione suscepta. Omni-
 potens itaque Deus in vobis gratiam suam, quam cepit, perficiat, atque vitam vestram, &
 hinc post multorum annorum curricula extendat: & post hæc longa tempora, in celestis
 patriæ congregatione recipiat. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.
 Domine mi fili. Data die x. Calend. Jul. & imperante domino nostro Mauricio Tyberio piis-
 simo Augusto, Anno xix. post Consulatum eiusdem, anno xvij. Indictione iij.

Ex cap. 19.

At Augustinus vbi in regia ciuitate sedem Episcopalem, vt prædiximus, accepit, recu-
 perant in ea, regio fultus ad miniculo, Ecclesiam, quam ibi Romanorum antiquorum fi-
 delium opere factam fuisse didicerat: & eam in nomine sancti Salvatoris Dei & Domini no-
 stri I E S V Christi sacrauit, atque ibidem sibi habitationem statuit, & cunctis successoribus
 suis. Fecit autem & monasterium non longè ab ipsa ciuitate ad Orientem, in quo eius
 hortatu Edilbercht Ecclesiam beatorum Apostolorum Petri & Pauli fundamentis 14 cō-
 struxit, ac diuersis donis ditauit. In qua & ipsius Augustini & omnium Episcoporum Dor-
 uerrensiū, simul & Regum Cantuar: poni corpora possent: quam tamen Ecclesiā non ipse
 Augustinus, sed successor eius Laurentius 15 consecrauit.

Primus autem eiusdem monasterij Abbas Petrus præbyter fuit, qui legatus in Galliam
 missus, demersus est in sinu maris, qui vocatur Anseat, & ab incolis loci ignobili traditus sep-
 ulture. Sed omnipotens Deus, vt qualis meriti vir fuerit, demonstraret, omni nocte supra sep-
 ulchrum eius lux cælestis apparuit, donec animaduertentes vicini, qui videbant sanctum fuisse
 virum, qui ibi esset sepultus, & inuestigantes vnde & quis esset, abstulerunt corpus, & in
 Bononia ciuitate iuxta honorem tanto viro congruum in Ecclesia posuerunt.

Interea Augustinus adiutorio vsus Edilberchi Regis, conuocauit ad suum colloquium
 Episcopos siue Doctores proximæ Britonum prouinciæ, in loco vbi vsque hodie in lingua
 Anglorum Saxonum appellatur, cepitque eis fraterna admonitione suadere, vt pace catho-
 lica secum habita, communem euangelizandi Gentibus pro Domino laborem susciperent:
 Non enim Paschæ diem dominicum suo tempore, sed à quartadecima vsque ad vigesimā lunā obser-

14. Ecce primum
 est istane fidei in-
 ditiū, quod anti-
 qui reges præ se
 habent, nempe ad-
 fides ecclesiarū,
 et monasteriorū e-
 etiam in honore
 sanctorum, quæ di-
 versis quoque donis
 ditantur.
 15. Nota etiam illo
 tempore ecclesiarum
 conuersiones. Ex
 lib. 2. capite. 2. histo-
 riæ eiusdem.

observabant. Quæ computatio lxxxiii. annorū circulo continetur, sed & alia plurima vitæ
 Ecclesiasticæ contraria faciebant. Qui cum longa disputatione habita, neque precibus, ne-
 que hortamentis, neque increpationibus Augustini ac sociorum eius assensum præbere voluis-
 sent, 16 sed suas potius traditiones vniuersis quæ per orbem sibi in Christo cōcordant, ecclesijs
 præferent: sanctus Augustinus hunc laboriosè ac longi certaminis finem fecit, vt dicitur: ob-
 secraui Deum, qui habitare fecit vniuersos in domo patris sui, vt ipse nobis insinuare ce-
 lestibus signis dignetur, quæ sequenda tradidit, quibus sic vis ad ingressum regni illius pro-
 perandum. Adducatur alique æger, & per cuius preces fuerit curatus, huius fides & operatio
 Deo deuota atque omnibus sequenda credatur. Quod cum aduersarij inuiti licet concederent,
 allatus est quidam de genere Anglorum, oculorum luce priuatus: qui (cū oblatu Britonū
 sacerdotibus nil curationis vel sanationis horum ministerio perciperet) tandem Augustinus
 iusta necessitate compellus, flectit 17 genua ad patrem Domini nostri Iesu Christi, deprecās,
 vt cæco visum, quem amiserat, restitueret, & per illuminationem vnus hominis, corporalis
 in plurimorū corda fidelium spiritali gratia lucem accenderet. Nec mora, illuminatus cæcus,
 ac verus summæ lucis præco ab omnibus prædicatur Augustinus. Tum Britones confiten-
 tur quidem intellexisse se veram esse vitam iustitiæ quam prædicat Augustinus. Sed non se
 posse absque suorum consensu ac licentia patris abdicare moribus. Vnde postulabant, vt se-
 cundò synodus pluribus aduenientibus, fieret: quæ cum esset statuta, venerūt (vt perhibent)
 septem Britonum Episcopi, & plures viri doctissimi, maxime de nobilissimo eorum mona-
 sterio, quod vocatur lingua Anglorum Barchotnaburg, cui tempore hoc Dinotus Abbas præ-
 fuisse narratur, qui ad præfatū iturū concilium, venerunt primò ad quædam vniū sanctū ac pru-
 dentē (qui apud eos anachoriticam ducere solebat vitam) consulentes an ad prædicationem
 Augustini suas deserere traditiones deberent: qui respondebat: Si homo Dei est, sequi mini-
 lum. Qui dixerunt: Et vnde hoc possumus probare? At ille: Dominus ait: Tollite iugū meū
 super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Si ergo Augustinus ille mitis est
 & humilis corde, credibile est quia iugum Christi & ipse porter, & vobis portandum offerat.
 Sin autem superbus est, constat, quia non est de Deo: neque vobis eius sermo curandus. Qui
 rursus aiebant: Et vnde vel hoc dignoscere valemus? Procurate, inquit, vt ipse prior cum suis
 ad locum synodi adueniat, & si vobis appropinquantibus assurrexerit, sciētes, quia famulus
 Christi est, obtemperanter illum audite. Sin autem vos spreuerit, nec coram vobis assurgere
 voluerit, cum sitis numero plures, & ipse spernatur à vobis. Fecerunt, vt dixerat: Factum est
 autem vt venientibus illis sederet Augustinus in sella: quod illi videntes: mox in iram versi
 sunt, eumque notantes superbiæ, cunctis quæ dicebat, contradicere laborabant. Dicebat autem
 eis, quòd in multis quidem nostræ consuetudini, vno vniuersæ ecclesiæ contrariè geritis. Et
 nunc si in his tribus hinc mihi obtemperare vultis, vt Pascha suo tempore celebretis, vt mini-
 sterium baptizandi (quo Deo renascimur) iuxta morem Romanæ sanctæ Ecclesiæ & Aposto-
 licæ complectis, vt genti Anglorum vnà nobiscum verbum Dei prædicetis: cetera quæ agi-
 tis, quamuis moribus nostris contraria, æquanimiter cuncta tolerabimus. At illi nihil horum
 se facturos, neque illum pro archiepiscopo habituros esse respondebant: conferentes ad inuicē,
 quòd si modò nobis assurgere noluit, quantò magis si ei subdi cõperimus, iam nos pro nihi-
 lo contemnet? Quibus vir Domini Augustinus fertur minitans prædixisse, quòd si pacem cū
 fratribus accipere nolent, bellum ab hostibus forent accepturi. Et si nationi Anglorum no-
 fuissent viam vitæ prædicare, per horum manus vltionem essent mortis passuri: quod ita per
 omnia, vt prædixerat, diuino agente iudicio patrātū est. Siquidè post hoc ipse de quo diximus,
 rex Anglorum fortissimus Edilfrith collecto grandi exercitu ad ciuitatem legionensē; agēte
 Anglorum Legacefir, à Britonibus relictus Corlegion appellatur, maximam genti perisidæ
 stragem dedit. Cumque bellum acturus videret sacerdotes eorum (qui ad exorandum Deum
 pro milite agente bellum conuenerant) seorsum in tutiori loco consistere, sciscitabatur qui
 essent hi, quidue acturi illis conuenissent. Erant autem plurimi eorum de monasterio Ban-
 cor, in quo tantus fertur fuisse numerus, vt cū in septem portiones esset, cū præpositis si-
 bi rectoribus monasterium diuisum, nulla harū portio minus quàm trecentos homines ha-
 beret, qui omnes de labore manuum viuere solebant. Horum ergo plurimi ad memoratam
 aciem peracto ieiunio tridvano cum alijs orādī causa conuenerant, habentes defensorē nomi-
 ne Brocmalium, qui eos intentes precibus à Barbarorum gladijs protegeret. Quorum causam
 aduentus cū intellexisset rex Edilfrith ait: Ergo si aduersum nos Dominum suum clamant,
 profectò & ipsi quamuis arma non ferant, contra nos pugnant, qui aduersum nos imprecatio-
 nibus persequuntur. Itaque in hos primum arma verti iubet, & sic ceteras nefandæ militiæ
 copias non sine magno exercitus sui damno deleuit. Finitos in ea pugna fertur de his qui
 ad adorandū venerat, viros circiter mille ducetos, & solum qui in viginti suagalpos, Brocmal
 kk iij ad præ-

10 Patrum traditio-
 nes vide esse pro-
 uas, nec aliquo-
 rum traditioes vni-
 uersis mundi Ec-
 clesijs præferendas

17 Ecce oratio est
 genuflexione, et ad
 eum miraculi sub-
 sequuntur. Ecce ex-
 gressus oratio, ad
 Brocmalium.

ad primum hostium aduentum cum suis terga vertens, eos quos defendere debuerat, inermes ac nudos ferientibus gladijs reliquit. Sicq; completum est prælagium sancti Augustini, quamuis ipso iam multo ante tempore ad cœlestia regna sublato, vt etiam temporalis interitus vltionem sentirent perdidit, quod oblata sibi perpetua salutis consilia spreuerant.

Ex cap. liij.

Anno dominicæ incarnationis sexcentesimo quarto, Augustinus Britannorū Archiepiscopus ordinavit duos Episcopos, Mellitum videlicet & Iustum: Mellitum quidem ad prædicandam provinciam Orientalium Saxonum, qui tamen se fluuio dirimunt à Cantia, & ipsi Orientali mari contigui, quorum metropolis Londonia ciuitas est, super ripam præfati fluminis posita, & ipsa multorum temporum populorum terra mariq; venientium plena. In qua videlicet gente tunc temporis Sabareth nepos Edelberhti ex sorore Ricula regnabat, quamuis sub potestate positus eiusdem Edelberhti, qui omnibus (vt supra dictum est) vsq; ad Humberæ fluminis terminos Anglorum gentibus imperabat. Vbi verò & hæc inuincia verbum veritatis prædicante Mellito accepit, fecit rex Edelbercht in ciuitate Londonia ecclesiam sancti Pauli Apostoli, in qua locum sedis Episcopalis & ipse & successores eius habent. Iustum verò in ipsa Cantia Augustinus ordinavit Episcopū, in ciuitate Dorouerni, quod gens Anglorum à primario quondam illius, qui dicebatur Hrof hros cestre, cognominat. Dicitur autem à Dorouerni milibus passuum ferme quatuor & vincti ad Occidentem: in qua rex Edelbercht ecclesiam beati Andreae Apostoli fecit, qui etiam Episcopis vsq; Ecclesiæ 18 dona multa (sicut & Dorouernenses) obtulit, sed & territoria ac possessiones in vsum eorum qui erant cum Episcopis adiecit. Defunctus est autem Deo dilectus pater Augustinus, & positum corpus eius foras, iuxta ecclesiam beatorū Apostolorū Petri & Pauli: cuius supra meminimus: quæ necdum fuerat perfecta, nec dedicata. Mox verò vt dedicata est, intrò illatum, & in porticu illius aquilonari decenter sepultū est. In qua etiam sequentium archiepiscoporum omnium sunt corpora tumulata, præter duorum tantummodo, id est Theodori & Berethualdi: quorū corpora in ista Ecclesia posita nō sunt, eò quòd prædicta porticus plura capere nequirit: Habet autem in medio sui penū, altare 19 in honorem beati Gregorij Papæ dedicatum, in quo per omne sabbatum à presbytero loci illius agendæ eorum solenniter celebrantur. Scriptum verò est in tumba eiusdem Augustini epitaphium huiusmodi. Hic requiescit Dominus Augustinus Dorouernensis Archiepiscopus primus, qui olim huc à b. Gregorio Romanæ vrbs pōtifice directus, & à Deo operatione miraculorum suffultus, & Edelberchtū Regem & gētem illius ab idolorum cultu ad fidem Christi perduxit, & completis in pace diebus officij sui, defunctus est: vij. Cal. Iunij eodem Rege regnate. Successit Augustino in episcopatu Laurētius, quē ipse idcirco adhuc viuens ordinauerat, ne se defuncto status Ecclesiæ tardus, vel ad horā pastore delinutus, vacillare inciperet. In quo & exemplum sequebatur primi pastoris Ecclesiæ, hoc est beatissimi Apostoli Petri principis: qui fundata Romana Ecclesia Christi Clementem sibi adiutorem euangelizandi, simul & successorem consecrante perhibetur. Laurentius autem Archiepiscopus gradu potitus, strenuissimè fundamenta ecclesiæ nobiliter iacta studuit augmentare, atq; ad profectum debiti culminis, & crebra voce sanctæ exhortationis, & continuis piæ operationis exemplis prouehere curauit. Denique non solum nouæ, quæ Anglis erat collecta, Ecclesiæ curam gerebat, sed & Britannicæ proximè pastoralem impendere sollicitudinem curabat: Siquidem vbi Scotorum in præfata ipsorum patria, quomodo & Britannorum in ipsa Britannia, vitam ac professionem minus ecclesiasticam in multis esse cognouit: maxime cum Paschæ solennitatem non suo tempore celebrarent, sed (vt supra docuimus) à quarta decima luna ad vigesimam dominicæ resurrectionis diem obseruandum esse putarent: scripsit cum Episcopis suis exhortationem ad eos epistolam, obsecrans eos, & contestans veritatem pacis & catholicæ obseruationis, cum eo (quæ toto orbe diffusa est) ecclesia Christi tenere, cuius videlicet epistolæ principium hoc est. Dominus charissimis fratribus Episcopis, vel Abbatibus per vniuersam Scotiam Laurentius, Mellitus, & Iustus Episcopi serui seruorum Dei. Dum 20 nos sedes Apostolica more suo, sicut in vniuerso orbe terrarum in his occiduis partibus ad prædicandum gentibus paganus dirigeret, atq; in hanc insulam quæ Britannia nuncupatur, contigit introisse, antequam cognosceremus, credentes quòd iuxta morem vniuersalis ecclesiæ ingrederentur in magna reuerentia sanctitatis, tã Britones, quam Scotos venerati sumus, sed cognoscentes Britones, Scotos meliores putauimus. Scotos verò per Dagamū Episcopū in hanc, quæ superius memorauimus insulam, & pet Colūbanam Abbatē à Gallis venientem, nihil discrepare à Britonibus in eorū conuersatione didicimus. Nam Dagamus Episcopus ad nos veniens, non solum cibū nobiscū, sed nec in eodem hospitio quo vescebamur, sumere voluit. Misit idem Laurentius cum coepiscopis suis etiam Britonum sacerdotibus literas suo gradu dignas, quibus eos in vnitatem catholicam confirmari satagit. Sed quantum hæc agendo profecerit, adhuc præsentia tempora declarant.

28 Vide quomodo præfati reges dona, territoria, & possessiones Ecclesiis offerrebant.

29 Nota altare in honorem beati Gregorij Papæ dedicari.

Ex cap. liij.

30 Considera hæc verba: Dū nos sedes Apostolica more suo, sicut in vniuerso orbe terrarū in his occiduis partibus ad prædicandum gentibus paganus dirigeret, ex quibus euidenter colligitur Romanam ecclesiam in totū terrarum orbem iurisdictionem habere.

His temporibus venit Mellitus Londoniæ Episcopus Romam, de necessariis Ecclesiæ Anglorum cum Apostolico Papa Bonifacio tractaturus. Et cum idem Papa Reuerendissimus cogret synodum Episcoporum Italiae, de vita monachorū & quiete ordinaturus, ipse Mellitus inter eos affedit anno octauo Imperij Focatis principis, in ditione tertiadecima, tertia die Cal. Martij, vt quæque erant regulariter decreta, sua quoque autoritate subscribens confirmaret, ac Britannia rediens, secum Anglorum Ecclesiis mādanda atque obseruanda deferret, vna cū epistolis, quas idē Pontifex Deo dilecto archiepiscopo Laurentio & cleo vniuerso, similiter & Edilberchto regi, atque genti Anglorum direxit. Hic est Bonifacius quartus à beato Gregorio Romanæ vrbs Episcopus, qui impetrauit à Foca principe donari Ecclesiæ Christi templum Romæ quod Pantheon vocabatur antiquitus, quali simulachrum esset omnium deorum, in quo ipse eliminata omni spurcicia, fecit Ecclesiam sanctæ genitricis atque omnium martyrum Christi, vt exclusa multitudine dæmonum, multitudo ibi sanctorum memoriam haberet.

Anno ab incarnatione Dominica sexcentesimo decimo tertio (qui est annus vigesimus primus ex quo Augustinus cum sociis ad prædicationem genti Anglorum missus est) Edilbercht Rex Cātuariorum, post regnū tēporale quod LV Iannis gloriosissimè tenuerat æterna cœlestis regni gaudia subiit. Qui tertius quidem in regibus gentis Anglorum, cunctis Australibus eorum provinciis quæ Hūbræ fluuio & contiguis ei terminis, sequestrantur à Boreali bus, imperauit, sed primus omnium cæli regna conscendit. Nam primus imperium huiusmodi fuit Rex Australium Saxonum, secundus Calin Rex Occidentalium Saxonum (qui lingua ipsorū Decculin vocabatur) tertius, vt dixim⁹ Edilbercht Rex Cantuariorū, quartus Redual Rex Orientalium Anglorum, qui etiam viuente Edilberthro eidem suæ genti ducatum præbebat, obtinuit. Quintus Eduinus Rex Nordamhimbriorum gentis, id est, eius quæ ad Borealem Humberæ fluminis plagam inhabitabat, maiore potentia cunctis qui Britannia incoleant, Anglorum pariter & Britonum populis præfuit, præter Cantuariorū tantum, necnō Meuanias Britonum insulas, quæ inter Hyberniam & Britanniam sitæ sunt, Anglorum subiecit imperio. Sextus Osuald & ipse Nordamhimbriorum Rex Christianissimus, iisdem finibus regnum tenuit. Septimus Osinu frater eius æqualiter penè terminis regnū nonnullo tēpore coercens, Pictorum quoque ac Scotorum gentes, quæ Septentrionales Britannicæ fines tenent, maxima ex parte perdomuit, ac tributarias fecit, sed hoc postmodū. Defunctus est verò Rex Edilbercht die quattodecimo mensis Februarij, post xxj. annos acceptæ fidei, atque in porticu sancti Martini, intra ecclesiam beatorum Apostolorum Petri & Pauli sepultus est, vbi & Beresta regina condita est. Qui inter cætera bona, quæ genti suæ consulendo conferebat, etiam decreta illi iudiciorum iuxta exempla Romanorum, cum consilio sapientium cōstituit. Quæ cōscripta Anglorū sermone hactenus habētur, & obseruata ab illis. In quibus primicus posuit qualiter id emendate deberet, qui aliquid reū, vel Ecclesiæ, vel Episcopi, vel reliquorum ordinum furto auferret, volens scilicet tutione eis, quos & quorū doctrinā susceperat, præstare. Erat autem idem Edilbercht filius Iurminici, cuius pater Occa, cuius pater Orric cognomento Oisc, à quo reges Cātuariorum solent Oiscingas cognominari. Cuius pater Hengist, qui cum filio suo Oisc inuitatus à Vortigerno, Britanniam primus intrauit, vt supra retulimus. At verò post mortem Edilberhti cum filius eius Cadbald regni gubernacula suscepisset, magno tenellus adhuc ibi Ecclesiæ crementis detrimento fuit. Siquidem non solum Christi fidem recipere noluerat, sed & fornicatione pollutus est tali, qualem nec inter Gentes audiatū Apostolus testatur, ita vt vxorem patris haberet. Quo vtroque scelere occasionem dedit ad priorem vomitum reuertendis his qui sub imperio sui parentis, vel pauore, vel timore regio fidei & castimonie iura susceperunt, nec supernæ flagella districtiois perisido regi castigando vel corrigendo desuere. Nam crebra mentis vesania, & spiritus immundi inuasionis premebatur. Auxit procellam huiusmodi perturbationis etiam mors Sabagēstij regis Orientalium Saxonum, qui vbi regna perennia petens, tres filios suos, qui pagani perdurauerunt, regnū temporalis hæredes reliquit, cœperunt illi mox idololatriæ (quam viuente eo aliquantulum intermississe videbantur) palam seruire, subiectisque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cumque vidissent Pontificem celebratis in Ecclesia missarum solenniis Eucharistiam populo dare, dicebant (vt vulgo fertur) ad eum Barbari inflati stultitia: Quare non & nobis porrige panem nitidum, quem & patri nostro Saba (sic namque eum appellare consueuerant) dabas, & populo adhuc in ecclesia dare non desistis? Quibus ille respōdebat: Si vultis abui fonte illo salutari, quo pater vester ablutus est, potestis etiam panis sancti, cui ille participabat, esse participes. Sin aut lauacrum vite contēntis: nūl lareus valetis panē vite percipere. At illi: Nolumus, inquit, fontē illū intrare, quia nec illo opus nos habere nouimus, sed tamen panē illo refici volumus. Cumq; diligenter, ac sepe ab illis

Ex cap. 50.

21 Rex æternæ cœlestis regni gaudia subiit.

22 Celebratis in Ecclesia missarū solenniis.

illo essent admoniti, nequaquam ita fieri posse, vt absque purgatione sacrosancta quis oblati-
oni sacrosanctę communicaret. Ad vitium furor commoti aiebant; si non vis assentire no-
bis in tam facili causa quam perimus, non poteris iam in nostra provincia demorari: & expu-
larunt eum, ac de suo regno cum sociis abire iusserunt. Qui expulsus inde, venit Cantuum, tra-
ctatus cum Laurentio & Iusto coepiscopis, quid in eis esset agendum. Decretumque est cõ-
muni consilio, quia facius esset, vt omnes in patriam redeant, libera ibi mente Domino de-
seruirent, quam inter rebelles fidei Barbaros sine fructu residerent.

Diuellere itaque primi Mellitus & Iustus, atque ad partes Gallię secessere, ibi & suum
finem expectare disponentes, sed non multo tempore reges qui p̄aconem à se veritatis
expulerant, dæmoniaci cultibus impunè seruebant. Nam egressi contra gentem Geniilorū
in prælium, omnes pariter cum sua militia corruerunt, nec (sicut autoribus perditis) excitatū
ad scelera vulgus potuit corrigi, atque ad simplicitatem fidei, & charitatis, quæ est in Christo,
reuocari. Cũ verò Laurentius Mellitum Iustumque sequutus, ac Britanniam esset reli-
cturus, iussit ipsi sibi nocte in Ecclesia beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de qua frequen-
ter iam diximus, stratum parari. In quo 23 cũ post multas preces & lachrymas ad Deum
pro statu Ecclesię suas, ad quietandum membra posuisset atque obdormisset, 24 apparuit
ei beatissimus Apostolorum princeps, & multo illum tempore secretæ noctis flagellis arcti-
oribus afficiens, sciscitabatur Apostolica districtione, quare gregem, quam sibi ipse crederat,
relinqueret: vel cui pastorem oues Christi in medio luporum positas fugiens ipse dimitteret?
An mei, inquit, oblitus es exempli, qui pro paruulis Christi, quos mihi in iudicium suę dile-
ctionis cõmendauerat, vincula, verbera, carceres, afflictiones, ipsam postremò mortem, mor-
tem autem crucis, ab infidelibus etiã inimicis Christi ipse cum Christo coronandus pertulit?
His beati Petri flagellis, simul & exhortationibus animatus famulus Christi Laurentius,
mox mane factò, venit ad regem, & reiecto vestimento, quantis esset verberibus laceratus
ostendit. Qui multum miratus, & inquirens, qui tanto viro tales ausus esset plagas infligere,
vt audiuit, quia causa suę salutis Episcopus ab Apostolo Christi tanta esset tormenta, pla-
gasque perpessus, extimuit multum, atque anathematizato omni idololatricę cultu, abdicato
connubio non legitimo, suscepit fidem Christi, & baptizatus, Ecclesię rebus, quantum valuit,
in omnibus consulere, ac facere curauit. Misit etiam in Galliam, & rouocauit Mellitum &
Iustum, eosque ad suas Ecclesias liberè instituendas redire præcepit, qui post annum, ex quo
abierant, reuersi sunt. Et Iustus quidem ad ciuitatem Rhos, cui præfuerat, rediit, Mellitum ve-
rò Londonienses Episcopum recipere noluerunt, idololatricę pontificibus magis seruire gau-
dentes. Non enim tanta erat ei, quanta patri ipsius Regni potestas, vt etiam nolentibus ac
contradicentibus Paganis, Antistitem suę pollet Ecclesię reddere. Veruntamen ipse cum sua
gente, ex quo ad Dominum conuersus est, diuini se studuit mancipare præceptis. Denique
& in monasterio beatissimi Apostolorum principis 25 Ecclesiam sanctę Dei genitricis fecit,
quam consecrauit archiepiscopus Mellitus.

Hoc enim rege beatus Archiepiscopus Laurentius 26 regnum cœleste conscendit, atque
in Ecclesia & monasterio sancti Apostoli Petri iuxta prædecessorem suum Augustinum sepul-
tus est, die quarto Nonarum Februariarum, post quem Mellitus, qui erat Londoniæ Episco-
pus, sedem Dorouernensis Ecclesię tertius ab Augustino suscepit. Iustus autem adhuc super-
stes Rhosensem regebat Ecclesiam. Qui cũ magna Ecclesiã Anglorum cura ac labore
gubernarent, susceperunt scripta exhortatoria à Pontifice Romanæ & Apostolicę sedis Boni-
facio, qui post Deusedit in Ecclesia sedit anno incarnationis Dominiçę quingentesimo cen-
tesimo vigesimo quarto. Erat autem Mellitus quidẽ corporis infirmitate, id est, prodagra gra-
uatus, sed mentis gressibus sanus, alacriter terrena quęque transiens, atque ad cœlestia regna
semper amanda, peteda, & quærenda peruolans. Erat carnis origine nobilis, sed culmine me-
tis nobilior. Denique vnum virtutis eius, vnde cœtera intelligi possint, testimonium referã.
Tempore quodam ciuitas Dorouernensis per culpam incuriẽ igni correpta, crebrescentibus
cepit flammis consumi: quibus cũ nullo aquarũ iniectu posset aliquis obistere, iamque ciui-
tatis esset pars vastata non minima, atque ad Episcopum furens se flamma dilaret, confidens
Episcopus in diuinũ, vbi humanũ deserat auxiliũ, iussit se obuiã sequētibus & huc illucq; volã-
tibus igniũ globis inferri. Erat autẽ eo loci, vbi flammarũ impetus maximè incitabat, mar-
tyriũ beatorũ quatuor coronatorũ. Ibi ergo perlatus obsequentiũ manibus Episcopus, cepit
27 orãdo periculũ infirmis abigere, quod firmè fortium manus multũ laborãdo nequieuerat.
Nec mora, ventus qui à meridie flans vrbi incendia sparserat, cõtra meridiem reflexus primò
vim furoris sui à lætione locorum, quę contrã erant, abstraxit, ac mox funditus quietescendo,
flammis pariter sopitis, atq; extinctis, cõpelcuit. Et quia vir Dei igne diuinæ charitatis forti-
ter ardebat, qui tepestatis potestati acriarũ à sua suorumque lætione crebris orationibus, vel ex-
hortatio-

Ex cap. 6.

23 Vide notitias
vignas i Ecclesia,
et orationes cũ la-
chrymis.

24 Si Apostolorũ
princeps apparuit
Episcopo, et flag. la-
uant eum, ergo vi-
uus est, non mor-
uus.

25 Rex fabricauit
ecclesiã sanctę Dei
genitricis, & Mel-
litus Archiepiscopus
eas eum consecras-
sit.

Ex cap. 7.

26 Laurentius Ar-
chiepiscopus regni
cœlestis conscendit.

27 Oratioe Mel-
litus impetum ignis
in ciuitate graf-
fatis extinxit.

hortationibus repellere consueuerat, meritò ventis flammisque mūdialibus præualere, & ne
sibi suisque nocerent, obtinere poterat. Et hic ergo postquam annis quinque rexit ecclesi-
am, Eadbaldo regnate, migravit ad cœlos. Sepultusque est cum patribus suis in sepe dicto mo-
nasterio, & Ecclesia beatissimi principis Apostolorum, anno ab incarnatione Domini sex-
centesimo vigesimo quarto, die nono Calendis Marti.

Cui statim successit in pontificatũ Iustus, qui erat Rhofensis Ecclesię Episcopus. Illi autẽ
Ecclesię Romanum pro se consecrauit Episcopum, data sibi ordinandi Episcopos autoritate
à Pontifice Bonifacio, quem successorem fuisse Deus dedit supra meminimus. Cuius autorita-
tis ista est forma. Dilectissimo fratri Iusto Bonifacio, quã deuotè, quãque etiam vigilan-
ter pro Christi Euangelio elaborauerit vestra fraternitas, non solum epistolę à vobis directę
tenor, imò indulta desuper operi vestro perfectio indicauit. Nec enim omnipotens Deus, aut
sui nominis sacrum, aut fructũ vestri laboris deseruit, dum ipse prædicatoribus Ecclesię fide-
liter repromisit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.
Quod specialiter in iniuncto vobis ministerio eius clementia demonstrauit, aperiens corda
gentium ad suscipiendũ prædicationis vestrę singulare mysterium. Magno enim præmio
fatigiorum vestrorum delectabilem cursum, bonitatis suę suffragiis illustrauit, dum credito-
rum vobis talentorum fidelissimę negociationis officii vberem fructum impendens, ei quod
signare potestis, multiplicatis generationibus præparauit. Hocque etiam illa vobis repenlati-
one collatum est, qui iniuncto ministerio iugiter persistentes, laudabili patientia redempti-
onem gentis illius expectastis, & vestris vt perfrueretur meritis, eorum est saluatio propinata
dicente Domino: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Saluati ergo estis spe pa-
tientię, & tolerantię virtute, vt infidelium corda naturali ac superstitioso morbo purgata,
sui consequerentur misericordiam Saluatoris. Suscepit namq; apicibus filij nostri Adalual-
di regis, reperimus quanto sacri eloquij eruditione eius animum ad verã conuersionis, & in-
dubitata fidei credulitatẽ fraternitas vestra perduxerit. Qua ex rẽ de longanimitate clementię
cœlestis certam assumentes fiduciam non solum suppositarum ei gentium plenissimam salu-
tem, imò quarumcũque vicinarum vestro quoque prædicationis ministerio credimus subsi-
quẽdam, quatenus 28 (sicut scriptum est) cõsummati operis vobis merces à retributore om-
nium bonorum Domino tribuatur. Et verè per omnem terram exisse sonum eorum, & in
fines orbis terrę verba ipsorum, vniuersalis gentium confessio, suscepto Christianę sacramen-
to fidei, protestatur. Pallium 29 præterea latorem præsentium fraternitati tuę benignitatis
studij inuitati direximus, quò videlicet tantum in 30 sacrosanctis venerandis mysteriis li-
centiam vtendi imperauimus: concedentes etiam tibi ordinationes Episcoporum, exigentẽ
opportunitate, Domini præueniente misericordia, celebrare: ita vt Christi Euangelium plur-
rimorum annunciatione, in omnibus gentibus, quę necdum conuersę sunt, dilaretur, Stuo-
deat ergo tua fraternitas hoc quod sedis Apostolicę humanitate percepit, intermerata trinitis
sinceritate seruare intendens: Cuius rei similitudinem, tam præcipuum indumentum hume-
ris tuis baiulandum susceperis. Talemque te implorata clementia exhibendũ stude, vt indulti-
muneris præmia non cum reatitudine, sed cum cõmodis animarum ante tribunal summi &
uenturi iudicis representes. Deus te incolumem custodiat, dilectissime frater. Iustus deinde,
nonnullis euolutis annis, quarto Iduum Nouembris die ad 31 cœlestia regna sublatus est.

Ex cap. 8.

28 Quantũ cõ-
summati operis vobis
merces a retribu-
tore omniũ bono-
rum Domino tribu-
atur.

29 Pallium dona-
tur a sede Apo-
stolica Archiepisco-
pis, sicut & mo-
strũ & cõ-
stebatur tam-
tum in missarũ so-
lemnijs.

30 Ecce quomodo
Missę sacrificium
sacrosanctũ ac ve-
neranda mysteria
appellat, in hereti-
corum nostrorum
confusionẽ, qui in
sambus & blasphemis
nominib; illud
nuncupare presu-
munt.

31 Iustus ad cœles-
tia regna sublatus
est.
Esi hystoria Eccle-
się Anglicanę, &
vsdem lib. 2, cap. 14.
Gregorius ad æ-
ternam regni cœ-
lestis sedem traslan-
tus est.

2 Cum primum id
toto orbe gerere
pontificatum

VITA BEATI GREGORII MAGNI

Romani pontificis, per Venerabilem Bedam presbyterum scripta.



A N N O dominiçę incarnationis quingentesimo centesimo quinto, beatus
Papa Gregorius, postquam sedem Romanę & Apostolicę Ecclesię tredecim
annos, menses sex, & dies decem gloriosissimè rexit, defunctus est, atque
ad æternam regni cœlestis sedem translatus. De quo nos conuenit, quòd
nostram, id est, Anglorum gentem, de potestate Sathanę ad fidem Christi sua
industria conuertit, latiore in nostra hystoria Ecclesiastica facere sermonem, quem rectè
nostrum appellare possumus, & debemus Apostolum, quia cũ 2 primũ in toto orbe
gereret Pontificatum, & conuersis iam dudum ad fidem veritatis esset prælatus in Ecclesia
nostram gentem eatenus idolis mancipatam, Christi fecit Ecclesiam, ita vt Apostolicum il-
lum de eo liceat nobis proferre sermonem: Quia & si aliis non est Apostolus, sed tamen no-
bis est. Nam signaculũ Apostolorum eius nos sumus in Domino. Erat aut natione Romanus,
ex patre Gordiano, genus à proauis non solum nobile, sed & religiosum ducēs: Deinde Felix
eiusdẽ sedis Apostolicę quodã Episcopus, vir magnę glorię in Christo & in Ecclesia, fuit eius
status

curam gesserit. Dicunt, quia die quadam, cum aduenientibus nuper mercatoribus multa venalia in forum fuissent collata, multiq; ad emendum confluxissent, ipsum Gregorium inter alios aduenisse, ac vidisse inter alia pueros venales positos candidi coloris, ac venusti vultus, capillorum quoque forma egregia. Quos cum aspiceret, interrogauit (vt aiunt) de qua regione vel terra essent allati. Dictumque est, quod de Britannia insula, cuius incolae talis essent aspectus. Rursus interrogauit, vtrum iidem in ea insula essent Christiani, an pagani adhuc erroribus essent implicati. Dicitur est, quod essent pagani. At ille intimo ex corde longa trahens suspiria: Heu prohi dolor, inquit, quod tam lucidi vultus homines tenebrarum autor possidet, tantaque gratia frontis speciei mentem ad internam gratiam vacuam gestat. Rursus ergo interrogauit, quod esset vocabulum gentis illius. Responsum est, quod Angli vocarentur. At ille: Bene, inquit, nam & Angelicam habent faciem, & tales Angelorum in caelis decet esse cohaerentia, de qua isti sunt allati? Responsum est, quod Deiri vocarentur iidem prouinciales. At ille inquit: Bene Deiri, de ira eruti, & ad misericordiam Christi vocati. Rex prouinciae illius quomodo vocatur? Responsum est, quod Elle diceretur. At ille illudens ad nomen ait: Alleluia laudem Dei creatoris illis in partibus oportet cantari. Porro accedens ad Pontificem Romanam & Apostolicam sedis (nondum enim erat ipse Pontifex factus) rogauit, vt genti Anglorum in Britannia aliquos verbi ministros, per quos ad Christum conuerterentur, mitteret: seipsum paratum esse in hoc opus Domino cooperante perficiendum, si tamen Apostolico Papae hoc vt fieret placeret. Quod dum perficere non posset, quia etsi Pontifex concedere illi quod petierat voluit, non tamen ciues Romanos, vt tam longe ab vrbe secederet, potuerunt permittere. Mox vt ipse pontificatus officio functus est, perfecit opus, diu desideratum, alios quidem praedicatores mittens, sed ipse praedicationem, vt fructificaret, suis exhortationibus ac precibus adiuuans. Haec iuxta opinionem, quae ab antiquis accepimus, historiae nostrae ecclesiasticae inserere optimum duximus.

Gregorius rogauit Romanum Pontificem vt in Angliam praedicatores mitteret, quia ad ipsum tanquam ad Christi vicarium pertinet omnium ecclesiarum cura.

VITA SANCTI GREGORII PAPAE,

Per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in martyrologio eiusdem sub iiii. Idus Martii. Cum sanctissimus Pontifex sex monasteria in Sicilia condiderit, sequitur quomodo monasteria construxit vt sit opus Deo acceptum & gratum. Ecce quod etiam vestimentis vestitus ante antiqui monachi utebantur. Vide Evangelicam paupertatem quam exactissime obseruauit prior sui religiosi.

Roma depositio sancti Gregorij Papae, qui nobili genere liberalibus artibus eruditus est. Deinde defunctis parentibus sex in Sicilia monasteria construens, septimum intra vrbis muros constituit. In quo ipse post secularem habitum multis fratribus aggregatis, sub Abbatis imperio strenue militauit, & suae nobilitatis lineam moribus extulit, probis actibus decorauit. Nam qui ante sericis vestibus ac gemmis micantibus per vrbem solebat procedere trabeatus, post vili contactus tegmine, ministrabat pauper ipse pauperibus. Quibus monasterijs tantum de redditibus praediorum delegauit, quantum posset commorantibus ad quotidianum victum sufficere: reliqua vero vendidit, ac pauperibus erogauit. Deinde coactus, & multum tenitens, factus vrbis Romae summus Pontifex, Anglorum gentem ad fidem conuertit, directis videlicet sui monasterij monachis, Melito, Augustino, atq; Ioanne, & cum eis alijs plurimis fratribus.

Rexit autem gloriosissime Romanam Ecclesiam annis tredecim mensibus sex, & diebus decem. Augmentauit etiam in precatione Canonis diesque nostros in tua pace dispone.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI

Gregorij Papae Romani.

Per Simeonem Metaphrasten.



BEATVS Gregorius, qui sanctae Dei Ecclesiae Romanae Pontifex fuit, antequam fieret Patriarcha, monachus erat in monasterio sancti Andreae Apostoli, ad Cluuium Scauri, prope templum sanctorum martyrum Ioannis & Pauli. Atque illi quidem monasterio ipse praerant. Matrē verò habuit beatā Syluiā, quae tunc iuxta portā S. Apostoli Pauli locum patrum, qui Cella noua dicitur incolebat. Accidit vt cum in cellula ipse sua federet, & scriberet, accesserit ad eum mendicus voce supplicij: Miserere mei, inquit, serue Dei altissimi, qui cum essem nauis gubernator, naufragium feci, & aliena meaque perdidit. At ille, vt benignus in pauperes, ac verē Christi seruus, vocato procuratore, Da, inquit, frater, huic sex nummos aureos, frater autem id quod

XII. Martij.

id quod seruus Dei Gregorius mandauerat, fecit, mendicoque pecuniam dedit. Eodem rursus die pauper idem ad beatum Gregorium venit. & Miserere mei, inquit, serue Dei altissimi, qui cum multa amiserim, parum abs te accepi. B. autem Gregorius ministrum suum iterum vocauit, dixitque, vt sex item nummos eidem pauperi numeraret. Ac frater quidem paruit. Sed pauper cum acceptis duodecim nummis discelsisset, ad beatum Gregorium paulo post rediit eodem die: Miserere, inquit, mei, serue Dei altissimi, & aliquid rursus elargire, quoniam magnam iacturam feci. Procuratore tertium accessit: Da frater, inquit, huic pauperi sex alios nummos. At ille respondens: Crede mihi pater, inquit, ne vnus quidem in arca relictus est nummus. Cui beatus Gregorius: Nonne aliud quicquam habes in promptuario, vt vas aliquod, aut vestimentum, quod pauperi largiaris? Nullum, respondit ille, vas habemus, praeter argenteum illud, quod magna domina de more leguminibus plenum misit. Abi, inquit, seruus Dei Gregorius, atque illud pauperi praebe. Frater autem fecit, quod sibi à beato Gregorio mandatum fuerat. Pauper igitur acceptis duodecim nummis, & vase argenteo, discelsit.

Cum autem in sanctissima & maxima Dei Ecclesia veteris Romae creatus esset Patriarcha: & quemadmodum Patriarcharum est consuetudo, quodam die thesaurario mandasset, vt duodecim pauperes ad mensam suam conuocaret, qui secum pranderent, paruit ille, ac pauperes conuocauit. Verum cum discubissent cum Patriarcha, deprehensi sunt esse tredecim. Quamobrem accessit thesaurario: Nonne, inquit, mandauit tibi, vt duodecim vocares? Cur igitur tredecim vocasti praeter sententiam meam? His ille auditis perterritus: Crede, inquit, mihi venerande domine, duodecim sunt, nec alius quisquam, praeter Patriarcham, tredecim vidit. Inter prandendum igitur Patriarcha tertiumdecimum illum spectabat, qui in summo scamno confidebat. Et ecce facies eius varias formas fumebat. Modò enim senex, modò adulescens illi videbatur. Itaq; cum è mensa confurrexissent, beatus Gregorius, reliquis omnibus dimissis tertiumdecimum illum, qui tam admirandum ipsi visus fuerat, manu apprehensum in cubiculum duxit, & allocutus est ad hunc modum: Adiuuro te per magnam omnipotentis Dei virtutem, vt aperiās mihi, qui sis, & quo nomine appelleris. Et ille: Cur, inquit, nomen meum quaeris, quod est admirabile? Ego sum pauper ille, qui ad te veni in mansionem sancti Andreae Apostoli, ad Cluuium Scauri, cum tu in cellula tua federes, ac scriberes: cui duodecim dedisti nummos, & vas, quod tibi beata mater tua Syluia cum leguminibus miserat. Itaque cum perspicuum fuerit, te in cordis simplicitate, & patientia constantem permanisisse, ex quo die mihi haec tribuisti, constituit Dominus, vt Ecclesiae sanctae suae, pro qua proprium etiam sanguinem effudit, Pontifex fieres, & Petri principis Apostolorum successor esses: vt posses omnibus, quod cuique opus foret, subministrare. Vnde, beatus inquit Gregorius, nosti tunc Dominum, vt ego Pontifex fierem, decreuisti? Quia, respondit, sum Dei Angelus omnipotentis, idcirco id noui. Et tunc Dominus misit me, vt animi tui propositum explorarem, & vtrum humanitate ductus, an ostentatione faceres elemosynam. Quo beatus Gregorius audito timuit: neque enim antea eum Angelum esse cognouerat: & ideo cum illo, tanquam cum homine egerat, & locus fuerat. Dixit autem Angelus Domini ad Beatum Gregorium: Ne timeas, misit enim me Deus, vt tecum verser in hac vita.

Quod ille cum audisset, humi prostratus in faciem suam, adorauit Dominum: Si propter exiguam hanc, inquit, ad promerendum animi propensionem tantum benignitatis cumulum clementissimus Dominus declarauit, vt Angelum suum mitteret, qui mei in perpetuum custos esset, quamnam eorum futura est gloriae magnitudo, qui mandatis eius obtemperabunt, & iustitiam colent? Verax enim est ille qui dixit: Iudicio misericordiam praestare: & Deo conseruari eum qui pauperis miseretur. Quinetiam ipse Dominus Angelorum, qui salutis hominum autor est, eos qui à dexteris erunt collocati, sic alloquetur: Venite benedicti patris mei, paratam vobis à mundi constitutione suscipite regni hereditatem: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hofpes eram, & collegistis me: Ager, & visitastis me: Nudus, & operuistis me: In carcere, & venistis ad me. Quatenus enim fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Quam quidem beatam vocem vtinam audiamus nos omnes, qui haec vel legimus, vel audimus: & consequamur ea bona sempiterna, quae parauit Deus ijs à quibus diligitur: per gratiam, atque humanitatem Domini nostri IESV Christi: Cui gloria in secula seculorum.

A M E N.

h ij DE IN-

Nota, Cum in sanctissima & maxima Dei Ecclesia veteris Romae creatus esset Patriarcha.

& de beato Gregorio Papa.

Ex libro decimo
historiarū D. Grego-
rii Turonensi.



ANNO igitur quintodecimo Childeberti, Diaconus noster ab vrbe Roma cum sanctorum pignoribus veniens reulit, quod anno superiore, mēse nono, tanta inundatione Tyberis fluvij vrbem Romam obtexerit, vt aedes antiquae diruerēt. Horrea etiam Ecclesiae subuersa sunt, in quibus nonnulla milia modiorum tritici periere. Multitudo quoque serpentium cum magno dracōne in modum trabis validae, per huius fluij alueum in mare descendit. Sed suffocatae bestiae inter salfos maris & turbidos fluctus, lictori eiectae sunt. Subsecutaq; est vestigio clades, quam inguinariam vocant. Nam medio mēse xi. adueniens, primum omnium, iuxta illud quod in Ezechiele propheta legitur: A sanctuario meo incipite. Pelagium Papam percussit. Quo defuncto, magna strages populi hoc morbo facta est. Sed quia i Ecclesia Dei absq; rectore esse non poterat, Gregorium Diaconum plebs omnis eligit.

1 Vide papam re-
ctorem esse Eccle-
siae Dei.

Hic enim de Senatoribus primus, ab adolescentia deuotus Deo, in possessionibus proprijs sex in Sicilia monasteria congregauit, septimum intra vrbis Romae muros instituit tantam illis delegans terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum praebendum sufficeret. Reliqua vendidit cum omni praesidio domus, ac pauperibus erogauit. Et qui anteferico contextu, ac gemmis micantibus solitus erat per vrbem procedere trabebatur, nunc tenui cōtectus vestitu, ad altaris Domini ministerium consecratur, septimumque Leuita ad adiutoriū Papae asciscitur. Tanta insuper ei abstinentia in cibis, vigilantia in orationibus, strenuitas in ieiunijs erat, vt infirmato stomacho vix consistere posset. Literis Grammaticis, Dialecticisq; ac Rhetoricis ita est institutus, vt nulli in vrbe ipsa putaretur esse secundus. Hunc apicem attentius fugere tentans, ne quod prius abiecerat, rursus accipiendo, de adepto honore iactantia quaedam subreperet, epistolam ad Imperatorem Mauritium dirigit cuius filium ex lauaero sancto susceperat, contestans eum, & multa p̄ce deposcens, ne vquam cōsensum praerberet populis, vt se huius honoris gloria sublimarent. Sed Praefectus vrbis Romae germanus eius anticipauit nuncium, & comprehenso eo, ac diruptis epistolis, cōsensum quē populus praebuerat, Imperatori direxit. At ille gratias Deo agens pro amicitia ipsius Diaconi, quod tanti honoris locum reperisset, facta praeeptione ipsum iussit institui. Cumque in hoc esset vt benediceretur, & lues populum deuastaret, verbum ad plebem pro agenda p̄nitentia in hunc modum exorsus est.

2 Ecce abstinentia,
orationes, et
ieiunia magni p̄-
sijis Gregorii.

ORATIO BEATI GREGORII

Papae ad plebem.

Oportet, fratres dilectissimi, vt flagella Dei, quae metuere ventura debuimus, saltē praesentia & experta timeamus. Conuersionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa, quam patimur, p̄na dissoluat. Vt enim propheta teste praedictum est: Peruenit gladius vsque ad animam. Ecce etenim cuncta plebs caelestis irae mucrone percussit, & repentina singuli caede vastantur, nec languor mortem praenit, sed languoris moras, vt certenitis, mors percussit. Percussus quisque ante rapitur, quam ad lameta p̄nitentiae conuertatur. Pensate ergo qualis ad conspectum districti Iudicis peruenit, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quique non ex parte subtrahuntur, sed pariter corruunt, domus vacuae relinquantur, filiorum funera parentes aspiciunt, & sui eos ad interitum haeredes praecedunt. Vnusquisque ergo nostrū ad p̄nitentiae lamenta confugiat, dū flere ante percussione vacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid errando commisimus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Et praeniamus faciem eius in cōfessione, & sicut Propheta admonet, leuemus corda nostra cum manibus ad Deum. Ad Deum quippe corda cū manibus leuare, est orationis nostrae studij cū merito bonae operationis erigere. Dat profectō, dat tremori nostro fiducia, qui per Prophetam clamat: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Nullus autē de iniquitatum suarum immanitate desperet: veterinosas namq; Ninuitarū culpas triduanā p̄nitentia absterfit, & conuersus Iatro vitae praemia etiam in ipsa sententia suae mortis emeruit. Mutemus igitur corda, & praefumamus nos iam percipisse quod petimus. Citius ad praecem Iudex flectitur, si à prauitate sua petitor corrigatur. Imminente ergo tantae animaduersionis gladio, nos importunis fletibus insistamus. Ea namque quae ingrata esse hominibus importunitas solet, iudicio veritas placet, quia pius & misericors Deus vult

vult se precibus veniam exigi, qui quantum meremur nō vult irasci. Hic etenim per Psal-
mistam dicit: Inuoca me in die tribulationis tuae, eripiam te, & magnificabis me. Ipse ergo
sibi testis est, quia inuocatus misereri desiderat, qui admonet vt inuocetur. Proinde fratres
charissimi, contrito corde, & correctis operibus, ab ipso feriae quartae primo diluculo, septi-
formen litaniam 3 iuxta distributionem inferius designatam, deuota ad lachrymas mente
veniamus, vt districtus Iudex cū culpam nostram nos punire considerauerit, ipse à sententia
propositae damnationis parcat. Clerus igitur egrediatur ab Ecclesia sanctorum martyrum
Cosmae & Damiani, cum praesbyteris regionis sextae. Omnes verò Abbates cum monachis
suis, ab ecclesia sanctorum martyrum Geruasij & Prothasij cum praesbyteris regionis quartae.
Omnes Abbatissae cum congregationibus suis, egrediantur ab ecclesia sanctorum martyrum
Marcellini & Petri cum praesbyteris regionis primae. Omnes infantes ab ecclesia sanctorum
martyrum Ioannis & Pauli cum praesbyteris regionis secundae. Omnes verò laici ab eccle-
sia Protomartyris Stephani cum praesbyteris regionis septimae. Omnes mulieres viduae ab
ecclesia sanctae Euphemiae cum praesbyteris regionis quintae. Omnes autem mulieres con-
iugatae egrediatur ab ecclesia sancti martyris Clementis cum praesbyteris regionis tertiae. Vt
de singulis Ecclesijs exeuntes cum precibus & lachrymis, ad beatam Mariam semper virginis
genitricis Domini nostri Iesu Christi basilicam congregemur, vt ibi diutius cum fletu ac ge-
mitu Dominum supplicantes, peccatorum nostrorum veniam promereri valeamus.

3 Vide antiquis-
simum vsum litae-
narium.

Haec cū dixisset, congregatis clericorum cateruis plallere iussit per triduum, ac depre-
cari Domini misericordiam. Hora igitur tertia veniebant oēs chori psallentium ad ecclesiam,
clamantes per spatia vrbis, Kyrie eleison. A ferebat autem diaconus noster qui aderat, in
vnius horū spatio, dum voces plebs ad Dominum supplicationis emisit, octaginta homines
ad terram coruisse, & spiritum exhalasse. Sed non destitit sacerdos tantus praedicare popu-
lo, ne ab oratione cessarent. Ab hoc etiam Diaconus noster reliquias sanctorum vt diximus,
sumpsit, dum adhuc in diaconatu degeret. Qui cū post electionē latibula fugae praepararet,
capitur, trahitur, & ad beati Apostoli Petri basilicā deducitur, ibiq; ad Pontificalis gratiae offi-
ciū consecratus, Papa vrbi datus est: Sed noluit Diaconus noster nisi post Episcopatum eius
confirmatum redire, & nisi prius qualiter ordinatus esset, praesenti contēplatione suspiceret.

VITA BEATI ISIDORI HISPALEN-

sis Episcopi, per Diuum Braulium Caesaraugustanum
Antistitem descripta.



ISIDORVS vir egregius, Hispalensis Ecclesiae Episcopus, Leandri Episcopi
successor & germanus, floruit à tempore Maurij Imperatoris & Re-
caredi Regis, in quo quicquam sibi antiquitas vendicauit: Imò verò tempus
antiquitatis in eo scientiam imaginauit. Vir in omni genere locutionis fama-
tus, & peritus, doctusque qualitate sermonis existens & apertus. Congrua ve-
rò oportunitate loci incomparabiliter eloquentia clarus. Jam verò quantus sapientia fuerit,
ex eius diuersis studijs, & elaboratis opusculis, perfacile prudens intelligere potest. Denique
de his quae ad nostram notitiam peruenerunt, ista commemorabo.

Habetur in sine-
operis eius de Isi-
dori de viris illis
scribis nondum
typis excussis.

Edidit enim libros differentiarum duos, quibus subtili discretionē ea quae confusē vsu
praesentur, sensu disceruit. Praemiorum librum vnum, in quo quid quisq; sanctae scrip-
turae liber contineat, breui subnotatione distinxit. De ortu & obitu patrū, in quo gesta, digni-
tatemque, & mortem eorum atque sepulturā sententia breuitate subnotauit. Ad germanū
suū Fulgentiū Astigitanum Episcopū, officiorum libros duos, in quibus originem officiorū,
cū vnumquodque in Ecclesia Dei agatur tempore suo, non sine maiorum autoritate elicit.
Synonymorum libros duos, in quibus ad consolationem animi, & ad spē percipiendae veniē-
intercedente rationis exhortatione exiit. De natura rerum ad Sisebutū Regem, vnum, in
quo tam de Ecclesiasticorum doctorum, quam etiā de philosophorū indagine, obscura que-
dam de electione absoluit. De numeris librum vnum, in quo Arithmetica, propter numeros
ecclesiasticis scripturis insertos, & ex parte tetigit disciplina. De nominibus legis & Euan-
geliorum librum vnum, in quo ostendit quid memoratae personae mysterialiter significant.
De haeresibus librum vnum, in quo maiorum secutus exempla, breuitate qua potuit, diffusa
collegit. Sententiarum libros tres, quos floribus ex libris Papae Gregorij Moralibus deco-
rauit. Chronicorū à principio mundi vsq; ad tempus suū, librum vnum, nimia breuitate colle-
ctū. Contra Iudeos postulante Florentia germana sua proposito virgine, libros ij. in quibus
omnia quae fides catholica credit & legit, etiam Prophetarū testimonijs approbauit. De viris
illustribus librum vnum, cui nos ista subiungimus. Monasticę regulę librum vnum, quem pra-
patrie

patriæ vsu, & inualidorum animis decentissimè temperavit. De origine Gothorù, & regno Sueuorum, & etiam Vadalorum historia: librum vnum. Quæstionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorù multam suppellestem recognoscit. Etymologiarù codicè nimis magnitudinis, distinctum ab eo titulis non libris: què quia rogatu meo fecit, ego in viginti libris diuisi, quos omnes omnimodè philosophiæ repleta, quilibet crebra meditatione perlegerit, non ignorabit diuinarum humanarumque rerum scientiam: Et meritò: est enim ibi redundans diuersarum artium elegantia, vbi quæcunq; fert scribi, restricta collegit.

Sunt autem alia huius viri opuscula multa in Ecclesia Dei cum ornamèto incripta. Què Deus post tot defectus Hispaniæ nouissimis temporibus suscitans, credo ad restauranda antiquorum munimenta, ne vsquequaque rusticitate veterasceremus, quasi quandam lucè apposuit destinari, cui non immeritò illud philosophicum à nobis appropriatur: Nos, inquit, in nostra vrbe peregrinantes errantesque quasi hospites, tui libri tanquam domum reduxerunt, vt possimus aliquando, qui, & vbi essemus, agnoscere. Tu autem patriè in descriptione temporù & sacrorum viris sacerdotum, tu domesticam publicam discipulam, tu sedium, regionum, locorum, tu omnium diuinarum humanarumq; rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Quanto verò flumine eloquentiæ, & quot iaculis diuinarum scripturarum seu patrum testimonijs, Acephalitarum hæresim confuderit, synodalia gesta coram eo specialiter acta declarant, quæ contra Gregorium præfatè hæresim Antistitem eam asserunt veritatè. Obijt temporibus Heraclij Imperatoris, & Christianissimi Scintillani regis, summa doctrina præstantior cunctis, & copiosior operibus charitatis.

VITA VILBROD SERVI DEI IN-

Fresia Episcopi, & duorum sanctorum martyrum Heuuld non mine, apud Fresones, per venerabilem Bedam Præsbyterum conscripta.



VM viueret adhuc venerabilis, & cum omni honorificentia nominadus famulus Christi & sacerdos Egberecht, quem in Hibernia insula peregrinam ducere vitam pro adipiscenda in cælis patriâ retulimus, proposuit animo pluribus proficere, id est, inuito opere Apostolico verbù Dei aliquibus eorum qui nondù audierant gentibus euangelizando committere. Quorù in Germania plurimas nonerat esse nationes, à quibus Angli, vel Saxones, qui nunc Britanniam incolunt, genus & originem duxisse noscuntur. Vnde hætenus à vicina gente Britonù, corrupti Germani nuncupantur. Sunt autè Fresones, Rugini, Dani, Hunni, antiqui Saxones Boruchuarij. Sunt alij per plures iidem in partibus populi, paganis adhuc ritibus seruientes, ad quos venire præfatus Christi miles, circumnavigata Britannia disposuit: si quos forte ex illis ereptos sathanæ, ad Christum transferre valeret: vel si hoc fieri non posset, Romam venire 1 ad videnda atque adoranda beatorum Apostolorum ac martyry Christi limina cogitauit. Sed ne horum aliquid perficeret, superna illi oracula simul & opera restiterunt. Siquidem electis socijs strenuissimis, & ad prædicandum verbum idoneis, vt pote actione simul & eruditione præclaris, præparatis omnibus, quæ nauigantibus esse necessaria videbantur, venit die quadam mane primò ad eum vnus de fratribus, discipulus quondam in Britannia, & minister Deo dilecti sacerdotis Boisil, cum esset idem Boisil præpositus monasterij Mailrosensis sub Abbate Eata, referens ei visionem, quæ sibi eadem nocte apparuisset. Cùm expletis, 2 inquit, hymnis matutinalibus, in lecto membra posuisset, ac leuis mihi somnus obrepisset, apparuit magister quondam meus, & nutritor amantissimus Boisil, interrogauitque me, an eum agnoscere possem? Aio: Etiam, tu es Boisil. At ille: Ad hoc, inquit, veni, vt responsum Domini Saluatoris Egberechto adferam, quod te tamen referente, oportet ad illum venire. Dic ergo illi: quia non valet iter quod proposuit implere: Dei enim voluntas est, vt ad Columbæ monasteria magis docèdo pergat. Erat autem Columba primus doctor fidei Christianæ transmontanis Pictis ad Aquilonem, primusque fundator monasterij, quod in Hu insula multis diu Scotorum, Pictorumq; populis mansit venerabile: qui videlicet Columba nunc à nonnullis composito à cella & columba nomine, Coluncella vocatur. Audiens autem verba visionis Egberecht, præcepit fratri qui retulerat, ne cuiquam hæc alteri referret, ne fortè illuforia esset visio: Ipse autem tacitus rem considerans, veracem esse timebat. Nec tamen à parando itinere, quo ad Gentes docendas iret, cessare volebat. At post paucum rursus venit ad eum præfatus frater, dicens: quia 3 & ea nocte sibi post expletos matutinos Boisil per visum apparuerit, dicens: Quare tam negligenter & tepidè dixisti Egberechto quæ tibi dicenda præcepi? At nunc vade, dic il-

habetur lib. 4. h. stor. Eccles. Angli canæ eiusdem, capite x.

1. Hæc peregrinationis ad limina Apostolorum Petri & Pauli, antiquissimus vsus.

2. Expletis hymnis matutinalibus visus quod horum casu nonica iam nocte, & quæ durna semper fuerunt in Ecclesia.

3. Et ea nocte sibi post expletos matutinos Boisil per visum apparuit.

dic illi: quia velit, nolit, debet ad monasteria Columbæ venire, quia aratra eorum non rectè incedunt. Oportet autem eum ad rectum hæc tramitem reuocare. Qui hæc audiens, denuò præcepit fratri, ne hæc cuiquam patefaceret. Ipse verò tametsi certus esset factus de visione, nihilominus tentauit iter dispositum cum fratribus memoratis incipere.

Cumq; iam nauì impouissent, quæ tanti itineris necessitas poscebat, atq; oportunos aliquot diebus partes expectarent, facta est nocte quadà tam sæua tēpēstas, quòd perditis nonnulla ex parte his que in nauì erant rebus, ipsam in latu iacentem inter vndas relinquere. Saluata sunt tamen omnia, quæ erant Egberechti & sociorù eius. Tum ille quasi propheticum illud dicens: Quia propter me est tēpēstas hæc, subtraxit se illi profectio, & remanere domi passus est. At verò vnus de socijs eius vocabulo Viçberecht, cùm esset & ipse cōtemptu mundi, ac doctrinæ scientia in signis (nā multos annos in Hibernia peregrinus anachoreticè in magna perfectione vitæ egerat) ascendit nauē, & Fresiā perueniens duobus annis continuis genti illi ac regi illius Redbedo verbum salutis prædicabat. Tunc reuersus ad dilectè locum peregrinationis, solito in silentio Dño vacare cepit: Et quoniam externis professe ad finē nō poterat, suis amplius ex viuitū exemplis prodesse curabat. Vt autē vidit vir Domini Egberecht, quia nec ipse ad prædicandū gentibus venire permittebatur, retentus ob aliam sanctę Ecclesię vtilitatē, de qua oraculo fuerat præmonitus, nec Viçberecht illas deueniens in partes quicquā proficiebat, tentauit adhuc in opus verbi mittere viros sanctos & industrios, in quibus Vilbrord præbyterij gradu, & merita perfulgebat. Qui cùm illò aduenissent (erant autē numero duodecim) diuertentes ad Pipinum ducem Francorù, granter ab illo suscepti sunt. Et quia nuper ceterorē Fresiā, expulso inde Redbedo Rege ceperat, illò eos ad predicandū misit, ipse quoq; imperiali authoritate iuuans, ne quis predicantibus quicquā molestię inferret, multisq; eos qui fidē suscipere vellēt beneficijs attollēs. Vnde factū est, opitulante gratia diuina, vt multos in breui ab idololatria ad fidem conuerterent Christi.

Ex cap. 12

Horum secuti exempla duo quidam præbyteri de natione Anglorum, qui in Hibernia multo tempore pro æterna patriâ exulauerant, venerunt ad prouinciam antiquorum Saxonum, si forte aliquos ibidem prædicado Domino acquirere possent. Erant autē vnus ambo siue deuotionis, sic etiam vocabuli. Nam vterq; eorum appellabatur Heuuld, ea tamen distinctione, vt pro diuersa capillorù specie, vnus niger, alter albus Heuuld diceretur. Quorum vterque pietate religionis indutus, sed niger Heuuld magis sacrarù literarum erat scientia instructus. Qui venientes in prouinciam, intrauerunt hospitium cuiusdam villici, petieruntq; ab eo vt transmitteretur ad satrapam qui super eum erat, ed quòd haberent aliquid legationis & causæ vtilitatis, quod deberent ad illum perferre. Non enim habent Regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suę gentis præpositos, qui ingruetè belli articulo, emittant æqualiter fortes, & quemcumq; fors offerderit, hunc tempore belli duces omnes sequuntur, huic obtemperant. Peracto autè bello, rursus equalis potentię omnes sunt satrapæ. Suscepit ergo eos villicus, & promittens se mittere eos ad satrapam qui super se erat, vt petebant, aliquot diebus secum retinuit. Qui cùm cogniti essent à Barbaris, quòd essent alterius religionis: nam & 4 psalmis semper & orationibus vacabant, & quotidie sacrificium Deo vitæ salutis offerrebant, habentes secum vascula sancta, & tabulam altaris vice dedicatā, suspecti sunt habiti: quia si peruenirent ad Satrapam, & loqueretur cum illo, auerterent illum à dijs suis, & ad nouam Christianę fidei religionem transferrent, sicq; paulatim omnis eorù prouincia veterem cogere in nouam mutare culturam. Itaq; rapuerunt eos subito, & interemerunt: Album quidem Heuuldum veloci occisione gladij, Nigellum autem longo suppliciorum cruciatu, & horrenda membrorum omnium discerpitione: quos interemptos in Rhenum proiecerunt. Quod cùm satrapa ille, quem videre volebant, audisset, iratus est valdè, quòd ad se venire volentes peregrini non permitterentur. Et mittens occidit vicarios illos omnes, vicumq; incendio consumpsit. Palsi sunt autem præfati sacerdotes & famuli Christi quinto Nonarum Octobrium die.

Nec martyrio eorum celestia defuerunt miracula. Nam cùm perempta eorù corpora amni, vt diximus, à Paganis essent iniecta, 5 contigit vt hæc contra impetum fluij decurrentis per quadraginta ferè millia passuum ad ea vsque loca, vbi illorum essent socij, transferrentur. Sed & radius lucis permaximus, atque ad cælum vsque altus, omni nocte super locum fulgebat illum, vbi cumque ea peruenisse contingeret, & hoc etiam Paganis, qui eos occiderant, intuentibus. Sed & vnus ex eis in visione nocturna apparuit cuidam de socijs suis, cui nomen erat Tilmom, viro illustri, & ad seculum quoque nobili, qui de milite factus fuerat Monachus, indicans quòd eo loci corpora eorum posset inuenire, vbi lucem de cælo terris radiaffe conspiceret. Quod ita completum est. Inuenta autem eorù corpora 6 iuxta honorem martyribus condignum recondita sunt, & dies passionis eorum vel inuentionis

4. Psalmis semper et orationibus vacabant, et quotidie sacrificium Deo vitæ salutis offerrebant, habentes secum vascula sancta, et altare portatile. Nota etiam psalmorum et orationum vsus: vnde de his sanctis dicit: 4. postea mox quod ad illam celebrandam, mos fuit semper sacra vasa habere, 5. Signa hæc à Deo exhibitæ post mortem sanctorum circa eorum corpora, cuiusdam indicia sunt spiritus sancti gratiam in se habitantem habuerunt.

6. Corpora eorum iuxta honorem martyris

*tribus condignum
recondita sunt, et
dies passionis vel
inventionis eorum
cogrua illis in lo-
cis veneratione ce-
lebratur.*

*7. Pipinus etiã cor-
pora hæc cum ma-
gna gloria in ec-
clesia Colonienfi
condidit.*

**. Ex cap. 12.
2. Vilbrord voluit
habere licentiã &
benedictionem a
Romã. Põisse, vt
in Fresia prædica-
ret, quia ad ipsum
pertinet cura om-
nium ecclesiarum.
3. Habes hic tem-
porum edificatio-
nem atque in ho-
norem sanctorum,
illorum dedicatio-
nem, et reliquiarũ
sanctarum in eis
depositionem, qua-
rum sine illis te-
pla minime conse-
crantur.*

*10. Ordinatus est
in ecclesia sancte
Ceciliæ martyris
in die natalis eius.*

*11. Vides primũ ef-
se signum recepte
fidei templorũ et
monasterium ad i-
ficationem.*

Ex cap. 13.

tionis congrua illis in locis veneratione celebratur. Denique gloriosissimus Dux Francorũ Pipinus, vbi hæc comperit, misit, & 7 adducta ad se eorum corpora condidit cum magna gloria in ecclesia Colonie civitatis iuxta Rhenum. Fertur autem quia in loco, in quo occisi sunt, fons ebullierit, qui in eodem loco vsque hodie fluenti sui dona præferat.

* Primis sanè temporibus aduentus eorum in Fresiam, mox vt comperit Vilbrord datam sibi à principe licentiam ibidem prædicandi, acceleravit venire Romam, cuius sedi Apostolicæ tunc Sergius Papa præerat, vt 8 cum eius licentia & benedictione desideratum Euãgelizandi gentibus opus iniret, simul & reliquias beatorum Apostolorum ac martyrum Christi ab eo se sperans accipere, vt dum in gente prædicaret, destrucitũs; idolis ecclesias 9 institueret, haberet in prõptu reliquias sanctorum, quas ibi introduceret, quibusq; ibidem depo- sitis consequenter in eorum honorem, quorum essent illarũ, singula quæque loca dedicaret. Sed & alia per plura, quæ tanti operis negotium quærebat, vel ibi discere, vel inde accipere cupiebat. In quibus omnibus cum sui voti compos esset effectus, ad prædicandum redijt, Quo tempore fratres, qui erant in Fresia, verbi ministerio mancipati, elegerunt ex suo numero vi- rum modestum moribus, & mansuetũ corde Suidberechtũ, qui eis ordinaretur Antistes. Quẽ in Britanniam destinatum ad petitionem eorum ordinavit Reuerendissimus Vilfrid Episcopus qui tunc fortè patria pullus in Merciorum regionibus exulabat. Non enim, eo tempore habebat Episcopum Cantua, defuncto quidem Theodoro, sed necdum Berechtualdo successe- fore eius, qui trans mare ordinandus ierat, ad sedem Episcopatus sui reuere. Qui videlicet Suidberchtus accepto Episcopatu, de Britannia regressus, non multo post ad gentem Goru- chuariorum secessit, ac multos eorum prædicando ad vitam veritatis perduxit. Sed expu- gnatis non longo post tempore Boruchuarijs à gente antiquorum Saxonum, dispersi sunt quolibet hi qui verbum receperat, ipseq; Antistes cum quibusdam Pipinũ petijt. Qui interpellante Blichdrice coniuge sua, dedit ei locum mansionis in Insula quadam Rheni, quæ lin- gua eorum vocatur in litore. In qua ipse constructo monasterio, quod hæctenus hæredes possident eius, aliquandiu continentissimam gessit vitam, ibiq; diem clausit vltimum. Post- quam verò per annos aliquot in Fresia, qui aduenerant, docuerunt, misit Pipinus, fauente om- nium consensu, virum venerabilem Vilbrordum Romam, cuius adhuc pontificatum Sergius habebat, postulans, vt idem Fresonum gẽti archiepiscopus ordinaretur. Quod ita vt petierat impletum est, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimo tercio. Ordinatus igitur est aut in ecclesia sancte martyris Ceciliæ, die natalis eius, imposito sibi à Papa memorato nomine Clemens. Ac mox remissus est ad sedem Episcopatus sui, id est, post dies quatuordecim, ex quo in urbem venerat. Donauit aut ei Pipinus locum Cathedralẽ Episcopalis in castello suo illustri, quod antiquo gentium illorum vocabulo Viltaburg, id est, oppidum Vil- torum, lingua aut Gallica, Traiectũ vocatur. In quo ædificata Ecclesia reuerendissimus Pon- tifex, longè lateq; verbum fidei prædicans, multosq; ab errore reuocans, pluresq; 11 per illas regiones ecclesias, sed & monasteria nonnulla construxit. Nam non multo post alios quoque illis in regionibus cõstituit ipse Antistites ex eorum numero fratrum, qui vel secum, vel post se, illd ad prædicandum venerant. Ex quibus aliquanti iam dormierunt in Domino. Ipse autem Vilbrord cognomento Clemens adhuc superest, longa iam venerabilis ætate, vtpote tricesimum & sextũ in Episcopatu habens annum, & post multiplices militiæ cœlestis agones, ad præmia remunerationis supernæ tota mente suspirans. His temporibus miraculum memorabile & antiquorum simile in Britannia factum est. Namq; ad excitationem viuentium de morte animæ, quidam aliquandiu mortuus ad vitam resurrexit corporis, & multæ memoratu digna, quæ viderat narrauit. E quibus hic aliqua breuiter perstringenda esse pu- tauit. Erat paterfamiliã in regione Nordamhimbriorum, quæ vocatur Incuninungum, reli- giosam cum domo sua gerens vitam. Qui infirmitate corporis tactus, & hac crescente per dies, ad extrema perductus, primo tempore noctis defunctus est. sed diluculo reuiuiscens, ac repente residens, omnes qui corpori stentes adhæserant, timore immenso percussos in fugam conuertit. Vxor tantũ, quæ eum amplius diligebat, & quamvis multum tremens, & pauida; remansit. Quam ille consolatus: Noli, inquit, timere, quia iam verè surrexi à mor- te qua tenebar, & apud homines sum iterum viuere permissus. Non tamen ea mihi, qua antè consueueram, conuersatione, sed multum dissimili ex hoc tempore viuendum est. Statimq; surgens, abiit ad villulũ oratorium, & vsque ad diem in oratione persistens, mox omnem quã possederat substantiam, in tres diuisit portiones, è quibus vnã coniugi, alteram filijs tradi- dit, tertiam sibi ipsi retentam statim pauperibus distribuit. Nec multo post seculi curis abso- lutus, ad monasterium Mailros, quod Tuidi fluminis circumfluxu magna ex parte clauditur, peruenit, acceptaq; tonsura, locum secretè mansionis quam præuiderat Abbas, intravit, & ibi vsque ad diem mortis in tanta mentis & corporis contritione durauit, vt multa illi, quæ

alios

alios laterent, vel horrenda, vel desideranda vidisse, etiam si lingua sileret, vita loqueretur.

Narrabat aut hoc modo quod viderat: Lucidus inquit, aspectu, & clarus erat indumẽ- to, qui me ducebat. Incedebamus aut tacentes, vt videbatur mihi, contra ortum solis solsti- tiale. Cumq; ambularem, deuenimus ad vallem multæ latitudinis ac profunditatis, infi- nitæ autem longitudinis, quæ ad læuam nobis sita, vnum latus flammis feruentibus nimum terribile, alterum furenti grandine ac frigore niuium omnia perlante atque vrentè, non mi- nus intolerabile præfererat. Vtrunque autè erat animabus hominum plenum, quæ vicissim hinc inde videbantur quasi tempestatis impetu iactari. Cum enim vim feruoris immensi tolerare non possent, prosiliebat miseræ in medium frigoris infesti. Et cum neq; ibi quic- quam requie inuenire valerent, resiliebat rursus vrentæ in medium flammarum inextin- guibilem. Cumq; hac infelici vicissitudine longè lateq; , prout aspicerè poteram, sine vlla quietis intercapedine innumerabilis spirituum deformium multitudo torqueretur, cogitare cœpi, quòd hic fortasse esset infernus, de cuius tormentis intolerabilibus narrare sæpius audi- ui. Respondit cogitationi meæ ductor, qui me præcedebat: Non hoc, inquit, suspicetis: * non enim hic infernus est ille, quem putas.

At cum me hoc spectaculo tã horrido perterritum paulatim in vteriora produceret, vi- di subito ante nos obscurari incipere loca & tenebris omnia repleri. Quas cum intrarem, intantum paulisper condensatæ sunt, vt nihil præter ipsas aspicerem, excepta duntaxat spe- cie & veste eius, qui me ducebat. Et cum progredieremur sola sub nocte per vmbras, ecce subito apparent ante nos crebri flammarum tetraurum globi ascendentes quasi de puteo ma- gno, rursusq; decedentes in eundem. Quò cum perductus essem, repente ductor meus dispa- rit, ac me solum reliquit in medio tenebrarum, & horrendæ visionis. At cum globi igniũ sine intermissione modò alta peterent, modò imbarathri repeterent, cerno omnia quæ as- cendebant fastigia flammarum plena esse spiritibus hominũ, qui instar fauillarum cum fumo ascendentium, nunc ad sublimiora procederent, nunc retractis ignium vaporibus relaberent in profundum. Sed & fœtor incomparabilis cum eisdem vaporibus ebulliens, omnia il- la tenebrarum loca replebat. Et cum diutius ibi pauidus consisterem, vtpote incertus quid agerem, quòd verterem gressum, quie mihi finis maneret, audio subito post terga sonitũ im- manisimũ fletus ac miserimũ, simul & cachinnum crepitantẽ quasi vulgi indoctũ captis hosti- bus insultantis. Vt aut sonitus idè clarior redditus ad me vsq; peruenit, considero turbã ma- lignorum spirituũ, quæ quinque animas hominum mœrentes euolantẽsq; ipsa verò multũ exultans & cachinnans medias alas trahebat in tenebras. E quibus videlicet hominibus, vt dinoscere potui, quidam erat attonsus vt clericus, quidam laicus, quædam femina. Trahẽtes autem eos maligni spiritus, descenderunt in medium barathri illius ardentis. Factumq; est vt cum longius tubẽuntibus eis fletum hominum, & risum dæmoniorum clarè discernere nequirem, sonum tantum adhuc promiscuum in auribus haberem. Interea ascenderunt qui- dam spirituum obscurorum de abyssu illa flammiumoma, & accurrentes circundederunt me, atque oculis flammantibus, & de ore ac naribus, ignem putridum efflantes angebant, forci- pibus quoque igneis, quos tenebant in manibus, minitabantur me comprehendere, nec ta- men me vllatenus contingere, tametsi terrere præsumebant. Qui cum vndique versus in ho- stibus, & cœcitate tenebrarum conclusus, huc illicque oculos circumferrem, si fortè aliundè quid auxilij quo saluaret adueniret, apparuit retro viam qua veneram, quasi fulgor stellẽ mi- cantis inter tenebras, qui paulatim crescens, & ad me ocius festinans: vbi appropinquauit, dispersi sunt, & aufugerunt omnes, qui me forcipibus rapere quærebat, spiritus infesti. Ille autem qui adueniens eos fugauit, erat ipse qui me ante ducebat. Qui mox cõuersus ad dex- terem iter, quasi contra ortum solis brumalem me ducere cœpit. Nec mox exemptum tene- bris in auras me serenæ lucis eduxit. Cumq; me in lucẽ apertam duceret, vidi ante nos mu- rum per maximum, cuius neque longitudini hinc vel inde, neque altitudini vllus esse termi- nus videretur. Cœpit autem mirari, quare ad murum accederem, cum in eo nullam ia- nuam, vel fenestram, vel ascensum aliquẽ conspicerem. Cum ergo peruenissemus ad murũ, statim nescio quo ordine sumus in summitate. Et ecce ibi erat campus latissimus ac lætil- simus, tantaq; fragrantia vernantium flosculorum plenus, vt omnè mox fœtorem tenebrorũ fornacis qui me peruaserat, effugaret admirandi huius odoris suauitas. Tanta aut lux cuncta illa loca perfuderat, vt omni splendore diei siue solis meridiani radiis videretur esse præclarior. Erantque in hoc campo nimia hominũ alborũ conuenticula, sedesq; plurimè agminũ lectã- tiũ. Cumq; inter choros felicitum incolarũ medios me duceret, cogitare cœpi, quòd hoc for- tasse esset regnũ cœlorũ de quo prædicare sæpius audiui. Respondit ille cogitati meo: Nõ in- quiens, hoc est regnũ cœlorũ, quod autumas. Cumq; procedetes transissemus ad has bea- torũ mansiones spirituũ, aspicio ante nos multo maiorẽ luminis gratiã quàm prius, in qua

** Hæc tu qui ne-
gas esse locum pur-
gatoriu in quo post
mortem animæ dei
sanctorum suant
penas peccatorũ,
quid dicis hoc in lo-
co?*

*Forte respondeas
non vocari hic pur-
gatoriu locum. At
vide paulo infra vbi
ductor serui Dei
declarat ei omnia
visa, expressè dicit
hunc locũ esse exas-
minandarum & ca-
stigarũ animarũ
rum, quæ tamen in
uit iudicij ad regnũ
cœlorum perueniũ
nt.*

etiam

etiam vocem cantantium dulcissimam audivi, sed & odoris mihi fragrantia tanta de loco effunde-
batur, ut is, quem antea degustans quasi maximum rebatur, iam permodicum mihi odor
videretur, sicut etiam lux illa campi florentis eximia in comparatione eius, quæ nunc appa-
ruit, lucis tenuissima prorsus videbatur & parua. In cuius amoenitate loci cum nos intrar-
os sperarem, repente ductor substituit. Nec mora, gressum retorquens, ipsi me via qua veni-
mus reduxit. Cumq; reuersi perueniremus ad mansiones illas lætas spirituum candidatorum,
dixit mihi: Scis quæ sunt ista omnia, quæ vidisti? Respondi ego: Non. Et ait: Vallis illa quam
apexisti flammis feruentibus, & frigoribus horrendam rigidis, ipse est locus, in quo exami-
nandæ & castigandæ sunt animæ illorum, qui differentia cõfiteri & emendare scelera quæ
fecerunt, in ipso tandem mortis articulo ad pœnitentiã cõfugiunt, & sic de corpore exeunt:
qui tamen quia confessionem & pœnitentiã vel in morte habuerunt, omnes in die iu-
dicij ad regnum cœlorum peruenient. Multos 12 autē preces viuentiũ, & elemosynã, & iei-
unia, & maxime celebratio missarum, ut etiam ante diem iudicij liberentur, adiuuant. Por-
rò puteus ille flammivomus, ac putridus, quem vidisti, ipsum est os gehennæ, in quo quicun-
que incidit, nunquam inde liberabitur in æuum. Locus verò iste florifer, in quo pulcherrimam
hanc iuuentem iucundari ac fulgere conspicis, ipse est, in quo recipiuntur animæ eor-
um, qui in bonis quidem operibus de corpore exeunt, non tamen sunt tantæ perfectionis,
ut in regnum cœlorum statim mereantur introduci, qui tamen omnes in die iudicij ad vi-
sionem Christi, & gaudia regni cœlestis intrabunt. Nam quicumque in omni verbo, & ope-
re, & cogitatione perfecti sunt, mox de corpore egressi, ad regnum cœlorum perueniunt, ad
cuius vicinia pertinet locus ille, ubi sonum cantilenæ dulcis cum odore suauitatis, ac splen-
dore lucis audisti. Tu autē qui nunc ad corpus reuertis, & rursum inter homines viuere debes,
si actus tuos curiosius discutere, & mores, sermonesq; tuos in rectitudine ac simplicitate fer-
uare studueris, accipies & ipse post morem locum mansionis inter hæc quæ cernis agmina
lætabunda spirituum beatorum. Namq; ego cum ad tempus abscessissem à te, ad hoc feci, ut
quid de te fieri deberet, agnoscerem. Hæc mihi cum dixisset, multum detestatus sum reuertē
ad corpus, delectatus nimium suauitate ac decore loci illius quem intuebar, simul & confor-
tio eorum, quos in illo esse videbam. Sed inter hæc nescio quo ordine, repente inter homi-
nes me viuere cerno. Hęc & alia quæ viderat idem vir Domini, non omnibus passim defi-
diosis, ac vitæ suę incuriosis referre volebat, sed illis solummodo, qui vel tormentorum metu
perterriti, vel spe gaudiorum perennium delectati, profectum pietatis ex eius verbis hauri-
re volebant. Denique in vicinia cellę illius habitabat quidam monachus nomine Henigils,
præsbyteratus etiam, quem bonis operibus adornabat, gradu præminens, qui adhuc super
est, 13 & in Hibernia insula solitarius vltimam vitæ ætatem pane cibario, & frigida aqua su-
stentat. Hic sæpius ad eundem virum ingrediens, audivit ab eo, repetita interrogatione, quæ &
qualia essent quæ exutus corpore viderat. Per cuius revelationem ad nostrã quoq; agnitionē
peruenere, quæ de his pauca perstrinximus. Narrabat autē visiones suas etiã Regi Altrido, vi-
ro vndecunq; doctissimo, & tam libetè tamq; studiosè ab illo auditus est, ut eius rogatu in
monasterio luprà memorato indutus, ac monachica sit tonsura coronatus, atq; ad eum au-
diendum sæpissimè, cum illas in partes deuenisset, accederet. Cui videlicet monasterio reli-
giosę ac modestę vitę Abbas & præsbyter Ediluald tempore illo præerat, qui nunc Episco-
palem Lindisarnensis Ecclesię cathedram cõdignis gradu actibus tenet. Accepit autē in eo-
dem monasterio locum mansionis secretiorem, ubi liberius continuus in orationibus famu-
latui sui conditoris vacaret. Et quia locus ipse super ripã fluminis erat situs, solebat hoc cre-
ber ob magnum castigandi corporis affectum ingredi ac sæpius in eo supermeantibus vni-
dis immergi, sicque ibidem quãdiu sustinere possit videbatur, psalmis vel precibus insistere
fixusq; manere, ascendente aqua fluminis vsq; ad lumbos, aliquando & vsque ad collum, at-
que inde egrediens ad terram, nunquã ipsa vestimenta vda vel algida deponere curabat, do-
nec ex suo corpore calefierent, & siccarentur. Cumq; tempore hyemali defluentibus circa eũ
semifracstarum crustis glacierum, quas & ipse aliquando cõtrierat, quo haberet locum stan-
di siue immergendi in fluuio, dicerent, qui videbat: Mirum frater Driehelme (hoc enim erat
viro nomen) quod tantã frigiditatis asperitatē vlla ratione tolerare præuales. Respondabat illi
simpliciter (erat namq; homo simplicis ingenij, ac moderatę naturę) Frigidiora ego vidi. Et
cum dicerent: Mirumq; cur tam austerã tenere continentiam velis. Respondet: Austeriora
ego vidi. Sicq; vsq; ad diem suę vocationis infatigabili cœlestium bonorum desiderio, cor-
pus senile inter 14. quotidiana ieiunia domabat multisq; & verbo & conuersatione salutis
fuit: At contra fuit quidam in prouincia Merciorum cuius visiones ac verba, nec non & con-
uersatio plurimis, sed non sibi met profuit. Fuit autem temporibus Cœnridi, qui post Edil-
re dum regnavit, vir in laico habitu atq; officio militari positus: sed quantum pro industria
exteriori

12. Ecce quomodo
suffragij viuorum
liberantur anime
a peccatis purgato-
rij, inter quæ ma-
xime est missarum
celebratio.

13. In Hibernia
insula solitarius
vltimam vitæ æta-
tem pane cibario
& frigida aqua su-
stentat.

14. Inter quotie
diana ieiunia corp-
pus senile domas-
bat.

Ex cap. 14.

exteriori Regi placens tantum pro interna suimet negligentia displicens, Admonebat ergo
illũ sedulo vt confiteretur, & emendaret ac relinqueret scelera sua, priusquã subite mor-
tis superuentu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verũ ille frequenter licet
admonitus, spernebat verba salutis, seque tempore sequenti pœnitentiã acturum esse pro-
mittebat. Hęc inter, tactus infirmitate, decidit in lectum, atq; acri cœpit dolore torqueri. Ad
quem ingressus Rex qui diligebat eum, multum hortabatur, vt vel tunc antequam morere-
tur, pœnitentiã ageret cõmissorum. At ille respondit, non se tunc velle confiteri peccata
sua, sed cum ab infirmitate sua resurgeret, nec exprobrarent sibi sodales, quod timore mortis
faceret ea quæ solpes facere nolebat, forrter quidem, vt sibi videbatur, loquutus, sed mirabi-
liter, vt post patuit, demoniaca fraude seductus. Cumq; morbo ingrauescente, denud ad eum
viitandum ac docendum Rex intraret, clamauit statim miserabili voce. Quid vis modò?
quid huc venisti? non enim mihi aliquid vtilitatis, aut salutis potes vltra conferre. At ille:
Noli ita loqui, vide vt sanum sapias. Non, inquit, insanio, sed pessimam mihi conscientiam
certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc est? Paulò antè, inquit, intrauerunt domũ hanc
duo pulcherrimi iuuenes, & resederunt iuxta me, vnus ad caput, & vnus ad pedes, protulitq;
vnus libellum perpulchrum, sed vegementer modicum, ac mihi legẽdum dedit, in quo om-
nia quæ vnquam bona feceram intuens scripta reperit, & hæc erant nimirum pauca & mo-
dica. Receperunt codicẽ, neq; aliquid mihi dicebant. Tunc subito superuenit exercitus ma-
lignorum & horrendorum vultu spirituum, domumq; hanc & exterius obedit, & intus ma-
xima ex parte residens impleuit. Tunc ille qui & obturitate tenebrôsæ faciei, & primatu
sedis maior esse videbatur eorum, proferens codicẽ horrẽdę visionis, & magnitudinis enor-
mis, & ponderis penè importabilis, iussit vni ex satellitibus suis mihi ad legẽdum deferre.
Quẽ cum legissem, inueni oĩa scelera, non solum quæ opere vel verbo, sed etiã quæ tenuis-
sima cogitatione peccauit, manifestissimè in eo terribis esse descripta literis dicebatq; ad il-
los, qui mihi adfederant, viros albatos & præclaros: Quid hic federis scientes certissimè, quia
noster est iste? Responderunt: Verũ dicitis, accipite, & in cumulum dãnationis vestræ duci-
te. Quo dicto, statim disparuerunt, surgentesq; duo nequissimi spiritus, habetẽs furcas in ma-
nibus, percusserunt me, vnus in capite, & alius in pede: qui videlicet modò cum magnò tor-
mento transfodiunt viscera mea, & interiora corporis mei penetrant, moxq; vt ad inuicem
peruenient, moriar, & paratis ad rapiendum me demonibus, in inferni claustra pertrahar. Sic
loquebatur miser desperans, & post non multò defunctus pœnitentiã, quam ad breue tẽ-
pus cum fructu vitæ facere superedit, in æternum sine fructu pœnis subditus facit. De quo
constat, quia sicut beatus Papa Gregorius de quiquidam scribit, non pro se ista, cui non quo-
suere, sed pro alijs videlicet: qui eius interitũ cognoscentes, differre tempus pœnitentię, dũ va-
cat, timerent, ne improuiso mortis articulo præueni, impenitentes perirent. Quod autē
codices diuersos pro bonos, siue malos spiritus sibi vidit offerri, ob id superna dispensatione fa-
ctum est, vt meminimus facta, & cogitationes nostras, non in ventũ diffuere, sed ad exa-
men summi iudicij cuncta seruari, siue per amicos Angelos in sine nobis ostẽdenda, siue per
hostes. Quod verò prius candidum codicẽ protulerunt Angeli, deinde atrum dæmones: illi
perparuum isti enormem, animaduertendum est, quod in prima ætate bonã aliqua fecit, quæ
tamen vniuersa præuẽ agendo iuuenis obnubilauit. Qui si econtrariò errores pueritiæ corri-
gere in adolescentia, ac beneficiẽdo à Dei oculis abscondere curasset, posset eorũ numero so-
ciari, de quibus ait Psalmus: Beati quorũ remissę sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata.

Hanc verò sequentem historiam, sicut à venerabili Antistite Pestelino didici, simpliciter
ob salutem legentium siue audientium narrandam esse putauit, Noui autem ipse fratrem, quem
vltimam non nossem, cuius etiam nomen, si hoc aliquid prodesset, dicere possem positum in
monasterio nobili, sed ipsum ignobiliter viuentem. Corripiebatur quidem sedulo à fratribus
ac à maioribus loci ad castigatiorem vitam conuerti, admonebatur: Et quãuis eõs audire
noluisset, tolerabatur tamen ab eis loganimitè ob necessitatẽ operum ipsius exteriorum:
erat enim fabrilis arte singularis. Seruiebat autem multum ebrietati, & cæteris remissioris
vitæ illecebris, inagiq; in officina sua die, noctuq; residere, quam ad 13 psallendum aut oran-
dum in ecclesia, audiendum quæ cum fratribus verbum vitæ concurrere consueuerat. Vn-
de accidit illi, quod solent dicere quidam: Quia qui non vult ecclesię ianuam sponte humi-
liatus ingredi, necesse habet ianuam inferni non sponte dãmatus introduci.
Percussus enim languore, atque ad extrema perductus, vocauit fratres, & multum mœrens
ac dãmatus similis, cœpit narrare quia videret inferos apertos, & Sathan demersum in pro-
fundis Tartari, Caiphãque cum cæteris, qui occiderant Dominum, iuxta eum flammis vl-
tricius contraditum. In quorum vicinia, inquit, heu, misero mihi locum aspicio æternæ
perditionis esse preparatum. Audientes hæc fratres cœperunt diligenter exhortari, vt vel
tunc

Ex cap. 15.

15. Ad psallendum
& orandum in Ec-
clesia. Ecce quod
ecclesia etiã pro
pter orationes sua
brietata est, nec ita
tum propter uul-
sionem verbis dicit.

tunc positus adhuc in corpore, pœnitentiam ageret. Respondebat ille desperas. Non est mihi modò tempus mutandi vitam, cum ipse viderim iudicium meum iam esse completum. Talia dices: sine i6 viatico salutis obijt, & corpus eius in vltimis est monasterij locis humanatum: neq; 17 aliquis pro eo missas facere, vel psalmos cantare, vel saltem orare presumebar. O quàm grandi distantia diuinit Dominus lucem à tenebris; Beatus protomartyr Stephanus pallurus mortem pro veritate, vidit cœlos apertos, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dexteris Dei: & ybi erat futurus ipse post mortem, ibi oculos mentis ante mortem, quò lætior occumberet, misit. At contra faber iste tenebroræ mentis, & actionis, imminente morte, vidit aperta carceram, vidit damnationem diaboli; & sequaciù eius, vidit etiam suù infelix inter tales carcerem, quò miserabilius ipse desperata salute perirer, sed viuentibus qui hæc cognouissent, causam salutis sua perditione relinqueret. Factù est hoc nuper in prouincia Bærnicorù, ac logè lateq; diffamatu, multos ad agenda, & non differendam scelerum suorù pœnitentiam prouocauit. Quod vtiã ex hac etiam nostrarum lectione literarum fiat.

VENERABILIS BEDÆ PRAESBY-

teri vita, per semetipsum conscripta, cum lucubrationum suarum Elencho.

BED A famulus Christi, & præsbyter monasterij beatorum Apostolorù Petri & Pauli, quod est ad Vuerimode in Anglia, natus in territorio eiusdem monasterij, cum essem annorum septem, cura propinquorum datus sum educandus Reuerendissimo Abbati Benedicto, ac deinde Geolfrido, cunctumque ex eo tempus vitæ in eiusdem monasterij habitatione peragens, omnem meditando scripturis operam dedi, atque inter a obseruantiam disciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in ecclesia curam, semper aut discere, aut docere, aut scribere dulce habui. Nonodecimo autem vitæ meæ anno diaconatum, tricesimo gradù præsbyteratus, vtrunque per ministerium Reuerendissimi Episcopi Ioannis, iubente Geolfrido Abbate suscepi, ex quo tempore suscepti præsbyteratus vsque ad annum ætatis meæ quinquagesimum nonum, hæc in scripturam sanctam mea meorumq; necessitudine, ex opusculis venerabilium patrum breuiter annotare, siue etiam ad formam sensus & interpretationis eorum semper adijcere curavi. In principium mox Genesis vsque ad natiuitatem Iaac, & in alio libro, & electionem Israël & Iimahelis libros quatuor.

De tabernaculo & vasis eius ac vestibus sacerdotum, libros quatuor.

Item in primam partem Samuelis, id est, vsque ad mortem Saulis, libros quatuor.

De adificatione templi allegoricæ expositionis sicut & cætera, lib. duos.

Item in Regum librum triginta quaestionum.

In prouerbia Salomonis libros tres.

In Cantica Cantorum libros septem.

In Elaiam, Daniele, duodecim prophetas, & partem Hieremie, distinctiones capitulorum extractatu beati Hieronymi excerptas.

In Ezram & Neemiam libros tres.

In Canticum Abacuc librum vnum.

In librum beati patris Tobiae explanationis allegoricæ de Christo & ecclesia, libros duos.

Item Capitula lectionum in Pentateucum Moyli, Iosue, Iudicum, in lib. Regum, & verba dierum, in librum beati patris Iob.

In Parabolas, Ecclesiasten, & Cantica canticorum.

In Elaiam prophetam. In Ezram quoque & Neemiam.

In Euangelium Marci libros quatuor.

In Euangelium Lucæ libros sex.

In Homiliarum Euangelij libros duos.

In Apostolum, quæcunq; in opusculis sancti Augustini explicata inueni, cuncta per ordinem transcribere curavi.

In Actus Apostolorum libros duos.

In Epistolas septem catholicas libros singulos.

In Apocalypsum sancti Ioannis libros tres.

Item Capitula lectionum in totum nouum Testamentum excepto Euangelio.

Item lib. Epistolarum ad diuersos, quarum de sex aetatibus seculi vna est.

De mansionibus filiorum Israël vna.

26. Sine viatico salutis obijt. Vides quod moriturus Christi fidelibus datur sanctissima Eucharistia.
27. Vides quod pro animabus defunctorum missæ sicut, psalmi cantantur, & orationes funduntur.

Habeur in frōti apicio libri Homiliarum eius.

2. Inter obseruantiam disciplinæ regularis & quotidianam cantandi in ecclesia curam.

De eo quod ait Elaias: Et claudentur tibi in carcere, & post dies multos visitabuntur, vna. De ratione billexiti: & De æquinoctio iuxta Anatholium, vna.

Item de historiis sanctorum.

Librum vitæ & passionis sancti Felicis Confessoris.

De metrico Paulini opere, in prosam transluli.

Librum vite & passionis sancti Anastasij male de Græco translatum, & peius à quodam imperito emendatum, prout potui, ad sensum correxi.

Vitam sancti patris monachi simul & Antistitis Gudberti, primùm Heroico metro, & postmodum sermone plano descripsi.

Historiam Abbatum monasterij huius, in quo supernæ pietati deseruire gaudeo, Benedicti, Geolfridi, & Vuicberti in libellis duobus.

Historiam quoque Ecclesiasticam gentis nostræ in quinque libris.

Martyrologium de natalitiis sanctorum Martyrum diebus, in quo omnes quos inuenire potui, non solum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel sub quo Iudice mundum vicerint, diligenter annotare studui.

Librum Hymnorum diuerso metro siue ritmo.

Librum Epigrammatum Heroico metro siue Elegiaco.

De naturarum, & de temporibus libros singulos.

Item de temporibus librum vnum maiorem.

Librum etiam de Orthographia, alphabeti ordine distinctum.

Item librum de metrica arte, & huic adiunctum alium de schematibus & tropis libellum, hoc est, de figuris modisque locutionum quibus scriptura sancta contexta est.

Te deprecor bone Iesu, vni cui propitiis donasti verba tuæ sapientiæ vel scientiæ dulciter haurire, dones etiam benignus aliquando ad te omnis sapientiæ fontem peruenire, & apparere semper ante faciem tuam.

ALOISIVS LYPOMANVS EPI-

scopus Veronenfis pio Lectori.



HANC Diui Francisci vitam beatus ille Bonauentura sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Episcopus Albanensis, Franciscani instituti non solum sectator, verum & instaurator & rector, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & vitæ sanctitate cõspicuis, de quo præceptor eius Alexander de Hales dicere solebat: In Bonauenturâ Adam peccasse nō videtur,

puro ac simplici stylo descripsit: tanta aut rerum copia, & sententiarum eruditate referat, ut totus mundus eius lectione instrui possit, & ad amorem Dei per B. Francisci exemplū instaurari. Ego ut verum fateor, cum Francisci vitam lega, non solum accēs dōr, sed in eius meditatione totus exardeo, utpote in quo tanta diuini amoris claritas effulserit, ut Angelus potius, atque ex supremo ordine, qui ardor & incedium dicitur, magis quàm homo dici posse videatur. Sæper enim beatissimus iste cogitatione in cœlo versabatur, semper felix eius anima summo auctori purissimè & intèrissimè inhierebat, adeo ut præ amoris magnitudine, præ ea quam intrus gustabat dulcedine (quod hominibus plerunq; ardentissimè amantibus contingere solet) alienatus à sensibus atque extra se esse videretur. Accede & tu benignè Lector, accede ad sanctum ignem istum, certò scia, caules plus satis. Sed iam ipsum diuum Bonauenturam audi.

INCIPIT LEGENDA MAIOR PER

sanctum Bonauenturam Cardinalem, de vita beati patris Francisci composita.

PROLOGVS.



APPARVIT gratia Dei Saluatoris nostri diebus istis nouissimis in seruo suo Francisco omnibus verè humilibus, & sanctæ paupertatis amicis, qui super affluentem in eo Dei misericordiam venerantes, ipsius erudiuntur exemplo, impietatem & secularia desideria funditus abnegare, Christo conformiter viuere, & ad beatam spem desiderio indefesso sitire. In ipsum namque verè pauperculum, & contritū, tanta Deus excelsus benignitatis condescensione respexit, quòd

m m non so

Et primò de conuersione eius in habitu seculari.

Capitulum primum.



VIR erat in ciuitate Alsisijs Franciscus nomine, cuius memoria in beneficiis est, pro eo quòd Deus ipsum in benedictionibus dulcedinis benignè præueniens, & de præsentibus vitæ periculis clementer eripuit, & celestis gratiæ donis affluenter impleuit. Etenim cum inter vanos fuisset hominum filios, iuuenili græte nutritus in vanis, & post aliqualem literarum noticiam lucretiui mercationum deputatus negotiis, superno tamen sibi assistente præsidio, nec inter lasciuos iuuenes, quamuis effusus ad gaudia, post carnis petulantiam abiit, nec inter cupidos mercatores, quanquam intentus ad lucrum, sperauit in pecunia & thesauris. Inerat namque iuuenis Francisci præcordijs diuinitus indita quædam ad pauperes miseratio liberalis, quæ secum ab infantia crescentis tanta cor ipsius benignitate repleuerat, ut iam Euangelij non surdus auditor, omni proponeret se petenti tribuere, maximè si diuinum allegaret amorem. Cum autem solis negociationis intentus tumultibus, pauperem quandam pro amore Dei petentem eleemosynam præter morem solitum vacuum repulisset, statim ad cor reuersus, cucurrit post ipsum, & eleemosyna illis clementer impensa, promisit Domino Deo, quòd nunquam ex tunc dum adesset possibilitas, petentibus pro amore Domini se negaret. Quod usque ad mortem indefessa pietate obseruans, copiosa in Deum dilectionis & gratiæ incrementa promeruit. Aiebat enim post eum perfectè Christum induerat, quòd etiam existens in habitu seculari vocem Domini expressiuam amoris audire, vix vnquã sine cordis immutatione valebat. Porro mansuetudinis lenitas cum elegantia morum, patientia, & tractabilitas supra humanum modum, munificentia largitas ultra suppetetiam facultatum, quibus bonæ in dolis adolefcens certis florere conspicebatur iudiciis, quædam videbantur esse præludia, quòd copiosior super eum foret in posterum diuinæ benedictionis abundantia diffundenda.

Quidam sanè vir de Alsisijs valde simplex (vt creditur, eruditus à Deo) cum aliquando per ciuitatem eunti obuiaret Franciscus, deponebat pallium, sternerat ipsius pedibus vestimèntum, asserens omni fore Franciscum reuerètia dignum, utpote qui esset in proximo magna facturus, & ob hoc ab vniuersitate fidelium magnificè honorandus. Ignorabat autem adhuc Franciscus circa se consilium Dei, pro eo quòd tam iusione patris ad exteriora distractus, quam corruptione naturalis originis ad inferiora depressus, nondum didicerat cõtèmplari celestia, nec assueuerat degustare diuina. Et quia spiritali auditui dat intellectum inflata vexatio, facta est super eum manus Domini, & immutatio dexteræ excelis, diutinis languoribus ipsius corpus affligens, ut coaptaret animam ad sancti spiritus vñctionem. Cumque resumptis corporis viribus, sibi vestimenta decentia more solito præparasset, obuium habuit militè quendam generosum quidem sed pauperem, & malè vestitum: cuius pauperem pio miseratus affectu, illum protinus se exuto vestiuit, ut scilicet in vno geminum impleter pietatis officium, quòd & nobilis militis verecundiam tegeter, & pauperis hominis penuriam releuaret. Nocte verò sequenti cum se sopori dedisset, palatium speciosum & magnū cū militaribus armis crucis Christi signaculo insignitis, clementia sibi diuina monstrauit, ut misericordiam pro summi Regis amore pauperi exhibitam, militè præostenderet incomparabili compensandam esse mercede. Vnde & cum quæreret, cuius essent illa omnia: sua fore, militumque suorū, superna fuit assertio, responsum. Euigilans itaque manè, cum nondum haberet exercitatum animam ad diuina perferenda mysteria, nosciretque per visibilibus species transire ad contuendam inuisibilem veritatem, magnæ fore prosperitatis indicium existimabat insolita visionè. Disposuit itaque diuinæ adhuc dispositionis ignarus, in Apuliam ad quendam Liberale Comitè se cõferre, in ipsius speras obsequio decus adipisci militie, ut ostensa sibi visio prætebat. Cumque paulò post iter aggressus iuisset usque ad proximam ciuitatè, audiuit in nocte Dñm familiari sibi allocutione dicentem: Franciscus, quis potest melius facere tibi, Dominus aut seruus: diues, aut pauper? Cui cum Franciscus respondisset, quòd tã Dominus quam diues facere melius Deum. Et Franciscus: Quid me vis Domine facere? Et Dominus ad eum: Reuertere in terram tuam, quia visio quam vidisti, spiritaliæ præfiguratur effectum, non humana, sed diuina in te dispositione complendum. Mane itaque facto, cū festinatione reuertitur Alsisiū versus, seclerus & gaudens: & iã exemplar obedientiæ factus expectabat Domini voluntatem. Extitit à publicè negociationis tumultu se subtra hens, supernam deuotè precabatur clementiã, ut quid sibi foret agendum, ostendere dignaretur. Cum autem ex frequenti orationis vsu flamma desiderij celestis in eo vehementer succresceret, & iam pro amore supernæ patriæ terrena

m m ij omnia

non solum de mundialis conuersationis puluere suscitauit egenum, verum etiam Euangelicæ perfectionis profectorem, ducem, atque præconem effectum, in lucem deicit credendum: vt testimonium perhibendo de lumine, viam lucis & pacis ad corda delinunt Domino præpararet. Hic etenim quasi stella matutinã in medio nebulæ, claris vitæ micans & doctrinæ fulgoribus, sedentes in tenebris & vmbra mortis irradiatione præfugida direxit in lucem, & tanquam arcus resurgens inter nebulas gloriæ, signum in se Domini fœderis representans, pacè & salutem euangelizauit hominibus, existens & ipse Angelus veræ pacis, secundum imitatoriam quoque similitudinem Præcursoris, destinatus à Deo, vt viam parã in deserto altitè: mæ paupertatis, tam exemplo, quam verbo penitentiam prædicaret, primum superne gratiæ præuentus donis, dehinc virtutis inuictæ adauctus meritis, propheta quoque repletus spiritu, necnon & Angelico deputatus officio, incèdioque Seraphico totus ignitus, & vt vir Ierachicus curru igneo sursum vectus, sicut ex ipsius vitæ decursu luculenter apparet, rationabiliter cõprobatur venisse in spiritu & virtute Helia. Ideoque alterius amicus Iponi, Apostoli, & Euangelistæ, Ioannis vaticinatione veridica, sub similitudine Angeli ascendens ab ortu solis, signumque Dei viuui habetis astruitur, non immeritò designatus. Sub apertione namque sexti sigilli vidi (ait Ioannes in Apocalypsi) alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentè signum Dei viuui. Hunc Dei nuncium amabilem Christo, imitabilem nobis, & admirabile mundo, seruum Dei fuisse Franciscum iadubabili fide colligimus, si culmen in eo eximie sanctitatis aduertimus, qui inter homines viuus imitator fuit puritatis Angelicæ, qui & positus est perfectis Christi sectatoribus in exemplum. Ad quod quidè fideliter sentiendū & pietè, non solum inducit officium quod habuit vocadè ad solum & planctum, caluitium & singulæ facci, signandique Thau super fontes virorum gementium & dolentium signo præfentiali crucis, & habitus cruci conformis, verum etiam irrefragabili veritatis testificatione cõfirmat signaculum similitudinis Dei viuuentis Christi, videlicet Crucifixi, quod in corpore ipsius fuit impressum, non per naturæ virtutem vel ingenium artis, sed potius per admirandam potentiã spiritus Dei viuui. Ad huius tam venerabilis viri vitam omni imitatione dignissimam describendam, indignum & insufficientem me sentiens, id nullatenus attentassem, nisi me fratrum feruens incitasset affectus, generalis quoque capituli cõcors induxisset insatiã, & ea quam ad sanctum patrem habere teneor, deuotio cõpulisset, utpote qui per ipsius inuocationè & meritum, in puerili ætate, sicut recenti memoria teneo, à mortis faucibus erutus, si præconiã laudis eius tacuero, sceleris timeo argui, vt ingratus. Est & hæc penes me causa præcipua hunc assumendi laborem, vt ego, qui vitam corporis & animæ à Deo mihi conseruatum recognosco per ipsum, & virtutem eius in meipso expertus agnouì, vitæ illius virtutes, actus & verba, quasi fragmenta quedam partim neglecta, partimque dispersa, quanquã plenè non possem, vt cuiusque colligerem, ne morientibus iis qui cū seruo Dei conuixerant, deperiret. Vt igitur vitæ ipsius veritas ad posteros transmittenda, certius mihi constaret & clarius, adiens locum originis, cõuersationis, & transitus viri sancti, cum familiaribus eius adhuc superueniètibz colationem de iis habui diligentem, & maximè cū quibusdã, qui sanctitatis eius & consilij fuerunt, & sectatores præcipui, quibus præter agnitam veritatem, probatamque virtutem fides est indubitabiliter adhibenda. In descriptione autem eorum, quæ per seruum suum Deus dignanter effecit, curiosum stili ornatum negligendum esse putavi, cum legentis deuotio plus simplici sermone, quam phalerato proficiat. Nec semper historiam secundum ordinem temporis texui propter confusionem vitandam: sed potius ordinem seruare studij magis aptæ iuncturæ, secundum quod eodem peracta tempore diuersis materijs, vel diuersis patratæ temporibus eidem materiæ congruere videbatur. Initium autem vitæ ipsius, progressus & cõsummatio quindecim distincta capitulis describuntur, inferius annotatis. Agitur enim primò de conuersatione ipsius in habitu seculari. Secundò de perfecta cõuersione eius ad Deum: & de reparatione trium Ecclesiarum. Tertiò de institutione religionis, & approbatione regulæ. Quartò de profectu ordinis sub manu ipsius, & confirmatione regulæ prius approbatæ. Quintò de austeritate vitæ, & quomodo creaturæ præbebant ei solatium. Sextò de humilitate & obedientia, & de cõdensationibus diuinis sibi factis ad nutum. Septimo de amore paupertatis, & mira suppletionè defectuum. Octauò de pietatis affectu: & quomodo ratione carètia affici videbantur ad ipsum. Nonò de seruire charitati, & desiderio martyrij. Decimò de studio & virtute orationis. Vndecimò de intelligentia scripturarum, & spiritu prophetie. Duodecimo de efficacia prædicandi, & gratia sanitarum. Decimotertiò de stigmatibus factis. Decimoquartò de patientia ipsius & transitu mortis. Decimoquintò de canonizatione, & translatione ipsius. Postremò de miraculis post transitum eius felicem ostensis aliqua subnectuntur.

INCIPIT

Sanctus Bonas
 uertura per D. Frã
 isci inuocationem
 ex mortuam pue
 rill et are a faucibz
 mortis erutus est.

A LOYSII LIPOMANI VERON.

omnia despiceret, quasi nisi thesaurum sentiebat se reperisse absconditum, ac velut prudens negociator margaritam inuentam excogitabat, venditis omnibus comparare. Adhuc tamen qualiter id ageret, ignorabat: nisi quia ipius suggerebatur spiritui, quod spiritualis mercatio à mundi contemptu sumat initium, Christi quoque militia sit à sua ipsius victoria inchoanda. Quaedam itaque die dum equitaret per planiciem, quæ subiacerat civitati Alsij, leprosum quendam habuit obuium, cuius inopinatus occurfus ei non paruim inculsit horrorem. Recurrens autem ad perfectionis mente iam conceptæ propositum, & recolens quod seipsum oporteret primùm deuincere, si veller effici Christi miles, ad deosculandum eum equo lapsus occurrit. Cui cum manum quasi aliquid accepturus leprosus protenderet, pecuniâ cum osculo reportauit. Statim autem equum ascendens, & se circumquaque conuertens, cum capus pateret vndique liber, leprosum illum minime vidit. Admiratione itaque repletus & gaudio, laudes cepit Domino decantare deuotè, proponens ex hoc semper ad maiora concedere. Solitaria proinde loca querebat amica moribus, in quibus dum gemitibus inenarrabilibus incessanter intruderet, post longam precum instantiam à Domino meruit exaudiri. Dum enim vna diei sic sequestratus oraret, & præ nimietate feruoris totus esset absorptus in Deum, apparuit ei Christus Iesus veluti cruci confixus: Ad cuius conspectum liquefacta est anima eius, & memoria passionis Christi visceribus cordis ipsius adeo impressa medullitus, vt ab illa hora cum Christi crucifixio veniret in mentem, vix posset à lacrymis & gemitibus exteriori contineri: sicut ipse postmodum familiariter reulit, cum appropinquaret ad finem. Intellexit per hoc nempe vir Dei illud Evangelicè sibi dici: Si vis venire post me, abnega te ipsum, & tolle crucem tuam, & sequere me. Induit ex tunc spiritum paupertatis, humilitatis sensum, & affectum intime pietatis. Nam cum prius leprosum non solum cõsolum, verum etiam longinquum cõtutum vehementer horreret, iam propter Christum crucifixum, qui iuxta verbum Propheticè contempnibiliter vt leprosus apparuit, vt semetipsum plenè conteneret, humilitatis & humanitatis obsequia leprosis benefica pietate præstabat. Visitabat enim frequenter domos ipsorum, liberaliter eis elemosinas erogabat, & cum multo cõpassionis affectu manus eorum osculabatur & orabat. Pauperibus etiã medicantibus non solum sua, verum etiam seipsum cupiebat impedere, aliquando velimeta exuens, aliquando diffuens, aliquando scindens ad largiendū eis, cum præ manibus alia non haberet. Sacerdotibus etiã pauperibus reuerenter subueniebat & pie, præcipue 2 in orationem altaris, quod & cultus diuini particeps fieret, & cultorū inopiæ supplementa præberet. Cum autem religiosa deuotione tunc teporis limina 3 visitaret Apostoli Petri, conspecta multitudine pauperum ante fores Ecclesiæ, partim pietatis ductus dulcedine, partim paupertatis allectus amore, vni ex eis magis egenti proprias largitus est vestes, & semicinctis cõtectus illius, diem illum in medio pauperum cum insolita spiritus iocunditate transegit, vt & seculari gloriam sperneret, & ad perfectionem Evangelicè gradatim cõscendendo perueniret. 4 Mortificationis carnis inuigilabat attentius, vt Christi crucem, quam isterius ferebat in corde, exteriorius etiam circūferret in corpore. Agebat autem hæc omnia vir Dei Franciscus nondum habitū, vel conuictu sequestratus à mundo.

De perfecta conuersione eius ad Deum. Et de reparatione trium Ecclesiarum, Capitulum secundum.

Quoniam autem seruis altissimi doctorem non habeat aliquem in huiusmodi nisi Christum, addidit adhuc ipsius clementia eum in gratia visitare dulcedine. Dum enim die quadam egressus ad meditandum in agro, deambularet iuxta Ecclesiam sancti Damiani, quæ minabatur præ nimia vetustate ruinam, & in eam, insigante se spiritu, causa 5 orationis intrasset, & prostratus ante imaginem crucifixi, non modice sicut in orando spiritus consolatione repletus. Cuiusque lacrymosis oculis intenderet in Dominicam crucem, vocem de ipsa cruce dilapsam ad eum corporeis audiuit auribus ter dicentem: Franciscus vade, & repara domum meam, quæ, vt cernis, tota destruitur. Temestus Franciscus cum esset in Ecclesia solus, stupor ad tam mirandæ vocis auditum, cordeque percipiens diuini virtutis eloquii, mentis alienatur excessu. In se tandem reuersus, ad obediendum se parat, & totum se recolligit ad perficiendum mandatum de materiali Ecclesia reparanda: licet principalior intentio verbi ad eam ferretur, quam Christus suo sanguine acquisiuit, sicut eum spiritus sanctus edocuit, & ipse postmodum fratribus reuelauit. Surrexit proinde signo 7 crucis se muniens, & assumptis pannis venalibus, ad ciuitatem quæ Fulgineum dicitur, accessit: ibique venditis quæ portauerat, equum cui tunc insederat, felix mercator, assumpto pretio dereliquit. Rediensque Assisium, Ecclesiam, de cuius reparatione mandatum acceperat, reuerenter intravit, & inuento illic sacerdote pauperulo, ei reuerentiã decentem exhibuit, & ad reparationem Ecclesiæ, & pauperum vsum pecuniã obtulit, & vt secum se morari pateretur ad tempus, humiliter requisit. Acqueiuit sacerdos de mora ipsius, sed timore parentum pecuniã recusauit.

Quam

quam verus pecuniarum contemptor in quandam fenestram proiciens, abiectam velut puluerem vilipendit. Moram autem faciente seruo Dei cum sacerdote prædicto, cum hoc intellexisset pater ipius, perturbatus animo cucurrit ad locum. At ipse, quia nouus Christianer atlecta, cum audiret periequentium minas, & eorum presentiret aduentum, dare locum iræ volens, in quadam occulta fouea se abscondit. In qua diebus aliquibus latitando, rogabat Dominum incessanter, lacrymarum imbre perfusus, vt liberaret de manibus periequentium animam suam, & pia quæ inspirauerat vota benigno fauore compleret. Igitur excessiua quadam completus lacrima, cepit de pusillanimitatis ignauia semetipsum arguere: relictaque fouea, & abiecto pauore, versus ciuitatem Alsij iter aggressus est. Quem cum ciues cernerent facie squalidum, & mente mutatum, ac per hoc alienatum putarent à sensu, luto platearum & lapidibus impetebant, & tanquam insano & dementi clamoribus vocibus insultabant. Famulus autem Domini nulla fractus aut mutatus iniuria, vt surdus in omnibus pertransibat. Cumque clamorem huiusmodi pater audisset, statim accurrans non ad liberandum eum, sed potius ad perdendum, omni miseratione subtracta, pertractū, domi primò verbis, deinde verberibus, & vinculis angit. Ipse autem ad exequendum Domino quod coeperat, promptior & validior reddebatur, recolens illud Evangelicum verbum: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Post modicum verò tempus, patre à patria discedente, mater eius factum mariti non approbans, & inflexibilem filij constantiam emoliri posse non sperans, à vinculis absolutum abire permisit. At ipse gratias omnipotenti Deo referens, ad locum in quo prius fuerat, est reuersus. Rediens autem pater, & cum non inuenisset domi, conuictis illatis vxori fremens cucurrit ad locum, vt si eum reuocare non posset, saltem de prouincia effugaret. Franciscus verò confortatus à Deo obuium vltro se obtulit patri furenti, libera voce clamans, se pro nihilo ducere vincula & verbera eius, insuper & cõtestans se pro Christi nomine gaudentem mala omnia subiturum. Videns itaque pater, quod eum reuocare non posset, ad extorquendam pecuniam se conuertit. Qua tandem inuenta in fenestra quadam, aliquantulum ipius mitigatus est furor, auaritiæ sicuti vtuncque per haustu pecuniarum temperata. Tentauit deinde pater carnis, filium gratiæ pecunia iam nudatum ducere coram Episcopo ciuitatis, vt in ipsius manibus facultatibus renunciarer paternis, & omnia redderet quæ habebat. Ad quod faciendum se promptum exhibuit veræ paupertatis amator. Perueniensque coram Episcopo, nec moras patitur, nec cunctatur de aliquo, nec verba expectat, nec facit, sed continuo depositis omnibus vestimentis, restituit ea patri. Inuenus est autem tunc vir Dei cilicium habere ad carnem sub vestibus delicatis. Insuper ex admirando seruo, spiritu ebrius, reiectis etiam femoralibus, totus coram omnibus denudatur, dicens ad patrem: Vique nunc vocauit te patrem in terris, amodo autem securè dicere possim: Pater noster qui es in caelis, apud quos omne thesaurū reposui, & omnem spei fiducia collocaui. Hoc cernens Episcopus, & admirans tam excedentem in viro Dei seruor, protinus exurrexit, & inter brachia sua illum cum fletu recolligens, vti erat vir pius & bonus, pallio quo erat amictus operuit, præcipiens suis, vt aliquid sibi darent ad membra corporis contegenda. Oblatus est autem ei matellus pauper & vilis cuiusdam agricolæ seruiensis Episcopo. Quem ipse gratanter suscipiens, cum semento quod sibi occurrit, ad modum crucis manu propria consignauit, operimetum formans ex eo crucifixi hominis & pauperis seminudi. Sic igitur seruus Regis altissimi nudus relictus est, vt nudum sequeretur crucifixum Dominum quem amabat: sic vtiq; cruce munus, vt animam suam ligno salutis committeret, per quod de mundi naufragio saluus exiret. Solutus exinde mundi contemptor à vinculis mundanarum cupidinum, ciuitate relicta, securus & liber secreti solitudinis petiit, vt solus & silens, superne audiret allocutionis arcanum. Dumque per syluam quandam iter faciens, laudes Domino lingua Francorū vir Dei Franciscus decantaret cum iubilo, latrones super eum ex abditis irruerunt. Quibus ferali animo quasi esset interrogantibus, vir Dei confidentia plenus prophetica voce respondit: Præco sum magni Regis. At illi percutientes eum in desolum locum plenū niuibus proiecerunt, dicentes: Iace rustice præco Dei. Ipse verò recedens illis, exiliuit de fouea, magnoque exhilaratus gaudio, altiori cepit voce per memora laudes Creatori omnium personare. Et veniens ad quoddam vicinum cœnobium, elemosinam petiit vt mendicus, & recepit vt incognitus & despectus. Inde verò progrediens deuenit Euchubium, vbi à quodam amico pristino agnitus & susceptus, paupere tunica vt Christi pauperulus, est contactus. Exinde totius humilitatis amator se transiit ad leprosos, eratque cum eis diligentissimè seruiens omnibus propter Deum. Laubaf ipsorum pedes ligabat vlcera, educebat plagarum putredinem, & saniem abstergebat. Osculabatur etiam ex miranda deuotione vlcerosas plagas ipsorum Evangelicum medicus mox futurus. Propter quod tantam est à Domino consequutus virtutem, vt in spiritualibus & corporalibus morbis mirabiliter expurgandis, mirabilem efficaciam obtineret.

m m iij

Referam

3. Vides quod subuisiones in ornamento altarium placet Deo: nam aliter sanctus eas non fecisset.

4. Ecce peregrinationes ad loca sanctorum.

5. Audis quod sanctus pater carnis concupiscentiam per eius mortificationem calcabat.

6. Vides quod etiam causa orationis cõstruxit iuxta Ecclesiam.

7. Ecce quod genu flectere ante imaginem, & orare eos quos representant, opus bonum ac piū est, & quale miraculum per hanc suam imaginem Christi operatus sit.

8. Surrexit signo crucis se muniens.

Referam vnum de multis, quod accidit, viri Dei fama postmodum latius clarescere. Cùm enim cuiusdam de comitatu Spoletano os pariter & maxillam, morbus quidam horribilis depalendo corrodere, nec subueniri posset eidem aliquo medicinæ remedio: contigit vt propter ipsorum sanctorum exposcenda merita, Apostolorū visitata liminibus, de 8 peregrinatione rediens, seruo Dei occurreret. Cumque præ deuotione vellet, ipsius osculari vestigia, vir humilis hoc non ferens, osculari volenti pedes, otculum oris dedit. Dum autē leproforum seruus Franciscus mirabili pietate illam plagam horribilem ore sacro contingeret, omni fugato morbo, eger ille sanitarem recuperavit optimā. Nescio quod horum magis sit meritū admittendum, an humilitatis profunditas in osculo tam benigno, an virtutis præclaritas in miraculo tam stupendo. Fundatus iam Christi humilitate Franciscus ad memoriam reducit obediētiam sibi ē Cruce iniunctam de S. Damiani Ecclesia reparanda, & tanquam verus obediens Alsium rediit, vt saltem mendicando, voci diuinæ parēret. Depositaque omni verecundia, propter amorem pauperis crucifixi mendicabat apud eos, inter quos abundare solebat, debile corpus, atrium ieiuniis, oneribus lapidum supponendo. Prædicta igitur Ecclesia, iuuante se Domino, & deuotione ciuiū assilēte, refecta, ne post laborē corpus torperet ignavia, transiit se ad reparandam Ecclesiam quandam B. Petri, longius à ciuitate distantem ob deuotionem specialem, quam ad Apostolorum principē sincere fidei puritate gerebat. Hac tandē Ecclesia consummata, peruenit ad locū qui Portiucula dicitur, in quo Ecclesia beatissimę virginis genitricis Dei antiquitus fabricata extiterat, sed deserta tunc à nemine curabatur. Quam cū vir Dei sic derelictam cōspiceret, ob deuotionem seruentem, quam habebat ad Dominā mūdi, cepit illic alsidue pro ipsius reparatione morari. Sentiens autē, iuxta nomē ipsius Ecclesię, quo ab antiquo S. Maria de Angelis vocabatur, Angelicarū ibi visitationū frequentia, pedem fixit ibidē propter reuerentiā Angelorū, amoremque præcipuum matris Christi. Hunc locū vir sanctus amauit præ ceteris mundi locis. Hic etenim humiliter cepit, hic virtuosē profecit, hic feliciter consummavit, hunc in morte fratribus tanquam virgini charissimū cōmendauit. De hoc frater quidam Deo deuotus ante cōuersionem suam, visionē viderat relatione condignam. Innumeros cernebat homines cæcitate percussos, facie in cœlū directā, & genibus flexis, in huius Ecclesię stare circuitu, qui omnes protensis manibus in altū, lachrymabiliter clamabant ad Deū misericordiam postulantes, & lumē. Et ecce ingens de cœlo splēdor aduenit, se per omnes diffusēs, qui lumen vniciuique tribuit, & salutē desideratā cōcesit. Hic est locus, in quo fratrum minorū ordo à S. Francisco per diuinę reuelationis instinctū inchoatus est. Diuinæ namque providentiæ nutu, qua Christi seruus dirigebatur in omnibus, 10 tres materiales erexit Ecclesias, antequam ordinē inchoans, Euangelium prædicaret: vt non solum à sensibilibus ad intelligibilia, à minoribus ad maiora, ordinato progressu conscenderet, verum etiā vt quid esset facturus in posterum, sensibili foris operē mysterialiter præsignaret. Nā instar reparatæ triplicis fabricæ ipsius sancti viri ducatu, ob datam ab eo formam, regulam & doctrinam, Christi triformiter renouanda erat Ecclesia, trinaque triumphatura militia saluandorum: sicut & nunc cernimus esse completum.

De institutione religionis, & approbatione regula.

¶ Capitulum tertium.

IN Ecclesia igitur Virginis matris Dei moram faciente seruo ipsius Francisco, & apud eam, quæ concepit verbum plenum gratiæ & veritatis, cōtinuis insistente genitibus, vt fieri dignaretur aduocata ipsius, meritis matris misericordiæ cōcepit, ac peperit spiritum Euangelicæ veritatis. Dum enim de quodam missam de Apostolis deuotus audiret, perlectū est Euangelium illud, in quo Christus discipulis ad prædicandum mittendis formam tribuit Euangelicam in viuendo, ne videlicet possideant aurum, vel argentum: nec in zonis pecuniam, nec peram in via, nec duas tunicas habeant, nec calceamenta deferant, neque virgā. Quod audiēs, & intelligens, ac memoriæ commendans Apostolicæ paupertatis amicus, indicibili modo perfusus læticia: Hoc est, inquit, quod cupio, hoc quod totis præcordiis cōcupisco. Soluit proinde 11 calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram, & pecuniam execratur, vnaque cōtensus tunica, reiecta corrigia, pro cingulo funem sumit, omnem sollicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficiat, & Apostolicæ rectitudinis regulæ per omnia se coaptet. Cæpit ex hoc vir Dei diuino instinctu Euangelicæ perfectionis æmulator existere, & ad penitentiam cæteros inuitare: erant autem ipsius eloquia non inania nec risu digna, sed virtute spiritus sancti plena, medullas cordis penetrantia, vt in vehementem stuporem audientes cōuerterent. In omni prædicatione sua pacem annuncians, dicendo: Dominus dicit vobis pacem, populum in sermonis exordio salutabat. Hæc quippe salutationem, Domino reuelante, didicerat, sicut ipse postmodum testabatur. Vnde factum est, vt iuxta sermonem propheticū & ipse Prophetarum spiritu afflatus annūciaret pacem, prædicaret salutē, ac salutaribus monitis fœderaret

fœderaret plurimos veræ paci, qui discordes à Christo prius extiterant à salute longinui.

Innocente itaque apud multos viro Dei, tā doctrinā simplicis veritate, quam vitæ, ceperunt ipsius exemplo viri quidam ad penitentiam animari, & eidē, reiectis omnibus, habitu vitæ coniungi: Quorum primus extitit vir venerabilis Bernardus, qui vocationis diuine particeps factus, patris beati primogenitus esse promeruit, tam prioritate temporis, quam priuilegio sanctitatis. Hic enim serui Christi paupertate comperta, ipsius exemplo disponens perfecte contemneret mundum, ab eodem qualiter id perficeret, consiliū requisit. Quo audito, Dei famulus pro propriæ proles conceptu sancti spiritus consolatione repletus: A Deo est, inquit, hoc consiliū requirendū, intrauerunt proinde Ecclesiam sancti Nicolai, mane iam facto: Et oratione præmissa, cultor Trinitatis Franciscus ter Euangeliorū librū aperuit, trino exposcens à Deo testimonio sanctum Bernardi propositū confirmari. In prima libri apertione illud occurrit: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. In secunda, Nihil tuleritis in via: In tertia verò: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hæc est (ait vir sanctus) vita & regula nostra, omniumque qui nostræ voluerint societati cōiungi. Vade igitur, si vis perfectus esse, & perferre quæ audisti. Non multo post vocatis eodem spiritu quinq; viris, filiorū Francisci senarius numerus completus est: inter quos tertius spiritus est locū sanctus pater Egidius, vir vtiq; Deo plenus, & celebri memoria dignus. Hic etenim postmodum virtutum sublimium exercitatione præclarus, sicut famulus Domini de seipso prædixit, quanquam esset idiota, & simplex, ad excelas contemplationis sublimatus est verticem. Nam per multa curricula temporum fursum actionibus incessanter intentus ad crebris in Deū rapiebatur excessibus: quemadmodū & ego ipse oculata fide conspexi, vt magis censeretur inter homines vitam Angelicam agere, quam humanam.

Illo quoque tempore cuidam sacerdoti ciuitatis Alsisi, nomine Syluestro, honestæ conuersationis viro, quedam à Domino fuit ostensa visio non tacenda. Cū enim modū, & viam Francisci, fratrumque suorum humano spiritu abhorreret, ne periclitaretur pro temeritate iudicii, respectu fuit supernæ gratiæ visitatus. Videbat namque, in somnis totam Alsisi ciuitatem à dracōe magno circumdari, præ cuius magnitudine nimia, tota regio videbatur exterminio subiaccere. Contuebatur post hoc crucem quandam auream ex ore procedentem Francisci, cuius summitas cœlos tangebatur, cuiusque brachia protensa in latum, vsque ad mundi fines videbantur extendi: Ad cuius visum aspectū præfulgidū, draco ille teter, & horridus penitus fugabatur. Hoc dum sibi tertio monstraretur, diuinū æstimans esse oraculū, viro Dei & fratribus suis per ordinē enarrauit, ac non multo post tempore mundum relinquens, vestigijs Christi sic perfecte adhæsit, quod vita ipsius in ordine authenticā reddidit eā, quam in seculo habuerat visonē. Ex huius visionis auditu vir Dei non in gloria est elatus humana, sed bonitatem Dei in suis beneficijs recognoscens, fortius animatus est ad hostis antiqui fugandam versutiam, & Crucis Christi gloriam prædicandam. Quadā autem die dum in quodā solitario loco in amaritudine recogitans deploraret, sancti spiritus in eum superueniente læticia certificatus est de remissione plenaria omnium delictorum. Raptus deinde supra se, ac in quoddam mirandum lumen totus absorptus, dilatato mentis sinu, quæ circa se & filios suos futura erant, luculenter aspexit. Post hoc reuerus ad fratres: Confortamini, ait, charissimi, & gaudete in Domino, nec quia pauci estis, efficiamini tristes, neque vos terreat mea vel vestra simplicitas, quoniam sicut mihi à Domino in veritate ostensum est, in magnā multitudinē faciet nos Deus crescere, suæque benedictionis gratia multipliciter dilatabit. Eodem quoque tempore, quedam alio bono viro religionem intrante, ad septenarium numerum viri Dei soboles benedicta peruenit. Tunc pius pater omnes ad se filios conuocauit, & plura eis de regno Dei, de contemptu mundi, de abnegatione proprię voluntatis, corporisque castigatione pronuncians, propositum suum de mittendo illos in quatuor partes orbis aperuit. Jam enim sterilis & paupercola simplicitas sancti patris pepererat septem, & desiderabat vniuersitatem fidelium ad penitentiam lamenta vocatam, Christo Domino parturire. Ite, inquit, dulcis pater ad filios: Annunciantes hominibus pacem, prædicate penitentiam in remissionem peccatorū. Estote in tribulationibus patientes, in orationibus vigilēs, in laboribus strenui, in sermonibus modesti, in moribus graves, & in beneficijs grati, quia pro his omnibus regnum vobis præparatur æternum. At illi coram seruo Dei humiliter se prosternentes in terram, cum gaudio spiritus suscipiebant obedientiæ sanctæ mandatum. Ipse verò dicebat vniciuique sigillatim: facta cogitantur tunc in Domino, & ipse te enutriet. Hoc verbū dicere solitus erat quotiescunq; fratrem aliquem ad obedientiam dirigebat. Tunc & ipse sciens se datum alijs in exemplum, vt prius faceret, quàm doceret, cum vno sociorum versus vnam orbis partem perrexit, reliquis sex, ad modum Crucis, tribus alijs mundi partibus, deputatis. Medico autē elapso post tempore,

Vide iterū peregrinationem ad lasca salcia.

Franciscus tres ecclesias ex fidelibus elemosynis reparauit. Ergo opus est bonum & Deo placens.

Tres Ecclesias D. Franciscus ante inchoatum ordinē construxit.

Et Ecce vtraque velle paupertas, verū omnium temporalium propter Christū abdicatio.

benignus pater charæ prolis exoptans præsentiam, cum in vnum eos per se conuocare non posset, per eum orabat hoc fieri, qui dispersiones congregat Israël. Sicque factum est, ut absque humana vocatione omnes ex imperato post modicum temporis, iuxta eius desiderium diuina operante clementia, non sine ipsorum admiratione, pariter conuenirent. Illis quoque diebus, quatuor sibi adherentibus viris honestis, ad duodenarium numerum excreuerunt. Cernens autem famulus Christi paulatim accrescere numerum fratrum, scripsit sibi & fratribus suis simplicibus verbis formulam vitæ, in qua sancti Euangelij obseruantia pro fundamento indissolubili collocata, pauca quædam alia inseruit, quæ ad vniuersum viuendi modum necessaria videbantur. Desiderans autem per summum Pontificem approbari quæ scripserat, disposuit cum illo simplicium cœtu Apostolicæ sedis adire præsentiam, de sola confisus directione diuina. Cuius desiderium Deus de alto respiciens, lociorum animos simplicitatis suæ consideratione perterritos, ostensa viro Dei visione huiusmodi, confortauit. Videbatur siquidem ei, quod per quandam viam incederet, iuxta quam stabat arbor celsitudinis magnæ. Ad quam cum appropinquasset, & sub ea stans ipsius altitudinem miraretur, subito tantum diuina virtute leuabatur in alto, ut cacumen contingeret arboris, eiusque summa facillimè curuaret ad ima. Huius visionis præfagium vir Deo plenus intelligens referri ad condescensionem Apostolicæ dignitatis, exhilaratus est spiritu, fratribusque suis in Domino confortatis, iter cum eis aggressus est. Cum autem ad Romanam curiam peruenisset, & adduceretur ante conspectum summi Pontificis, essetque Vicarius in palatio Lateranensi, in loco qui dicitur speculum, deambulans altis occupatus meditationibus, Christi famulum tanquam ignotum repulit indignanter. Quo humiliter foras egresso, sequenti nocte huiusmodi reuelatio facta est à Deo ipsi summo Pontifici. Videbat namque inter pedes suos palmam paulatim succrescere, & in arbore pulcherrimam eleuari. Et eo mirante quid hæc visio vellet ostendere, diuina lux impressit menti ipsius Christi illum pauperem, quem in præcedenti die repulerat, designabat. Et mane sequenti mandauit per suos famulos per vrbem dictum pauperem queri. Quem inuentum iuxta Lateranum in hospitali sancti Antonij, ante conspectum suum celeriter iussit adduci. Cumque introductus esset ante conspectum summi Pontificis, exposuit suum propositum, petens humiliter, & instantèr supradictam sibi viuendi regulam approbari. Videns autem Christi Vicarius Dominus Innocentius tertius, vir vtique sapientia clarus, admirandam in viro Dei simplicis animi puritatem, propositi constantiam, igiturque voluntatis sanctæ feruorem, Christi pauperem mentis amore completens, inclinatus est animo, ut pium supplicanti præberet assensum. Distulit tamen perficere, quod Christi postulabat pauperculus, pro eo quod aliquibus de Cardinalibus nouum aliquid, & supra vires humanas arduum videretur.

Aderat autem inter Cardinales vir venerandus, Dominus Ioannes de sancto Paulo Episcopus Sabinensis, omnis sanctitatis amator, & adiutor pauperum Christi: qui diuino spiritu inflammatus, summo Pontifici dixit, & fratribus suis: Si petitione pauperis tanquam nimis ardua nouamque resellimus, cum petat confirmari sibi formam Euangelicæ vitæ, cauendum est nobis, ne in Christi Euangelium offendamus. Nam si quis intra Euangelicæ perfectionis obseruantiam & votum ipsius, dicat contineri aliquid nouum, aut irrationabile vel impossibile ad obseruandum, contra Christum Euangelij auctorem blasphemare conuincitur. Quibus propositis, successor Apostoli Petri conuersus ad pauperem Christi, dixit: Ora fili ad Christum, ut suam nobis per te voluntate ostendat, qua certius cognita, tuis pijs desideriis securius annuamus. Omnipotentis autem Dei famulus totum se conferens ad orandum, precibus deuotis obtinuit, & quod exterius ipse proferret, & quid interius papa sentiret. Nam cum parabolam de diuine regis muliere formosa, & pauere contrahente gratanter, & de prole suscepta proferente generatris regis imaginem, ac per hoc educanda de mensa ipsius, sicut à Deo acceperat, retulisset, ex illius interpretatione subiunxit: Non est formidandum, quod fame pereant æterni regis filij, & hæredes qui ad imaginem Regis Christi per spiritus sancti virtutem de pauere matre nati, & ipsi per spiritum paupertatis sunt in regione pauperula generati. Si enim Rex cælorum imitatoribus suis regnum promittit æternum, quanto magis illa subministrabit, que communiter largitur bonis, & malis? Hanc ergo parabolam, & intellectum ipsius, Christi Vicarius cum diligenter audisset, miratus est valde, & indubitèr Christum loquutum in homine recognouit, sed & visionem, quam tunc temporis è cælo perceperat, in hoc viro fore complendam, spiritu diuino suggerente firmavit. Videbat namque in somnis, (vt retulit) Lateranensem Basilicam fore proximam iam ruinæ, quæ quidam homo pauperculus, modicus, & despectus, proprio dorso submissio, ne caderet, sustentabat. Verè, inquit, hic est ille, qui opere & doctrina Christi sustentabit ecclesiam. Inde præcipua deuotione repletus, petitioni eius se per oia inclinavit, ac Christi famulum spirituali semper amore dilexit. Proinde postulata concessit, & adhuc condescere plura promisit.

promisit. Approbauit regulam: dedit de poenitentia prædicanda mandatum, & laicis fratribus omnibus, qui seruum Dei fuerant comitati, fecit coronas paruulas fieri, ut verbum Dei liberè prædicarent.

¶ De profectu ordinis sub manu ipsius: Et confirmatione Regulæ prius approbatæ.

Capitulum quartum.

¶ Retus exinde Franciscus superna gratia, & auctoritate papali, cum fiducia multa versus vallem Spoletanam iter arripuit, ut Euangelium Christi faceret & doceret. Dum autem in via conferret cum socijs, qualiter regulam quam susceperant, sincere seruarent, qualiter in omni sanctitate & iustitia coram Deo incederent, qualiter in seipsis proficerent, & essent alij in exemplum, diutius collatione protracta, hora pertransiit. Et cum iam lassati essent ex diurnitate laboris, esurientes in quodam loco solitudinis subtriterunt. Sanè cum omnis via deesset, qua possent sibi de victu necessario providere, statim affuit prouidentia Dei. Nà subito apparuit homo afferens panem in manu, quem pauperculus Christi dedit, subitoque disparuit, incognitus vnde venerit, aut quò iret. Cognoscetes autem per hoc pauperes fratres supernum sibi in conuictu viri Dei adesse præsidium, magis dono liberalitatis diuinæ, quam cibo carnis propriæ sunt refecti. Insuper diuina consolatione repleti, statuerunt firmiter & irreuocabiliter confirmauerunt, nullius inediae aut tribulationis impulsu, à sanctæ paupertatis resiliere promisso. Exinde in vallem Spoletanam cum sancto proposito redeuntes, tractatèr cœperant, vtrum inter homines conuersari deberent, an ad loca solitaria se conferre. Sed Christi seruus Franciscus, non de sua vel suorum confidens industria, per orationis instantiã diuinæ super hoc voluntatis beneplacitum requisit. Supernæ igitur reuelationis illustratus oraculo, intellexit se ad hoc missum à Domino, ut Christo lucraretur animas, quas diabolus conabatur auferre. Ideoq; magis omnibus, quam sibi soli viuere præelegit, illius prouocatus exemplo, qui vnus pro omnibus mori dignatus est. Recollegit itaq; se vir Dei cum cæteris socijs in quodam tugurio derelicto iuxta ciuitatem Assisij, in quo secundum sanctæ paupertatis formam in labore multo & inopia uelutabant, magis lachrymarum, quam deliciarum panibus refici fatigentes. Vacabant enim ibidem diuinis precibus incessanter, mentaliter potius quam uocaliter, studio intendentes orationis deuotæ, pro eo quòd nondum Ecclesiasticos libros habebant, in quibus possent horas Caonicas decantare: Loco tamen illorum, librum Crucis Christi cõtinuatim aspectibus diebus ac noctibus reuoluebant, ex eplo patris & eloquio eruditi, qui iugiter faciebatur eis de Cruce Christi sermonè. Rogantibus autem fratribus, ut eos doceret orare, dixit: Cum orabitis, dicite: Pater noster; Et adoramus te Christe, ad omnes Ecclesias tuas, quæ sunt in toto mundo: Et benedicimus tibi, quia per Crucem tuam sanctam redemisti mundum. Docuit insuper eos Dominum laudare in omnibus & ex omnibus creaturis: honorare præcipua reuerentia sacerdotum, 12 fidei quoque, veritatem, secundum quod sancta Romana tenet, & docet ecclesia, & firmiter credere, & simpliciter confiteri. Seruabant illi patris sancti documenta per omnia, & ad omnes ecclesias, & 13 Cruces, quas è longinquo videre poterant, iuxta daram sibi formam orantes, se humiliter prosternebant. Contrahentibus autem fratribus moram in loco præfato, vir sanctus die quadam sabbati ciuitatem Assisij intrauit, prædicaturus mane diei Dominicæ, vt moris erat, in Ecclesia cathedrali. Cumque in quodam tugurio sito in horto Canonicorum vir Deo deuotus in oratione Dei more solito pernoctaret absentatus à filijs, ecce serè media noctis hora quibusdam ex fratribus quiescentibus, quibusdam perseuerantibus in orando, currus igneus mirandi splendoris per ostium domus intrans, huc atque illic per domicilium tertio se conuertit, super quem globus lucidus residebat, qui solis habens aspectum, noctem clarere fecit. Obsupecti sunt vigilantes, excitati simul & exterriti dormientes: & non minus senserunt cordis claritatem, quam corporis, dum ex virtute mirandi luminis alterius alteri conscientia nuda fuit. Intellexerunt namque concorditer omnes videntibus inuicem vniuersis in cordibus singulorum, sanctum patrem absentem corpore, præsentem spiritu, tali transfiguratum effigie, supernis irradiatum fulgoribus, & ardoribus inflammatum supernali virtute in curru spendente, simul & igneo, sibi demonstrari à Domino, ut tanquam veri Israelitæ post illum incederent, qui vitorum spiritualium, vt alter Helias, factus fuerat à Deo currus, & auriga. Credendū sanè, quòd ille horum simplicium aperuit oculos ad preces Francisci, vt viderent magnalia Dei, qui oculos quòdam apererat pueri ad videndum montem plenum equorum, & igneorum curruum in circuitu Helisei. Regressus autem vir sanctus ad fratres, cepit conscientiarum ipsarum secreta rimari, confortare ipsos de visione illa mirabili, & de profectu ordinis multa futura prædicere. Cumque patefaceret plurima, quæ sensum transcendebant humanum, verè cognouerunt fratres, super seruum suum Franciscum spiritum Domini in tanta plenitudine quiesuisse, quòd post ipsius doctrinam, & vitam erat eis proficisci tutissimum.

12. Vides quòd dicitur fides tenenda et cõfiterenda est, quæ à san-
ctæ Romana tenet
& docet Ecclesia.
13. Ad oēs Ecclesia
as et cruces oran-
tes se prosterne-
bant.

Post hæc pusilli gregis pastor Franciscus ad sanctam Mariam de Porciuncula duodenariū illum fratrum numerum, superna gratia præiūte, deduxit, ut ubi meritis matris Domini Minorum sumplerat ordo initium, ipsius illic susciperet auxiliis incrementum. Ibi quoque factus Euangelicus præco, ciuitates circuibat, & castra, non in doctis humana sapientie verbis, sed in virtute spiritus annuncians regnum Dei. Videbatur intuentibus homo alterius seculi, quippe qui mente ac facie in cælum semper intentus, omnes sursum trahere conaretur. Cœpit ex hoc Christi vinea germinare germen odoris Domini, & productus ex se floribus suauitatis, honoris & honestatis, vberes fructus afferre. Nā prædicationis ipsius seruore succensū quāplurimū, secundum formam à Dei viro acceptam, nouis se pœnitentiæ legibus vinciebāt: quorum viuendū modum idē Christi famulus ordinē fratrum de pœnitentiā nominari decreuit. Nimirum, sic in cælum tendentibus, pœnitentiæ viam omnibus constat esse communem, sicut & hic status clericos & laicos, virgines & coniugatos in vtroque sexu admit- tens, quanti sit apud Deum meriti, ex pluribus per aliquos ipsorum patris miraculis inno- tescit. Conuertebantur etiam virgines ad perpetuum 14 cœlibatum: inter quas virgo Deo charissīma Clara, ipsarum plantula prima, tanquā flos veniens & candidus, odorem de- dit, & tanquā stella præfulgida radiavit. Hæc nunc 15 glorificata in cœlis, ab Ecclesia di- gnè veneratur in terris, quæ filia fuit in Christo sancti patris Francisci pauperuli, & mater pauperum dominarum. Multi etiā non solum deuotione cōpuncti, sed & perfectionis Chri- sti desiderio inflammati, omni mundanorum vanitate contempta, Francisci vestigia seque- bantur. Qui quotidie in succrescentes profectibus, vsque ad fines orbis celeriter perue- nerunt. Faciebat nāq; sancta paupertas, quam solā deserebant pro sumptibus, ipsos ad omnē obedientiam promptos, robustos ad labores, & ad itinera expeditos. Et quia nihil terrenum habebant, nihil amabant, nihilq; timebant amittere, securi erant vbiq;e, nullo pauore suspēsi, nulla cura distracti, tanquā qui absque mentis turbatione viuēbant, & sine sollicitudine diē crastinum & serotinum hospitiū expectabant. Multa quidem eis in diuersis partibus orbis inferebantur conuitia, tanquā personis despiciabilibus & ignotis: verū amor Euangelij Christi ad eō ipsos patientes effecerat, ut quærent potius ibi esse, vbi persecutionem paterē- tur in corpore, quā vbi cognita sanctitate ipsorum, mundano possent gloriari fauore. Ipsa quoque rerum penuria superabundans eis videbatur vbertas, dū iuxta consiliū Sapien- tis, pro magno ipsis minimum complacebat. Sanè cū ad infidelium partes aliqui ex fratribus peruenissent, contigit, ut quidam Saracenus pietate commotus, pecuniam eis offer- ret pro necessario victu: illis autem recusantibus accipere, miratus est homo, cernens quōd inopes essent. Intellecto tandem quōd pauperes effecti amore Dei, pecuniam possidere no- lebant, tanta est eis affectione coniunctus, ut offerret se administrandum omnia necessaria, quā diu facultatum sibi aliquid superesset. O inestimabilis pretiositas paupertatis, cuius miranda virtute mens feritatis barbaricæ in tantam miserationis est immutata dulcedinē. Horrendum est proinde ac nepharium scelus, ut hanc margaritam nobilem vir Christianus conculeret, quam tanta veneratione extulit Saracenus. Eo tempore religiosus quidam de ordine Cruciferorum, Moricus nomine, in hospitali quodam prope Alsilium languore tam graui, tamq;e prolixo laborans, ut iam mori foret adjudicatus à Medicis, viro Dei simplex fa- ctus, per nuncium postulabat instanter, ut pro se ad Dominum intercedere dignaretur. Cui beatus pater benignè assentens, oratione præmissa, panis micas accepit, & cum oleo accepto de lampade, quæ coram virginis ardebat altari, commiscens, quasi quoddam electuarium per manus fratrum infirmanti transmisit, dicens: Medicinam hanc fratri nostro deserte Morico, quia ipsum Christi virtus non solum plenè sanitati restituet, verū etiam robustum bellatorē effectum aciei nostræ perseueranter, adiungat. Statim autem vt antidoriū illud, sancti spiritus adinventione confectum, æger homo gustauit, sanus exurgens, tantum mentis & corporie à Deo vigorem obtinuit, vt paulo post viri sancti religionem ingressus, & vnica tantum operi- retur tunicula, sub qua longo tempore loriam portabat ad carnem, & 16 crantibus duntaxat cibarijs, herbis vel leguminibus, fructibusq; contentus, per plura temporum lustra nec panē gustaret, nec vinum, fortis tamen, & incolumis perseuerans. Crescentibus quoque virtutum meritis in paruulis Christi, odor opinionis bonæ circumquaque diffusus, ad præsentiam sancti patris videndam, plurimos è diuersis mundi partibus attrahebat. Inter quos quidam secu- larium cantionum curiosus inuentor, qui ab Imperatore fuerat coronatus, & inde Rex ver- sum dictus, virum Dei contemptorem mūdaliū adire proposuit. Cumq; apud castrū fan- sti Seuerini eum prædicantem reperisset in monasterio quodam, facta manu Domini super se vidit eundem Crucis Christi prædicatorem Franciscū, duobus trāsuersis ensibus, valde legē- tibus, in modum Crucis signatum, quorum vnus à capite ad pedes, alius à manu in manum per pectus tranſuersaliter tendebatur. Non nouerat facie seruū Christi, sed tanto monstratū miraculo

24. Si virgines ad perpetuā cœlibatū conuertebantur, salum est im- possibile esse Deo fa- uere virginitatem seruare.

25. Clara nūc glori- ficata in cœlis, ab Ecclesia digne ve- neratur in terris.

26. Vide miram san- cti viri abstinentiā qui nec panem nec vinum per multum temporis degustas- sit, et crudis duntaxat cibis usus est.

miraculo mox agnouit. Subitò stupefactus ad visum incipit meliora proponere. Tandemq; verborū ipsius compunctis virtute, tanquā si esset gladio ipi ius ex eius ore procedente tra- fixus, secularibus pompis omnino contemptis, beato patri professione cohæsit. Propter quod videns ipsum vir sanctus ab inquietudine seculi ad Christi pacē perfectè conuersum, fratrem pacificū appellauit. Hic postmodum in omni sanctitate proficiens, antequā heret minister in Francia (siquidem primus ibidē ministerij gessit officiu) meruit iterato magnum Thau in fronte Francisci videre: quod colorum varietate distinctum, faciem ipsius miro venustabat ornatu. Hoc quippe signum vir sanctus magno venerabatur affectu, frequēti commenda- bat eloquio, & in eis quas dirigebat literulis manu propria subscribebat, tanquā si omne ip- sius studium foret signare Tau, iuxta dictum propheticum: Super frontes virorū gementiū, & dolentium ad Christū Iesum veraciter conuersorum.

Processu quoq; temporis multiplicatis iam fratribus, cœpit eos pastor sollicitus in loco san- ctæ Mariæ de Portiuncula ad generale Capitulum conuocare, ut in funiculo distributionis diuinæ in terra paupertatis eorum vniciq; tribueret obedientiæ portionem. Vbi licet om- nium necessarios esset penuria, fratrumq; multitudo ultra quinque milia conueniret aliquan- do, diuina tamen opulante clementia, & victus sufficiētia suberat, & salus comitabatur cor- pora, & spiritalis iucunditas affluebat. Capitulis verò Provincialibus quia corporalē presen- tiam exhibere non poterat, per sollicitam curam regiminis, instantiam precis & efficaciam be- nedictionis, spiritu præsens erat, quamuis aliquando, mira Dei faciente virtute, visibiliter appareret. Dum enim egregius prædicator, qui & nunc Christi præclarus confessor Antonius, de titulo Crucis: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, in Arelatensī Capitulo fratribus prædica- ret, quidā frater probatæ virtutis Monachus nomine, ad ostium Capituli diuina commotio- ne respiciens, vidit corporeis oculis beatū Franciscū in aère subleuatum, extensis velut in Cruce manibus benedicentem fratres. Tantā verò & tā insolita fratres omnes consolatione spiritus repletos se fuisse senserunt, ut de vtriusq; sancti patris præsentia, certum eis intra se spiri- tus testimonium perhiberet: licet postmodū id non solum per euidētia signa, verum etiam per eiusdem sancti patris verba exteriori fuerit attestatio compertum. Credendum sanè quōd omnipotentis Dei virtus, quæ Ambrosiū pium & sacrum Antistitē tumulationi glo- riosi concessit interesse martini, ut pium Pœniticæ pio veneraretur officio, etiam seruū suū Franciscū prædicationi præsentauit veracis sui præconis Antonij, ut approbaret veritatis elo- quia, præcipue Crucis Christi, cuius erat baiulus, & minister. Cū autem dilatato iam ordine viuendi formam per Dominum Innocentiū approbatam disponeret per successorem ipsius Honorij in perpetuum facere roborari, huiusmodi fuit à Deo reuelatione communitus. Vi- debatur quidē sibi de terra micæ panū subtilissimas collegisse, multisq; famelicis fratribus ip- sum circumstantibus debere tribuere. Cūq; micæ tam tenues distribuere formidaret, ne fortè inter manus exciderent, vox ei desuper ait: Francisce, vnam de micis omnibus hostiam facito, & manducare volentibus tribue. Quo id agente, quicunq; illud non deuotè recipiebāt, aut receptum contemnebant donum, mox lepra infecti, notabiles apparebant. Recitat manē vir sanctus hæc omnia socijs, dolens se non percipere mysteriū visionis. Sequenti verò die cū vigil in oratione persisteret, huiusmodi vocem de cœlo delapsam audiuit: Francisce, micæ præteritæ noctis verba Euangelica sunt: hostia, regula, lepra, iniquitas. Volens igitur confirmā- dam regulam ex verborū Euangelij aggregatione profulius traditam, ad compendiosiorē for- mam, iuxta quod distabat visio monstrata redigere, in montem quendam cum duobus so- cijs, spiritu sancto ducente, conscendit, vbi 17 pane tantum contentus, & aqua, ieiunans con- scribi eam fecit, secundum quod oranti sibi diuinus spiritus suggerebat. Quam cū de monte descendens seruandum suo vicario commisisset, & ille paucis elapsis diebus affereret per in- curiam perditam, iterato sanctus vir ad locū solitudinis redijt, eamq; instar prioris, ac si ex ore Dei verba susciperet, illic reparauit, & per supradictū Dūm Papam Honorium octauo Pœ- niticatus illius anno, sicut optauerat, obtinuit confirmari. Ad cuius obseruatiā fratres seruen- ter inducens, dicebat: se nihil ibi potuisse secundum industriam propriam, sed omnia sic scri- bi facisse, 18 sicut sibi fuerant diuinitus reuelata. Quod vt certius constaret testimonio Dei, paucis admōdū euolutis diebus, impressa sunt ei stigmata Domini Iesu, digito Dei viui, tan- quam bulla summi Pontificis Christi, ad confirmationem omnimodam regulæ, & commē- dationem autoris: sicut post suarum enarrationem virtutum suo loco inferius describetur.

17. Ecce ieiunium in pane et aqua.

18. Cœtus Franci- scus sicut diuina reuelatione rece- perat, regulam suā scribi fecit.

¶ De austeritate vite: Et quomodo creature præbebant ei solatium.

Capitulum quintum.

Quem igitur cerneret vir Dei Franciscus, suo exemplo ad Crucem Christi bainandū ser- uentī spiritui plurimos animari, animabatur & ipse tanquā bonus dux exercitus Chri- sti, ad

420 ALOYSII LIPOMANI VERON.

sti, ad palmā victoriæ per culmen inuictæ peruenire virtutis. Attendens enim illud Apostoli verbum: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscētiis: vt crucis armaturā suo ferret in corpore, 19 tanta disciplina rigiditate sensuā appetitus arcebat, vt vix necessaria sumeret sustentationi naturę. Difficile namque fore dicebat, necessitati corporis satisfacere, & pronitati sensuum non parere. Propter quod cocta cibaria faminitate tempore vix admittebat, & rariā admittit verō aut consuebat cinere, aut condimentis saporem admixtione aquę vt plurimum reddebat insipidum. De potu quid dicam, cum & de aqua frigida, dum sitis æstualet ardore, vix ad sufficientiā biberet. Modos adinueniebat abstinentiæ potioris, & quotidie exercitacione cylescebat. licetque iam perfectionis culmen attingeret, tanquam incipiens semper aliquid innouabat, afflictionibus carnis puniendo libidinem. Egrediens tamen exterius propter verbum Euangelij, conformabat se suscipientibus ipsum in qualitate ciborum: cum tamē ad interiora regressus, dillicite seruaret rigidam abstinentiæ parcitatem. Sicque seipsum austerum sibi, humanum proximo, libiecum Euangelio Christi per omnia reddens, non solum abstinendo, verum etiam manducando præbebat edificacionis exemplū. Nuda humus vt frequētius 20 lectus erat lallato corpufculo: & sæpius sedens ligno vel lapide ad caput posito, dormiebat: vnica paupere contactus tunicula, in nuditate Domino seruebat, & frigore. Interrogatus aliquando, quomodo vestitu tam tenui se posset ab hyemalis algoris asperitate tueri, spiritus seruo. respondit: Si supernę patrię flamma per desiderium cōtegeremur interiori, frigus istud exterius facile portaremus. 21 Vestis horebat molliciem, asperitatem amabat, asserens propter hæc Ioannem Baptistam ore diuino fuisse laudatum. Si quando verō in data sibi tunica lenitatem sentiret, cordulis eam contexebat interiori, quia non in casulis pauperum, sed in palatis principum, iuxta veritatis verbum, vestimentorum dicebat requirendam esse molliciem. Experientia enim certa didicerat, dæmones asperitate terri, delictiosis autem & mollibus vestibus ad tentandum fortius animari. Vnde cum nocte quadam propter insignitatem capitis, & oculorum, præter solitum morem cervicali de pluma positum haberet ad caput, dæmon in illud ingressus, ipsum vsque ad horam matutinalem inquietatum multimodis à sanctę orationis studio perturbauit, donec vocato socio puluinar cū dæmonio fecit extra cellulam longius exportari. Egredius autem cum puluinar frater de cella, membrorum omnium vires amisit & vsum, quousque ad vocem sancti patris hoc cognoscens in spiritu, vigor pristinus cordis & corporis sibi fuit plenarie restitutus. Rigidus in disciplina super custodiam suam stabat, curam permaximam gerens de vtriusque hominis puritate seruanda. Quapropter circa cōuersionis suę primordia tempore hyemali in foueam glacię plenam seipsum plerunque mergebat, vt & domesticum sibi hostem perfectē subigeret, & candidum vestimentum pudoris à voluptatis incendio præseruaret. Tolerabilius viro spiritali fore incomparabiliter assererat, magnum sustinere frigus in carne, quam ardorem carnalis libidinis vel modicum sentire in mente.

Cum autem apud eremum de Sathiano nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocauit eum hostis antiquus terrib, dicens: Francisce, Francisce, Francisce. Cui cum quid quæreret, respondisset, fallaciter ille subiungit: Nullus est in mundo peccator, cui si conuersus fuerit, non indulgeat Deus, sed quicumque semetipsum pœnitentiā dura necauerit, misericordiam non inueniet in æternum. Statim vir Dei per reuelationem cognouit hostis fallaciam, quo modo visus fuerit eū ad tepida reuocare: nam hoc sequens indicauit euentus. Cōtinuò enim post hoc ad insufflationem illius, cuius halitus prunas ardere facit, grauis ipsum carnis tentatio apprehendit. Quam vt presensit castitatis amator, deposita veste, corda cœpit se verberare fortissimē: Eia, inquit, frater Asine, sic te decet manere, sic subire flagellum. Tunica religioni deseruit, sanctitatis signaculum præfert: furari eam libidinoso non licet, si quo vis pergere, perge. 22 Insuper & mirando feruore spiritus animatus aperta cella foras exiuit in hortum, & in magnam demergens niuem corpusculum iam nudatum, septem ex ea plenis manibus cœpit compingere massas, quas sibi proponēs, suo sic exteriori homini loquebatur: Ecce, inquit, hæc maior vxor tua est, quatuor istę duo filij & duę filię, reliquę duę seruus & ancilla, quos ad seruandū habere oportet. Festina igitur oēs induere, quoniam frigus moriūtur. Si verō eorū multiplex sollicitudo molestat, vni Domino sollicitē serui. Illic tentator victus abscessit, & vir sanctus cū victoria in cellam rediit, quia dū bene pœnaliter arsit foris, ardorē interiori sic extinxit libidinis, vt deinceps tale aliquid minimē sentiret. Quidam autem frater, qui tunc orationi vacabat, hæc omnia, luna clarius incidente, prospexit. Comperito vir Dei, quod hæc ille nocte vidisset, reserans ei tentationis processum, præcepit vt quādiu ipse viueret, nulli viuenti rem, quam viderat, propalaret. Non solum autem 23 mortificari debere docebat vitia carnis, & eius inuentus frenari, verum etiam exteriores sensus, per quos mors intrat ad animā, summa vigilātia custodiri. Mulierū 24 familiaritates, colloquia,

19 Vide quāta disciplina rigiditate sanctus pater carnis concupiscētiis edomaret, vide etiam eius abstinētiā.

20 Nuda humus quēritus dormiebat vir Dei.

21 Ecce quāta in beato patre vestitus vilitas & asperitas, & vide mirabile de austeritate vestimentorum.

22 Vide quod totum sancti viri propositū erat, victorię concupiscētiarū dicitur de animo suo euellere.

23 Mortificanda sunt carnis vitia, & eius inuentus frenanda, exteriores resque sensus summa vigilātia custodendi.

24 Quid hic dicitur

& aspectus qui multis sunt occasio ruinae, sollicitus evitari iubebat, asserens per huiusmodi debilem frangi, & forte sæpe spiritum infirmari. Harum contagionem euadere conuersantem cum eis, nisi probatissimū virum, tam facile dixit, quam iuxta scripturam, in igne ambulare, & non combuere plantas. Si quidem ipse adeo auerterat oculos suos, ne huiusmodi vanitatem viderent, quod (sicut aliquando socio dixit) quasi nullā recognoscebat in facie. Non enim securum esse putabat earum formarum introrsus haurire imagines, quæ possunt aut edomitæ carnis resuscitare igniculū, aut pudicæ mentis maculare nitorem. Assererat etiā frivolum esse mulieris colloquium, excepta sola confessione, vel instructione breuissima, iuxta quod & saluti expedit, & congruit honestati. Quæ sunt, inquit, religioso cum muliere tractanda negotia, nisi cum sanctam pœnitentiā, vel melioris vitę consilium religiosa petitione deposcit? Ex nimia securitate minus cauetur hostis: Et diabolus si de suo capillum potest habere in homine, citò excrefcere facit in trabem.

Otium autem omnium malarum cogitationum sentinam, docebat summo opere fugiendū, exemplum demonstrans, rebellem carnem, & pigram, disciplinis 25 continuis, & fructuosis laboribus esse domandam. Vnde corpus suum fratrem asinum appellabat, tanquam laboriosis supponendum oneribus, crebris cædendum flagellis, & vili pabulo sustentandum. Si quem verò cernebat ociosum, & vagum aliorum vellem manducare labores, fratrem muscam nominandum censebat, eod quod talis nihil boni faciens, sed benefacta inficiens, vilem & abominabilem se omnibus reddat. Propter quod dixit aliquando: Volo fratres meos labore exercitari, ne ocio dediti, per illicita corde aut lingua vagetur. Evangelicū liquidē volebat à fratribus obseruari silentiū, vt videlicet ab omni ocio verbo omni tempore abstinerent sollicitē, tanquam reddituri in die iudicij de huiusmodi rationem. Sed & si quē inuenisset fratrem verbis assuetū inanibus, acriter arguebat, taciturnitatē modestam, & puri cordis affirmans custodiam, & non modicam esse virtutem, pro eo quod mors & vita fore dicuntur in manibus linguę, non tam ratione gustus, quam ratione loquelæ.

Licet autem pro viribus ad vitam austeram fratres induceret, non tamen ei placebat districtioris severitas, quę pietatis nō induit viscera, nec est discretionis sale cōdita. Cum enim quadā nocte vnus ex fratribus præ nimietate abstinentię admodū fame cruciatus, nullā posset habere quietē, intelligeretq; pius pastor cui suę imminere periculū, vocauit fratrem, apposuit panem, & vt ruborē illi tolleret, cœpit ipse prior comedere, eumq; ad manducandum dulciter inuitare. Deposuit frater verecundiā, sumpsit cibum, gauisus quamplurimum, & per circumspectā condescensionē pastoris, & corporis euassisset dispendiū, & non modicum accepisset edificacionis exemplū. Mane factis fratribus cōuocatis in vnū, vir Dei referens quod acciderat nocte, prouida cōmonitione subiunxit: Sit vobis fratres, nō cibus, sed charitas in exemplū. Docuit insuper eos discretionē sequi, vt aurigā virtutū, nō eam quā caro suadet, sed quā edocuit Christus, cuius sacratissimā vitā expressum cōstat esse perfectionis exemplar. Et quoniam agnū sine macula Crucifixū non est possibile homini carnis infirmitate circūdato sic perfectē sectari, quin aliquas contrahat sordes, ideo documento certo firmabat eos, qui perfectioni vitæ vigilantiter intendunt, quotidianis debere se lachrymarū emundare fluentis. Licet enim iam esset adeptus cordis & corporis puritatē mirabilē, nō cessabat tamen lachrymarum imbribus iugiter oculos expiare mentales, coporeorū luminū non ponderando iacturam. Cum enim & continuo steru infirmitatem oculorum incurrisset grauissimam, suadente sibi medico, quod abstinere à lachrymis, si corporei visus cecitate vellet effugere: Vir sanctus respondit: Non est frater medice, ob amorem luminis, quod habemus commune cum mufcis, visitatio lucis æternę repellenda vel modicum, quia nō spiritus propter carnem, sed caro propter spiritū beneficiū lucis accepit. Malebat liquidē corporalis visus lumē amittere, quā lachrymas, quibus oculus mundatur interior, vt Deum videre valeat, repressa deuotionis spiritus impedire. Cum autē semel daretur consiliū à medicis, & instanter suaderetur à fratribus, vt pateretur sibi per remedium subueniri cocturę, humiliter vir Dei assensit, quia salutiferū hoc simul & asperum esse cernebat. Vocatus itaq; venit chirurgus, instrumentū ferreum igni submittens ad faciendā cocturam. At Christi seruus corpus iam horrore concussum confortans, sicut amicus, cœpit ignem alloqui, dicens: Mi frater ignis, præ cæteris rebus æmuldā decoris, virtuosum, pulchrum, & vitē te creauit altissimus, esto mihi hac hora propitius, esto curialis: Precor magnū Dominū, qui te creauit, vt tuū mihi calorē temperet, quo suauius vrentem valeā sustinere. Oratione finita, cōtraigne candescens ferreum instrumentum signū crucis edidit, & deinceps intrepidus persistebat. Profundatū est crepitans ferum in tenera carne, & ab aure vsq; ad supercilium coctura protracta. Quantum irrogauerit ignis ille dolorem, vir ipse sanctus expressit: Laudate, inquit ad fratres, altissimus, quia verē dico vobis, nec ignis ardorem sensi, nec carnis vllum dolorē. Et conuersus ad medicum:

cōt heretici nostris qui nunquā a lateribus feminarū recedere volunt, hoc modo vivere nullis us vnquam sancto eorum patrum temporibus est.

25 Facit hoc cōtra nostri tēporis euāgelistas, qui nullas pati volunt tribulationes, nullos labores sustinere, vt regnū calorū aduipiantur, sed tantū fidei illi sue inani confidentes, in otio & inertia vīdūcunt.

in extasi factus, vidit inter multas in cælo sedes vnam præ cæteris digniorem, preciosis ornatam lapidibus, & omni gloria resurgentem. Miratus intra se præcellit resurgentem throni, anxia cepit cogitatione perquirere, quis ad illum deberet assimi. Audiuit inter hæc vocem dicentem sibi: Sedes ista vnius de ruentibus fuit, & nunc humiliter seruatur Franciscus. Reuersus demum frater ad se ab orationis excessu, virum beatum exterius prodeuntem solito fuit more sequutus. Cumque incedentes per viam de Deo inuisem loquerentur, frater ille visionis suæ non immemor, solerter ab eo quæsiuit, quid de seipso sentiret. Ad quem humiliter Christi seruus: Videor, ait, mihi maximus peccatorum. Cui cum frater diceret ex aduerso, quoddam hoc non posset sana conscientia dicere, nec sentire, subiunxit. Si quantumcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia prosequutus, arbitrator sanè, quoddam multò quàm ego Deo grator esset. Confirmatus fuit frater ex tam admirabilis humilitatis auditu de veritate visionis ostense, Euangelio sacro testante cognoscens, quoddam excellentiam gloriæ, de qua superbus eicitur, verè humilis exaltetur.

Alio quoque tempore cum in deserta quadam oraret ecclesia in provincia Malle apud montem Casalem, intellexit per spiritum sacras ibidem remansisse reliquias, quas cum longo iam tempore defraudatas honorificentia debita non sine mærore cõspiceret, præcepit fratribus, vt eas cum reuerentia deferrent ad locum. Sed cum poscente causa, discelsisset ab eis, mandati patris immemores filij, obedientiæ meritum neglexerunt. Die verò quadam sacra celebrare vellent mysteria, superiori altaris operimento submoto, ossa pulcherrima & redolentia nimis non sine admiratione reperiunt, intuentes reliquias, quas non hominis manus, sed Dei virtus attulerat. Reuersus paulò post vir Deo deuotus, diligenter cepit exquirere, si quod de reliquijs mandauerat, esset impletum. Verùm neglectæ obedientiæ culpam fratres consentes humiliter, cum pœna veniam meruerunt. Et ait vir sanctus: Benedictus Dominus Deus meus, qui per seipsum impleuit quod vos facere debuistis. Considera diligenter diuinæ prouidentia curam circa puluerem sanctorum: & humilis Francisci excellentem in oculis Dei perpende virtutem: Nam cuius iusis non paruit homo, votis obediuit Deus.

Quodam tempore deueniens Imolam, ciuitatis Episcopum adiit, humiliterque poposcit, vt eum ipse beneplacito posset populū ad prædicationem vocare. Cui Episcopus durè respondens: Sufficit, inquit, frater, quoddam ego prædicem populo meo. Inclinauit caput verus humilis, & foras egressus, post modicam horam regreditur intrò. A quo cum Episcopus quasi turbatus requireret quid iteratò petere vellet, humili tam corde, quàm voce respondit: Domine, si pater filium vno repulerit ofitio, alio sibi reintrādum est. Humilitate victus Episcopus, alacri vultu eum amplexus est, dicens: Tu & omnes fratres tui de cætero in Episcopatu meo generali mea licentia prædicetis, quia illud humilitas sancta promeruit.

Cõtigit ipsū aliquando Aretium deuenire, cum rota ciuitas intestino bello quassata propinquum sui minabatur excidiū. Hospitatus verò in suburbio vidit supra ciuitatē exultantes dæmones, ac perturbatos ciues ad cædem mutuam succedentes. Vt autē seditiosas illas effugaret aëreas potestates, frater Syluestri columbinę simplicitatis virū quasi præconē præmi sit, dicens: Vade ante portā ciuitatis, & ex parte Dei omnipotentis demonibus in virtute obedientiæ præcipe, vt exeant festinanter. Accelerat verò obedientis patris iussa perficere, & præoccupas in laudibus facit Dñi, ante portā ciuitatis cepit clamare valèter: Ex parte omnipotentis Dei, & iussu serui eius Francisci procul hinc discedite dæmones vniuersi. Redit ad pacē cõtinuò ciuitas, & ciuilitatis in se intra ciues oēs cū magna tranquillitate reformāt. Expulsa quippe demonū furibunda superbia, quę ciuitatē illā velut obsidione vallauerat, superueniens sapiētia pauperis, videlicet Francisci humilitas, pacē reddidit, vrbēq; saluauit. Humilis enim obedientia ardua promerete virtute, super spiritus illos rebelles atque proteruos tam potestatiū fuerat affectus imperiū, vt & ipsorū feroces proteruias premeret, & importunas violentias propulset. Fugiunt quidē superbi dæmones excelsas virtutes humiliū, nisi cum interdum ad humilitatis custodiā diuina eos clemētia colaphizari pmittit: sicut & Paulus Apostolus de seipso scribit, & Franciscus experimēto probauit. Rogatus enim a Dño Leone Cardinale sanctę Crucis, vt secum aliquantulū moraretur in Vrbe, acquieuit humiliter ob ipsius reuerentiā & amorē. Prima igitur nocte cum post orationē vellet quietescere, superuenient dæmones in Christi militē atrociter insurgētes. Quę cum diu verberasset, ac durè, ad vltimū quasi seminecē reliquerūt. Discedētibus illis socius vocatus aduenit. Cui cum vir Dei rei narrasset euentū, subiungēs ait: Credo frater, quod dæmones quod nihil possunt, nisi quantum prouidentia superna disponit, ideo in me nūc tam ferociter irruerūt, quia nō bonam spem præsert mansio mea in curia magnatorū. Fratres mei qui in locis pauperculis cõmorantur, audientes me cū Cardinalibus esse, suspicabūtur forsitan implicari mūdānis, offerri honoribus, & delictijs abūdare. Ideo melius iudico, eum qui ponitur in exemplum fugere curias, & humiliter inter humiles in locis conuersari

conuersari humilibus, vt sustinentes penuriam fortes efficiat similia sustinendo. Veniunt ergo mane, & humili excusatione proposita, valescunt Cardinali. Abhorrebat nempe vir sanctus superbiam omnium malorum originem & inobedientiam ipsius pessimam prolem, sed non minus humilitatem penitentia acceptabat. Accidit semel, vt eidem presentaretur quidam frater, qui contra legem obedientia aliquid fecerat, disciplina iusticia corrigendus. Videns autē vir Dei fratrem illum per signa euidentia veraciter esse compunctum, ad indulgendum ei amore fuit humilitatis inductus. Ne tamen facilitas venia incientium esset alijs delinquentibus, iussit ablatum fratri caputium in medio flammarū projici, vt omnes aduerterent, quanta qualique vindicta offensa sit inobedientia percellenda. Cumque per morā caputium fuisset in medio ignis, præcepit ipsum flammis detrahi, reddique fratri humiliter penitenti. Mirabile dictum: Extrahitur caputium de medio flammarum nullum habens adustionis vestigium: factum est, vt hoc vno Deo miraculo & sancti viri virtute & humilitatem penitentia commendaret. Dignè itaque sectanda est Francisci humilitas, quæ tam miram in terris etiam dignitatem obtinuit, vt Deum inclinaret ad votum, & hominis immutaret affectum, dæmonum proteruitatem suo iussu propelleret, & flammarum voracitatem solo nutu refrenaret. Re vera hæc est, quæ possessores suos exaltans, dum omnibus reuerentiam exhibet, ab omnibus promeretur honorem.

¶ De amore paupertatis, & mira suppletionē defectuum.

Capitulum septimum.

¶ Nter cætera charismatum dona, quæ a largo datore Franciscus obtinuit, prærogatiua quadam spirituali promeruit in diuitias simplicitatis excrecere per altissimam paupertatis amorem. Hanc filio Dei vir sanctus familiarem attendens, & iam quasi toto orbe repulsam charitate sic studuit desponsare perpetua, quoddam non solum pro ea patrem matremque reliquit, verum etiam quæ habere potuit vniuersa dispersit. Nemo tam auri, quàm ipse cupidus paupertatis: nec thesauri custodiendi sollicitior vllus, quàm iste huius Euangelicæ margaritæ. In hoc præcipue suus offendebar aspectus, si quicquid videret in fratribus, quoddam paupertati non per oia consonaret. Re vera ipse a principio religionis vsque ad mortem, tunica, cordula, & scemoralibus diues, ijs 30 cõtentus fuit. Christi Iesu paupertatē & matris frequenter cū lachrymis reuocabat ad mentē, inde hæc virtutū altens esse reginā, quia in rege regū & in regina matre ipsius tam præstanter effulsit. Nam & fratribus in conclaui quæretibus, quæ virtus magis amicū redderet Christo, quasi secretū sui cordis aperiens, respondebat: Paupertatē noueritis fratres, spiritualē viā esse salutis, tanquā humilitatis fomentum, perfectionisque radicem, cuius est fructus multiplex, sed occultus. Hæc enim est Euangelici agri thesaurus absconditus, pro quo emendo vendenda sunt omnia, & quæ venditō possunt illius cõparatione spernenda. Ad huius, inquit, culmē quæ cupit attingere, non solum mundanę prudentia, verum etiam literarum peritię renuciare quodammodo debet, vt tali expropriatus possessione, introeat in potentias Dñi, & nudū se offerat brachijs crucifixi. Nequaquam enim seculo perfectè renunciat, qui proprii sensus oculos intra cordis arcana referuat. Sæpiè verò de paupertate sermonem faciens, iungebat fratribus Euangelicū illud: Vulpes foveas habent, & volucres celi nidus: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Propter quod docebat fratres, vt pauperū more pauperulas calulas erigerent, quas non habitarent vt proprias, sed sicut peregrini & aduenę alienas. Leges namque peregrinorum esse dicebat, sub alieno colligi tecto, stare ad patriam, pacificè p̄transire. Mādabat dirui aliquādo domos erectas, aut fratres exinde amoueri, si aliquid in eis perciperet, quoddam ratione appropriationis vel sumptuositatis contrariū esset: Euangelicę paupertati. Hæc sui dicebat ordinis fundamentū, cui substrato primariè sic omnis structura religionis innititur, vt ipsius firmitate firmetur, & euersione funditus evertatur. Docebat proinde sicut reuelatione didicerat, sacre religionis ingressum ab illo fore inchoandum Euangelico verbo: Si vis perfectus esse, vade, & vade oia quæ habes, & da pauperibus. Ideoque non nisi expropriatos, & nihil penitus retinentes admittebat ad ordinem, tum propter verbum sancti Euangelij, tum etiam ne forent in scandalum loculi referuati.

Vnde in Marchia Anconitana cuiusdam petenti ad ordinem recipi, verus pauperū Patriarcha respondit: Si vis Christi pauperibus iungi, pauperibus tua distribue. Quo audito perrexit homo, & ductus amore carnali sua reliquit, nihil pauperibus. Verum cum hoc illo referre vir sanctus audisset, dura eum increpatione feriens, dixit: Vade viam tuam frater mulca, quoniam nondū existi de domo & cognatione tua: cõsanguineis tuis tua dedisti, & defraudasti pauperes, dignus non es pauperibus sociari. Incepisti a carne, ruinofum fundamentum spirituali fabricę collocasti, Redit animalis homo ad suos, & repetijt sua, quæ pauperibus delinquere nolens, virtutis propositum citius dereliquit.

Alio quoque tempore cum in loco sanctę Marię de Portiuncula tanta esset inopia, quoddam non

28. Tu qui sanctos
reliquis negligis,
vide quantum
vir Dei illis exhibet
reuerentiam,
ims Deum ipse, si ita
dici fas est.

29. Ecce quō humilis
superioris potestate
carens, verbum Dei prædicat
et gaudet.

30. Vide quā sanctorum
et studiosus euangelicę
paupertatis amator iussit
beatissimus pater
Franciscus.

non posset hospitibus fratribus superuenientibus secundum necessitatem exigentiam prouideri, adiit virum Dei Vicarius suus, allegans penuriam fratrum, & petes vt in crantiu nouitiorum res aliquas referuare liceret, ad quas expendendas recurrere possent fratres tempore oportuno. Ad quem vir sanctus superni consilij non ignarus: Abiit, inquit, à nobis frater charissime, vt pro quouis homine impiè agamus in regulam: Malo te altare Virginis gloriose nudare, cum necessitas id requirit, quam contra paupertatis votum, & obseruantiam Euangelij aliquid vel modicum attentare. Gratius enim habebit beata Virgo, sancto Euangelij pfectè seruato consilio, suum altare detegi, quam altari suo ornato, filij sui promissum consilium prætermitti. Transiens autem quodam tempore vir Dei cū suo socio per Apuliam iuxta Barrum, inuenit in via bursam magnam, quasi plena esset denariis, tumescentem, quam vsitato vocabulo Fundam appellant. Monetur à socio pauper Christi, & instanter inducitur, vt bursa collatur è terra, & pecunia pauperibus erogetur. Renuit homo Dei, commentum affirmans fore diaboli in bursa inuenta: & fratrem non suadere rem meriti, sed peccati, alienam scilicet surripere ac donare. Recedunt de loco, festinant iter perficere ceptum. Sed nondum quiescit frater, vacua pietate delusus, virum Dei molestant, quasi qui de releuanda pauperum penuria non curaret. Acquieuit tandem vir inuitus redire ad locum, non vt fratris voluntatem perficeret, sed vt detegeret diabolicam fraudem. Reuersus est ergo ad Fundam cum fratre & iuvene quodam qui erat in via. Oratione præmissa, iubet socio illam leuare. Tremefactus frater obstupuit, diabolicum iam præsentens monstrum: propter obedientiam tamè sanctæ mandatum, dubitatem abigens cordis, manum extendit ad bursam. Et ecce seipens non modicus de bursa exiliens, simulq; cum ipsa subito euascentem, diabolicam deceptione fratri monstrauit. Hostilis itaq; versutiæ deprehensa fallacia, dixit vir sanctus ad socium: Pecunia seruis Dei ò frater, nihil aliud est, quam diabolus, & coluber venenosus.

Accidit post hæc quoddam mirabile viro sancto, dum se ad ciuitatem Senensem, causa exigente, transferret. Tres quidem mulieres pauperulæ, statura, ætate, ac facie per omnia similes, in quadam ei magna planitie inter Campilium & sanctum Quiricum occurrerunt, noui salutationis munusculum offerentes. Bene veniat, inquit, domina paupertas. Quo audito, verus paupertatis amator indicibili repletus est gaudio, vt ipse qui nihil in se salutandū hominibus tam libenter haberet, quam quod illæ decreuerant. Subito disparentibus illis, considerans fratres socij tam admirabilem in eis similitudinem, salutationis, occursum, & disparitatis nouitatem, mysticum aliquid designari circa virum sanctū non irrationabiliter perpenderunt. Sanè per illas tres, vt videbatur, mulieres pauperulas sic vniformi facie occurrentes, sic saluantes insolite, sic subito, disparentes, Euangelicæ perfectionis formositas, quantum ad castitatem scilicet, obedientiam & paupertatem, satis conuenienter ostenditur in viro Dei pari forma pfectè fuisse. licet gloriari prælegerit in priuilegio paupertatis, quam modò matrem, modò sponsam, modò dominam nominare solebat. In hac cæteros cupiebat excedere, quæ ex ipsa didicerat inferiorem se omnibus reputare. Si quando pauperiorem se quæpiam secūdum exteriorem habitū cerneret, semetipsum protinus arguens excitabat ad simile, tanquæ si æmula paupertate concertans vinci se timere in illo. Accidit enim vt pauperulæ quendæ obuium haberet in via. Cuius cum nuditate aspiceret, cõpunctus corde, lametabili voce dixit ad sociū: Magnā verecundiā intulit nobis huius inopia, quia nos pro magnis diuitiis paupertatē elegimus, & ecce magis relucet in isto. Propter sanctæ paupertatis amorem omnipotentis Dei famulus, eleemosinis ostiatim quæsitis vtebatur multò libentius, quam oblati. Si quando enim inuitatus à magnis personis, mens esset profusioribus honorandus, pius per propinquas vicinorū domos panū fragmenta petebat, ac deinde sic ditatus inopia discubebat. Et cum aliquando id fecisset, inuitatus à Domino Hostiense qui pauperè Christi præcipuo cõplexabatur affectu, conquerenti Episcopo, quod suo derogasset honori, vt ipse quæ in eius comesturus domo pro eleemosynis isset, seruis Dei respondit: Magnū mi dñe, vobis honorem exhibui: dum maiorem Dominum honorari: siquidem beneplacitū est Domino in paupertate, & ea maximè quæ voluntaria pro Christo mendicitas est. Hanc dignitatē regalem, quam pro nobis Dñs Iesus egenus factus assumpsit, vt sua nos ditaret inopia, ac verè pauperes spiritu regni cœlorū reges institueret, & heredes, nolo relinquere pro feudo diuitiarū falsarū nobis ad horā concessio. Nonnunquā fratres ad petendū eleemosynam hortas verè bis vtebatur huiusmodi: Ite, inquit, quoniā hac nouissima hora fratres minores commodatū sunt mundo, vt electi in eis impleant, vnde à Iudice cõmendantur, illud audientes suauissimū verbum: Quadiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Locundū proinde dicebat sub fratrum minorū titulo medicare, quæ in retributione iustorum Euangelicæ veritatis magister ore suo tam signanter expressit: In festis quoque præcipui, vbi oportunitas aderat, mendicare solitus erat, dicens in sanctis pauperibus Propheciū illud impleri:

Panem

Panem Angelorū manducauit homo. illum sanè panem Angelicum esse dicebat, quem pro Dei petiit amore, & beatis suggerentibus Angelis, pro ipsius charitate largitum sancta paupertas colligit ostiatim. Vnde cum semel die sancto Paschæ morā faceret in eremitorio quodam ab hominum habitatione remoto, quod comode medicare non posset, memor illius, qui discipulis eicitibus in Emmaus ipso die in specie peregrini apparuit, ab ipsis fratribus elemosynam petijt, vt peregrinus & pauper. Quam cum accepisset humiliter, sacris eos informauit eloquijs, quod transientes per mundi desertum tanquam peregrini & aduenæ, veri q; Hebræi, Pascha Dñi, hoc est, transiit ex hoc mundo ad patrem, in paupertate spiritus cõtinuè celebraret. Et quoniam in petendis elemosynis non quæstus agebatur cupidine, sed spiritus libertate, pater pauperū Deus speciale de ipso curā gerere videbatur. Accidit enim, vt infirmitate grauatus Dñs seruis in loco Nocerie, reduceretur Asisium per solennes nuncios ab hoc Asisianis populi deuotione tramissos. Qui Christi famulū deducētes, ad villā quandā deuenerunt, pauperulum nomine Sathianum, vbi cum fames & hora cibum expererent, euntes & nihil inuenientes venale vacui redierunt. Ad quos vir sanctus, ideo nihil inuenistis, quia plus in multis vestris quam in Domino confiditis. Multas nempe denarios vocauit. Sed reuertimini, ait, per domos quas circuistis, & amorem Dei offerentes pro pretio, humiliter elemosynam postulate. Nec fessa id æstimatione verecundum putetis aut vile, quoniam vniuersa in elemosynam post peccatum dignis & indignis elemosynariis ille magnus largiflua pietate concessit. Deponunt erubescentiam milites, & elemosynam sponte petentes, plura pro Dei amore quam denariis emunt. Siquidem diuino nutu corde cõpuncti pauperes incolæ non solum sua, sed & seipos liberaliter obtulerunt. Sicque factum est, vt inopiam quam pecunia releuare non poterat, Francisci pauperes suppleret. Tempore quo infirmus iacebat, in eremitorio propè Reate medicus quidam opportuno cum frequentabat officio. Cum autem Christi pauper impotens esset ad rependendam mercedem labori condignam, liberalissimus Deus ne ipsum sine præsentis remuneratione dimitteret, pium eius obsequium hoc nouo beneficio vice pauperis compensauit. Huius enim medici domus, quam tunc temporis ex omni lucro suo de nouo construxerat, parietum patula scissione à summo vsque deorsum, ad eò de proximò minabatur ruinam, quod non videbatur per humane artis industriam possibile ipsius casui obuiare. Ipse verò de sancti viri meritis planè confidēs cum magna fidei deuotione petiuit à sociis eius aliquid sibi concedi, quod item vir Dei manibus contactasset. Cum igitur modicum de capillis ipsius multa precū obtentum instantia, posuisset de sero intrā muri scissurā, mane confluens tanta inuenit apertulam illā soliditate conclusam, vt nec reliquias ibi positas posset extrahere, nec scissuræ prioris vitiū aliquod inuenire. Factumque est, vt qui ruinoso corpusculo serui Dei sedulè ministrarat, ruituræ domus propriæ periculo præcaueret. Alio quoque tēpore vir Dei ad quandam eremum transferre se volens, vt ibi liberius contēplationi vacaret, quia debilis erat, cuiusdā viri pauperis vtebatur asello. Cumque diebus æstiuis famulum Christi sequendo vir ille montana conscenderet, asperioris & longioris viæ itinere fatigatus, nimioq; sitis ardore deficiens, instanter cepit clamare post sanctum: En morior, inquit, siti, nisi poculi alicuius beneficio refociller. Abique mora vir Dei profliuit de asino, & fixis in terra 51 genibus, palmas tetendit in cœlum, orare non cessans, donec se intellexit auditum, Oratione tandem finita: Festina, inquit viro, ad petram, & illic aquam viuam inuenies, quam tibi hac hora misericorditer Christus de lapide bibendam produxit. Stupenda Dei dignatio, quæ seruis suis tam facile se inclinat, Bibit sitiens homo aquā de petra orantis virtute, & poculum hausit de saxo durissimo. Aquæ decursus ibidem antè non fuit, nec vt est diligenter quæsitū, deinceps potuit inueniri. Qualiter aut per merita sui pauperis Christi multiplicauerit cibos in mari, cum suo sic loco inferius adnotandū, hoc tantum cõmemorasse sufficiat, quod de elemosyna modica sibi collata, nautas à famis & mortis periculo per dies plurimos liberauit, vt ex hoc liquido possit aduerti, quod omnipotentis Dei famulus, sicut in eductione aquæ de petra cõformis extitit Moyse, sic in multiplicatione victualium Helisæo. Procul igitur à pauperibus Christi diffidētia omnis abscedat. Si enim paupertas Francisci adeo copiosè sufficientiæ fuit, vt subuentiam cibi defectus tam mira virtute suppleret, quod nec cibus, nec potus, nec domus deesset, cum pecuniæ, & artis, & naturæ facultas defecerat: multò magis illa merebitur, quæ vsitato diuinæ prouidentie ordine cõmuniter conceduntur. Si, inquam, petras siccitas ad pauperis vocem abundans poculum sitiēti propinauit pauperulo, nil iam inter omnia suum, denegauit obsequium his, qui pro autore omnia omnia reliquerunt.

De pietatis affectu, & quomodo ratione carentia videbantur ad ipsum affici.

Capitulum Octauum.

Pietas vera, quæ secundum Apostolum ad omnia valet, ad eò cor Francisci repleuerat, ac penetrare

si Habet hic orationem
Hanc eū genu flexa
lone, et manu ad
cœli extēsiore, ne
non illius exaudiri
oitem.

nn iiiij

penetrare

penetraterat, vt totum videretur seruum Dei in suum dominium vendicasse. Hæc est, que ipsum per deuotionem sursum agebat in Deum, per cõpalsionem transformabat in Christum, per condescensionem inclinabat ad proximũ, & per vniuersalem conciliationẽ ad singula, figurabat ad innocentie statũ. Cumque per hanc piẽ moueretur ad omnia, specialiter tamen animas Christi Iesu sanguine pretioso redemptas, cum cerneret inquinari aliqua sorte peccati, tanta miserationis teneritudine deplorabat, vt eas tanquã mater in Christo quotidie parturiret. Et hoc penes ipsum causã precipua venerandi verbi Dei ministros, quod semen fratri suo defuncto Christo videlicet pro peccatoribus crucifixo, per ipsorũ conuersionẽ & pia sollicitudine suscitent, & solita pietate gubernent. Istiusmodi miserationis officium patri misericordiarũ omni sacrificio firmabat acceptius, maxime si studio fuerit perfecte charitatis impensum, vt ad id laboretur magis exẽplo, quã verbo, magis lachrymosa prece, quã loquaci sermone. Plangendũ proinde dicebat prædicatorẽ tanquam vera pietate priuatum, siue qui in prædicatione non animarum querit salutẽ sed propria laudẽ, siue qui prauitate destruit vitã, quod ædificat veritate doctrinã. Præferendũ huic dicebat fratrem simplicẽ & elingue, qui bono exẽplo alios prouocat ad bonum. Illud quoque; verbũ: Donec sterilis peperit plurimos, taliter exponebat. Sterilis, inquit, est frater pauperulus, qui generandũ in ecclesia filios non habet officiu. Hic pariet in iudicio plurimos, quia quos nunc priuatis orationibus conuertit ad Christũ, suã gloriã tunc Iudex ascribet. Quã multos habet filios infirmabitur: quia prædicator vanus & loquax, qui multis nũc quasi sua virtute genitis gaudet, cognoscat tunc se nil proprii habere in eis. Cum igitur animarũ salutẽ viscerosa pietate appeteret, & feruida æmulatione zelaret, suauissimis se dicebat repleri odoribus & quasi vnguento pretioso liniri, cum sanctorũ fratrũ per orbem distantiũ odorifera fama multos audiret ad viam veritatis induci. Ex talium auditu exultabat in spiritu, benedictionibus omnĩ acceptione dignissimis fratres illos accumulans qui verbo vel opere ad Christi amorẽ induceret peccatores. Sic etiã qui religionẽ sacram iniquis violaret operibus, maledictionis eius grauissimam incurrebant sententiam. A te Domine, inquit, sanctissime, & à tota cœlesti curia, & à meo paruulo tuo sint maledicti, qui suo malo exemplo cõfundunt & destruit, quod per sanctos fratres ordinis huius ædificasti, & ædificare non cessas. Tanta frequenter afflictebatur molestia super scandala pusillorum, vt deficere se putaret, nisi diuinã fuisset clementie consolatio suffulset. Cum autẽ semel malis turbatus exemplis anxio spiritu misericordem patrem precaretur pro filijs, responsum huiusmodi reportauit à Domino: Cur tu pauper homuntio conturbaris? An ego te super religionem meam sic pastore institui, vt me principalem nescias esse patronum? Hominem simplicẽ ad hoc te constitui, vt quẽ in te fecero, nõ humanẽ industriã, sed supernã gratiã ascribantur. Ego vocaui, seruabo, & pascam, & alijs exidentibus, alios subrogabo, ita vt si nati non fuerint, faciam illos nasci. Et quantiscunque fuerit impulsibus pauperula hæc concussa religio, salua semper meo munere permanebat.

Detractionis quoque vitium inimicum fontis pietatis & gratiã, tanquam serpentinum abhorrebat morsum & atrocissimum pestem, & pijsimo Deo abominabile sepe firmabat, pro eo quod detractor animarum sanguine pascitur, quos gladio linguẽ necat. Audiẽs semel fratrem quandam denigrare famam alterius, conuersus ad vicarium suum dixit: Surge, surge, discute diligenter, & si accusatum fratrem innocentem reperis, accusantem dura correctione cunctis redde notabilem. Nonnunquam verò eum qui fratrem suum famã gloria spoliaret, iudicabat habitu spoliandum, nec ad Dominum oculos posse leuare, nisi prius quod abstulerat, reddere pro posse curaret. Tãrò maior est (aiebat) detractorum impietas, quã latronum, quantò lex Christi quã in obseruantia pietatis impletur, magis animarũ quã corporum nos astringit optare salutem. Assilctis quoque qualicunq; corporali molestia, mira cõpalsionis teneritudine condescendens, si quid penurie, si quid defectus in aliquo cerneret, pijs cordis dulcedine regerebat in Christum. Sanẽ clementiã habebat ingentiam, quam superinfusa Christi pietas duplicabat. Itaque liquecebat animus eius ad pauperes, & infirmos, & quibus non poterat manum, exhibebat affectum.

Contigit semel vt pauperi cuidam elemosynam importunẽ petenti vnus è fratribus durius responderet. Quod audiens pauperum pius amator, fratri præcepit, vt ad illius pauperis pedes se nudatum prosterneret, proclamaret culpabilem, orationis suffragiũ postularẽ & veniam. Quod cum ille fecisset humiliter, dulciter pater adiecit: Dũ pauperem vides, ò frater, speculũ tibi proponitur Domini, & pauperis matris eius: In infirmis similiter infirmitates quas assumpsit, considera. Cumque in pauperibus cunctis & ipse Christianissimus pauper effigiẽ Christi prospiceret, si qua etiam necessaria vitã sibi collata fuissent, eis occurrentibus non solum liberaliter conferebat, verum etiam ac si illorum propria essent, iudicabat esse reddenda. Accidit semel, vt eidem redeunti de Senis pauper quidam occurreret, cũ occasione

occasione infirmitatis super habitu palliolo quodam esset amictus. Cuius miseria oculo clementi conspecta: Oportet, inquit, ad socium, vt reddamus mantellum pauperulo, isti nõ ipse est: mutuo enim ipsum accepimus, donec pauperiorem inuenire contingeret. Socius autẽ pijs patris necessitatẽ considerans, pertinaciter obstitebat, ne prouideret alij, se neglecto: At ille: Pro furto, ait, mihi reputo à magno elemosynario imputandum, si hoc quod sero, non dædero magis egentĩ. Propterea de omnibus quã sibi dabantur ad necessitatẽ corporis releuandã, solitus erat à dantibus licentiam petere, vt licitẽ polleret, si magis egenus occurreret, erogare. Nulli profus rei parcebat, nec mantellis, nec tunicis, nec libris, nec etiam parentis altaris, quin omnia hæc dũ polleret, vt pietatis impleret officium, largiretur. Pluries cum oneratis obuiaret in via pauperibus, imbecilles humeros illorum oneribus supponebat. Consideratione quoque; primã originis omnĩ abundantiori pietate repletus, creaturas quantumlibet paruas fratris vel sororis appellabat nominibus, pro eo quod sciebat eos vnũ secum habere principium. Illas tamen viscerosius amplexabatur & dulcius, quã Christi mã suetudinem piam similitudine naturali prætendunt, & scripturã significatione figurant. Redemit frequenter agnos qui ducebantur ad mortem, illius memor agni mitissimi, qui ad occasionem duci voluit pro peccatoribus redimendis. Hospitato quadã vice seruo Dei apud monasterium sancti Verecundi de Episcopatu Eugubij, ouicula quãdã agniculum peperit illa nocte. Aderat sus ferocissima, quã vitã innocenti non parcens rapaci eum morsu necauit. Hoc audito, pius pater mira cõpalsione cõmotus, & agni sine macula recordatus, lamẽtãbatur pro morte agniculi coram omnibus, dicens: Heu me, frater agnicule, animal innocẽs, Christum hominibus representãs, maledicta sit impia, quã te interfecit, nulloque de ea comedat homo, vel bestia. Mirabile dictũ. Statim infirmari cœpit porca malefica, et tribus diebus corpore pœnã exoluens, vlticẽ tandem pertulit necem. Proiecta autem in vallũ monasterij, ibique longo tempore iacens, in modum tabulã deficcata, nulli fuit esca famelico. Aduerat igitur humana impietas, quali pœna sit ferienda finaliter, si tã horrenda morte percussa est ferocitas bestialis. Perpẽdat & fidelis deuotio, quã in seruo Dei pietas fuerit admirandã virtutis & copiosã dulcedinis, vt ei applauderet suo modo etiã natura brutorũ. Iter enim faciens iuxta ciuitatẽ Senesem, inuenit in pascuis magnũ ouiu gregem. Quas cum benignẽ (vt erat solitus) salutasset, relicto pasto, cucurrerunt ornes ad eũ, leuantẽsq; capita sua, erectis in eum luminibus intendebant. Tantum quidem ei fecerunt applausum, vt & pastores mirarentur & fratres, cernentes circa ipsum tã ouiu agnos, quã ipsos arietes sic mirabiliter exultantes. Alio quoque tempore apud sanctam Mariam de Portiuncula quãdã viro Dei fuit ouis oblata, quam propter innocentie & simplicitatis amorẽ, quas ouis natura præterdit, gratanter suscepit. Monebat pius vir ouiculam, vt & laudibus diuinis intenderet, & ab omni fratrum offensa caueret. Ouis autẽ, quasi viri Dei pietatem aduerteret, informationem ipsius sollicitẽ obseruabat. Nam audiens fratres in choro cantare, & ipsa Ecclesiã ingrediens sine alio cuius informatione flectebat genua, vocem balatus emittens antẽ altare virginis matris agni, ac si eam salutare gestiret. Insuper & cum 32 eleuaretur sacratissimũ Christi corpus inter missarum solennia, flexis curuabatur poplitibus, tanquam si reuerẽs petrus de irreuerentia in deuotos argueret, Christoq; deuotos ad sacramenti reuerentiam inuiteret. Tempore quodam agniculum in vrbe secũ habuerat ob reuerentiam illius mitissimi agni, quem nobili matronã, dominã scilicet Iacobã de septem solijs in suo recessu conseruandum commisit. Agnus verò quasi in spiritualibus eruditus à sancto, dominã ad Ecclesiam euntri, stanti, & reuerenti societate inseparabili cohærebat. Si matutinali hora domina tardaret exurgere, agnus confurgens impellebat eam cornulis, & balatibus excitabat, gestibus adhortans & nutibus, vt ecclesiam properaret. Propter quod agnus Francisci discipulus, deuotionis iam magister effectus, vt mirabilis & amabilis à domina seruabatur.

Alio quoque tempore apud Græcium viuis viro Dei oblatum fuit lepusculus, qui liber in terra positus, cum posset, quò vellent, effugere, vocante se patre benigno, in sinum illius prope curso saltauit. Quem ipse pio cordis affectu circumfouens, videbatur eidem compati quasi mater, dulciq; alloquutione commonitum, ne se iterum capi permitteret, liberi abire permisit. Cumque pluries in terra positus vt abscederet, semper in sinum patris rediret, tanquam si sensu quodam occulto cordis ipsius perciperet pieratem, tandem iussu patris à fratribus delatus est ad loca solitudinis tutiora. Modo quoque cõsimili in insula lacus Persusini cuniculus quidam captus, & viro Dei oblatum, cum ceteros fugeret, manibus eius & sinu se domestica securitate commisit. Per lacum Reatinum eidem ad eremũ de Græcio properanti, piscator vnam ex deuotione fluuiã obtulit anẽ. Quam cum libenter susceptam aperit inuitaret manibus ad recessum, nec illa vellent abire, 33 erectis in caelum oculis, diu in oratione permansit, & quasi aliunde post longam horam ad se reuersus, dulciter iterato mandauit

32 Et quũ eleuare tur sacratissimum Christi corpus inuiter missarum solennia, ouicula flexis curuabatur poplitibus, ecce quomodo bruta animalia Deum suum cognoscunt & reuerentur, miserũ autẽ hæc reticet minus.

33 Et erectis in caelum oculis, diu in oratione permansit dicitur

dauit auiculæ, vt Dominum laudatura recederet. Suscepta itaque cum benedictione licentia, gestu corporis quoddam prætendens gaudium auolauit. In eodem lacu similiter oblatu fuit ei piscis magnus & viuus, quem more solito fraterno nomine vocans in aquam repositus iuxta nauem. Piscis verò coram viro Dei ludebat in aqua, & quasi amore illius allectus nullatenus recessit à nauì, nisi prius ab eodem cum benedictione licentia sibi data.

Alio quoque tempore ambulans cum quodâ fratre per palude Veneticarum, inuenit maximam auium multitudinem residens & cantantium in virgultis. Quibus visis dixit ad socium: Sorores aues laudant creatorem suum, nos itaq; in medium ipsarum euntes, laudes 34: & horas canonicas Domino decantemus. Cumq; in medium ipsarum intrassent, nō sunt aues motæ de loco, & quia propter garrum ipsarum in dicendis horis se mutud audire nō poterant, conuersus vir sanctus dixit ad aues: Sorores aues à cantu cessate donec laudes Deo debitas persoluamus. At ille cōtinuò tacuerunt, tam diu in silentio persistentes, quamdiu dictis horis spaciōse, & laudibus persolutis à sancto Dei cantandi licentiam receperunt. Dan te autem eis viro Dei licentiam, statim more solito cantum suum resumpserunt.

Apud sanctam Mariam de Portiuncula, iuxta cellam viri Dei, super ficum Cicada residens & decantans, cum seruum Domini, qui etiam in paruis rebus magnificentiam creatoris admirari didicerat, ad diuinas laudes cantu suo frequentius excitaret, ab eodem quadâ die vocata velut edocta cœlitus, super manum volauit ipsius. Cui cum dixisset: Canta soror mea Cicada, & Dominum creatorem tuo iubilo lauda, sine mora obediens canere cœpit, nec destitit, donec iussu patris ad locum proprium reuolauit. Mansit autē per octo dies ibidē, quolibet die veniendo, cantando, & recedendo eius iussa perficiens. Tandem vir Dei ait ad socios: Demus iam forori nostræ Cicadæ licentiam, satis enim nos suo cantu lætificas, ad laudes Dei octo dierum spacio excitauit. Et statim ab eo licentia recessit, nec vltra ibidē apparuit, ac si mandatum ipsius non auderet aliquatenus præterire.

Eidem Senis infirmo Phasianus quidâ de nouo captus, à nobili quodâ transmissus est viuus, qui continuò vt virum sanctum audiuit & vidit, tanta ei amicitia cohaesit, vt nullo modo pateretur ab ipso seungi. Nā plurib; vicibus extra locellū fratrum in vinea positus, vt abiret, si veller, rapido semper cursu redibat ad patrem, tanquam si ab eodē omni fuisset, tēpore educatus. Deinde cuidâ collatus viro, qui ex deuotione seruū Dei visitare solebat, velut sibi molestū foret à pij patris absentari cōspectu, eicā reculauit omnino. Reportatus tandē ad famulū, Dei, statim vt cōspexit eudē, quibusdā hilaritatis præteritis gestibus auidē mādauit.

Cum ad eremum peruēisset Aluernæ propter Quadragesimam celebrandam in honorē Archangeli Michaelis, diuersi generis aues circa ipsius cellulam volitantes, concētū sonoro, & lætitiæ gestibus, quasi de eius aduentu gaudentes, patrem pium inuitare, ac allicere videbantur ad moram. Quo viso, dixit ad socium: Cerno frater, volūtatē esse diuinā, quod hīc aliquamdiu commoremur, tantum sorores auiculæ de nostra videntur præsentia consolari. Cum igitur contraheret ibi moram, falco ibidem nidificans, magno se illi amicitia federe copulauit. Nam semper horam nocturno tempore, in qua vir sanctus ad diuinā officia surgere solitus erat cantu suo præueniebat, & sono quod famulo Dei grauissimum erat, eò quod rāta sollicitudo, quam circa eum gerebat, omnem ab ipso torporem desidīæ excuteret. Cum verò seruus Christi infirmitate plus solito grauaretur, parcebat falco, nec tam tempestiuas indicebat vigilias, siquidem velut instructus à Deo, circa diluculum suæ vocis campanam leui tactu pullabat. Diuinum certē videtur fuisse præfagium, tam in exultatione multi modi generis auium, quam in cantu falconis, cum Dei laudator & cultor pennis contēplationis subuectus tunc foret illic apparitione Seraphica sublimandus.

Moram eo faciente tempore quodâ in eremitorio Græcij, loci illius indigenæ malis multiplicibus vexabantur. Nā & luporum rapacium multitudo, non solum bruta, sed & homines consumebat, & grando annua tēpestate blada & vineas deuastabat. Dum igitur sic afflictis præco sacri Euangelij prædicaret, dixit ad eos: Ad honorem & laudē Dei omnipotentis fidere iubeo vobis, quod pestilentia hæc omnis abscedet, & respiciens vos Dominus multiplicabit in temporalibus bonis, si mihi credentes misererimini vestri, vt vestra confessione præmissa, dignos faciatis penitentię fructus. Iterum hoc annuncio vobis, quod si beneficijs ingrati ad vomitum conuersi fueritis, innouabitur plaga, duplicabitur pena, & maiori in vos ira defaueit. Ab illa utique hora penitentiam ad exhortationem ipsius agentibus illis, cessauerunt clades, perire pericula, nec molestiæ quicquam lupi inulere, vel grandines. Imò quod maius est, si quando vicinorum arua grando peruaderet, istorum terminis appropinquans terminabatur ibidem, aut in partem aliam diuertebat. Cessauit grando, seruauerunt & lupi pactionem serui Dei, nec contra pietatis legem in homines ad pietatem conuersos attentauerunt amplius defauiere, quamdiu iuxta conditum, contra pijsimas Dei leges impiè

impiè non egerunt. Piè igitur sentiendum est de pietate viri beati, quæ tam miræ dulcedinis & virtutis fuit, vt domaret ferocia, domesticaret syluestria, mansueta doceret, & brutorum naturâ homini iam lapsa rebellem, ad sui obedientiâ inclinaret. Verè hæc est, quæ cunctas sibi creaturas cōfederans valet ad omnia, promissionē habēs vitæ quæ nunc est, & futura.

¶ De seruire charitatis, & desiderio martyrij.

Capitulum Nonum.

Charitatem feruentem, quæ sponsi amicus Franciscus ardebat, quis enarrare sufficiat? Totus namq; quasi quidâ carbo ignitus diuini amoris flamma videbatur absorptus. Subitò enim ad auditum amoris Dñi excitabatur, afficiebatur, inflammabatur, quasi plectro vocis extrinsecæ corda cordis interior tangeretur. Talē pro elemosynis censum offerre nobilē prodigalitate dcedat, & eos qui minus ipsum, quàm denarios reputarēt, esse stultissimos, pro eo quod solius diuini amoris impreciabile preciū ad regnum cœlorum sufficiat comparandum, & eius qui nos multum amauit, multum sit amor amandus. Vt autē ex omnibus excitaretur ad amorem diuinum, exultabat in cunctis operibus manū Domini, & per iocunditatis specula in viuificam cōsurgebat rationē, & causam. Cōuebatur in pulchris pulcherrimum, & per impressa rebus vestigia, prosequēbatur vbiq; dilectū, de omnibus sibi scalam faciens, per quā conscenderet ad apprehendū eū qui est desiderabilis totus. Inauditæ namque deuotionis affectu fontalem illam bonitatē in creaturis singulis tanquam in riuiulis degustabat, & quasi celestē concentum perciperet in cōsonantia virtutū, & actū eis datorū à Deo, ipsas ad laudem Domini more prophete David dulciter hortabatur. Christus Iesus crucifixus intra suæ mentis vbera, vt myrrhæ fasciculus, iugiter morabatur, in quē optabat per excessiui amoris incendiū totaliter transformari. Prærogatiua quoq; peculiaris deuotionis ad ipsum, ab Epiphaniæ festo vsque ad continuos quadraginta dies, eo scilicet tempore, quo Christus latuit in deserto, ad solitudinis loca declinans, cellaq; reclusus quanta poterat arctitudine 35 cibi & potus, ieiunij, & orationibus, et laudibus Dei sine intermissione vacabat, tam seruido quidem in Christum ferebatur affectu. Sed & dilectus illi tam familiarem repperdebat affectū, vt videretur ipsi famulo Dei, quasi iugem præ oculis ipsius Saluatoris sentire præsentia, sicut aliquando socijs familiariter reuelauit. Flagrabat erga sacramentum Dominici corporis seruire omnium medullarum, stupore admirans per maximo illā charissimam dignationē & dignatissimā charitatem. Saepè cōmunicabat, & tam deuotē, vt alios deuotos efficeret, dum ad immaculati agni degustationem suauē quasi spiritu ebrius, in mentis vt plurimum rapiebat excessum. Matrem Domini nostri Iesu Christi indicibili complectebatur amore, eò quod Dominum maiestatis fratē nobis effecerit. & per eam sinu misericordiam cōsequuti. In ipsa 36 post Christū præcipuè stitens, eam sui ac suorum aduocantē cōstituit, & ad honorem ipsius à festo Apostolorum Petri & Pauli vsque ad festum Assumptionis deuotissimè ieiunabat. Angelicis spiritibus ardentibus igne mirifico ad excedendum in Deum, & electorum animas inflammandas, inseparabilis erat amoris vinculo copulatus, & ob deuotionem ipsorum, ab assumptiōe virginis gloriosæ quadraginta diebus ieiunans orationi iugiter insistebat. Beato autem Michaeli Archangelo, eò quod animarum representandarum haberet officium, spirituali erat amore deuotior, propter seruidum quem habebat zelum ad salutem omnium saluandorum. Ex recordatione sanctorum omnium tanquam lapidū ignitorum, in Desicium recalescebat incendiū. Apostolos oēs, & præcipuè Petrū & Paulū, propter seruidam charitatem quam habuerunt ad Christum, summa deuotione complexans, ob quorum reuerentiam & amorem quadagesimæ specialis ieiunium Domino dedicabat.

Non habebat aliud Christi pauper nisi duo minuta, corpus scilicet & animam quod posset liberali charitate largiri. Sed hoc per amorem Christi sic offerebat cōtinuè, vt quasi omni tempore per rigorem ieiunij corpus, & per ardorem desiderij spiritum immolaret, exterius in atrio sacrificans holocaustum, & in templo interius concremans thymiama. Sic autē eum charitatis excessiua deuotio sursum in diuina ferebat, vt eiusdem affectuosa benignitas ad naturæ consortes & gratiæ dilatarēt. Quem enim creaturis ceteris germanum pietas cordis effecerat, mirum non est si creatoris insignitis imagine, & sanguine redemptis autoris germaniorem Christi charitas faciebat. Non se Christi reputabat amicum, nisi animas foueret, quas ille redemit. Saluti animarum nihil præferendum esse dicebat, eò maximè probans quod vnigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. Hinc sibi in oratione lætamen, in prædicatione discursus, & in exemplis dandis excessus. Vnde quotiens austeritas nimia reprehenderetur in ipso, respondebat se datum alijs in exēplum. Licet enim innocens eius caro, quæ iam se spontē subdebat spiritui, nullo egeret flagello propter offensas, tamen exempli causa reuocabat illi pœnas & onera, custodiens propter alios vias duras. Dicebat enim, si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatē autem in meipso nō habeam

34 Nota, Laudes & horas canonicas Domino decantantem.

35 Vide sancti patris cibi & potus abstinentiam, vide ieiunia & orationes. Hæc sunt bonorum monachorum extricilla.

36 Considerent heretici quid dicatur hic de beata Dei genitrice. In ipsa post Christi præsentiam suæ habes, eam sub ac suorum aduocata tam constituit.

habeam, & proximis virtutum exempla non monstrem, partum prosum alijs, nihil.

Feruenti quoque charitatis incendio gloriosum sanctorum martyrum amulabatur triumphum, in quibus nec amoris flamma extingui, nec fortitudo potuit insinari. Desiderabat propterea & ipse illa perfecta charitate succensus, quae foras mittit timorē, per martyrij flammam, hostiā Domino se offerre viuentem, ut & vicē Christo pro nobis morietī repederet, & ad diuinum amorem ceteros prouocaret. Sexto namq; conuersionis suae anno, desiderio martyrij flagrans, ad praedicandum fidem Christianam & poenitentiam Sarracenis, & alijs infidelibus, ad partes Syriae transfretare disposuit. Cumq; nauem quandā ut illuc tenderet, cōfcedisset, ventis contrarijs flantibus, compulsus est in Sclauoniae partibus applicare. Cum igitur moram aliquandiu contraxisset ibidem, nec inuenire posset nauem tunc temporis transfretantem, fraudatam à suo desiderio se sentiens, nautas quosdam Anthoniam tendentes, ut amore Dei eum secū ducerent, exorauit. Verū illis propter expensarum defectū pertinaciter recusantibus, vir Dei plurimum de Domini bonitate cōfusus, nauem cum socio latenter conscendit. Assuit quidam à Deo, ut creditur, pro paupere suo missus, qui secū ferens necessaria victus, quendam timentē Deū de nauī ad se vocatum sic alloquitur. est: Hęc pro pauperibus fratribus in nauī latitantibus cōserua fideliter, ac necessitatis tempore amicablem subministra. Sicq; factū est, ut nautis propter vim ventorū per dies plurimos nusquā applicare valētib; omnia consumerētur ipsorū cibaria, & sola pauperi Frāncisco collata desuper eleemosyna superesset. Quae cum esset modica, tantum diuina virtute suscipere augmentum, ut diebus pluribus in mari propter tempestatē continuā cōtrahebentibus moram, vsque ad portū Anthoniae omnium necessitatibus plenariē subueniret. Videntes itaque nauē per seruū Dei multa se mortis euasisse discrimina, tanquam qui maris horrenda pericula senferant, & miranda opera Domini viderāt in profundo, gratias egerūt omnipotēti Deo, qui semper in suis amicis & seruis mirabile & amabile se ostēdit. Cum autē relicto mari terrā perambulare cepisset, iactato in eam salutis semine, reportabat manipulos fructuosos. Verū quia martyrij fructus adeo cor eius allegerat, ut preciosam pro Christo mortem super omnia virtutū merita peroptaret, versus Marrochium iter arripuit, ut Miranolino, & gēti eius Christi Euangelij praedicaret, si quo modo ad concupitam palmam valeret attingere. Tanto namq; desiderio ferebatur, ut quamuis esset imbecillis corpore, peregrinationis suae praerurere comitem, & ad exequendum propositum festinus, & tanquam spiritu ebrius aduolare. Sed cum iam vsque in Hispaniam perrexisset diuina dispositione, quae ipsum reseruabat ad alia, grauissima ei superuenit infirmitas, qua praepeditus quod cupiebat, adimplere nequiuit. Senties igitur vir Dei, quod necessaria erat adhuc proli quam genuerat, ipsius vita in carne, quamuis mortem sibi lucrum putaret esse, redijt ad pascendum oves suae sollicitudini commendatas.

Verū charitatis ardore spiritum ipsius ad martyrium perurgente, tertia adhuc vice pro fide Trinitatis effusione sui sanguinis dilatanda, versus infidelēs proficisci tentauit. Tertio decimo namque conuersionis suae anno ad partes Syriae pergens, multis se periculis cōstanter exposuit, ut Soldani Babyloniae posset adire praesentiam. Inter Christianos enim ac Sarracenos tunc bellum tam implacabile erat, exercituum castris hinc inde in campo cominus ex aduerso locatis, ut via mutui transitus sine mortis discrimine non patēret. Exierat siquidem à Soldano edictum crudele, ut quicumque caput alicuius Christiani afferret Bilantium, aureum pro mercede reciperet. At intrepidus Christi miles Franciscus sperans in proximo suum adipisci posse propositum, desinuit iter arripere, mortis pauore non territus, sed desiderio prouocatus. Oratione namque praemissa confortatus à Domino, confidenter illud propheticum decantabat: Nam etsi ambulauero in medio vmbrae mortis nō timebo mala, quoniam tu mecum es. Assumpto igitur socio fratre Illuminato nomine, viro vtique luminis & virtutis, cum iter cepisset, obuias habuit ouiculas duas, quibus visus exhilaratus vir sanctus dixit ad focium: Confide frater in Domino. Nam in nobis Euangelium illud impletur: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Cum autem processissent ulterius, occurrerunt ei satellites Sarraceni, qui tanquam lupi celeriter accurrentes ad oves, seruos Dei feraciter cōprehensos crudeliter & contemptibiliter pertractarunt, afficientes conuicijs, affligentes verberibus, & vinculis alligantes. Tandem afflicto multipliciter, & attrito ad Soldanum diuina disponente providentia, iuxta viri desiderium, producerunt. Cum igitur princeps ille perquireret à quibus, & ad quid, & qualiter missi essent, intrepido corde respondit Christi seruus Franciscus: Non ab homine, sed à Deo altissimo se fuisse transmissum, ut ei & populo suo viam salutis ostenderet, & annunciarer Euangelium veritatis.

Tanta verò mentis constantia, tanta virtute animi, tantoque seruore spiritus praedicto Soldano praedicauit, Deum trinum, & vnum, & Saluatorem omnium Iesum Christum, ut Euangelium illud in ipso claresceret veraciter esse completum: *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui*

tiam cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Nam & Soldanus admirandū in viro Dei feruorē spiritus conspiciens, & virtutē, libenter ipsum audiebat, & ad morā contrahendā cum eo instantius inuitabat. Christi verò seruus superno illustratus oraculo: Si vis, inquit, conuerti tu cum populo tuo ad Christum, ob illius amorem libenter vobiscum cōmorabor. Quod si hēstas propter fidē Christi legē Machometi dimittere, iube ignē accendi permaximū, & ego cū sacerdotibus tuis ignē ingrediar, ut vel sic cognoscās, quae fides certior & sanctior non immeritō tenenda sit. Ad quē soldanus: Non credo quōd aliquis de sacerdotibus meis se vellet igni propter fidem suā defendendam exponere, vel quens aliud subire tormenti. Viderat enim statim quendam de praesbyteris suis virum authenticū & longeuum, hoc audito verbo, de suis conspectibus aufugisse. Ad quem vir sanctus: Si mihi velis promittere pro te, & populo tuo, quōd ad Christi cultum, si ignem illatus exiero, veniatis, ignem solus introibo: Et si combustus fuero, imputetur peccatis meis: si autem diuina me protexerit virtus, Christi Dei virtutē, & sapientiā, verum Deum, & Dñm Saluatorem omnium agnoscat. Soldanus autem optionē hanc accipere se non audere respondit, quia seditione populi formidabat. Obtulit tamen ei multa munera preciosa, quae vir Dei non mundanarum rerum, sed salutis animarum avidus, spreuit omnia quasi lutum. Soldanus autem vidēs virum sanctum tam perfectum rerum mundalium contemptorem, admiratione permotus maiorē erga ipsum deuotionē concepit. Et quamuis ad fidem Christianam transire nollet, vel forsitan non auderet, rogauit tamen deuotē famulum Christi, ut praedicta susciperet pro salute ipsius, Christianis pauperibus vel Ecclesijs erogada. Ipse verò quia pondus fugiebat pecunię, & in animo Soldani verā pietatis non videbat radicem, nullatenus acquieuit. Videns etiam se non proficere in conuersione gentis illius, nec suum assequi posse propositum, ad partes fidelium diuina reuelatione praemonitus remeavit. Sic itaq; Dei ordinante clementia, & sancti viri promerente virtute, misericorditer & mirabiliter factum est, quōd Christi amicus mortem pro ipso viribus totis exquireret, & tamen nullatenus inueniret, ut & meritō non careret optati martyrij, & insigniendus seruaretur in posterum priuilegio singulari. Sic vtique factum est, ut ignis ille diuinus adhuc perfectus ipsius aestuaret in corde, ut post potentius euaporaret in carne. O verē beatū virum, cuius caro etsi tyrannico ferro non cecidit, occisi tamen agni similitudine non priuatur. O inquam, verē ac plenē beatum, cuius animam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit.

¶ De studio & virtute orationis.

Capitulum d. c. i. m.

Sentens Christi seruus Franciscus, corpore se peregrinum à Domino, cum iam ad terrena stors desideria per Christi charitatem totus esset insensibilis factus, ne foret absq; consolatione dilecti, sine intermissione orans, spiritum Deo contendebat exhibere praesentem. Erat quidem oratio cōtemplanti solatium, dum supernarum circuitu mansionum Angelorum cōcuius iā factus, seruētī desiderio quarebat dilectū, à quo solus eum carnis paries dilungebat. Erat & operanti praesidium, dū in oibus quae agebat, de sua dissidens industria, & de superna pietate confidens, per ipsius instantiam, totum in Domino cogitatum iactabat. Orationis 37 gratiam viro religioso desiderandā super omnia firmiter asserbat, nullumq; credens sine ipsa in Dei prosperari seruitio, modis quibus poterat fratres suos ad eius studium excitabat. Nam ambulans & sedens, intus, & foris, laborans, & vacans, orationi aded erat intentus, ut illi videretur non solum quicquid erat in eo cordis & corporis, verum etiam operis, & temporis dedicasse. Solitus erat nullam visitationem spiritus cum negligentia praeterire. Siquid eum offerebatur, sequebatur eam, & quamdiu Dominus concedebat, dulcedine perfruebatur oblata. Cum autem intentus itinēri, diuini spiritus aliquos sentiret afflatus, socijs praecedentibus gradum figebat, nouamq; inspirationem ad fruitionem cōuertens, gratiam non recipiebat in vacuum.

Suspendebatur multoties tanto cōtemplationis excessu, ut supra semetipsum raptus, & ultra humanum sensum aliquid sentiens, quid ageretur circa se exterius ignoraret. Transiens namque semel per Burgum sancti Sepulchri, castrum vtiq; populosum, pro debilitate corporis subuectus asello obuias habuit turbas in eum praedeuotione ruentes, Tractus autem & derentus ab eis, compressus quoq; ac multipliciter atrectatus, insensibilis videbatur ad omnia, & velut exanime corpus, de ijs quae fiebant circa ipsum nihil penitus aduertebat. Vnde cum iam diu transito castris, relicto peruenisset ad quoddā domicilium leproforum, quasi aliunde rediens caelestium contemplator, sollicitē requisit quādo propinquarent ad Burgum. Mens quidē ipsius in caelestibus fixa splendoribus, varietates non senserat locorum, nec temporum nec occurrentium personarum. Quod ipsi accidisse frequentius, sociorum eius experientia multiplex oprobauit, Et quia in oratione perceperat sancti spiritus desiderant

37 Ecce quam necessaria viro religioso oratio

præsentiam tantò familiarius se offerre precantibus, quantò plus inuenit elongatos à strepitu mundanorum, ideo loca solitaria quærens, ad solitudines & Ecclesias derelictas oraturus nocte pergebat: Vbi dæmonum pugnas horribiles frequenter sustinuit, qui secù sensibilibus conflagrantes, nitebatur ipsum ab orationis studio perturbare. Ipse verò armis munitus celestibus, quantò vehementius impetebatur ab hostibus, tantò fortior in virtute, & feruentior reddebatur in opere, fidenter dicens ad Christum: Sub umbra alarù tuarù protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt. Ad dæmones autem: Facite quicquid in me valeatis, maligni spiritus, & fallaces. Non enim potestis, nisi quantù vos manus superna relaxat; & ego ad perferendum omnia, quæ illa infligenda decreuerit, cù omni iucunditate paratus assisto. Quam mentis constantiam superbi dæmones non ferentes, abscedebant conlusi.

Vir autem Dei solitarius remanens & pacatus, nemora replebat gemitibus, loca spargebat lachrymis, pectora manu tundeat, & quasi occultius secrecarium nactus, confabulabatur cù Domino suo. Ibi respondebat Iudici, ibi supplicabat patri, ibi colloquebatur amico. Ibi quoq; à fratribus ipsum piè obseruantibus, aliquoties auditus est, clamosis gemitibus apud diuinam pro peccatoribus interpellare clementiã, deplorare etiã alta voce, quasi coram se positam Dominicam passionem. Ibi visus est nocte 38 orans manibus ad modum crucis protensis, toto corpore subleuatus à terra, & nubecula quadã fulgente circumdatus, vt illustrationis mirabilis intra mentem mira circa corpus perlustratio testis esset. Ibi etiam, sicut certis est comprobatur iudicijs, incerta sibi & occulta diuinæ sapientiæ pandebantur, quãuis illa non vulgare exterius, nisi quantum Christi vrgebat charitas & proximorum utilitas exigebat. Dicebat enim: Leui mercede rem impreciabilem contingit amitti, & illum qui dedit, ad non dandum iterum facillè prouocari.

Quando à priuatis redibat orationibus, quibus penè in virum alterum mutabatur, summo perè studebat conformare se cæteris, ne fortè quod foris ostenderet, aura fauoris intus à mercede euacuaret. Cùm in publico subito afficeretur visitatus à Domino, semper aliquid obijciebat astutibus, ne sponsi familiares attractus forinsecus vulgarentur. Excreationes, gemitus, duos anhelicus, extri inlécos nucus orans inter fratres deuitabat omnino, siue quia diligebat secretum, siue quia ad interiora reintrans, totus ferebatur in Deum. Sæpe talia familiaribus dixit: Quando seruus Dei orã visitatur diuinitus, dicere debet: Istã consolationem mihi peccatori & indigno de cælo misisti Dñe, & ego illã tuã committo custodiã, quia thesauri tuã me sentio esse latronem. Cùm autem ab oratione reuertitur, sic debet se pauperculum & peccatorem ostendere, ac si nullam sit nouam gratiam consequutus.

Orante autem viro in Dei loco de Portiuncula, contigit Assinatem Episcopum venire ad eum, vt erat solitus, visitandum. Qui mox vt locum fuit ingressus, ad cellam, in qua Christi seruus orabat, plus debito fidenter accessit. Pulsosq; ostiolo intraturum se ingerens, dũ caput immisit, sanctumq; orantem conspexit, repentino timore concussus, obrigelcentibus mæbris etiã loquelam amisit. Subitoq; voluntate diuina per vim foras propulsus, retrogrado pede procul abductus est. Stupefactus Episcopus ad fratres festinauit, vt potuit, Deoq; sibi restituentem linguam, primo verbo confessus est culpam.

Contigit tempore quodam Abbatem monasterij sancti Iustini de Episcopatu Perusij obuiare famulo Christi. Quo viso Abbas deuotus celeriter de equo descendit, vt & viro Dei reuerentiam faceret, & de salute animæ aliqua cum ipso conferret. Tandem habita collatione suauis, Abbas abscedens orari pro se humiliter petijt. Cui vir Deo charus respondit. Orabo libenter. Parum itaq; discedente Abbate, dixit fidelis Franciscus ad sociũ: Expecta frater modicum, quia debitum volo soluere quod promisi. 39 Orante autem illo, subito Abbas insolitum calorem, & dulcedinem hactenus inexpertam sensit in spiritu, ita quòd in excessu mentis effectus, totus à seipso in Deum defecit, Parua morula subititit, & in se reuersus, virtutem orationis sancti Francisci cognouit. Maiore proinde circa ordinem semper amore flagrauit, multisq; factum pro miraculo retulit.

Solitus erat vir sanctus horas 4.0 canonicas nõ minus timorãtè Deo persoluere quàm deuotè. Nã licet oculorũ, stomachi, splenis, & epatis aegritudine laboraret, nolebat tamen muro vel parieti inhærere dũ psalleret, sed horas semper erectus, & sine caputio, nõ gyroagis oculis, nec cù aliqua syncopa persolvebat. Si quando esset in itinere constitutus, sigebat tunc temporis gressum, huiusmodi consuetudinè reuerentè & sacrã, propter pluuiarũ inundantia non amitens. Dicebat enim si quietè comedit corpus cibũ suũ futurũ cù ipso verminum esca, cũ quanta pace & tranquillitate accipere debet anima cibum vitæ. Granditer etiam se putabat offendere, si quando orationi deditus, vanis phantasmatibus interius vagaretur. Cùm aliquid tale accideret, non parebat confessioni, quin illud protinus expiaret. Hoc studiũ sic in vnum conuerterat, vt rarissimè muscas huiusmodi pateretur.

Fecerat

Fecerat in Quadragesima quadam vasculum vnum, vt minutias temporis ne omnino exciderent, occuparet: Quod cùm dicenti Tertiam in memoriam veniens paulum ipsius animũ distraxisset, motus seruore spiritus, vasculum igne consumpsit, dicens: Sacrificabo illud Dño, cuius sacrificium impeditur. Psalmos cum tanta mentis attentione dicebat, quasi Deũ præsentè haberet: & cùm nomen Domini in eis occurreret, præ suauitatis dulcedine labia sua lingere videbatur. Ipsum quoq; Domini nomen non solum cogitatũ, verũ etiam prolatũ & scriptum reuerentia volens honorare præcipua, fratribus pertulit aliquando, vt omnes scedulas scriptas vbicumq; repertas colligerent, mundoq; loco reponerent, ne fortè sacrũ illud nomen contingeret conculcari. Nomen autem Iesu cùm exprimeret vel audiret, iubilo quodam repletus interius, totus videbatur exterius alterari, ac si mellifluus sapor gustum, vel harmoniacus sonus ipsius immutasset auditum. Contigit autem annò tertio ante obitum suum, vt memoriã natiuitatis pueri Iesu ad deuotionè excitandam apud castrũ Græcij dispenseret agere cum quanto maiori 41 solennitate valeret. Nec verò hoc leuitari posset adhiberi, à summo Pontifice petita & obtemperata licentia, fecit præparari præsepium, apportari senũ, bouem & asinum ad locũ adduci. Aduocantur fratres, adueniunt populi, perlonam sylua voces, & venerabilis illa nox luminibus copiosis & claris, laudibusq; sonoris, & consonis, & splendens efficitur, & solennis. Stabat vir Dei coram præsepio pietate repletus, & reserptus lachrymis, & gaudio superfluo. Celebrantur missarum solennia super præsepe, Leuita Christi Franciscus sacrũ Euangelium decantante. Prædicat deinde populo circumstanti de natiuitate Regis pauperis, quem cum nominare vellet, puerum de Bethlehem præ amoris teneritudine nũcupabat. Miles autem quidam virtuosus & verax, qui propter Christi amorem seculari relicta militia, viro Dei magna fuit familiaritate coniunctus, dominus Ioannes de Græcio, se vidisse asseruit puerulum quendam valde formosum in illo præsepio dormientem, quem beatus pater Franciscus ambobus complexans brachijs excitare videbatur à somno. Hanc siquidem deuoti militis visionem non solum videntis sanctitas credibile facit, sed & designata veritas comprobatur, & miracula subsecuta confirmant. Nam exemplum Francisci consideratum à mundo, excitatiũ est cordiũ in fide Christi torpentium, & senum præsepj reseruatũ à populo, mirabiliter sanatiũ fuit brutorum languentium, & aliarum repulsiũ pestium diuersarum, glorificante Deo per omnia seruũ suum, sanctæq; orationis efficaciam euidentiũ miraculorum prodigijs demonstrante.

¶ De intelligentia scripturarũ, & spiritu prophetiæ,

Capitulum vndecimum.

AD tantam autem mentis serenitatem indefessum orationis studium cum continua exercitatione virtutũ, virũ Dei perduxerat, vt quauis non habuerit sacrarum literarum peritiam per doctrinã, æternæ tamen lucis irradiatus fulgoribus, scripturarum profunda miro intellectus scrutaretur acuminè. Penetrabar enim ab omni labe purũ ingenium mysteriorum abscondita. Et vbi magistralis scientia foris stat, affectus introibat amantis. Legebat quandoq; in libris sacris, & quod animo semel iniecerat, tenaciter imprimebat memoriã, quia nõ frustra metalis atretionis percipiebat auditu, quod cõtinuæ deuotionis ruminabat affectu. Querentibus aliquando fratribus, vtrũ sibi plateret, quòd literatiã recepti ad ordinem intenderent studio sacræ scripturæ, respondit: Mihi quidè placet, dum tamen exemplo Christi, qui magis orasse legitur quàm legisse, orationis studium non omittant: nec tamen studeant, vt sciant qualiter debeant loqui, sed vt audita faciant, & cùm fecerint, alijs facienda pronuntent. Volo, inquit, fratres meos discipulos Euangelicos esse, sicq; in notitia veritatis proficere, quòd in simplicitatis puritate concresecant, vt simplicitatem columbinã à prudentia serpentina nõ separent, quas magister eximius ore suo benedicto coniunxit.

Inteerrogatus Senis à quodã religioso viro Theologiæ sacræ doctore, de quibusdam quæstionibus difficilibus intellectu, tanta claritate doctrinæ diuinæ sapientiæ patefaciebat arcana, vt vehementer stuperet vir ille peritus, & cum admiratione referret: Verè Theologia sancti patris istius, puritate & contemplatione, tanquã alis in altum subuecta est aquila volans: nostra verò scientia ventre graditur super terrã. Licet enim esset imperitus sermone, scientia tamè plenus enodabat dubia quæstionum, & abscondita producebat in lucem. Nec absolum, si vir sanctus scripturarum à Deo intellectum acceperat, cùm per imitationem Christi perfectã veritatem ipsarum descriptã gestaret in opere, & per sancti spiritus vnctionem plenariã, doctorem earum apud se haberet in corde.

Adde etiam in ipso claruit spiritus prophetiæ, vt & prævideret futura, & cordium conuerteretur occulta: absentia quoq; velut præsentia cerneret, & se præsentem absentibus mirabiliter exhiberet. Tempore namq; quo Damiatã Christianorum obsidebat exercitus, aderat vir Dei non armis, sed fide munitus. Cùm igitur die belli Christiani pararentur ad pugnam,

o ij hoc aut

38 Orans manibus ad modum Crucis protensis.

39 Audi rem mirã de vi orationis beati Francisci.

40 Vide quam deuote et quam assidue canonicas horas persolueret.

41 Festum Natiuitatis domini nostri Iesu Christi maxime solennis.

hoc audito Christi seruus vehementer ingemuit, dixitq; socio suo : Si belli fuerit attentatus ingressus, ostendit mihi Dominus non prosperè cedere Christianis : Verum si hoc dixerò, factus reputabor : si tacuero, conscientiam non euadā. Quid igitur tibi videtur? Respondit socius eius dicens: Frater pro minimo tibi sit vt ab hominibus iudicetur, quia non modò incipis fatuus reputari. Exonera conscientiam tuā, & Deū magis time, quā homines. Quo audito, exiliens Christi p̄gco salutaribus monitis Christianos aggressus, prohibet bellum, denunciat casum. Fit veritas in fabulā: indurauerunt cor suum, & noluerunt reueri. Itur, committitur, & bellatur, totaq; in fugam vertitur militia Christiana, sinē belli opprobrium regrens, non triumphum. Tanta veid strage Christianorum imminutus est numerus, vt circa sex millia fuerint inter mortuos & captiuos. In quo euidenter innotuit, quòd spernenda non erat sapientia pauperis, cum anima viri iusti annunciat aliquando vera, quā septem circumspēctores sedentes in excelso ad speculandum.

¶ *Miraculum.*

Alio quodq; tempore, cum post reuersionem ipsius de vltra mare, Celanum prædicaturus accederet, miles quidam supplicii eū deuotione cū inflātia magna inuitauit ad prandiu. Venit itaq; ad militis domū, omnūq; familia pauperū hospitū exultauit in ingressu. Antè verò q̄ cibum sumerent, iuxta solitum morē vir mente deuotus offerens Deo preces & laudes, oculis stabat eleuatis in cœlum, Oratione cōpleta, benignū hospitem familiariter aduocatum in partem, sic allocutus est: Ecce frater hospes, tuis victus precibus, vt manducare domū tuam intrari. Meis nunc citò monitis acquiesce, quoniam non hic, sed alibi manducabis.

42 Conficere nunc peccata tua veræ p̄nitentiæ dolore contritus, nec in te remaneat quicquā quod veridica confessione non pandas. Reddet tibi Dominus hodie vice, quoniā tanta deuotione suos pauperes susceperis. Acquieuit continuo vir ille sermonibus sancti, socioq; ipsius vniuersa peccata in confessione detegens, disposuit domū suā, & ad mortem suscipiendam se quantum valuit, præparauit. Intrauerunt tandem mensam, & incipientibus alijs manducare, hospes subito spiritu exalauit, iuxta verbum hominis Dei repenna morte sublatu. Sicque factum est, hōspitalitatis gratia promerente, vt iuxta verbum veritatis, prophetam recipiens, mercedē propheta acciperet, dū per sancti viri prænuntiationem prophetica miles ille deuotus sibi leoptra mortis subitantiē prouidit, quatenus armis p̄nitentiæ præmunitus, perpetuam damnationem euaderet, & in eternā tabernacula introiret.

¶ *Miraculum.*

Tempore quo vir sanctus Reata iacebat in hirmus, præbendarius quidā nomine Gedeon lubricus, & mandauus, infirmitate graui correptus, lectulo decubans, cum ad eum fuisset delatus, lachrymosè rogabat eum simul astantibus, vt ab ipso crucis signaculo signaretur. Ad quem ille: Cūm vixeris olim secundū desideria carnis, non veritus iudicia Dei, quomodo te cruce signabo? Verūm propter deuotas intercedentium preces, signo te crucis signabo in nomine Domini. Tu autem scito te grauiora passurum, si ad vomitum redieris liberatus. Propter enim peccatum ingratiudinis temper peiora prioribus inferuntur. 44 Signo itaque crucis super te factu, statim qui contractus iacuerat, surrexit sanus, & in laudem Dei prorumpens: Ego, inquit, sum liberatus. Insonuerunt autem ossa renum eius, audientibus cunctis, veluti eū manu ligna sicca franguntur. Paucis autem interlapsis temporibus, Dei oblitus, corpus impudicitie reddidit. Cumq; sero quodam cœnasset in domo cuiusdam Canonici, nocteq; illa dormiret ibidem, subito super omnes corruit tectum domus. Cæteris autem euadentibus mortem, solus ille miser interceptus atque incernptus est. Iusto igitur Dei iudicio facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus propter ingratiudinis vitium, Deique contemptum, cum de accepta venia gratum esse oporteat, & d̄plo displiceat flagitium iteratum.

¶ *Miraculum.*

Alio quoq; tempore mulier quaedā nobilis, Deo deuota, venit ad sanctum, vt suum ei explicaret dolorē, ac remediū postularer. Habebat quidem virū valde crudelē, quē aduersarium patiebatur in seruitio Christi. Et ideo petebat à sancto, quatenus oraret pro illo, vt sua Deus cor ipsius dignaretur emollire clementia. Ipse verò hoc audiens, ait illi: Vade cum pace, indubitanter expectans de viro tuo consolationem tibi de proximo adfuturam: Et adiecit: Dices ei ex parte Dei & mea, quòd nunc est tempus clementiæ, postmodum æquitatis. Benedictione accepta reuertitur mulier, inuenit virum, denunciat verbū, Cecidit super eum spiritus sanctus, & nouum factum de veteri, sic facit cum omni mansuetudine respondere: Domina, seruamus Domino, & saluemus animas nostras. Suadente igitur sanctæ vxore, pluribus annis 45 coelibem vitam agentes, eodem die ambo ad Dominum migrauerunt. Miranda certe in viro Dei spiritus propheticæ virtus, qua & membris iam arentibus restituebat vigorem, & duris imprimebat cordibus pietatem: quanquam non minus eiusdem spiritus sit stupenda limpiditas, qua sic futurorum præcognoscebat euentum, vt etiam conscientiarū scrutaretur arcanum, quasi alter Heliseus duplicem Helie spiritum assequutus,

Miraculum.

¶ *Miraculum.*

Nam cum Senis viro cuidam sibi familiari quædam supertentura finaliter prædixisset, & vir ille peritus, de quo supra mentio facta est, quòd de scripturis cū eo cōlerebat aliquādo, his auditis, ab eodem sancto patre dubitando perquireret, an hæc ipse dixisset, quē illius viri relatione cognouerat, nō solum se illa dixisse asseruit, verum etiā querētī alienū euentū, propriū exitū prophetando prædixit. Quod vt certius cordi eius imprimeret, quendā secreti cōscientiæ illius scrupulū, quē nulli viuenti vir præfatus expresserat, & mirabiliter reuelando explicuit, & salubriter cōsulendo referauit. Ad quorum omnium firmitatē accidit, quòd vir ille religiofus, sicut Christi famulus ei prædixit, sic finaliter consummauit.

¶ *Miraculum.*

Eo quoque tempore, quo reuertebatur de vltra mare, socium habens Fratrem Leonardum de Alsilio, contigit eum fatigatum & lassum parumper a sellam conscendere: Subsequens autē socius & ipse non modicum festus, cepit dicere intra se, humanum aliquid passus: Non de pari ludebant parentes eius, & mei? En ipse equitat, & ego pedester alium eius duco. Hoc illo cogitante, protinus descendit de asino vir sanctus, & ait: Non frater conuenit vt ego equitem, tu venias pedes, quia nobilior & potentior in seculo tu me fuisti. Obstupuit illico frater, & rubore suffusus, deprehensum se recognosces, procidit ad pedes ipsius, & lachrymis irrigatus, nudum expoliuit cogitatum, veniamque poposcit.

¶ *Miraculum.*

Frater quidam Deo deuotus & famulus Christi, frequenti cogitatione veritabat in pectore, superna fore gratia dignum, quem vir sanctus familiari complecteretur affectu: quem verò tanquam extraneum reputaret extra numerum electorum reputandum à Deo. Cū igitur cogitationis huius crebrius vexatus impulsu, viri Dei familiaritatem vehemēt optaret, nec tamen cordis sui secretum reuelaret alicui, aduocans eum ad se dulciter pater pius, sic alloquitus est: Nulla te turber cogitatio fili, quoniam te charissimum habens inter precipue mihi charos, libenter tibi munus meæ familiaritatis & dilectionis impendo. Miratus exinde frater, factusque deuotior ex deuoto, non solum in amore creuit hominis sancti, verum etiam per spiritus sancti gratiæ munus donis est maioribus cumulatus. Cū autem in monte maneret Aluernæ cella reclusus, vnus à socijs magno desiderio cupiebat habere de verbis Domini aliquod scriptum manu ipsius breuiter annotatum. Grauem enim, qua vexabatur, tentationem, non carnis, sed spiritus, ex hoc credebat euadere, vel certè leuius ferre. Tali desiderio languens anxiabatur interius, quia verecundia victus, reuerendo patri non pandere non audebat. Sed cui homo non dixit, spiritus reuelauit. Portari namque sibi iussit à fratre prædicto atramentum & chartam, laudēque Domini iuxta fratris desiderium propria manu scripsit, & vltimò benedictionem ipsius, dicens: Accipe tibi chartulam istam, & vsque ad dietam mortis tuæ custodias diligenter. Accepit frater donum illud optatum, & statim omnis illa tentatio effugatur: Seruatur licera, & cū in posterum miranda effecerit, virtutum Francisci testimonium fuit.

¶ *Miraculum.*

Frater quidam erat, quantum à foris videbatur, sanctitate præclarus, conuersatione insignis, tamen admodum singularis. Omni tempore orationi vacans, tanta distractione silenti obseruabat, quòd consueuerat nō verbis, sed nutibus confiteri. Accidit autem sanctū patrem venire ad locum videre fratrem, & de ipso cum alijs fratribus habere sermonem. Cōmendantibus autem omnibus & magnificantibus illum, respōdit vir Dei: Sinite fratres, ne mihi in eō diabolica signa laudetis. In veritate sciatis, quòd diabolica tentatio est, & deceptio fraudulenta. Durè acceperunt hoc fratres, tanquam impossibile iudicantes, quòd tot perfectionis indicia fraudis se commenta fulcarent. Verum non post multos dies eo religionem egresso, euidenter apparuit, quanta luculentia interioris contuitus vir Dei cordis eius secreta perspexit. Multorum quoq; per hunc modum, qui stare videbantur, ruinam: sed & plurium peruersorum conuersionem ad Christum immobili veritate prænunciens, appropinquasse videbatur ad æternæ lucis speculum contemplandum, cuius fulgore mirabili absentia corporaliter, tanquam si essent præsentia, mentis eius cernebat obtutus.

¶ *Miraculum.*

Quodam namque tempore vicarius suus tenebat capitulum, ipse verò in cella orans, sequester erat, & medius inter fratres, & Deum. Cū igitur vnus ex ipsis defensionis quodam contactus palliolo non se subderet disciplinæ: Videns hoc vir sanctus in spiritu, vocauit quendam de fratribus, & dixit ad eum: Vidi frater diabolū super illius fratris inobedientis dorsum, collum eius tenentem allicitum, qui tali fessore subactus obedientiæ freno spreto, instinctus eius sequebatur habenas. Et cū rogarem Deum pro fratre, subito dæmon confusus abscessit. Vade igitur, & dic fratri, vt obedientiæ sanctæ iugo collum sine mora submittat, monitus per internuntium frater, statimque conuersus ad Deum, ad pedes vicarij humiliter se proiecit.

42 Ecce Christi mū mortē, antequā eibus sumatur, fundere preces ad Dominum.

41 Si sacerdotale confessio nō fuisset necessaria ex diuino precepto, nec antiquis patribus in usu, ab homine iam morituro, non eam iussisset fieri vir Dei B. Eracius.

44 Signo Crucis super eum factu, statim cisco edito, statim is reddidit est sanis satis.

45 Vides quod etiam coniugati Dei gratia coelibem vitam ducere possunt. Multi quoque Sancti hoc modo vixisse reperuntur.

¶ *Miraculum.*

Alio quoque tempore contigit, duos fratres ad eremitorium Græcij de remotis venire, vt virum Dei cernerent, & benedictionem multo desideratam iam tempore reportaret. Venientes autem & non inuenientes, quia de publico iam ad cellam redierat, desolati abibant. Et ecce recedentibus illis, cum de ipsorum aduentu vel recessu nihil fecundum humanum sensum percipere potuisset, præter solitum morem egressus est cella, clamauit post eos, & iuxta quod optauerant, signo crucis facto, in Christi nomine benedixit. ¶ *Exemplum.*

Duo fratres venerunt aliquando de terra laboris, quorum antiquior nonnulla intulit scādala iuniori. Cum aut peruenissent ad patrem, quæsiuit ille à iuniori, qualiter erga ipsum se frater socius habuisset in via. Quo respondente: Vtique satis bene. subiunxit: Caue frater, ne sub humilitatis specie mentiaris: scio enim, scio, sed expecta modicum & videbis. Miratus est per plurimum frater, quomodo tam absentia per spiritum cognouisset. Igitur non post multos dies, contempta religione foras egreditur, qui scandalum fecerat fratri, & à patre non petierat veniam, nec correctionis debitam receperat disciplinam. Simulque duo in vna illius claruere ruina, æquitas scilicet diuinæ iustitiæ, & perspicacitas spiritus prophetiæ. Qualiter autem absentibus se præsentem exhibuit, diuina faciente virtute, euidenter ex superioribus innotescit, si reuocetur ad mentem, qualiter absens in curru igneo transfiguratus apparuit, & quomodo se Arelatensi capitulo in crucis effigie præsentauit. Quod factum esse diuina dispositione credendum est, vt ex præsentia corporalis apparitione mirabili patenter claresceret, quàm præsens & peruius spiritus eius luci sapientiæ foret æterna, quæ omnibus mobilibus mobilior est, & vbiq; attingens propter sui munditiam, per nationes in animas sanctas se transfert, & Dei amicos & prophetas constituit. Simplicibus & paruulis sua solet pädere mysteria doctor excelsus, sicut prius apparuit in David propheta rum eximio, & post in apostolorum principe Petro, & tandem in pauperulo Christi Francisco. Hi enim cum essent literarum imperitia simplices, facti sunt sancti spiritus eruditione illustres. Is quidem pastor & gregem pasceret Synagogæ de Ægypto educatum: iste piscator vt lagenam repleter Ecclesiæ multiformitate credentium: hic autem negotiator vt margaritam emeret Evangelicæ vitæ, venditis & dispersis omnibus propter Christum.

¶ *De officia prædicandi, & gratia sanitarum.**Capitulum duodecimum.*

Fidelis re vera famulus & minister Christi Franciscus, vt cuncta fideliter & perfecte perageret, illis potissimè virtutū exercitijs intendebat, quæ sacro dicitur spiritu, Deo suo magis placere cognouerat. Qua de re cōtiguit illi in magnam dubitationis cuiusdam agoniam incidere, quam multis diebus ab oratione exiens terminandam fratribus sibi familiaribus proponebat. Quid inquit, fratres cōsultis, quid laudatis? An quod orationi vacet, an quod prædicando discurrat? Siquid ego paruulus, simplex & imperitus sermone, maiorè orandi accipi gratiam, quàm loquendi. Videtur etiã in oratione lucrū, & cumulario gratiarū: in prædicatione distributio quædã bonorū cœlitus acceptorum, in oratione etiã purificatio interiorū affectuum, & vnitio ad vnum verum & summū bonū cū vigoratione virtutis: in prædicatione spiritualiū pulverisatio pedum, distractio circa multa, & relaxatio disciplinæ. Tandè in oratione Deum alloquimur, & audimus, & quasi Angelicã vitam agentes, inter Angelos cōuersamur, in prædicatione multa oportet condescensione vti ad homines, & humanè inter eos viuèdo, humana cogitare, videre, dicere, & audire. Sed vnum est in cōtrarium, quod videtur præpöderare his omnibus ante Deū, quod videlicet vnigenitus Dei filius, qui est sapientia summa, propter animarum salutem de sinu patris descendit, vt suo mundum informans exemplo, verbum salutis hominibus loqueretur, quos sacri sanguinis & pretio redimeret, & emundaret lauacro, & poculo sustentaret, nihil sibi omnino reseruans, quod non in salutem nostram liberaliter erogaret. Et quia debemus omnia facere secundum exemplar eorum quæ videmus in ipso, tanquam in monte sublimi, videtur magis Deo placitum quòd intermissa quiete foras egrediar ad laborem: Cumque per multos dies verba huiusmodi ruminaret cum fratribus certitudinaliter nequibat percipere, quid horum sibi foret vt Christo verè acceptius eligendum. Cum enim miranda nosset per spiritum prophetiæ, hanc per seipsum quæstionem dissoluere non valebat ad liquidum, Deo melius providente, vt prædicationis meritum per supernum manifestaretur oraculum, & serui Christi humilitas seruaretur. Non erubescerebat à minoribus parua quærere verus minor, qui magna didicerat à magistro supremo. Studio namque præcipuo solitus erat exquirere, quali via, qualiq; modo Deo posset secundum ipsius beneplacitum perfectius deseruire. Hæc summa eius prophetia, hoc summum eius desiderium extitit, quoad vixit, vt quæreret à sapientibus & simplicibus, perfectis & imperfectis, paruulis & grandæuis, qualiter ad perfectionis culmen virtuosius peruenire valeret.

Assumens

Afflatus itaque duos ex fratribus misit ad fratrem Sylæstrum, qui crucem egredientem viderat de ore ipsius, & tunc in montem supra Alsifium iugiter orationi vacabat, vt diuinum super dubitatione huiusmodi responsi. m perquireret, quod sibi ex parte Domini demandaret. Hoc ipsum demandauit sacre virginis Claræ, vt per aliquam puriorem & simpliciorem de virginibus sub ipsius disciplina degentibus, & ipsa cum sororibus aliis oras, super hoc exquireret Domini voluntatem. Concordauerunt autem mirabiliter in idipsum, superno eis reuelante spiritu, venerabilis sacerdos & virgo Deo dedicata, beneplaciti scilicet esse diuini, quòd Christi præco ad prædicandū exiret. Reuertentibus itaque fratribus, & Dei iuxta quod acceperant, indicantibus voluntatem, exurgens continuò succinxit se nulla profus contracta mora, iter aggressus est. Ibat aut cum tanto seruore, vt diuinum exequeretur imperium, tamq; celeriter percurreret, ac si facta manu Dei super eum nouam induisset è cœlo virtutè. Cum igitur appropinquaret Benanium, ad quandam locum deuenit, in quo diuersi generis auium maxima multitudo cōuenerat. Quas cum sanctus Dei vidisset, alacriter cucurrit ad locum, & eas velut rationis participes salutauit. Omnibus verò expectantibus, & conuertentibus se ad eum, ita vt quæ in arbutis erant, inclinatis capitibus, cum appropinquaret ad eas, insolito modo in ipsum intenderent, vsque ad eas accessit, & omnes vt verbum Domini audirent, sollicitè admonuit, dicens: Fratres mei volucres, multum debetis laudare creatorum vestrum, qui plumis vos induit, & pennas tribuit ad volandum, puritatem cōcessit aëris, & sine vestra solitudine vos gubernat. Cum aut eis hæc & his similia loqueretur, auiculæ modo mirabiliter gestientes, ceperunt extendere colla, protendere alas, aperire rostra, & in illum attentè respicere. Ipse verò cū spiritus seruore mirando per medium ipsarum transiens, tunica cōtingebat easdem, nec tamen de loco aliqua mota est, donec signo Crucis facto, & licentia data, cū benedictione viri Dei, omnes simul auolârunt. Hæc omnia cōtuebantur socij expectantes in via. Ad quod reuersus vir simplex, & purus, pro eo quòd non haecenus a uibus prædicauerat, cepit se de negligentia inculpare, Exinde prædicando per loca vicina procedens, venit ad castrum quoddã nomine Aluiatum, vbi cōgregato populo, & indicto silentio, propter hirundines nidificantes in eodem loco, magniq; garricibus perstreptentes, audiri vix poterat. Quas vir Dei omnibus audientibus alloquutus est, dicens: Sorores meæ hirundines, iam tempus est vt loquar & ego, quia vos vsque modò satis dixistis: Audite verbum Dei tenentes silentiū, donec sermo Dei cōpleatur. At illæ tanquam intellectus capaces, subito tacuerunt, nec fuerunt motæ de loco, donec fuit omnis prædicatio consummata. Omnes igitur qui viderūt, stupore repletè glorificauerunt Deum. Illius miraculi fama circumquaque diffusa, multos ad sancti reuerentiam, & fidei deuotionem accendit. ¶ *Exemplum.*

In ciuitate namque Parisiensi scholaris quidam indolis bonæ cum sociis alijs studio diligenter intentus, dum importuna garrulitate cuiusdam infestaretur hirundinis, dicere cœpit ad socios: Hæc hirundo vna de illis est, quæ virum Dei Franciscum prædicantem aliquando, donec silentium eis imponeret, molestabat. Et conuersus ad hirundinem fiducialiter ait: In nomine serui Dei Francisci præcipio tibi, vt ad me veniens continuò cōticescas. At illa Francisci auditio nomine, quasi viri Dei disciplinis edocta, & statim conticuit, & ipsius manibus tanquam tutæ custodiæ se commisit. Stupescit scholaris statim eam libertati restituit, & eius garritum amplius non audivit. ¶ *Exemplum.*

Alio quoque tempore cum famulis Dei Caietæ prædicaret in littore maris, turbis prædeuotione uentibus, vt eum contingerent, horrens Christi seruus tantum populorum applausum in vnam hærentem littori nauiculam profiliuit solus. Illa verò tanquam si rationis participis motore moueretur intrinseco, sine aliquo remige, cernentibus & mirantibus cunctis, se longius à terra protraxit. Cum autem aliquanto spacio in maris altitudinem secessisset, stetit inter fluctus immobilis, quædiu vir sanctus turbis expectantibus in littore prædicauit. Cumq; audito ferrone, & viso miraculo, ac benedictione accepta multitudo recederet, ne ipsum amplius molestaret, nauicula proprio ductu ad terram reuera est. Quis igitur tam obstinatè mētis esset, & impiæ, vt prædicationem Francisci contemneret, cuius miranda fiebat virtute, vt non solum carentia ratione disciplinam suscipere, verum etiam inanimata corpora tanquam animata prædicanti seruirent. ¶ *Miraculum.*

Aderat equidem seruo suo Francisco ad quæcunque pergeret is qui eum vnexerat, & miserat spiritus Domini, & ipse Dei virtus, & sapientia Christus, vt sanæ doctrinæ verbis afflueret, & magnæ potentie miraculis coruscaret. Erat enim verbum eius, velut ignis ardens, penetrans intima cordis, omniumque mentes admiratione replebat, cum non humanæ inuentionis ornatum prætenderet, sed diuinæ reuelationis afflatum redoleret. Nam cum semel prædicaturus coram Papa, & Cardinalibus, ad suggestionè Domini Hostiensis, sermonè quædam, studiosè compositum, commendasset memoriæ, stetitq; in medio, vt adificationis

ALOYSII LIPOMANI VERON.

4.40 verba proponeret, sic obliuioni tradidit oīa, vt effari aliquid omnino nesciret. Verū cūm hoc veridica humilitate narraffet, conferens se ad spiritus sanctū gratiam inuocandam, tam efficacibus subitō cōpēit verbis affluere, tamq; potenti virtute illorum mentes virorum sublimium ad compunctionem inflectere, vt aperte claret, quōd non ipse, sed spiritus Domini loquebatur. Et 4.6 quoniam primo sibi suauerat opere, quōd aliis suadebat sermone, reprehensorem non timens, veritatem fidentissimē prędicabat. Ne sciebat aliquorum culpas palpare, sed pungeret: nec vitam fouere peccantium, sed aspera increpatione ferire. Eadem mentis cōstantia magnis loquebatur & paruis, eademq; ipiritus iocunditate paucis loquebatur & multis. Omnis ætas, omnīq; sexus properabat, virū nouū, mundo cœlitus datum, & cernere, & audire. Ipse verō per diuersas regiones progrediens, euangilazabat ardentē, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. In virtute namque nominis eius, veritatis præco Franciscus eificiebat Dæmonia, sanabat infirmos, & quod maius est, sui sermonis efficaciam obstinatorum mentes ad pœnitentiam mollebat, simulq; sanitatē corporibus reddebat, & cordibus, sicut aliqua comprobant operum eius, exempli gratia, inferius adnotāda.

¶ *Miraculum.*

In ciuitate Tuscanella à milite quodā hospicio deuotē susceptus filium eius vnīcū à natiuitate contractū ad multā ipsius instantiam, manu eleuans, sic subitō incolumē reddidit, vt videntibus cunctis protinus consolidarentur oīa corporis membra, & puer sanus & fortis effectus, confectum exurgeret ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

In ciuitate Narnienli cūm paralyticum quendam membrorum omnium destitutum officio, signo 4.7 Crucis à capite vsque ad pedes ad instantiam signasset Episcopi, perfectæ restituit sanitati.

¶ *Miraculum.*

In Episcopatu Reatino puer quidam sic turgidus à quatuor annis, vt nullo modo propria cura cernere posset, à matre cum lachrymis præsentatus eidem, statim vt vir sanctus tetigie eum manibus sacris, incolumis est effectus.

¶ *Miraculum.*

Apud ciuitatem Ortesem puer vnus ita conglomeratus, vt caput pedibus portaret applicitum, & haberet ossa nonnulla contracta, signo 4.8 Crucis ad parentū lachrymales preces ab eodem suscepto, subitō extensus exticic, & illicō liberatus.

¶ *Miraculum.*

Mulier quædam ciuitatis Eugubij ambas contractas & aridas habens manus, adeō vt nihil per illas operari valeret, signo 4.9 Crucis ab eodem in nomine Domini sibi factō, tam perfectam obtinuit sospitatem, quōd statim rediens domum cibos in ministerium eius & pauperum, quasi altera socrus Simonis, propriis manibus præpararet.

¶ *Miraculum.*

Puellæ cuidam in castro Meuanij oculorum priuata lumen inibus, cūm in Trinitatis nomine spūto suo ter ipsius oculos liniuisset, lumen percipitum restituit.

¶ *Miraculum.*

Mulier quædam ciuitatis Narnij, oculorum cœcitate percussa, signum 5.0 Crucis ab eodē suscipiens, lucem recuperauit optatam.

¶ *Miraculum.*

Bononiæ puer quidam vnū oculorum macula adeō habens obreatum, vt nihil profus videre posset, nec aliquo iuuari remedio, post signum 5.1 Crucis à capite vsque ad pedes per feruum Domini sibi factum, visum recuperauit tam limpidum, vt postmodum fratrum minorum ordinem ingressus, se longē clarius videre assereret de oculo prius infirmo, quā de oculo semper sano.

¶ *Miraculum.*

In castro sancti Gemini seruus Dei à quodam deuoto viro susceptus hospicio, cuius vxor à Dæmonio vexabatur, post 5.2 orationem factam in virtute obedientiæ imperat Dæmoni vt exiret, eumq; potestate diuina tam subitō effugauit, vt verē claresceret, quōd obedientiæ sanctæ virtuti peruicacia dæmonum non obsistat.

¶ *Miraculum.*

In ciuitate de Castello quidam suribundus & nequam spiritus quendam obfusus mulierem, à viro sancto obedientiæ accepto mandato, indignabundus discessit, mēte simul & corpore liberam obfusam prius fœminam derelinquens.

¶ *Miraculum.*

Frater quidam infirmitate tam horribili grauabatur, vt magnū esse vexatio Dæmonis, quā naturalis infirmitas à pluribus firmaretur. Nam totus sæpe allidebatur, & volubatur spumans, membris corporis nunc contractis, nunc extensis, nunc plicatis, nunc tortis, nunc rigidis effectis, & duris. Quandoque totus extensus, & rigidus, pedibus æquatis capiti, leuabatur in altum, horribiliter illicō relapsurus. Hunc sic miserabiliter, & irremediabiliter ægotantem plenus misericordia Christi seruus commiserans, buccellam sibi panis, de quo edebat transmisit. Tantā verō gustatus panis contulit ægro virtutem, vt deinceps huius infirmitatis molestiam non sentiret.

¶ *Miraculum.*

In comitatu Areticūm diebus pluribus mulier quædam laborasset in partu, essetque iam proxima morti, nullum omnino desperanti de vita supererat remedium, nisi Dei. Cūm autē equo vectus propter corporis infirmitatē Christi famulus per partes illas transitum habuisset, contigit

contigit reduci animal per villam, in qua mulier torquebatur, Homines verō loci viso equō cui vir sanctus infederat, extraxerunt senum, vt superponerent mulieri. Ad cuius cōtactum mirificum, omni remotō periculo, mulier illicō pepetit cum salute.

¶ *Miraculum.*

Vir quidā de castro plebis religiosus ac timens Deum, cordam apud se, qua cinctus fuerat sanctus pater, habebat. Cūmque multitudo virorum ac mulierum in castro illo variis infirmitatibus laboraret, ibat per infirmantium domos, & intincta corda in aqua, dabat bibere patientibus: Sicque per hunc modum plurimi sanabantur: Sed & de pagibus à viro Dei contractis gustantes ægroti, diuina operante virtute, consequebantur celeriter remedia sanitatum. Cūm his & aliis multis miraculorum prodigijs præco Christi prædicans coruscaret, attendebatur his que dicebantur ab eo, ac si Angelus Domini loqueretur, Excellens namque in ipso prærogatiua virtutum, propheticæ spiritus, efficaciam miraculorum, oraculum de prædicando cœlitus datum, obedientiam creaturarum ratione carentium, vehemens immutatio cordium ad verborum ipsius auditum, eruditio eius à spiritu sancto prætes humanam doctrinam, prædicandi auctoritas à summo Pontifice non sine reuelatione concessa, insuper & regula, in qua forma prædicandi exprimitur, ab eodem Christi Vicario confirmata: summi quoque regis signacula per modum sigilli corpori eius impressa, tāquam testimonia decē: toti seculo indubitante affirmant, Christi præconem Franciscum & venerandum officio, & doctrina authenticum, & admirabilem sanctitate, ac per hoc, tanquam verē Dei nuncium, Christi Euangelium prædicasse.

¶ *De stigmatibus sacris.*

Capitulum decimum tertium.

MOS erat Angelico viro Francisco, nunquā ociari à bono, quin potius instar supernorū spirituum in scala Iacob, aut ascēdebat in Deum, aut descēdebat ad proximos. Nā tēpus sibi concessum ad meritum, diuidere sic prudēter didicerat, vt aliud proximorum lucris laboriosius impenderet, aliud contēplationis tranquillius excessibus dedicaret. Vnde cūm secundū exigentiam locorum, & temporum, aliene descendisset procurandæ saluti, inquietationibus derelictis turbatur, solitudinis secreta petebat, locumq; quietis, quo liberius Deo vacans, extirgeret si quid pulueris sibi ex cōuersione hominū adhēssisset. Biennio itaque antequā spiritum redderet cœlo diuina prouidentia dace, post labores multimodos perductus est in locū excelsum seorsum, qui dicitur mons Aluernę. Cūm igitur iuxta solitū morem, Quadragesimā ibidem ad honorem S. Archangeli Michaelis ieiunare cœpisset, supernæ contēplationis dulcedine abundantius solito superflus, ac cœlestium desideriorū ardentiori flamma succensus, supernarum cœpit immisionū cumulatus dona sentire. Ferebatur quidem in altum, non vt curiosus maiestatis perscrutator opprimendus à gloria, sed tanquā fidelis & prudens inuestigans beneplacitum Dei, cui se conformare omnimodē summo peroptabat ardore. Immisillum est igitur menti eius per diuinum oraculum, quōd in apparitione libri Euangelici reuelaretur ei à Christo, quod Deo in ipso, & de ipso maximē foret acceptum. Oratione itaque cū multa deuotione præmissa, sacrum Euangeliorum librum de altari sumptum, in sanctæ Trinitatis nomine aperiri fecit per socium, virum vtique Deo deuotum & sanctum. Sanē cūm in trimā libri apertionē semper Domini passio occurreret, intellexit vir Deo plenus, quod sicut Christum fuerat imitatus in actibus vite, sic conformis ei esse deberet in afflictionibus & doloribus passionis, antequā ex hoc mundo transfiret. Et licet propter multam austeritatem vitæ præterita, Crucisq; Dominicæ baiulationem continuam, imbecillis iam esset corpore, nequaquā est territus, sed ad martyrii sustentiam vigorosus animatus. Excreuerat quidem in eo insuperabiliter amoris incendium boni Iesu in lampades ignis atque flammarum, vt aquæ multæ charitatem eius tam validam extinguere non valerent.

Cūm igitur Seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum, & cūm passua dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia voluit crucifigi, quodam mane circa festum Exaltationis sanctæ Crucis, dum oraret in latere montis, vidit Seraph vnū sex alas habentem tam ignitas, quā splendidas, de cœlorum sublimitate descēdere. Cūmque volatu celerrimo peruenisset ad aeris locum viro Dei propinquum, apparuit inter alas effigies hominis crucifixi, in modum crucis manus & pedes extēsus habentis, & Cruci affixos. Duæ alæ super caput ipsius eleuabantur, duæ ad volandum extendebantur, duæ verō totum vehebant corpus. Hoc videns vehementer obstupuit, mixtumque merore gaudium cor eius incurrit. Lætabatur quidem in gratioso aspectu, quo à Christo sub specie Seraph cernebat se conspici, sed crucis affixio compassiui doloris gladio ipsius animam pertranfibat. Admirabatur quā plurimum in tam inscrutabilis visionis aspectu, sciens quōd passionis infirmitas cum immortalitate spiritus Seraphici nullatenus conueniret. Intellexit tandem ex hoc, Domino reuelate, quōd ideo huiusmodi visio sic diuina prouidētia suis fuerat præsentata conspectibus, vt amicus Christi prenosceret, se non per martyrium carnis, sed per incēdium mentis

mentis

4.6 Hoc est optimū doctri genū, cui nihil licet quis exēplo prædicat et verbo.

4.7 Signo Crucis paralyticum restituit sanitati.

4.8 Eodem signo et dūc puerum liberat.

4.9 Signo Crucis aridas manus mulieris sanat.

5.0 Eodem cœctam illuminat.

5.1 Ad idem facit.

5.2 Oratione dæmonium effugauit.

mentis totum in Christi crucifixi similitudinem transformandū. Disparens igitur visio mirabilem in corde ipsius reliquit ardorem: sed & in carne non minus mirabilem signorum impressis effigiem. Statim namque in manibus eius & pedibus apparere cœperunt signa clariorum, quemadmodū paulō antē in effigie illa viri crucifixi conspexerat. Manus enim & pedes in ipso medio clavis confixæ videbantur, clavorū capitibus in interiori parte manū & superiorī pedum apparentibus, & eorum acuminibus existentibus ex aduerso. Erantque clavorum capita in manibus & pedibus rotunda & nigra, ipsa verō acumina oblonga, retorta, & quasi repercutilla, quæ de ipsa carne surgentia carnem reliquā excedebant. Dexterū quoque latus quasi lancea transfixū, rubra cicatrice obductum erat, quod sæpe sanguinem sacrum effundens, tunicam, & foemoralia respergebat. Cernēs autem Christi seruus, quōd stigmata carni tam luculenter impressa, focios familiares latere non possent, timens nihilominus publicare Domini Sacramentum, in magno positus fuit dubitationis agone, vtrum videlicet quōd viderat diceret, vel taceret. Vocauit proinde aliquos ex fratribus, & generalibus verbis loquens, dubium coram eis proposuit, & consilium requisivit. Quidam verō ex fratribus gratia illuminatus & nomine, intelligens quōd aliqua miranda vidisset, pro eo quod videbatur admodum stupefactus, dixit ad virum sanctum: Frater non solum propter te, sed etiam propter alios, scias tibi ostendi aliquando Sacramenta diuina: Timendum propterea iure videri, ne si quod pluribus profuturum accepisti celaueris, pro talento obsecundo reprehensibilis iudicaris. Ad cuius verbum motus vir sanctus, licet aliās dicere solitus esset: Secretum meum mihi tunc tamen cum multo timore seriem retulit visionis præfatæ, addēs quōd is qui apparuerat, aliqua dixerit, quæ nunquam dum viueret alicui hominum aperiret. Credendum sanē tā arcana illa fuisse sacri illius Seraphi in cruce mirabiliter apparentis eloquia, quōd fortē non liceret hominibus ea loqui. Postquam igitur verus Christi amor in eandem imaginem transformauit amantem, quadraginta dierum numero iuxta quod decreuerat, in solitudine consummatō, superueniente quoque solemnitate Archangeli Michaelis, descendens Angelicus vir Franciscus de monte secum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis, vel ligneis manu figuratam artificis, sed in carneis membris descriptam digito Dei viui. Et quoniam Sacramentum Regis abscondere bonum est, ideo secreti Regalis viri conscius, signacula illa sacra pro viribus occultabat. Verum quia Dei est ad gloriam suam magna reuelare, quæ facit Dominus ipse, qui signacula illa secretē impresserat, miracula quædam apertē per ipsa monstrauit, vt illorum occulta & mira vis stigmatum, manifesta pateret claritate signorum.

¶ *Miraculum.*

In provincia namque Reatina pestis inualerat valdē grauis, quæ oues & boues omnes sic consumebat crudeliter, quōd nullum poterat remedium adhiberi. Vir autem quidam timēs Deum nocte fuit per visionem commonitus, vt ad eremitorium fratrum festinanter accederet, & lecturam manū ac pedum famuli Dei Francisci, qui tunc temporis morabatur ibidē, acceptam super animalia cuncta respergeret. Mane itaque surgēs venit ad locum, loturacque huiusmodi per focios sancti viri latenter obtenta, oues & boues languētēs ex ea reseruit. Mirabile dictū. Statim vt aspersio animalia languida & in terra iacētia quantumcūque paululum attingebat, pristino recuperato vigore, surgebat cōtinuē, & tanquā nihil mali sensissent, ad pastua festinabāt. Sicque factū est, vt per virtutē mirandā aquæ illius, quæ sacras plagas cōtigerat, omnis prorsus plaga cessaret, pestilentiq; morbus à gregibus fugaretur. Circa præfatū mōtem Aluerne antequā vir sanctus ibi cōtraheret moram, nube ex ipso monte surgente, grandinis violenta tempestas fructus terræ cōsuetudinariē deuastabat. Sed post illam apparitionem felicem nō sine incolarū admiratione grando cessauit, vt cœlestis illius visionis excellētiam, & stigmatum ibidem impressorū virtutem, serenati præter morem ipsa cœli facies declararet. Contigit quoque eum tempore hyemali propter debilitatem corporis, & asperitatē viarum, hominis vnus pauperis subuectum a fello, sub rupis cuiusdam prominentis pernoctare creptidine, vt niuis & noctis superuentiū quoquo modo declinaret incommoda, quibus præpeditus ad hospitij locum non valuerat peruenire. Cū autē vir sanctus hominē illum querulosum submurmurantem gemitibus hinc inde seipsum iactare sensisset, tanquam qui tenui operimento contectus, quiescere præ frigoris acerbitate nequibat, diuini amoris seruore succensus manu illum protensa palpauit. Mirabile certē. Repentē ad illius sacræ manus contactum, quæ Seraphici calculi gerebat incendium, omni fugato frigore, tantum in virum intus & extrā calor aduenit, ac si quædam in eum vis flamma ex fornacis spiraculo processisset. Nā illi cō & mente & corpore confortatus, suauius inter saxa & niues vsque mane dormiuit, quā vnquam in proprio lecto pausauerat, sicut ipse postmodum assererat. Certis itaque constat indicij, sacra illa signacula illius impressa fuisse virtute, qui operatione Seraphica purgat, illuminat, & inflammat, cū ipsa forniculus expurgādo à peste salutem, serenitatem, & calorem corporibus

corporibus efficaciam mira conferrent, sicut & post mortem euidentioribus est demonstratum prodigijs suo loco posterius adnotandis. Ipse verō licet thesaurum inuentū in agro multa diligentia studere abscondere, latere tamen nō potuit, quin aliqui stigmata manuum viderent & pedum, quāquā manus quali semper portaret cōtectas, & pedibus ex tunc incederet calcæatus. Viderunt enim, dum viueret, fratres plurimi, qui licet essent propter sanctitatem præcipuā viri per omnia fide digni, tamen ad omne dubium admouendum, sic esse, ac se vidisse, ratiis sacrosanctis, iuramento firmarunt. Viderunt etiā ex familiaritate, quem cū viro sancto habebant, aliqui Cardinales, laudes sacrorum stigmatum prolis, & hymnis, & antiphonis, quas ad ipsius ediderunt honorem veraciter inserētes, qui tam verbo, quā scripro perhibuerunt testimonium veritati. Summus etiam pontifex Dominus Alexander cū populo prædicaret, corā multis fratribus, & me ipso affirmavit, se dū sanctus viueret, stigmata illa sacra suis oculis conspexisse. Viderunt in morte pluraquam quinquaginta fratres, virgoque Deo deuotissima Clara cū ceteris fororibus suis, & seculares innumeri, ex quibus, quæadmodum suo loco dicitur, quāplurimi & osculati sunt ex deuotionis affectu, & contrectauerunt manibus ad testimonij firmitatem. Vulnus autē lateris tam sollicitē occultauit, vt illud nemo posset nisi fortim cōtineri dum viueret. Vnus etenim frater qui ei sedulē ministrare sollicitus erat, cū pia eum cautela, vt ad excutiendum extraheret tunicā, induxisset, attentē respiciens vidit plagā, cui etiā tres veloci contactu digitos applicās, tam visu, quā tactu, vulneris quantitatem agnouit. Cum simili cautela vidit etiā frater ille, qui tunc temporis erat Vicarius eius. Frater verō focius mirādā simplicitatis, dum infirmitatis causa languentes scapulas contrectaret, manu per caputum missa, & casualiter vulnere sacro illapsa, magnum ei dolorem infixit. Proinde portabat ex tunc foemoralia ita facta, vt vsq; ad ascellas pertingerent ad vulnus lateris contegendum. Fratres quoque, qui illa lauabāt, vel tunicā excutiebat pro tempore, quia inueniebāt eā sanguine rubricatam, indubitanter per euidentem signum in cognitionem sacri vulneris peruenunt: quod postmodum in morte reuelata facie ipsi cū alijs plurimis contemplati simul, & venerati sunt. Et nunc strenuissime miles Christi, ipse fer arma inuictissimi ducis, quibus munitus & insignitus omnes aduersarios superabis. Fer vexillum Regis altissimi, ad cuius incutium omnes pugnatores diuini exercitus animentur. Fer nihilominus sigillum summi Pontificis Christi, quo verba & facta tua tanquam irreprehensibilia, & authentica meritō ab omnibus acceptentur. Iam enim propter stigmata Domini Iesu, quæ in corpore tuo portas, nemo debet tibi esse molestus, quin potius quilibet Christi seruus Domini esse tenetū affectu deuotus. Iam per hæc signa certissima non duobus aut tribus testibus ad sufficiētiam, sed quāplurimis ad superabundātiā comprobata, testimonia Dei in te & per te credibilia facta nimis, omne tollunt infidelibus velamen excusationis, dum credēs in fide stabilis, spei fiduciam sursum agūt, & ignem charitatis accendūt. Iā verē impleta est prima visio quā vidisti, videlicet quōd dux in militia Christi futurus, armis deberes cœlestibus, signoq; crucis insignibus decorari. Iam in principio tuæ conuersionis crucifixi visio compalsiui doloris gladio mentaliter crāssifigens: sed & auditus vocis de cruce tanquā de throno Christi sublimi & secreto propitiatorio procedentis, iuxta quod tuo sacro firmasti eloquio, vera indubitanter fuisse creduntur. Iam in tuæ conuersionis progressu & cruce quam vidit frater Syluester ex ore tuo mirabiliter procedentem, & gladios in crucis modum tua viscera transigentes, quos sacer vidit pacificus, teq; secundum crucis figuram in aere subleuatum, cū de crucis titulo sanctus prædicabat Antonius, iuxta quod prospexit Angelicus vir Monaldus, non fantastica visione, sed reuelatione fuisse cœlica cōspecta, verē creditur, & firmatur. Iam denique circa finē quōd simul tibi ostenditur, & sublimis similitudo Seraphi, & humilis effigies crucifixi interius te incendens, & exterius te consignans, tanquam alterum Angelum ascendētē ab ortu solis qui signum in te habes Dei viui, & prædictis dat firmitatem fidei, & ab eis accipit testimonium veritatis. Ecce iam septem apparitionibus crucis Christi in te secundum ordinem temporū mirabiliter exhibitis & monstratis, quasi sex gradibus ad istam septimam in qua finaliter requiescis, peruenisti. Christi namq; crux in tuæ conuersionis primordio tam proposita, quā assumpta, & dehinc in cōuersationis progressu per vitam probatissimam bauiolata in te ipso continuē, & in exemplum alijs demonstrata, tanta certitudinis claritate ostēdit Euangelicæ perfectionis apicem te finaliter conclusisse: vt demonstrationem hanc Christianæ sapientiæ tuæ carnis puluere exaratam, nullus verē deuotus abiiciat, nullus verē fidelis impugnet, nullus verē humilis paruipendat, cū sit verē diuinitus expressa, & omni acceptione condigna.

¶ *De patientia ipsius & transitu mortis.*

Capitulum Decimumquartum.

CHRISTI iam igitur cruci confixus Franciscus tam carne, quā spiritu, nō solum Seraphicis amorē

amore ardebat in Deum, verumetiam sciebat cum Christo crucifixo multitudinē saluandorum. Faciebat proinde, quoniā propter excrecentes in pedibus claus ambulare nō poterat, corpus emortuum per ciuitates & castra circumuehi, vt ad crucem Christi ferendam ceteros animaret. Fratribus quoq; dicebat: Incipiamus fratres seruire Domino Deo nostro, quia vīq; nunc parum profecimus. Flagrabat etiā desiderio magno ad humilitatis redire primordia, vt seproliis sicut à principio ministraret, corpusq; iā prae labore collapsum reuocaret ad pristinā feruituram. Proponebat Christo duce se facturum in gentia, & facientibus membris, spiritu fortis & feruidus, nouo sperabat certamine de hoste triūphum. Neq; enim languor vel desidia locum haber, vbi amoris stimulus semper ad maiora perurget. Tanta autē in eo carnis ad spiritum erat cōcordia, tāta obedientiæ promptitudo, quōd cum ille ad oēm niteretur sanctitatem peringere, ipsa nō solum nō repugnaret, sed præcurrere niteretur. Vt autē viro Dei cumulus meritorum accresceret, quæ omnia verē in patientia consummantur, cœpit infirmitatibus multimodis laborare tam grauitē, vt vix in eo mēbrum aliquod remaneret absq; ingenti pāssionis dolore. Ad hoc tandē per varias & diuturnas, ac continuas egrotudines deductus est, vt consumptis iam carnibus, quasi sola cutis oīsibus cohæreret. Cumq; duris corporis angeretur doloribus, illas suas angustias non pœnarum censebat nomine, sed fororū. Cum autē semel grauius solito dolorum vigeretur aculeis, quidam frater simplex dixit ad eū: Frater ora Dominū, vt micus tecum agat: manū enim suam plus debito super te graue videretur. Quo audito, vir sanct⁹ cū eiulatu exclamās, ait: Nisi noscerē in te simplici puritate, tuū ex nūc abhorrerem cōsortium, qui ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare. Et licet totus esset attritus grauis prolixitate languoris, proiciens se in terrā, ossa debilia duro casu collisit. Et deosculans humū: Gratias, inquit, tibi ago Domine Deus de omnibus his doloribus meis, teque mi Domine rogo, vt centuplum, si tibi placuerit, addas, quia hoc erit mihi acceptissimū, vt affligeris me dolore, nō parcas, cum tuę sanctæ voluntatis adimpletio, sit mihi cōsolatio superplena. Videbatur propterea fratribus, quōd quasi alterū Iob viderēt, cui cum languor cresceret carnis, crescebat simul & vigor mētis. Ipse autē obitū suum longē antē præsciuit, dieque transitus imminēte, dixit fratribus, sui corporis tabernaculū deponendū in proximo, quemadmodum sibi fuerat reuelatum à Christo. Cū itaq; per biennii ab impresione sacrorum stigmatum anno videlicet à sua cōuersione vigesimo, multis fuisset angustianū infirmitatum probatius tonsionibus conuadatus, tanquam lapis in supernæ Hierusalē edificio collocādus, & tanquam ductile opus, sub multiplicis tribulationis malleo ad perfectionem adductus, ad S. Mariam de Portiuncula se portari poposcit, quatenus vbi acceptaret spiritum gratiæ, ibi redderet spiritum vitæ. Quōd cum fuisset perductus, vt veritatis exemplo monstraret, quōd nihil erat illi commune cum mūdo, in illa infirmitate tam graui, quæ omnem languorē conclusit, super nudā humū se totū nudatū in spiritu feruore profrauit, quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus luctaretur cum nudo. De cubans sic in terra, facina veste depōsita, faciē solito more leuauit in cœlum, & intendens illi gloriæ totus manu sinistra dextris lateris vultus ne videretur obtexit. Et ait ad fratres: Ego quod meum est feci, quod vestrū est Christus edoceat. Illachrymantibus autē fociis sancti, qui miro fuerat cōpāssionis telo percussus, vnus ex eis, quē vir Dei Guardianū suum esse dicebat, votum ipsius diuinā inspiratione cognoscēs, festinus surrexit, vt acceptā cum cordula & seamoralibus tunicā, pauperculo Christi obrulit dicens: Hęc tibi tanquam pauperi corpū modo, & tu illa suscipias obedientię sanctę mandato. Gaudet ex hoc vir sanctus, & iubilat præ lætitiā cordis, quoniā fidem tenuisse Dominicæ paupertatis vsque in finem se vidit, palmasque Ieūans ad cœlum, Christum suū magnificat, pro eo quōd exoneratus ab omnibus liber vadit ad ipsum. Fecerat enim hæc omnia paupertatis zelo, vt nec habitum quidē veller habere, nisi ab illo cōmodatum. Voluit certē per omnia Christo crucifixo esse cōformis, qui pauper & dolens, & nudus in cruce pepēdit. Propter quod & in principio cōuersionis suæ nudus remāsit coram Antistite & in cōsummatione vitę nudus voluit de mundo exire, fratribusque sibi assistentibus in obedientia charitatis iniunxit, vt cum viderent eum iā esse defunctū, per tam longum spacium nudum super humū iacere permitterent, quōd vnus miliarij tractū suauiter quis perficere posset. O verē Christianissimū virum, qui & viuens Christo viuenti, & moriēti, & mortuus inortuo perfecta esse studuit imitatione cōformis, & expressa promeruit similitudine decorari. Hora denique sui trāsitus propinquāte, fecit fratres oēs existētes in loco ad se vocari, & eos cōsolatoriis verbis pro sua morte demulcēs, paterno affectu ad diuinū est hortatus amorem. Dei patientia & paupertate, & sanctæ Romanæ Ecclesię 53 fide seruandis sermonem protraxit, ceteris institutis sanctum Euangelium anteponens. Circūsedēribus verō omnibus fratribus, extēdit super eos manus in modum crucis Brachiis cācellatis pro eo quōd hoc signū semper amabat, & omnibus fratribus tam præsentibus quā absentibus in crucifixi

53 Vides hereticā quāsi fecerit diluētus hic pater sanctæ Romanæ Ecclesię fidei

crucifixi virtute ac nomine benedixit. Insuper & adiecit: Valetē filij omnes in timore Domini, & permanete in eo semper. Et quoniā futura tentatio, & tribulatio appropinquat, felices qui perseverabunt in his quæ cœperunt. Ego verō ad Deum propero, cuius gratiæ vos omnes cōmūdo. Suavi huiusmodi admonitione completa, 54 iussit Deo vir charissimus Euangeliorum sibi codicem apportari, & Euangelium secundū Ioannem, quod incipit ab eo loco: Ante diem festum Paschæ, sibi legi poposcit. Ipse verō prout potuit in huius psalmi vocem erupit: Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum: & ad finem vsque compleuit: Me, inquit, expectant iusti, donec retribuas mihi. Tandem cunctis in eum completis mysterijs, anima illa sanctissima carne soluta, & in abyssum diuinæ claritatis absorpta, beatus vir obdormiuit in Domino.

Vnus autē ex fratribus & discipulis eius vidit animā illam beatam sub specie stellæ præfulgidæ à candida subuectam nubecula, super aquas multas in cœlum recto tramine sursum ferri, tanquā sublimis sanctitatis candore prænitidā, & cœlestis sapientiæ simul & gratiæ vberitate repletam, quibus vir sanctus promeruit locū introire lucis & pacis, vbi cum Christo sine fine quiescit. Mīnister quoque fratru in terra laboris tunc erat, Frater Augustinus, vir vtique sanctus & iustus, qui in hora vltima positus, cum iam diu perdidisset loquelam, audientibus qui astabant, subito clamauit & dixit: Expecta me pater, expecta, ecce iā venio tecū. Quærentibus fratribus, & admirantibus multum, cui sic loqueretur, audacter respōdit: Nonne videtis patrē nostrū Franciscū, qui vadit ad cœlum? Et statim sancta ipsius anima migrans à carne, patrem est sequuta sanctissimum. Episcopus Assisinas ad oratorium S. Michaelis in monte Gargano tunc temporis peregrinationis causa perregerat, cui B. Franciscus appārens noctē transitus sui, dixit: 55 Ecce relinquo mundū, & vado ad cœlum. Mane igitur surgens Episcopus, locis narrauit quæ vidit, & Assisium rediēs, cum sollicitē perquisisset, certitudinaliter comperit, quōd eā hora qua sibi per visionē innotuit, beatus pater ex hoc mundo migravit. Alaudæ aues lucis amicæ, & crepusculorum tenebras horrescentes, hora transitus sancti viri cum iam esset noctis sequutura crepusculum, venerunt in multitudine magna super tectum domus, & diu cum insolita quadam iubilatione rotatēs, gloriæ sancti, qui eas ad diuinas laudes inuitare solitus erat, tam iocundum quā euidens testimonium perhibebant.

¶ De canonizatione & translatione ipsius. Caput decimumquintum.

Franciscus igitur seruus & amicus Altissimi, ordinis minorum fratru institutor, & dux, paupertatis professor, patientiæ forma, veritatis præco, sanctitatis speculum, & totius Euangelicæ perfectionis exemplar, superna præuentus gratia, ordinato progressu, ab infimis peruenit ad summa. Hunc virum mirabilem, utpote paupertate prædiuitem, humilitate sublimem, mortificatione viuidum, simplicitate prudentem, omnique morum honestate cōspicuum, quem in vita Dominus mirabiliter effecerat clarum, in morte fecit incomparabiliter clariorē. Beato namque viro migrante à seculo, spiritus ille sacer domum æternitatis ingreditus, fontisque vitę hauritu plenario gloriosus effectus, expressa quædam in cor, ore futura gloriæ signa reliquit, vt caro illa sanctissima quæ crucifixa cum vitiis, in nouam iam creaturā transierat, & pāssionis Christi effigiem, priuilegij singularitate præferret, & nouitate miraculi resurrectionis speciem præmonstraret. Cernebantur quidem in membris illis felicibus clauit ex eius carne virtute diuina mirificē fabricati, sicq; carni eidem innati, quōd dum à parte qualibet premerentur, protinus quasi nerui continui & duri ad partem oppositam resubstābant. Inuenta quoque fuit parentis in ipsius corpore non inflicta humanitus, neq; facta plaga vulneris lateralis, instar vulnerati lateris Saluatoris, quōd redemptionis & generationis humanę in ipso Redemptore nostro protulit sacramentum. Erat autem similitudo clauorum nigra quasi ferrum, vultus autē lateris rubeum, & ad orbicularitatem quandam carnis concisione reductum, rosa quædā pulcherrima videbatur. Caro verō ipsius reliqua, quę prius tam ex infirmitate quā ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio remiscens, illius secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat. Membra ipsius adeo mollia & trāsabilia se præbebant palpantibus, vt conuersa iocunditatem & admirationem cōmuentibus ingerebat. Lachrymabantur filij pro subtractione amabilis patris, sed & non modica profundeabantur lætitiā, dum deosculabantur in eo signacula summi regis. Miraculi nouitas plantum vertebat in iubilum, & intellectus rapiebat indiginem in stuporē. Erat quippe tam insolitū, tamq; insigne spectaculum contentibus omnibus & firmamentum fidei, & incitamentum amoris, audientibus verō admirationis materia, & excitatio desiderij ad videndum. Audito siquidem transitu patris, & fama diffusa miraculi, accelerans populus confluebat ad locum, vt id cerneret oculis

54 Ecce quō fides Christiani manumur.

55 Nota. Ecce rē in quo mundum, et vado ad cœlum.

oculis, quod à ratione dubium omne repelleret, & affectioni gaudium cumularet.

Admissi sunt igitur Alesinates ciues quamplurimi ad stigmata illa sacra contemplanda oculis, & labijs oculanda. Vnus autem ex eis miles, literatus quidem & prudens, Hieronymus nomine, vir vtiq; famosus & celebris, cum de huiusmodi sacris signis dubitasset, essetq; incredulus, quasi Thomas, feruentius & audacius coram fratribus & alijs ciuibus mouebat elatius, sanctiq; manus, pedes, & latus manibus proprijs contrectabat, vt dum vulnere Christi veraciter illa signa palpando contingeret, de sui & omnium cordibus omne dubietatis vulnus amputaret. Propter quod & ipse inter alios huius veritatis tam certitudinaliter agnitæ testis constans postmodum effectus est, & tactis sacrosanctis iuramento firmavit. Fratres autem & filij qui vocati fuerant ad transitum patris, cum omni multitudine populorum noctem illam, in qua almas Christi confessor decessit, sic diuini laudibus dedicarunt, vt non defunctorum exequijs, sed Angelorum excubiæ viderentur.

56 *Habes iste san-
cti viri de more ec-
clesiæ Ecclesie
sepulchrum, videlicet
cum ceteris ara-
donibus, et hym-
nis & canticis, et
exequiarum solen-
nium celebrations.*

Mane aut facta, turbæ quæ cõuenerant acceptis arborum ramis, & 56 careorū multiplicatis luminibus, cum hymnis & canticis sacrum corpus ad ciuitatē Alesij detulerunt. Transfertes verò per ecclesiam S. Damiani, in qua virgo illa nobilis Clara nouo gloriosa in cœlis, tunc inclusa cum virginibus morabatur, ibiq; aliquantulum subsistentes, sacrum corpus margaritis cœlestibus insignitum videndū & osculandum sacris illis virginibus obulerunt. Peruenientes deniq; ad ciuitatē cū iubilo, preciosum thesaurū quæ portabant in Ecclesia sancti Georgij cum omni reuerentia considerunt. In eo siquidē loco puerulus literas didicit, ibiq; postmodum prædicauit, postremò ibidem locum primum quietis accepit. Transiit autem venerabilis pater ex huius mundi naufragio, anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto, quarto Nonas Octobris die sabbati in fero, sepultus in die Dominico.

Cœpit autem vir beatus continuò, diuinæ faciei superirradiante respectu, magnis & multis conuolare miraculis, vt sublimitas sanctitatis eius, quæ ipso viuente in carne ad morum directionem per exempla perfectæ iustitiæ innotuerat mundo, illo iam regnante cum Christo, ad omnem fidei firmitatem per miracula diuinæ potentiæ comprobaretur è cœlo. Cumq; in diuersis orbis partibus gloriosa eius miracula, largaque per ipsum impetrata beneficia plurimos ad Christi deuotionem accenderent, & ad ipsius sancti reuerentiã incitarent, acclamantibus tam linguis sermonum quam operum, ad aures summi Pontificis domini Georgij noni, quæ per seruum suum Franciscum Deus operabatur magna peruenerunt. Sanè cum idē pastor Ecclesiæ non solum ex miraculis auditis post mortem, verum etiam experimentis in vita ipsius oculis visis, & manibus contrectatis, sanitatem eius mirabilem plena fide certificatus agnosceret, ac per hoc in cœlis glorificatum à Domino nullatenus dubitaret: vt Christo, cuius erat vicarius, concorditer ageret, hunc in terris reddere celebrè tanquam omni ueneratione dignissimum, pia consideratione disposuit. Ad omnem quoque certitudinem faciendam orbi tertarum de glorificatione viri sanctissimi, inuenta miracula & conscripta, & testibus idoneis approbata examinari fecit per illos, qui minus inter cardinales fauorabiles negotio videbantur. Quibus diligenter discussis, & ab omnibus approbatis, de fratrum suorum omnium prælatorum, qui tunc erant in curia, concordii consilio, & assensu canonizandū decreuit, veniensq; personaliter ad ciuitatem Alesij, anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo octauo, decimo septimo Calendas Augusti, die Dominico, cum maximis, quæ longum foret enarrare, solennijs, beatum patrem catalogo sanctorum adscripsit.

Anno verò Domini millesimo ducentesimo trigésimo conuenientibus fratribus ad capitulum generale Alesij celebratum, ad basilicam in honore ipsius constructã, corpus illud Domino dedicatum, octauo Calendas Junij translatum est. Dum autem ille sacer transportaretur thesaurus bulla regis altissimi consignatus, miracula plurima ille, cuius effigiem præferrebat, operari dignatus est, vt per odorem ipsius saluifici affectus traheretur fidelium ad currendum post Christum. Erat re vera cõdignum, vt quem Deus in vita sibi placentem & dilectum effectum, in paradysum per contemplationis gratiam transfulerat, vt Enoch, & ad cœlum in curru igneo per charitatis zelum rapuerat, vt Heliam, eius iam vernatilis inter flores illos cœlicos plantationis æternæ, ossa illa felicia de loco suo pullulatione mirifica redolent. Porro sicut vir iste beatus mirandis virtutum signis in vita claruerat, sic à die transitus sui vsque in præsens per diuersas mundi partes præclaris miraculorum prodigijs, diuina fe potentia glorificante coruscet. Nam cæcis & surdis, mutis & claudis, hydropticis, & paralyticis, dæmoniis, & leprosis, naufragis, & captiuis, ipsius meritis remedia conferuntur, omnibusq; morbis, necessitatibus & periculis subuenitur. Sed & multis mortuis mirifice suscitatis, innorescit fidelibus mirificans sanctum suum magnificentia virtutis altissimi, cui est honor & gloria per infinita secula seculorum.

A M E N.

Incipiunt

Incipiunt quedam de miraculis ipsius post mortem operentis. Et primum de virtute sanctorum signatum. Miraculum primum.

AD omnipotentis Dei honorem, & gloriam B. Patris Francisci, post glorificationem ipsius in cœlis aliqua ex approbatis conscripturus miracula, ab illo præcipue censui iudicandum fore initium, in quo Crucis Iesu virtus ostenditur, & gloria innotetur. Nouus igitur homo Franciscus, nouo & stupendo miraculo claruit, cum singulari privilegio retroactis seculis non concessio insignitus apparuit, sacris videlicet stigmatibus decoratus, & configuratus in corpore mortis huius corpori crucifixi. De quo quicquid humana lingua dicatur, minus erit à laude condigna. Totum quidem viri Dei studium, tam publicum quam priuatum circa crucem Dñi verlabatur. Et vt crucis signaculo cordi eius, à principio suæ conuersionis impresso, corpus cõsignaret exterius, in ipsa se cruce recludens, habitū penitentis simpliciter crucis imaginem præferentem: quatenus sicut mens eius intus Dominum crucifixum indueret, sic & corpus eius indueret arma crucis: et in quo signo Deus potestates aëreas debellaret, in eodem seruis exercitus Dñi militaret. Sed & à principio temporis, quo crucifixo militare ceperat, diuersa ei: cæ eū crucis præfusiōe mysteria, sicut vita: ipsius cõsideranti deorum clarius innotescit, qualiter apparitione crucis Dominicæ septiformi, tam cogitatu, quam affectu, & actu, totus fuit in crucifixi effigie, per ipsius excitationē transformatus amorē. Dignè igitur summi Regis elementia suis amatoribus vltra omnem existimationē hominū cõdescendēs, suæ crucis vexillū ipsius corpori deferendū impressit, vt qui mirado fuerat crucis amorē præuentus, mirando etiã fieret crucis honore mirificus. Ad huius stupendi miraculi inenarrabilem firmitatem non solū videntium & palpatū testimonia per omnē modū credibilia, verum etiam apparitiones mirabiles, & virtutes post ipsius obitū coruscantes ad omnē mētis cõfugandum nubilum suffragatur. Felicitas namq; recordationis Dñs Gregorius Papa nonus de quo vir sanctus vel propheta dõ prædixerat, quod ad dignitatem foret Apostolicã sublimandus antequam crucis signiferum catalogo sanctorum ascriberet, scrupulum quendam dubitationis in corde gerebat de vulnere laterali. Noctē verò quadã (sicut ipse felix Antistes referebat cum lachrymis) beatus ei Franciscus quadam faciei præterita duritie in formis apparuit, & hesitationē cordis ipsius redarguens eleuauit brachium dexterum, detexit vulnus, phialamq; poposcit ab ipso, vt saturientē reciperet sanguinē qui ex latere desuebat. Obtulit in visione summus Pontifex phialam postulatã, quæ vsq; ad summum sanguine profluere de latere videbatur impleri. Ex tunc ad illud sacrum miraculum tanta cœpit deuotione affici, & æmulatione feruere, vt nullo modo pati posset, quod aliquis præfulgentia illa sacra signa superba præsumeret impugnatione fuscare, quin cum ieuera increpatione feriret.

Miraculum.

Frater quidam ordine minorum, officio prædicator, virtutis & famæ prærogatiua præpollens, cui firmiter erat de sanctis stigmatibus persuasum, dum humano sensu miraculi huius apud se rationem perquiret, dubitationis cœpit cuiusdam scrupulo titillari. Cùm igitur per dies plurimos sensualitate sumente vigorem, luctamen huiusmodi pateretur, nocte dormienti S. Franciscus pedibus lutulentis apparuit humiliter durus & patienter iratus. Et quæ sunt, ait, ista in te consistationum certamina? Quæ dubitationum sordes? Vide manus meas & pedes meos. Cumque ille videret manus confixas, lutulentorum pedum stigmata non videbat. Remoue, inquit, lutum à pedibus meis, & cognosce loca clauorum. Quos cùm ille apprehendisset deuotè, lutum sibi videbatur abstergere, locaque clauorum manibus contrectare. Continuo vt euigilat, lachrymis irrigatur, & priores affectus, quodammodo lutulentos, tam lachrymarum profluuio, quam publica confessione deterfit.

Miraculum.

In vrbe Roma matrona quadam morum claritate ac parentum gloria nobilis, S. Franciscum in suum elegerat aduocatum, ipsius habens depictam 57 imaginem in secreto cubiculo, ubi patrem in abscondito exorabat. Die verò quadam dum orationi vacaret, considerans imaginem sancti sacra illa signa stigmatum non habentem, dolere cœpit non modicum & mirari. Sed non mirum si in pictura non erat quod pictor omiserat. Cumq; per plures dies quid causæ foret defectus huiusmodi, mente sollicita pertractaret, ecce subito die quadam apparuerunt signa illa mirifica in pictura, sicut in alijs ipsius sancti imaginibus pingi solent. Tre mensura illa filiam suam Deo deuotam aduocauit protinus, requirens si absque stigmatibus vsque tunc imago fuisset. Affirmat illa, & iurat, olim sine illis sacris stigmatibus extitisse, & nunc verè cum stigmatibus apparere. Verum quia mens humana semetipsam frequenter impellit vt cadat, & in dubium reuocat veritatem, subintrat iterum cor mulieris dubitatio noxia, ne fortè sic fuisset imago à principio consignata. At Dei 58 virtus, ne primum contemneret miraculum, addidit & secundum. Continuo namque disparentibus signis illis, nudata privilegio imago remansit, vt per sequens signum fieret probatio præcedentis.

pp ij

Miraculum

57 *Ipsius habens
depictam imaginē
in secreto cubiculo*

58 *Si imaginem
suis non esset
tutus, nequaquam
dē
vna virtus tot
mē
rabilla circa
hanc
imaginem
operata
fuisse.*

Licet aut populus qui astabat, videret imenē mortuū nihilominus tamē flens & eimlās proclamabat: Sancte 66 Francisce, redde puerū patri suo. Sed & Iudēi qui venerāt, naturali pietate commoti, dicebāt: Sancte Francisce, redde puerū patri suo. Subitō puer lēgātibus & mirātibz cunctis exurgēs incolumis, duci se ad Ecclesiam beati Francisce suppliciter postulauit, vt gratias ille deuotus exsolueret, cuius se nouerat virtute mirabiliter sulcitatum. ¶ *Miraculum.*

In ciuitate Suesa in vico qui ad columnas dicitur, repente quædam corruens domus, vñū aborbuit iuuenem, & subitō interemit. Viri autem & mulieres ruina sonitu excitati, vñdique accurrentes, eleuauerunt hinc inde ligna & lapides, & miseræ matri mortuum filium red diderunt. Illa verò amarissimis repleta singultibus, sicut poterat, dolorosis vocibus exclamabat: Sancte Francisce, sancte Francisce, redde mihi filium meum. Non solum autem illa, sed & omnes qui aderant, B. patris præsidium flagitabant. Sed cūm non esset neque vox, neq; sensus, cadauer posuerunt in lectulo, & ad sepeliendum ipsum diem crastinum expectabant.

Mater verò fiduciam habens in Dño per merita sancti eius, 67 votum emisit, noua se syndone B. Francisce operturam altare, si filium suum reuocaret ad vitam. Et ecce circa horā noctis mediā, cœpit iuuenis ofcitare, & calefcentibus membris viuus exurgens & sanus, in laudis verba prorūpit. Sed & clerum qui cōuenerat, & populum vniuersum excitauit ad laudes & gratias, Deo & beato Francisco cum mentis læticia persolueudas. ¶ *Miraculum.*

Iuuenis quidam Gerlandinus nomine, de Ragusa oriundus, vindemiariū tēpore ad vineas exiens, cūm in vase vinario, vt vtres impleret, sub torculari se mitteret, repente prægrandes lapides, motis in se lignorum struibus, caput ipsius lætali percussione quassauerunt. Festinauit continuò pater ad filium, & desperans obrutum non adiuuit, sed eum sub onere, sicut corruit, sic reliquit. Accurrerunt expeditius vintores, magni clamoris vocem lugubrem audientes, multoq; cum patre pueri dolore cōpleti, extraxerunt iuuenem iam mortuum à ruina. Pater verò ipse Iesu pedibus prouolutus, humiliter precabatur, vt filium suum vnicū per S. Francisce merita, cuius tunc imminabat solennitas, sibi reddere dignaretur. Ingeminabat preces, vouebat officia pietatis, & sancti viri corpus se 68 visitaturū cum filio, si suscitaretur à mortuis, repromisit. Mirum certè: Continuò puer qui toto fuerat corpore cōquassatus, restitutus vitæ & integræ sospitati gaudens coram omnibus exurrexit, plangentes obiurgans, & sancti Francisce suffragijs vitæ se redditum asseuerans. ¶ *Miraculum.*

Quendam alium mortuum in Alemania suscitauit, de quo Dominus Papa Gregorius tēpore translationis ipsius sancti, fratres omnes qui ad translationem & capitulum conuenerant, per Apostolicas literas certos reddidit & gaudentes. Miraculi huius seriem quia ignorauit, non scripsit, credens Papale testimonium omnis assertionis excellere instrumentum.

¶ *De his quos à mortis periculo liberauit.*

In consubibus Vrbs vir quidam nobilis Rodolphus nomine, cūm Deo deuota vxore fratres minores suo recepit hospicio, tam hospitalitatis gratia, quàm B. Francisce reuerentia, & amore. Nocte verò illa in summitate turris dormiens custos castri, cūm iaceret super struem lignorum in ipsa muri positurum crepidine, ipsorum soluta compage, in tectum palatii corruit, & exinde super terram. Excitata ad sonitum casus tota familia, & custodis intellecta ruina, dominus castri & domina cum fratribz accurrerunt. Is verò qui ab alto corruerat, absorptus fuerat tam profundo sopore, vt nec ad casum euigilaret iteratè ruina, nec ad strepitum accurrentis familiæ cum clamore, Trahentium tandem, & impellentium manibus excitatus, conuerti cœpit, quod dulci fuisset quiete priuatus inter B. Francisce brachia suauiter assans se dormisse. Cūm verò de casu proprio doceretur ab alijs, & in imo se videret, qui in alto iacuerat, stupens esse factum quod fieri non perceperat, penitentiam se facturum ob reuerentiam Dei & beati Francisce coram omnibus repromisit. ¶ *Miraculum.*

In castro Pophis, quod in Campania positū est, sacerdos quidā Thomas nomine accessit ad reparandum Ecclesiæ molendinum. Deambulans aut incautè secus extrema canalıs, quo gurges profundus copioso defluebat influxu, subitō casu cauiloso ligno intrusus est, cuius impulsu voluitur molendinum. Cūm igitur consertus iaceret in ligno, & super os ipsius quia supinus erat, aquarum impetus inundaret, corde tamen, quia lingua non poterat 69 S. Francisce flexiliter inuocabat. Per magnum verò spatium sic illo iacente, ac de vita ipsius iā penitus socijs desperatis, in contrariam partē molam cum violentia reuoluerunt, & sic eiectus sacerdos palpitans volubatur in aquæ meatu. Et ecce quidam frater minor indutus tunica candida, & sune luccinatus, cūm magna suauitate arreptum per brachium extra flumen eduxit, dicens: Ego sum Francisceus, quē inuocasti. Ille verò sic liberatus nimis obstupuit, volēsq; pedum ipsius osculari vestigia, huc atque illuc anxius discurrebat, quærens à socijs: Vbi est ille? Quod abiit sanctus? Qua via discessit? Viri autem illi tremefacti, proni ceciderunt in terram, sublimis Dei gloriofa extollentes magnalia, & virtuosa merita humilis serui eius.

¶ *Miraculum*

66 Ecce quomodo ad inuocatio nē S. Francisce puer mortuus vitæ red dicitur.

67 Vide quomodo ad votum mulieris cōditionate suscitatur puer ruina domus oppressus.

68 Ad votū vñdē tandi corporis B. Francisce, eius meritıs, & suffragijs pater filii mortuum viuū recepit.

69 Ad inuocatio nē sancti, presbyter & manifeste periculo mortis liberatus est.

¶ *Miraculum.*

Iuuenes quidam de Burgo Celani pro metendis herbis exierant ad campestria quædam, in quibus vetus latebat puteus, herbis in summo ore viuentibus obubratus, qui quasi per passus quatuor aquarū altitudinē continebat. Segregatis igitur per cāpūm discurrentibus pueris, vnus ex improviso decurrit in puteū. Absorbente aut profunda fouea corpus, spiritus mentis sursum recurrebat ad B. Francisce suffragiū, clamans 70 in ipso lapsu fideliter & fidenter: S. Francisce, adiuua me. Cateri huc atque illic se vertentes, dū puer alius non cōpareret, clamore, circuitu, & lachrymis requirebant eundē. Comperto tandem quod in puteū cecidisset, festinātes cum gemitibus redierūt ad Burgum, indicātes euentū, exposcentes auxilium. Redeuntibus aut illis cum multa hominum turba, demissus vnus per funē in puteum, puerum respexit in aquarum superficie residentē, nihil passum penitus lēSIONIS. Extractus verò de puteo puer, dixit, omnibus qui astabant. Quando subitō cecidi, B. Francisce patrociniū inuocaui, qui corruenti mihi statim præsentialiter assuit, & manum porrigens, leuiter apprehendit, nec vnquam deseruit, donec vñā vobiscum puteo me eduxit. ¶ *Miraculum.*

In Ecclesia B. Francisce apud Alsifium dum præsentē Romana Curia prædicaret Dominus Episcopus Hostiensis, qui postmodū summus Pontifex extitit Alexander, quidam lapis ponderosus & magnus incautè super pulpitem excelsum & lapideum derelictus, præ nimietate pressuræ impulsus, super caput cuiusdam cecidit mulieris. Existimantes igitur circumstantes perfectè ipsam iam mortuam, & caput eius totaliter cōquassatum, cooperuerunt eam pallio, quo erat amicta, vt sermone finito educeretur extra Ecclesiam lugubre funus. Ipsa verò se B. Francisco, ante cuius iacebat altare, fideliter cōmendauit. Et ecce prædicatione finita, mulier coram omnibus ad eū surrexit incolumis, vt nullius in ea lēSIONIS vestigium appareret. Sed & quod est amplius admirandum, cūm per longa tempora vsque ad horam illam dolorem capitis quasi continuum habuisset, plenè fuit ex tunc ab omni morbi molestia liberata, sicut ipsa postmodum testabatur. ¶ *Miraculum.*

Apud Cornetum cūm in loco fratrum ad fusionem campanæ viri quidam conuenissent deuoti, puerulus quidam ostennis Bartholomæus nomine, xenium quoddam fratribz laborantibus apportauit. Et ecce subitō ventus vehemēs, cōcussa domo, ostium portæ graue quidem & magnum, super ipsum puerulum ita valido proiecit impulsu, vt quē tam ingēs pondus oppresserat, lētali crederetur collisione quassatus. Sic enim totaliter iacebat tumulatus sub pōdere, vt nihil exterius appareret. Accurrerūt oēs qui aderant, B. Francisce virtuosam dexteram inuocantes. Sed & pater ipsius, qui rigescētibus mēbris se mouere nō poterat præ dolore, 71 votis & voce, S. Francisco filium offerebat. Leuatum est denique funestum pōdus desuper puerum: Et ecce quē credebant mortuum, quasi suscitatus à somno, lētus apparuit, nullam in se profus præferēs lēSIONEM. Igitur cūm quatuordecim esset annorum, factus est frater minor, vir postea literatus, & famosus in ordine prædicator. ¶ *Miraculum.*

Homines de Lentino lapidē prægrandē absceiderunt de mōte, qui supponendus erat altari cuiusdā Ecclesiæ B. Francisce in proximo cōsecrandū. Cūm aut ferè quadraginta homines lapidem illum supponere vehiculo niterentur, repetitis sepius viribus super quendā hominem lapis ille cecidit, & in modum sepulchri obtexit. Sed cūm mente consuli quid facerent, ignorarent, maior pars hominū desperata discessit. Porro viri decem, qui remanserant, lugubri voce sanctum inuocantes Francisceum, ne in suo seruitio sic horrendè mori hominem pateretur, resumpto tandem corde, tanta facilitate lapidem amouerunt, vt nullus dubitaret virtutem affuisse Francisce. Surrexit homo incolumis in omnibus membris, insuper & lumen recuperavit limpido oculorum, quod habuerat obscuratum, vt omnibus daretur intelligi, quàm in rebus desperatis B. Francisce merita validæ sint virtutis. ¶ *Miraculum.*

Simile quoddam accidit apud sanctum Severinum in Marchia de Ancona. Dum enim lapis prægrandis de Constantinopoli apportatus, ad Basilicam beati Francisce multorum viribus traheretur, rapido lapsu est super quendam trahentium deuolutus. Cumque ille non solum crederetur defunctus, sed etiam totaliter comminutus, assidente sibi beato Francisco, & lapidem subleuante, absque omni lēSIONE sanus & incolumis, lapidis proiecto pondere, profluit. ¶ *Miraculum.*

Bartholomæus Caietanus ciuis, cūm ad constructionem cuiusdam Ecclesiæ beati Francisce non modicum defudaret, riente trabe quadam infirmiter posita, cuiusque opprimente certicem, fuit grauiter conuassatus. Ipse verò mortem sibi sentiens imminentem, vti erat vit fidelis & pius, à quodam fratre viaticum postulauit. Quod frater ille tam celeriter asseruit non valens, quia mori subitō credebatur, beati Augustini verba protulit, dicens ei: Crede & manducasti. Sequenti verò nocte B. Francisce cum vñdecim fratribz illi apparuit, & inter vbera portans agniculum, ad lectū eius accessit, vocauitq; illum ex nomine, dicens: Bartholomæe,

70 Vides ad inuocatio nē beati patris: puerum e puteo incolumem reo dū dūm!

71 Ecce quot mōtaacula ad inuocatio nē B. Francisce.

noli timere, quia non praeualebit aduersus te inimicus, qui te in medio seruitio voluit impedi-
dire. Hic est agnus, quem tibi dari petebas, quem & propter bonum desiderium suscepisti,
cuius etiam virtute consequeris vtriusq; hominis sospitatem. Et sic per vulnera manum dum-
cens, ad opus quod ceperat, eum redire praecipit. Qui valde mane conlurgens, & iis qui eum
feminecem reliquerant, incolumis & laetus apparens, admirationem intulit & stuporem, sed
& ipsorum mentes ad beati patris reuerentiam, & amorem tam exemplo sui, quam sancti
miraculo excitauit.

¶ *Miraculum.*

Quidam de castro Ceperani nomine Nicolaus, in manus inimicorum crudelium incidit die
quadam. Qui crudelitate ferali vulneribus eum super vulnera concidentes, vsque adeo super
miserum saeuierunt, donec vel extinctum crederent, vel protinus extinguendum. Clamauerat
autem Nicolaus praedictus cum primos ictus exciperet, alia voce, 72 Sancte Franciscus suc-
curre mihi, S. Franciscus adiuua me. Hanc vocem a remotis audierunt quapleurimi, licet auxi-
lium ferre non possent. Deportatus tandem domum, totus suo sanguine volutatus, fiducialiter
asserebat, se mortem ex illius vulneribus non viliurum, nec etiam se tunc sentire dolorem,
quoniam sanctus Franciscus sibi succurrerat, & vt poenitentiam ageret a Domino impetra-
uit. Quod & sequens confirmauit euentus. Nam lotus a sanguine, continuo contra huma-
nam spem extitit liberatus.

¶ *Miraculum.*

Filius cuiusdam nobilis in Castro S. Geminiani, valido languore detentus, omniq; vterius
desperatus salute, ad extremum vsque perductus est. Ritus etenim sanguinis ab oculis eius
emanabat, sicut ex vena brachij affolet ebullire. Ceteriq; propinquae mortis veris indicia in
reliquo corpore apparentibus, iudicabatur pro mortuo. Sed & pro debilitate spiritus & vir-
tutis, sensus & motus vsu priuatus, visus est penitus emigrasse. Congregatis autem ex more
ad plancum parentibus, & amicis, ac de sola agentibus sepultura, pater ipsius fiducia habens
in Domino, scoto gressu ad Ecclesiam cucurrit B. Francisci, quae in eodem erat castro consti-
tuta, & cingulo suspenso ad gattur, cum omni humilitate se 73 prostravit in terram. Sicq; vo-
ta vouens & multiplicans preces, suspiriis & gemitibus meruit apud Christum S. Franciscum
habere patronum. Reuerus itaque statim pater ad filium & sanitati restitutum inueniens, lu-
ctum in gaudium immutauit.

¶ *Miraculum.*

Simile quiddam meritis sancti operatus est Dominus circa puellam quandam in Cathalonia
de villa nomine Thamarit, & circa aliam de Anthona, quae cum essent praenimitate aegri-
tudinis in vltimo spiritu constituta, B. Franciscus fideliter a parentibus 74 inuocatus, per-
fectae continuo eas restituit sanitati.

¶ *Miraculum.*

Clericus quidam de vico albo, nomine Mattheus, veneno mortifero bibito, in tantu fuit gra-
uatus, quod loqui aliquo modo non valens, solu finalem exitu expectabat. Sacerdos quidam, vt
sibi cõfiteretur, admonuit, & verbum vnum ab eo extorquere non valuit, ipse vero in corde
suo humiliter Christum orabat, vt per B. Francisci merita a mortis omni faucibus eripere di-
gnaretur. Moxq; vt confortatus a Domino B. Francisci nomen fidei deuotione deprompsit,
testibus qui aderant, veneno euomito, liberatori suo gratias egit.

¶ *Miraculum.*

In magno maris periculo positi quidam naucae com miliaria decem a portu Barulitano
distarent, ingrauescente nimirum tempestate iam de vita dubij anchoras submiserunt. Ve-
rum spiritu procellarum mari feruentius tumefcente, fractis funibus & relatis anchoris, in-
certo & inaequali cursu per equora gradiebantur. Tandem nutu diuino mari placato, ad resu-
mendas anchoras, quarum funes superius enatabant, toto se conamine parauerunt. Cuiq; id
perficere propriis viribus non valeret, plurimorum sanctorum inuocato subsidio, multique
iam sudoribus liquefcentes, nec vnam per totam diem resumere potuerunt. Aderat aut nauca
quidam Perfectus nomine, sed moribus imperfectus, qui cum irratione quadam dixit ad So-
cios: Ecce sanctorum omnium inuocatis auxilium, & vt videtur nullus est qui succurrat. In-
uocemus istum Franciscum, qui nouellus est sanctus, si quo modo in mare se emergat, & an-
choras perditas reddat. Cõfenserunt ceteri no irratione, sed veraciter suasioni Perfecti, & ipsius
obiurgantes irrisorium verbum, firmauerunt cum sancto spontaneum 75 votum. Statimq;
in momento sine aliquo adminiculo natauerunt anchorae super aquas, quasi ferri natura ves-
ta foret in ligneam leuitatem.

¶ *Miraculum.*

Peregrinus quidam inualidus corpore propter febris peracutae symptomata, quam fuerat
ante perpeffus, nauis quadam subuectus de ultramarinis partibus veniebat. 76 Ferebatur au-
tem ipse ad B. Franciscum praecipuo deuotionis affectu, eum sibi apud caelestem Regem ele-
gerat aduocatum. Cum igitur necdum perfecte liber a morbo, sicut angustia ferret ardoribus,
deficiente iam aqua, coepit alta voce clamare: Ite fidenter, haurite poculum mihi, quia B. Frã-
ciscus vasculum meum aqua repleuit. Miru certè. Inuenerunt vas aqua repletu quod fuerat an-
te vacuum derelictu. Alio vero die cum tempestate suborta operiretur nauis fluctibus, & pro-
cellis

cellis quateretur perualidis, ita vt iam naufragium timerent, coepit idem infirmus subito cla-
more vociferari per nauem: Surgite omnes, inquit, & beato Francisco venienti occurrite: ecce
ad saluandum nos adest. Sicque cum voce magna & lachrymis in faciem precidens adora-
uit. Statim ad sancti visionem omnem sospitatem resumpsit infirmus, & maris fuit tranqui-
llitas subsequuta.

¶ *Miraculum.*

Frater Iacobus Reatinus cum in nauicula parua fluuuii quaedam cum aliis fratribus per-
transiret, focis primò super ripam positus, postremò se ad exitum praeparabat. Sed modico il-
lo per infortunium reuoluto, rectore natante, frater merfus est in profundum. Inuocabant fra-
tres extra positi affectuosis precibus beatorum Franciscum, & vt filio succurreret, lachrymosis
gemitibus supplicabant. Submersus autem frater de ventre gurgitis nimis immensi, cum ore
non posset, corde clamabat, vt poterat, implorans pij patris subsidium. Et ecce auxiliante sibi
beati patris praesentia, per profundum sicut per aridam ambulabat, & demersam nauiculã ca-
piens, cum ea peruenit ad littus. 77 Mirabile dictu. Vestimenta eius madidata non sunt, nec
aquae gutta proximauit ad tunicam.

¶ *Miraculum.*

Frater, Bonauentura nomine, cum duobus viris per lacum quendam nauigans, confracta
ex parte nauicula, propter aquae influentis impetum demersus est cum nauis & focis in pro-
fundum. Cum aut de lacu miseriam misericordem fratrem Franciscum 78 inuocaret cu mul-
ta fiducia, supernatauit subito aqua plena nauicula, & cum eis, sancto praebente ducatu, salu-
briter peruenit ad portum. Sic & quidam frater de Esculo submersus in flumine, S. Francisci
meritis extitit liberatus. Sed & in lacu Reatino cum quidam viri & mulieres in consimili
essent periculo constituti, ad inuocationem nominis S. Francisci de aquarum multarum pe-
riculoso naufragio salubriter euaserunt.

¶ *Miraculum.*

Quidam naucae Anthonitani periculosa tempestate iactati, submersionis periculum iam vi-
debant. Cumq; sic desperati vita, S. Franciscum suppliciter inuocarent, lumen in mari magnu
apparuit, & cum ipso lumine tranquillitas concessa diuinitus, ac si B. vir sua miranda virtute &
uentis imperare posset & mari. 79 Quantis aut miraculorum prodigiis beatus hic pater in
mari claruerit, & clarescat, quociens idem opem tulerit desperatis, nullatenus credo possibile
per singula enarrare. Nec mirum si iam regnanti in caelis collarum est imperiu super aquas,
cui & in hac mortalitate degenti omnis corporea creatura ad suam refigurata originem mi-
rabiliter feruicbat.

¶ *De liberatis a vinculis & carceribus.*

In Romania Graecum quendam cuiusdam Domini seruentem contigit de furto fallaciter
accusari, quem Dominus terrae in alto carcere mandauit includi, & grauius vinculari. Domi-
na verò domus militeri serui, quò indubitater credebatur a culpa sibi imposta innocetem, pro
liberatione ipsius apud viri precibus insistebat deuotis. Verum no acquiescente viri sui duritia
obstinata, recurrit domina supplex ad S. Franciscu, & eius pietati 80 voto commendauit in-
sonore. Protinus assuit miserorū adiutor, & viru in carcere positu misericorditer visitauit. Sol-
uit vincula, carcerē fregit, innocetem manibus apprehesum foras eduxit, & ait: Ego sum ille,
cui domina tua re deuote comisit. Cumq; ille timore magno corripere, & pro descẽsu al-
tissimae rupis voraginem circuiret, subito liberatoris sui virtute inueniens se in plano, rediit
ad dominam suam, relataq; per ordinem miraculi veritate, deuota dominã ad Christi amorē
& reuerentiam serui eius Francisci feruentius inflammauit.

¶ *Miraculum.*

In Massa S. Petri cuidã militi debebat pecuniae quantitate pauperculus quidã. Cumq; prae
inopia facultas no suppeteret persoluendi, captus debitor a milite repetere, misereri sibi orabat
suppliciter, dilatione quaerens amore B. Francisci. Spreuit superbus miles preces oblatas, & san-
cti amorē, velut inane quid, inaniter vilipedit. Nã ceruicose respondens: Tali te, ait, loco reclu-
dam, & tali retrudã carcere, quod nec Franciscus, nec aliquis te poterit adiuuare. Terauit quod
dixit. Carcerem adinuenit obscuru, in quo hominẽ vinculatu coiecit. Paulo post affluit B. Frã-
ciscus, & fracto carcere, ruptisq; compedibus, illa sum hominem reduxit ad propria. Sic for-
titudò Francisci militem praedauit superbũ, captiuum qui se sibi subiecerat, liberauit a malo,
militisq; proterui admirado miraculo immansuetudinem commutauit.

¶ *Miraculum.*

Albertus de Aretio cum in vinculis atrocissimis teneretur, pro debitis iniuste ab eo pe-
titis, suam innocentiam sancto Francisco humiliter commendauit. Ordinem quidem fra-
trum minorum plurimum diligebat, & S. Franciscum inter sanctos speciali venerabatur af-
fectu. Dixit autem creditor suus voce blasphema, quod nec Franciscus, nec Deus posset eum de
suis manibus liberare. Et Factum est itaque in vigilia sancti Francisci, cum vincus ille
nihil comedisset, sed ob sancti amorem victum suum cuidam tribuisset egeno, nocte veni-
ente apparuit ei vigilanti sanctus Franciscus, ad cuius ingressum vincula de pedibus, & catenae
de manibus ceciderunt, spõte aperta sunt ostia, profuerunt tabulae de solario, & liber abscessit
homo

77 Vide rem miram ad inuocatio-
nem B. Francisci
subsequentem.

78 Sanctus Fran-
ciscus inuocatus de
aquarum periculo
multos liberat.

79 Vide quanta
posuit B. Franciscus
post mortem.

80 Voto captiuus
commendatus est D.
Francisco, & statim
mirabiliter libera-
tus.

81 Qui uisus iacobus
nil posse post mor-
tem.

72 Inuocat sancti
et adiuuatur.

Notandum etiam verborum
illorum efficaciam,
videlicet, sancte
Franciscus succurre
mihi.

73 Habes bicorona-
tionem cum profes-
sione et gemitibus.
Habes vota nuncu-
pata.

Habes et sanctos
apud Deum Christi
esse deuotioru suorum
patronos.

74 Beatus Fran-
ciscus humiliter in-
uocatus perfecte co-
ntinuo eas restituit
sanitati.

75 Viles heretice
quod emisso voto
naucae statim exau-
ditur. Cur ergo
irritentur vota?
76 Ecce peregrini-
tatis ad S. Fran-
ciscum. Vere quomodo
apud caelestem
Regem factus est in-
firmi aduocatus?

82 Nota, implevit ex tunc votum, ieiunans vigilia sancti Francisci, et su peraddens semper unam unam cetero quem annuatim so lebat offerre.

83 D. Franciscus multis precibus et fletibus invocatus, miro modo carceratum liberat.

84 Festiuitas S. Francisci.

homo ad propria rediens, implevit 82 ex tunc votum, ieiunans vigiliam B. Francisci, et cetero, quem annuatim consecueat offerre, in accrescentis deuotionis inuicium, annuatim vnam vnciam superaddens.

Residente in sede B. Petri Domino Gregorio nono, quidam, Petrus nomine, de ciuitate Alifia, de haeresi accusatus, Romae captus est, & de mandato eiusdem Pontificis ad custodiendum traditus Episcopo Tyburtino. Quem sub poena Episcopatus accipiens compeditibus alligauit, oblituroque ipsum carcere, ne possit effugere, includi fecit, panem ei praebens in pondere, & poculum in mensura. Coepit autem homo ille B. Franciscum ad sui miserendum multis precibus & fletibus 83 inuocare, eod quod audierat solemnitate eius iam adesse vigilia. Et quoniam fidei puritate omnem abdicauerat haereticarum prauitatis errorem, totaque cordis deuotione adhaeserat fidelissimo Christi seruo Francisco, intercedentibus ipsius meritis ad Domino meruit exaudiri. Instante enim iam nocte sua 84 festiuitatis, circa crepusculum B. Franciscus in carcerem miseratus descendit, & illum suo nomine vocas, ut ei diceret imperauit. Qui timore perterritus quiliam esset interrogans, B. Franciscum adesse audivit. Cuique virtute praesentiae viri sancti vincula pedum suorum contracta conspiceret cecidisse, & tabulas carceris clauis vltro prolapsis aperiri, & apertum iter sibi ad exeundum praerberi, solutus tamen, & obstupefactus fugere nesciebat, sed ad ianuam clamans custodes omnes percurreuit. Qui cum eum liberatum a vinculis Episcopo nunciauerat, post intellectum ordinem rei, ad carcerem Pontifex deuotus accessit, & manifeste Dei virtutem cognoscens, Dominum adorauit ibidem. Vincula quoque coram Domino Papa & Cardinalibus delata fuerant, qui videtes quod factum fuerat, admirati plurimum, benedixerunt Deum.

Guidolotus de sancto Gemignano, falso accusatus fuit, quod veneno interemerat quendam virum, & quod eodem genere mortis filium eiusdem viri, & vniuersam eius familiam proposuerat enecare. Captus proinde a Potestate terrae grauissimis vinculis aggravatus, in turrim quandam reclusus est. Ipse vero fiduciam habens in Domino pro sua innocentia, quam sciebat, causam commisit B. Francisci patrocinio defendendam. Excogitauit igitur Potestatem, qualiter criminis obiecti confessionem, eliceret per tormenta, qualibetque poenis consensum faceret interire, nocte illa, cum mane ad cruciatum deberet adduci, S. Francisci praesentia exiit visitatus, & immenso luminis fulgore usque mane circumdatus repletusque gaudio, & fiducia multa securitatem euasionis accepit. Adueniunt mane tortores, & eductum de carcere eculo suspenderunt, aggravates super eum multa pondera ferri. Depositis est pluries, & iterum eleuatus, ut poena poenae succedente, citius ad confessionem criminis arceretur. Sed spiritu innocentiae laetatur in vultu, nullam molestiam praetendens in poenis. Deinde accessus est ignis sub ipson modicus, nec propterea capillus est laesus, cum tamen capite deenderet ad terram. Tandem bulliente oleo superfusus, virtute patroni, cui se commiserat defendendum, haec omnia superauit, & sic dimissus liber, saluus abscessit.

Quaedam comitissa in Sclauonia sicut nobilitate illustris, sic & aemula probitatis, erga S. Franciscum deuotione flagrabat, erga fratres vero sedula pietate. Tempore vero partus duos perpeffa dolores, tara fuit angustia molestata, ut prolis futurus ortus, praesens videretur maris occasus. Non videbatur infantem eniti posse ad vitam, nisi expiraret e vita, nec tali visu parere, sed perire. Subuenit cordi eius S. Francisci fama, virtus, & gloria, excitatur fides, infirmatur deuotio: Conuertit se ad auxilium efficac, ad fidem amicum, ad deuotum solatium, refugium afflictorum: S. Franciscus, inquit, pietati tuae supplicat omnia ossa mea, & me te voueo quod explicare non possum. Mira celeritas pietatis. Finis dicendi, finis fuit dolendi, parturienti meta, pariendi principium. Statim enim omni cessante pressura, partum edidit cum salute. Non fuit immemor 85 voti, non propositi refuga. Ecclesiam quandam pulchram construi fecit, & constructam ad sancti honorem fratribus assignauit.

In partibus Romaniae mulier quaedam Beatrix nomine, vicina partui cum per dies quatuor foetum in ventre portaret extinctum, multis infelix agitabatur angustiis, & exitalibus doloribus vrgebatur. Mortuus foetus matrem coebat ad mortem, & nodum in lucem productum abortiuum, publicum matris periculum pariebat. Tentabat medicorum auxilium, sed omne humanum remedium laborabat in vanum. Sic de primis maledictionibus copiosus aliquid declinaret in miseram, ut sepulchrum facta conceptus, sepulchrum pro certo proximum expectaret. Fratribus tandem minoribus per internuncios tota se deuotione committens, suppliciter aliquid de S. Francisci reliquiis fide plena poposcit. Contigit nuu diuino aliquantum inueniri de 86 chorda, qua fuerat sanctus quandoque percinctus. Mox ut super dolentem posita chorda fuit, omnis facillime solutus est dolor, mortis causa mortuus foetus emissus, pristina sanitas restituta.

85 Mulier in partu adiuta voto exoluit, & Ecclesiam in eius honore constructi iacta.

86 Vide quomodo chorda sancti musicieri applicata, eam a mortis periculo liberavit.

Cuiusdam de Canis nobilis viri vxor, Iuliana nomine, pro filiorum morte annos trahens lugubres, & continue infelices deplorabat euentus, pro eo quod omnes, quos cum pressura portauerat filios, modico interiecto tempore cum vehementiori dolore sepulturae tradiderat. Cum igitur quatuor mensum conceptum haberet in vtero, magisque propter euentus praeteritos de conceptae prolis sollicitaretur obitu, quam de ortu, beatum patrem Franciscum pro vita nundam nati fecit fideliter precabatur. Ecce autem nocte quadam dormienti sibi mulier quaedam apparebat in somnis, formosum puerulum gestans in manibus, illumque laetissime offerebat eidem. Cum vero illa recipere recularer, quem statim formidabat amittere, mulier illa subiunxit: securè suscipias, quia quem tuo merori compatiens facer mittit Franciscus, vita viuet, & sospirate gaudebit. Statim euigilans mulier, intellexit per offensam sibi coelitus visionem B. Francisci sibi adesse suffragium. Ex tunc abundantiori completa letitia, pro suscipienda prole iuxta promissum multiplicauit 87 preces, & vota promisit. Impletum est denique tempus pariendi, & peperit foemina masculum, qui iuuenilis robore flores etatis, tanquam per B. Francisci merita fomentum susciperet vitae, incitamentum parentibus praebuit ad Christum & sanctum eius deuotionis affectus. Simile quiddam huic in Tyburis ciuitate sanctus pater effecit. Cum enim mulier quaedam filias plurimas peperisset, desiderio prolis fatigata virilis, apud S. Franciscum preces ingeminauit & vota. Coepit igitur eius meritis mulier illa, & geminis ei parere dedit, qui pro vno fuerat exoratus.

Apud Viterbii partui propinqua mulier morti propinquior cesebatur visceralibus tormeta doloribus, & tota calamitosa in infortuniis mulierum. Cumque naturae succubente virtute, omnis deficeret artis industria, inuocato B. Francisci nomine, liberata confestim mulier partum salubriter terminauit. Sed affecta quod voluit, & oblita beneficii quod accepit, honorem sancto non deferens die natalis ipsius ad opera seruilium manus extendit, & ecce subito dextera brachium ad laborem extensum, inflexibile remansit & aridum. Quod cum studeret ad se reuocare cum altero, vltione consimili & illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mulier, redintegravit votum, usumque membrorum, quae propter ingratitudinem amiserat & contemptum, per misericordis & humilis sancti merita cui se iterato deuouit, recuperare promeruit.

Mulier quaedam de partibus Aretinis cum per vij. dies partus discrimina sustineret, & iam in nigredine versa, desparata esset ab omnibus, 89 votum fecit B. Francisco, & eius coepit mories auxilium inuocare. Emisso autem voto celeriter obdormiuit, viditque in somnis B. Franciscum se dulciter alloquentem ac requirentem, vtrum faciem ipsius agnosceret, & an Antiphona illa virginis gloriosae, Saluae Reginae misericordiae, sciret ad honorem huius virginis recitare. Quae respondente se habere notitia de vtriusque: Incipe, ait sanctus, antiphona sacram, & antequam compleas pauis cum salute. Ad hanc vocem & emiglauit mulier, & cum timore coepit dicere: Saluae Reginae misericordiae, Cumque illos misericordes oculos precaretur, fructumque commemoraret vteri virginis, continuo cunctis liberata pressuris, infantem speciosum, gratias agens Reginae misericordiae, quae per B. Francisci merita ipsius fuerat dignata misereri.

In coeuentu fratrum minorum Neapoli cum quidam frater, Robertus nomine, coecus annis plurimis extitisset, creuit in oculis eius caro superflua, motum & usum impediens palpebrarum. Cum igitur fratres Forenses ad diuersas mundi partes tendentes, ibidem plurimi coeuenissent, B. pater Franciscus speculum obedientiae sanctae, ut eos miraculi nouitate hortaretur ad iter, praedictum fratrem ipsis praesentibus tali modo curauit. Iacebat nocte quadam frater Robertus praedictus reger ad mortem, iamque sibi fuerat anima commendata: tum ecce asstitit ei beatus pater cum tribus fratribus omni sanctitate perfectis, videlicet sancto Antonio, fratre Augustino, & fratre Iacobo de Alsifio, qui sicut eum perfectè fuerant securi dum viuerent, ita & ipsum alacriter comitabantur post mortem. Accipiens cultellum sanctus 90 Franciscus, carnem superfluum rescacuit, lumen restituit pristinum, & a mortis eius sauce reduxit, dixitque illi: Fili Roberte, gratia quam tecum feci, signum est fratribus ad remotas nationes euntibus, quod ego praecedam eos, & ipsorum dirigam gressus. Vadant, inquit, gaudent, & iniunctam obedientiam alacri animo exequantur.

Apud Thebas in Romania mulier caeca 91 vigiliam S. Francisci in pane tantum, & aqua ieiunans, ad Ecclesiam fratrum minorum summo mane festiuitatis ad viro suo superdulta est. Quae dum missa celebraretur, in eleuatione corporis Christi oculos aperuit, clare vidit, deuotissime adorauit. In ipsa vero adoratione voce magna proclamans: Gratias, inquit, Deo & sancto eius, quia video corpus Christi. Omnibus, qui aderant in voce exultationis coeueris, post sacrorum expletionem, reuerfa est mulier in domum suam cum gaudio spiritus, & lumine oculorum. Exultabat quidem mulier non solum quia lucis corporeae recuperarat aspectum

87 Multiplicauit preces, & vota promisit D. Francisco, & exaudita est, ita & subsequens mulier.

88 Vide quomodo ingrata mulier non deferens sancto honorem, punitur, & poenitens, ac rursum vouens, sancti meritis liberatur.

89 Votum fecit D. Francisco, & eius coepit mories auxilium inuocare. Et voto emisso, miraculiter mulier liberata est.

90 O qui negat sanctos aliquid posse post mortem, vide de quibus dicitur.

91 Habes hic modum nota dignum, ut desceat, ieiunium in vigilia S. Francisci, ieiunium in pane & aqua. In missa eleuari corpus Christi. Sacram Eucha

Cuiusdam

fiat adorandū esse. Ipiam uiricū esse Sacramentum, & lumen uerum & uiam uiam animarum. Miraculum in ipsa elevatione & adoratione obsequiū. 92. Si Dominus noster Iesu Christo per hos recessus primū ad sanctū eius iniuria fieret, nequaquā ipse Dominus tot miracula per seruū suū trāscessit opera. etur. 93. Ecce quomodo facti innocenti sūt, & quomodo inuocati opem ferunt persecutibus. 94. Vides votum sub cōditione quod tantopere irridet heretici nostri, & post illius emissionem sanitatē subsequantur?

aspectum, uerū etiam quia sacramentum illud mirificum, quod est lumen animarum uerū & uiuum, respectu primario, per beati Francisci merita, fidei suffragante uirtute, meruerat intueri.

¶ Miraculum.

In Cāpania puer quidam quatuordecim annorū de castro Pophis subita vexatus angustia, sinistrum oculum amisit ex toto. Passionis acerbitas sic de loco suo propulit oculum, quod per octo dies extra, neruo relaxato longitudine digiti vnus ad maxillas depēdens, penē aridus est effectus. Sed cum sola superesset abscessio, & à medicibus foret penitus desperatus, pater eius ad 92 auxilium b. Francisci tota se mente conuertit. Non defuit ille indefessus miserorum adiutor precibus supplicantis. Nam oculum aridum mirabili uirtute in locum suum pristinumque vigorem restituit, & lucis optatæ radiis illustrauit.

¶ Miraculum.

In eadem Prouincia apud castrum, magni ponderis lignum ex alto prorupit, & cuiusdā sacerdotis caput grauissimè quassans, sinistrum oculum excœcauit. Qui humi deiectus cepit alia uoce S. Franciscum luctuosè 93 clamare, dicens: Succurre pater sanctissime, ut ad exitum tuum ire ualeā, sicut fratribus tuis ire promisi. Erat enim uigilia sancti: Qui statim exurgens peroptimè liberatus, in uocem prorupit laudis & gaudij, & circūstantes omnes, qui eius miseræ condolebant, in stuporem conuertit, & iubilum. Iuit ad festum narrans omnibus, quam in se expertus fuerat clementiam & uirtutem.

¶ Miraculum.

Vir quidam de monte Gargano dum in uinea sua laborans lignum quoddam ferro succideret, proprium percussit oculum, & sic diuisit per medium, ut quasi media pars ipsius exterius dependeret. Cumque in tam desperato periculo desperaret sibi posse per hominē subueniri, ieiunaturū se in festo S. Francisci, si ei succurreret, 94. repromisit. Statim in loco suo debito uiri oculum sancti Dei restituit, sicque diuisum reuiuuit, & lumine pristino decorauit, ut nullius læsionis uestigia remaneret.

¶ Miraculum.

Filius cuiusdam nobilis uiri à natiuitate cœcus, meritis B. Francisci lumen recepit optatum. Qui nomen ab euentu sortitus, Illuminatus uocatus est. Assumpsit postea cū in ætate esset, ordinem B. Francisci, accepit beneficij non ingratus, tantumque profecit in lumine gratiæ & uirtutis, ut uerè lucis filius uideretur. Tandem b. patris promerentibus meritis, sanctum initium sine sanctiore conclusit.

¶ Miraculum.

In Zachanto, quod est castrum iuxta Ananiam, miles quidam Gerardus nomine, oculorū lumen ex toto perdidit. Accidit autē ut duo fratres minores ab exteris partibus uenientes, ad domum ipsius hospitaturi diuerterent. Suscepti itaq; deuotè propter reuerentiam S. Francisci à familia tota, & cū omni benignitate tractati, gratias agentes Deo & hospiti, ad locum fratrum deuenere uicinum. Noctē igitur quadam B. Franciscus vni fratrum illorum in somnis apparuit, dicens: Surge, festina cum socio ad domum hospitii nostri, qui Christum & me suscepit in uobis, uolo enim beneficia repēdere pietatis. Cœcus quidē effectus est suis promeritis culpis, quas pœnitentiā nō studuit 95 cōfessione purgare. Disparētē quoq; patre, frater festinus surrexit, ut mandatū cū socio celeriter adimpleret. Venienteq; ad hospitii domū, cūctā que uiderat alter, per ordinē narrauerūt eidē. Stupuit uir ille nō modicū, et uniuersa que dicebatur, uera esse confirmās, compunctus ad lachrymas, cōfessus est libens. Tandē correctione præmissa, interioriq; homine taliter renouato, exteriorem continuō recuperauit aspectū. Huius miraculi fama circūquaque diffusa, non solum ad reuerentiā sancti, uerū etiam ad cōfessionem humilem peccatorum, & hospitalitatis gratiam plurimos incitauit.

¶ De liberatis à diuersis infirmitatibus.

Apud castrum plebis iuuenis quidā mendicus surdus erat, & mutus à natione sua, qui linguam adeo curtam habebat ac tenuem, quod multotiens exquisita à pluribus, præcisa penitus uideretur. Vir quidam Marcus nomine, ipsum propter Deum suscepit hospitio, qui eū sibi benefacere sentiens, cepit cum ipso alsiduus demorari. Sero quodam cū prædictus uir cœnaret cū cōiuge, astante puero corā eis, dixit vxori: Hoc ego maximum miraculum reputarem, si B. Franciscus huic auctum redderet & loquelā. Et adiecit: Voueo 96 Deo, quod si hoc S. Franciscus dignabitur operari, propter amorem suum huic puero expensas conferam, donec uiuet. Mirum certè. Subitò lingua creuit, & loquutus est, dicens: Gloria Deo, & S. Francisco, qui mihi loquelam præbuit & auditum.

¶ Miraculum.

Frater Iacobus de Iseo cū puerulus esset in domo paterna, incurrit rupturam corporis ualde grauem. Superno uerò afflatus spiritu, licet esset iuuenis & infirmus, ordinem sancti Francisci deuotus intrauit, nulli tamen, qua uirgebatur infirmitate, detexit. Factum est autem, cū corpus sancti Francisci transferretur ad locum, ubi præfatus 97 sacrorum oisiiū eius nunc thesaurus est conditus, affuit & tunc dictus frater translationis gaudiis, ut glorificati iam patris corpori honorem debitum exhiberet. Et appropinquans tumbæ, in qua ossa facta fuerant collocata, præ deuotione spiritus sacri tumulum cōplexatus, subitò miro modo ad loca

95 Nota miraculū pro confessione peccatorum & humiliter pœnitentiā cū cordis contritione suscipienda.

96 Ecce & hic uotū sub cōditione & ut appareat id Deo glaciū esse, cōsidera effectū miraculū subsequenti.

97 Nota, ubi preciosus thesaurus sacrorum oisiiū eius nunc est reconditus.

ad loca debita partibus reuocatis, sanum se sensit, succinctorium deposuit, & ex tūc ab omni dolore præterito liber fuit. Ab infirmitate quoque consumili frater Bartholus de Eugubio, frater Angelus de Tuderio, Nicolaus sacerdos de Stichano, Ioānes de fora, uir quidam de Pisis, & alius de castro Disternæ, Petrus quoque de Sicilia, & homo quidam de castro Spelli iuxta Alesium, & quamplures alij per Dei misericordiam & B. Francisci merita exiterunt mirabiliter liberati.

¶ Miraculum.

In maritima mulier quædam mentis alienationem per quinquennium passa, uisū & auditu priuata est. Instrumenta dilaniabat dentibus, ignis & aquæ periculum nō timebat, & caduci morbi ad summum incurrebat horribilem passionem. Noctē uerò quadam, cū disponeret sibi diuina misericordia misereri, salutaris fulgore lucis superillustrata diuinitus uidit B. Franciscum super folium sedere sublime, ante quem prostrata sanitatem suppliciter exposcebat. Illo uerò nondum fauente precibus, firmavit mulier 98 uotū, promittens pro Dei amore, ac sancti, petentibus, donec haberet, elemosynam non negare. Illic sanctus pactum cognouit, quod olim cum Domino fecerat simile, & signans eam Crucis signaculo, integram sibi restituit sanitatem. A consimili passione puellam quandam de Nursia, & filium cuiusdam nobilis uiri, & alios quosdam relatione ueridica compertum est S. Dei Franciscum misericorditer liberasse.

¶ Miraculum.

Petrus de Fulgineo ad uisitandum 99 limina B. Michaelis quodam tēpore pergens, dum minus reuerenter peregrinationem peregit, fontis cuiusdam aquam degulans, à dæmonibus est inuasus: & exinde per tres annos obfessus, discerpebatur in corpore, pelsima loquens, & horrenda præterdicens, habens aliquando lucida interualla, beati uirtutem, quam efficacē audierat, ad effugandas aëreas potestates, humiliter requisit. Et ad 100 sepulchrum pij patris accedens, mox ut illud contigit manu, à dæmonibus eum crudeliter discerpentibus mirificè liberatus fuit. Simili etiam modo mulier cuidam de Narnio habenti dæmonium misericordia Francisci subuenit, & aliis pluribus, quorum vexationum angustias, & curationū modos, longum esset per singula enarrare.

¶ Miraculum.

Vir quidā nomine Bonus, homo de ciuitate Fani, paralyticus, & leprosus ad Ecclesiā b. Francisci à parentibus deportatus, utriusq; morbi plenam consecutus est sanitatem. Sed & alius iuuenis quidam, Acto nomine, de S. Seuerino, totus leprosus, 101 uoto emisso, & ad sepulchrum sancti delatus, meritis ipsius à lepra mundatus est. Habuit quidem sanctus supra huiusmodi morbo curando præcellentem 102 uirtutem, pro eo quod humilitatis & pietatis amore, leproforum obsequiis se humiliter deputarat.

¶ Miraculum.

Nobilis quædā mulier Rogata nomine, in Episcopatu Sorano, per xxiii. annos fluxu sanguinis fatigata, sed & à quāpluribus medicis quāplurima mala perpessa, præ nimietate quidē languoris sepius uidebatur mulier expirare. Sed si quando fluxus huiusmodi stringebatur, tumescebat corpore toto. Audiens autē quædam puerum Romano sermone canentē miracula, quæ Deus per B. Franciscū fuerat operatus, nimio dolore cōmota tota prorupit in lachrymas, sicq; intra se fide accensa, dicere cepit: O beate pater Franciscus, qui tantis coruscas miraculis, si me digneris ab hac egritudine liberare, 103 magna tibi accrescet gloria, quoniam adhuc tātum miraculum nō fecisti. Quid plura? His dictis, sensit se B. Francisci meritis liberatam. Filium quoque ipsius Marcum nomine, qui brachium habebat cōtractum, S. Franciscus, 104 uoto ad ipsum emisso sanauit. Fœminam etiam quandam de Sicilia per septennium fluxu sanguinis fatigatam, beatum Christi signifer saluam fecit.

¶ Miraculum.

In urbe Roma Prædix quædam nomine, religiofitate famosa, quæ à tenella ætate propter æterni sponsi amorem arcto se carcere per xl. iam ferè annos abdiderat, apud B. Franciscum gratiam promeruit specialē. Nam cū die quadam pro rebus oportunis solatium suę cellulæ conscendisset, & impulsione fantastica corruens, cū fractum haberet pedē cum crure, & humerum, appositione debita sequestratum, apparuit ei benignissimus pater uelamentis gloriæ candidatus, & dulcibus affatibus alloqui cepit eadē. Surge, inquit, filia benedicta, surge ne timeas. Et apprehensa manu ipsius, alleuans eam disparuit. Ipsa uerò per cellulam suam huc atque illuc se conuertens, putabat se uisum uidere, usquequo ad clamorem ipsius apportato iam lumine, perfectè se sentiens per seruum Dei Franciscum esse sanatam, cuncta quæ acciderant, per ordinem enarrauit.

¶ De non obseruantibus festum, & non honorantibus sanctum.

In Pictauiæ partibus in uilla, quæ Simo dicitur, sacerdos quidam Reginaldus nomine, B. Francisci deuotus, 105 festum ipsius parochianis suis indixerat solenniter celebrandum. Vnus autem de populo ignorans sancti uirtutem, sui paruipendit sacerdotis mandatū. Egressus autē foras in agrum, ut ligna succideret, cū se præparasset ad opus, uocem audiuit huiusmodi ter dicentē: Festū est, operari nō licet. Verū cū nec imperio sacerdotis, nec supernæ

98 Ecce uotū, & post eius emissionē sequitur sanatio.

99 Pergens ad uisitandum limina B. Michaelis.

100 Vides quomōdō conspiciens ad sancti chorū sepulchra ab eis adiuuatur.

101 Voto emisso iam uenit, & ad sepulchrum sancti delatus, meritis ipsius à lepra mundatus est.

102 Nota aliquēdō sanctum supra altum quem morbi speciem habere uisum.

103 Vides quod ob nona miracula sanatis accessit gloria incrementum. 104 Voto emisso S. Franciscus brachium contractum homini sanauit.

105 Festum sancti Francisci parochianis suis solenniter indixerat celebrandum.

vocis oraculo feruili temeritas frenaretur, addidit diuina virtus ad gloriã sancti sui sine mora miraculũ, & flagellũ. Mox enim vt facã vna manu tenens, alteram cũ ferreo instrumento leuauit ad opus, sic diuina virtute vtraq; manus vtriq; instrumento cohesit, vt ad neutris dimissionem digitus aliquatenus relaxare valeret. Ex quo suspensus nimis, & quid ageret neiciens, ad Ecclesiam, multis vndiq; ad videndum prodigiũ cõcurrentibus, properauit. Vbi mente cõpunctus ante altare, quodam ex assistentibus sacerdotem monuit (plures quippe ad festum vocati cõuenerant sacerdotes) B. Franciscũ humiliter se deuotit, tria sicut ter vocem audierat, 106 vota vouens, quod scilicet festum ipsius coleret, quod ad illam, in qua tũc erat, Ecclesiam in festo veniret, & quod sancti corpus personaliter vilitaret. Mirum certè relatu. Vno emissio voto, vnus digitus factus est liber: ad secundi emissionẽ solutus est alius: sed tertio facto voto, laxatus est tertius, & postmodũ rota manus, necnõ & altera subsequenter, populo, qui iam multus aduenerat, sancti clementiã deuotissimè implorant. Sic homo pristinae redditus libertati, per seipsum instrumenta deposuit, cunctis laudantibus Deum, virtutemq; sancti miraculã, qui tam mirabiliter percutere poterat, & sanare. Ipta verò instrumenta vsque hodie coram altari ad honorem B. Francisci fabricato ibidem in memoria sancti dependent. Plura quoque illic, & in locis vicinis patrata miracula, & sanctum in caelis ostendunt eximium, & festum ipsius in terris venerabiliter excolendum. ¶ *Miraculum.*

In ciuitate quoq; Cenomaniensi dũ in solennitate S. Francisci mulier quẽdam manus ad collũ extendere & digitis apprehenderet sulum, obrigescẽtibus manibus cõperit digiti magnis ardoribus cruciari. Igitur poena 107 docete sancti recognoscens virtutem, corde cõpuncta, cucurrit ad fratres. Cumq; pro salute ipsius, deuoti filij S. patris clementiã precaretur, incolumis effecta est statim, nec aliquid læsionis remãsit in manibus, nisi ad sancti memoria, solũ vestigiũ cõbusturã. Simili etiã modo in Cãpania maiori mulier quẽdã, & in villa Oleti mulier altera, & in castro Pilei tertia, dũ b. patris festũ celebrare cõcõnerent, præuicacẽs primũ mirabiliter sunt punitæ, sed postmodũ penitentes, per s. Francisci merita mirabiliter liberatæ. ¶ *Miracul.*

Miles quidam in Prouincia Massæ B. Francisci operibus & miraculorum signis impudẽtissimè detrahebat. 108 Inferebat multa opprobria peregrinis ad ipsius memoria venientibus, & contra fratres publica garriebat insania. Cũ autem semel sancti Dei gloriã impugnaerit, addidit super peccata sua blasphemiam detestandam. Si verum est, inquit, quod Franciscus ille sit sanctus, gladio cædat hodie corpus meum. Si verò sanctus non est, euadam inco lumis. Non distulit ira Dei condignum inferre supplicium, cũ iam facta fuisset oratio in peccatum. Mora enim modica interiecta, dum blasphemus nepoti suo inferre iniuriam, accepit ille gladium, & patris vitceribus cruentauit. Eodem die mortuus est sceleratus, inferni mancipium, & filius tenebrarum, vt cæteri discerent miranda Francisci opera non blasphematoris verbis impetere, sed deuotis laudibus honorare. ¶ *Miraculum.*

Iudex quidam nomine Alexander, dum à B. Francisci deuotione quos poterat venenata lingua retraheret, diuino 109 iudicio lingua priuatus, per sex annos obmutuit. Qui cũ in eo, quo peccauerat, torqueretur, alta poenitudine reuocatus, dolebat se contra sancti miracula oblatrasse. Itaq; non perlitit misericordis indignatio sancti, sed penitentem, ac se humiliter inuocantem, restituta loquela, recepit ad gratiam. Ex tunc linguam blasphemam consecrauit laudibus sancti, deuotionem simul & disciplinam recipiens per flagellum.

¶ De quibusdam aliis miraculis diuersorum generum.

In castro Galiani Valuentis diocesis, mulier quẽdam nomine Maria, quẽ Christo Iesu & b. Francisco famulatur deuoto subiecta, vna dierum æstiuo tempore exiit, vt manibus conquiret propriis necessarium victum. Cũ igitur feruente nimum æstu, sitis deficere cõpisset ardoribus, omni priuata beneficio poculi, pro eo quod in monte arido sola esset, quasi exanimis humi prostrata, patronum suum S. Franciscum inuocabat pro mëtis affectu. Dum autem perseueraret mulier in affectuosa & humili prece, labore, siti, & æstu fatigata quam plurimũ, paululum obdormiuit. Et ecce S. Franciscus adueniens, & eam vocans ex nomine: Surge, inquit, & bibe aquam, quæ diuino munere tibi ac pluribus ex hiberur. Ad huius vocis auditum surrexit mulier à somno non modicum confortata, & accipiens silecem, quæ iuxta se erat, radicatus euulsiã à terra, effudit in sã ligno paruulo circumquaque, viuentem reperit aquam, quẽ cũ primò videretur paruula stilla, subito diuina virtute creuit in fontem. Bibit itaq; mulier, & satiata oculos lauit, quos cũ longa prius haberet ægritudine obumbratos, noua ex tunc sentit luce persufus. Festinauit ad domum mulier, tam stupendum miraculum ad gloriam S. Francisci denuncians vniuersis. Concurrerunt vndique multi ad miraculi famam, experientia magistra discentes mirabilem illius aque virtutem dum ad ipsius 100 contactum confessione præmissa, à variis morborum cladibus plurimi liberantur. Perseuerat vsque hodie fons ibi perspicuus, & in honore Beati Francisci ibidem oratorium est constructum. ¶ *Miraculum.*

106 Emisit tribus votis in honorẽ B. Francisci, omnis vitæ plaga cessauit.

107 Vide sanctorũ festa non esse contemnenda

108 Sanctis, cuius militis exemplo, docetur quilibet non detrahere.

109 Sanctis cognoſcere nõ esse detrahendum.

110 Vñ meritis B. Francisci miraculose exortus, a variis morborum cladibus plurimos cõtingentes cõfessione præmissa liberat.

¶ *Miraculum.*

In Hispania apud S. Facundũ viri cuiusdam ceratum arefactam ad virorẽ frõdium, florũ, & fructũ cõtra spem mirabiliter reuocauit. Incolas quoq; terrẽ apud Vileſios, à vermĩ pestiferis corrodentium vineas circumquaq; miraculose suffragio liberauit. Sacerdotis cuiusdã iuxta Palentiã horreum quoddam, quod vermibus frumentariis repleti quolibet anno solitum erat, sibi fideliter commendatum penitus expurgauit. Terram quoq; domini cuiusdã de Petra mala in Regno Apuliæ sibi suppliciter cõmendatam, ab odiolã peste brutorum penitus seruauit indemne, cũ tamen in circuiu omnia essent prædicta pestilentiã deuorata. ¶ *Miraculum.*

Vir quidam Martinus nomine, cũ longè à castro suo boues minasset ad pascua, crus vnus bouis casu quodam sic fuit desperatè contractũ, vt nihil esset sibi de remedio aliquo cogitandum. Dum aut pro decoratione foret sollicitus, & instrumentum cũ quo id faceret, non haberet, domum reuersus, B. Francisco bouis curam reliquit, ipsumq; fideli sanctæ custodię fiducialiter cõmendauit, ne ante suum reditum deuoraretur à lupis. Summo itaq; mane ad bouẽ in sylua relictum cum excoriatore reuersus, pascentem ipsum ita reinuenit incolumẽ, quod nequaquam crus fractum ab altero discernerebat. Gratias egit bono pastori, qui diligentem de boue suo curam habuit, & medelam donauit. 111 Succurrere nouit humilis sanctus omnibus inuocantibus ipsum: nec quãtumcunq; paruas necessitates hominum dedignatur. Nam viro cuidam de Amitrino iumentum restituit furto sublatum. Mulieri cuidam de Interduco catinum nouũ in multas partes casum integrè reparauit. Viro etiam cuidam de monte Vlini in Marchia, consolidauit vomerem in frustra contractum. ¶ *Miraculum.*

In Sabinensi diocesi vetula quẽdam octogenaria erat, cuius filia moriens lactentem infantulum dereliquit. Cũ igitur anus paupercula plena esset inopia, & vacua lacte, nullaq; esset mulier, quæ sitienti paruulo lactis stilliditum, iuxta quod exigebat necessitas, erogaret, quò se verteret vetula penitus ignorabat. Debilitato verò infanculo, nocte quãdam omni humano destituta subsidio, ad B. patris Francisci auxilium implorandum lachrymarum imbre persufa, tota fe mente conuertit. 112 Assuit statim innocẽtis amator gratias: Ego, inquit, sum Franciscus, ò mulier, quem cum tantis lachrymis inuocasti. Pone, ait, mammam tuam in ore puerili, quoniam abundanter tibi lac Dominus dabit. Impleuit anus sancti mãdarum, & statim octogenariæ mammae lactis copiam effuderunt. Innotuit omnibus mirabile sancti donum, multis tam viris, quàm mulieribus accelerantibus ad videndum. Et quia quod testabantur oculi, lingua impugnare non poterat, excitabantur omnes ad laudandum Deum in sancti sui virtute mirabili, & amabili pietate. ¶ *Miraculum.*

Apud Spoleterum vir & vxor vnicum habentes filium, quotidie velut hæreditarium opprobrium deplorabant. Brachiis siquidem collo connexis, iunctisq; genibus pectori, & pedibus natibus alligatis, non hominis proles, vel monstrum quoddam potius videbatur, Vehementiori mulier ex hoc afflicta dolore, crebris genitibus clamabat ad Christum, S. Francisci auxilium inuocando, vt infelici sibi, & in tali opprobrio constitutę succurrere dignaretur. Noctẽ igitur quadam, cũ propter huiusmodi tristitiam tristis eam somnus arripere, apparuit ei S. Franciscus, piis eam alacibus mulcens, insuper & suadens, quod ad locũ propinquum suo nomine dedicatũ deferret puerũ, vt ex aqua putei loci illius in nomine Domini superfusus, plenam reciperet sospitatem. Negligente autem illa sancti adimplere mandatum, secundò replicauit id ipsum. Tertio quoq; apparens, mulierem cum puero vsque ad ianuam dicti loci præambulo ducatu perduxit. Superuenientes autem nobiles quẽdam matronæ deuotionis causa ad prædictum locum, eis à muliere præfata diligenter exposita visionẽ, vnã cum ipsa puerum fratribus præsentarunt: & haurientes aquam de puteo, earum nobilior propriis manibus lauit infantem. Statim puer omnibus membris ad sua loca productis, sanus apparuit, & magnitudo miraculi omnibus admirationem induxit. ¶ *Miraculum.*

In castro Chore Hostiensis diocesis, vir quidam sic crus ex toto perdidit, vt nullo modo progredi vel mouere se posset. Positus itaque in angustia vehementi, & auxilio desperatus humano, cõcepit nocte quadam, ac si præsentem cerneret B. Franciscum, talem coram eo assumere materiam querulandi: 113 Adiuua me S. Francisce, recolens meum seruitium & deuotionem tibi impensam, Nam in asino meo te portauit, sanctos pedes tuos, & sanctas manus tuas osculatus fui, semper tibi deuotus, semper beneuolus extiti, & ecce morior doloris huius durissimo cruciatu. His pulsatus querelis statim assuit beneficiorum memor, & deuotionis gratus, & vigilanti viro cum vno fratre apparuit. Ad vocationem eius se venisse dixit, & tulisse remedia sanicatis. Terigit locum doloris cum baculo paruulo, qui figuram Thau in se habebat, & fracto mox apostemate, perfectam tribuit sanitatem, & quod mirabilis est, sacrum signum Thau impressum super locũ sanati vlceris ad miraculi memoriam dereliquit. Hoc signo S. Franciscus suas consignabat literas, quotiens charitatis causa scriptum aliquod

q q ij dirigebat.

111 Succurrere nouit humilis sanctus omnibus inuocantibus ipsum, nec quãtumcunq; paruas necessitates hominum dedignatur.

Quod nota pro inuocatione sancto rui, ac mirabili eorum post mortem potestate.

112 Vide hic num sancti inuocati suũ benigne indigentibus impendant auxilium.

113 Ecce quanta cũ sanctis sanctum inuocat, et quanta mirabiliter inuocans adiunatur.

dirigebat. Sed ecce dum per diuersa miracula gloriosi patris Francisci, mens narrationis varietate diltracta decurrit, promerente ipso Crucis glorioso signifero, in signum salutis Thau non sine diuina directione peruenit, vt ex hoc potissimum aduertere, quod sicut crux militanti post Christum fuit sublimitas meriti ad salutem, sic & triumphanti cum Christo facta est firmitas testimonij ad honoré. Hoc quippe crucis mysterium magnum & mirum, in quo charismata gratiarum, & merita virtutum, & thesauri sapientie, & scientie tam alta profunditate velantur, vt à mundi sapientibus & prudentibus sic occulta, tam planè fuit Christi paruelo reuelatum, vt omnis vita ipsius non nisi crucis veltigia sequeretur, non nisi Crucis dulcedinem saperet, non nisi crucis gloriam prædicaret. Verè namque in suæ conuersionis principio dicere cum Apostolo potuit: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Non minus etiam verè in conuersionis progressu addere valuit: Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia. Verissimè autem in consummatione potuit subinfere: Istigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Sed & illos nos quotidie desideramus ab ipso audire: Gratia Domini nostri Iesu Christi cū spiritu nostro fratres. Amè. Gloriare igitur iam securè in crucis gloria Christi signifer gloriose, quoniam à cruce incipiens, secundum crucis regulam processisti, & tandem in cruce proficiens, per crucis testimonium quantæ gloriæ sis in celo cunctis fidelibus innotescis. Securè iam te sequantur, qui exeunt ex Ægypto, quia per baculum crucis Christi mari diuiso, deserta transibunt in repromissam viuencium terram, Iordane mortalitatis transmissa, per ipsius crucis mirandam potentiam ingressuri. Quò nos introducat vetus populi ductor, & Saluator Iesus Christus crucifixus, per merita serui sui Francisci. Ad laudem & gloriam vnius Dei, & trini, qui viuunt & regnant in secula seculorum.

A M E N.

FESTIVITAS OMNIUM SANCTORUM,

per Adonem Episcopum Treuerensem collecta.

Habetur in Martyrol. eiusdè sub Calend. Nouèb.



CALENDIS Nouembris festiuitas omnium Sanctorum. Petente namq; Papa Bonifacio iussit Phocas Imperator in veteri Fano, quod Pantheo vocabatur, & à Domitiano prius factum erat, ablati idololatriæ fordibus, Ecclesiam B. semper virginis Mariæ, & omnium martyrum fieri: vt vbi quondam omnium non Deorū, sed dæmoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria sanctorum. Quæ ab illo tempore Calend. Nouèb. in vrbe Roma celebris, & generalis agitur. Sed & in Galliis, monente sanctæ recordationis Gregorio Põstice piissimus Lodouicus Imperator, omnibus Regni & Imperij sui Episcopis cõsentientibus statuit, vt solenniter festiuitas oim sanctorum in prædicta die annuatim perpetua ageretur. 1 Quam sanctam constitutionem reuerenti amore suscepit omnis Ecclesia.

Omnia Ecclesia reuerenti amore suscepit festiuitatē solennem omnium sanctorum.

Habetur lib. 4. cap. 16. de Ortho doxa fide.

DE SANCTORVM ET REL-

quiarum honore Sermo beati Ioannis Damasceni.

Cur honorate decet sanctos.



HONORARE 1 decet sanctos, & amicos Christi, vt filios, & heredes Dei, quemadmodum ait Deiloquus Ioannes Euangelista: Quicumque autē receperit eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quare non amplius sunt serui, sed filij: si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Et Dominus in sacris Euāgeliis Apostolis dicit: Vos amici mei estis: itē. Non vos vocauit seruos, nam seruus nescit quid faciat Dominus eius. Si autem Rex regnantium, & Dominus dominantium, & Deus deorum, conditor omnium, & Dominus dicitur, omnino & sancti, 2 Dij, & Domini, & Reges. Nam horum Deus, & Deus, & Dominus, & Rex est, & dicitur. Ego enim sum, inquit Moyli, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.

Vide quia serui Dei, Domini, & Reges dicuntur, et quæ si huius rei ratio.


Et Deum Pharaonis fecit Deus Mosen. Deos autem dico, & Reges, & Dominos, non natura, sed vt affectus regentes, illorum dominantes, & diuinæ imaginis similitudinem, secundum quam geniti fuerunt, inobliteratam custodientes (nam & dicitur Rex, Regis imago) qui vñti sunt Deo secundum voluntatem, quiq; illi suscipiunt inhabitatorem, & qui id participatione sunt effecti gratia, quod ipse est natura. Quomodo igitur non honorandi sunt, qui cultores, & amici, & filij Dei existunt? Nam honor erga gratos, & benignos conseruos, beneuolentiæ erga communè Dominū indicij est. Hi promptuarij Dei & pura habitacula facta sunt. Inhabitabo

Inhabitabo enim in eis, dicit Dominus, & inambulabo, & ero eorum Deus. Et quòd iustorum animè in manu Dei sunt, & non tanget illos mors, dicit diuina scriptura. Nam, 3 Mors sanctorum, dormitio magis est, quàm mors. Laborauerunt enim in præsentis seculo, & viuunt in æternum. Et pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. At quid pretiosius, quàm in manu Dei esse? Vita enim Deus est, & lux: & qui in manu Dei sunt, in vita, & luce existunt. Quòd autem per mentem corpora eorum inhabitauerit Deus, dicit Apostolus: nescitis quia corpora vestra spiritus sancti inhabitantis in vobis templum sunt? Dominus autē spiritus est. Et, Si quis templum Dei corruperit, corrumpet & illum Deus. Quomodo igitur non honoranda sunt animata templa Dei, & animata tabernacula? Hi viuentes in fiducia Deo assistunt. Fontes nobis 4 salutare dominator Christus præbuit sanctorum reliquias, multimoda beneficia scarurientes, vnguentum suauitatis emanantes, vt nullus discredat. Si enim ex rupe, & firmo saxo aqua in eremo profluit, volente Deo: & ex maxilla asini Sampsoni siccitate ex martyrum reliquijs vnguentum suauitatis emanare incredibile est? Nullo pacto profectò iis qui sciunt Dei virtutem, & ab ipso sanctorum honorem. In lege: omnis qui tangebat mortuum, immundus efficiebatur, verum ij non mortui. Nam ex quo ipsa vita, is scilicet, qui vitæ causa est, inter mortuos computatur est, eos qui in spe resurrectionis, & fide, quæ in ipso est, dormierunt, non 5 mortuos appellamus. Mortuum enim corpus quomodo miracula operari potest? Quomodo igitur per 6 eos dæmones abiguntur, infirmi curantur, cæci vident, leprosi mundantur, tentationes & tristitiæ saluantur, denique omne donum bonum à patre luminum per eos iis qui inhabitabili fide petunt, descendit? Quantum sanè laborares, vt inuenires adiutorem, qui ad mortalem Regem te adduceret, & pro te ad ipsum sermones faceret? Adiutores 7 ergo totius generis, Deo pro nobis supplicationes porrigentes, non honorandi sunt? Certè honorandi. Templà 8 à nobis Deo erigenda sunt in ipsorum nomine. Fructus afferendi illorum memoriæ venerantibus, & in ipsis lætantibus spiritu, vt propria inuocantium lætitia fiat, ne nos non colere tentati, è conuerso ipsos iritemus. Nā iis, à quibus Deus colitur, & eius serui delectantur, & quos despicit Deus, & eius despiciunt clientes. In Psalmis, & hymnis, & Odis spiritualibus, cum compunctione & misericordia indigeamus, sanctos fide veneremur, à quibus maxime Deus colitur. Statuas illis erigamus, & visibiles imagines, & nos ipsi animatæ statuæ, & imagines ipsorum, virtutum imitatione efficiamur.

Deiparam, vt propriè, & verè Dei matrem honoremus. Præcursores Ioannem, vt prophetam, & Baptistam, & missum, & martyrem. Neque enim inter natos mulierū maior surrexit Ioanne, vt Dominus dixit: & regni eius primus præco factus est. Apostolos vt fratres Domini, & inspectores, & ministros in passionibus eius. Quos præcisiuè prædestinavit cõformes fieri imaginis filij sui Dei, & pater, primū Apostolos, secundò Prophetas, tertio Pastores, & doctores. Martyres verò Domini ex omni ordine delectos, vt milites Christi, & qui eius biberunt calicem, tunc viuificæ eius mortis baptisate baptizati, vt cõmunicantes passionibus eius, & gloriæ. Quorum exercitus Dux est Protodiaconus Christi, & missus, & protomartyr Stephanus. Et sanctos patres nostros exercitatores, qui diuturniore martyrio conscientie certauerunt, qui circuierunt in melosis, in pellibus caprinis, egeni, tribulati, afflicti, in solitudine ibus errantes, & montibus, & speluncis, & cauernis terræ, quibus non erat dignus mundus. Prophetas ante gratiæ tempus, Patriarchas iustos, qui prænunciauerunt Christi aduentum. Horum omnium attendentes conuersionem, æmulamur fidem, bonitatem, spem, zelum, vitam, tolerantiam passionum, & sustinentiam vsq; ad sanguinem, vt & corona gloriæ cum ipsis participemus.

DE ADORATIONE IMAGINVM

sermo beati Ioannis Damasceni.



VIA nonnulli nobis exprobrant, quòd 1 adoramus, & veneramus Saluatoris nostri, & Regiæ nostræ Deiparæ imaginem, insuper & reliquorum sanctorum famulorum Christi, audiant, quòd à principio Deus hominem ad suam imaginè fecerit. Cuius igitur gratia inuicem adoramus, nisi quatenus ad imaginè Dei facti sumus? Nam, vt inquit Deifer & magnus in diuinis Basilij, imaginis honor ad exemplaris 2 transfertur honorem.

Exemplar autem est, quod imaginè efformat, & ex quo, quod deducitur, fit. Cuius gratia Moisaicus populus tabernaculum in circuitu adorabat, imaginem & formam gerens cœlestium, magis autem & totius creaturæ. Dixit igitur Deus Mosi: Vide feceris omnia secundum formam tibi ostensam in monte. Et Cherubin obumbratā propitiatorij nonne opera sunt ma-

Ecce quomodo facti magis dormis entes quam mortui dici debent.

Vide quid dicat sancti pater de sanctorū reliquijs. Nam fontes salutis eas appellat, Dei indulto multimoda beneficia scarurientes, et suauitatis vnguentum emanantes. Sanctos cur appellemus dormientes, non autem mortuos.

Nota per sanctos dæmones abigunt, infirmos curant, cæcos vident, leprosos mundant, tentationes, et tristitias solui.

Vide sanctos adiutores dici totius generis humani. Et pro nobis Deo porrigere supplicationes.

Ecce quomodo dicit de sanctis contra nouum hæreticorum insanias. Templà a nobis Deo erigenda in ipsorum nomine. Inuocandos, et non colendos, ne non colere cõtati ipsos iritemus. In Psalmis, hymnis et odiis spiritualibus venerandos Statuas illis erigendas, et visibiles imagines, et nos virtutis illorum imitatores efficiendos.

Habetur li. 4. ca. 17. de Orth. fide.

Audiant veteres et noui hæretici, nisi contra eos loquitur hic S. pater.

Imaginis honor ad exemplaris transfertur honorem.

3 *Disinā scripturam non esse contra colentes imagines.*

num hominum? Quid autem in Hierosolymis celebratissimum templum, nonne manufactum est, & hominum arte constructum? Diuina autem scriptura accusat 3 adorantes sculptilia, ac etiam sacrificantes dæmonibus. Sacrificabant autem Græci, sacrificabant & Iudæi. Sed Græci dæmonibus, Iudæi verò Deo. Et detestabile erat Græcorum sacrificium, & dånabile, Iudæorum autem Deo bene acceptabile. Sacrificauit enim Noë, & odoratus est Deus odorem suauitatis, bonæ voluntatis, & beneuolentiæ erga se suauitatem suscipiens. Sic Græcorum sculptilia, quia dæmoniorum erant simulachra, detestabilia, & interdicitæ sunt. Ad hæc inuisibilis, & incorporei, incircumscriptibilis, & insfigurabilis Dei quis potest facere representationem? Insipientiæ igitur, & extremæ impietatis est, figurare diuinitatem. Hinc in antiquo testamento tritus non fuit 4. imaginum vsus. At verò posteaquam Deus per viscera misericordiæ suæ, secundum veritatem factus est homo propter nostram salutem, non vt Abraham visus est in specie hominis: non vt propheta, sed secundum substantiam veraciter factus homo est, diuersatus in terra, & cum hominibus conuersatus est, miracula operatus est, passus est, crucifixus est, sepultus est, resurrexit, assumptus est. Et hæc omnia secundum veritatem gesta sunt, & visa ab hominibus, & scripta nobis ob memoriam, & doctrinam sunt, cum præsentem non essemus: vt, cum non viderimus, audientes, & credentes adipiscamur beatitudinem Dei.

5 *Inuenta sunt imagines ad præceptum diuini memorie, & proci deters adoramus non materiam, sed imagine representatum.*

6 *Adorare Crucem, & alia plurima, est traditio non scripta.*


7 *Vides quod ipse Dominus Iesus Christus misit imaginem suam Regi Abagaro? Quæ scilicet ergo potest quis imagines traducere?*

8 *Nota Apostolos plurima tradidisse sine scripto, & hoc vocantur traditiones. Apostolica, quæ non minus, quæ ea quæ scripta sūt, semper in obseruatiua fuerunt.*

Et quia non omnes literas norunt, neque lectioni incumbunt, patres nostri consenserunt, veluti quædam trophæa, hæc in imaginibus representare ad promptam 5 memoriam. Si quidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenentes passionem Christi, imaginem transfixionis Christi videntes, in Saluatoris passionis memoriam redimus, & procidentes adoramus, non materiam, sed imagine representatum, vt neque materiam, ex qua scriptum est Euangelium, neque Crucis materiam adoramus, sed quod typo, figuraque exprimitur. Nā quid refert Crux à materia, si non habet Christi representationem? Idēdem & de Dei matris imagine. Nam honor ad ipsam, in illum, qui ex ea incarnatus est, reuocatur. Similiter autem & sanctorum fortia facta præparant nos ad fortitudinem, & zelum, & imitationem virtutis illorum, & gloriam Dei. Vt enim diximus, honorem, qui exhibetur benignis, gratiisque conferuis, beneuolentiæ ad communem Dominum præ se ferre indicium: sic & imaginis honor ad prototypum exemplar, imaginisque veritatem transfertur. Est autem hæc traditio non scripta, perinde ac adorationis ad Orientem, adorate, 6 scilicet Crucem, & alia plurima, iis quæ dicta sunt similia.

Fertur autem & quædam historia, quod cum Abagarus Edessenorum ciuitatis Rex, pictorem misisset, vt Domini similem pingeret imaginem, non valente pictore id præstare ob resplendentem faciem Domini claritatem, ipse Dominus vestimentum suæ faciei diuinæ & viuificæ applicans, in vestimento sui ipsius 7 imaginem impressit, & sic desideranti misit Abagaro. Quod autem plurima sancti Apostoli 8 tradiderunt sine scripto, scribit Paulus Gentium Apostolus, ita dicens: Ergo, fratres, stete, & tenete traditiones nostras, quas docti estis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Et ad Corinthios: Laudo autem vos, fratres, quia per omnia mei meministis, & sicut tradidi vobis, traditiones tenetis.

*Finis Epitomes historie Aloysij Lipomani
De vitis Sanctorum.*



VITA DIVI DOMINICI PER D.
IOANNEM GARZONEM BONO-
nensem Oratorem clarissimum scripta.



DRIANO quarto Pontifici maximo successit Alexander tertius. Id temporis Callagoram, quod Hispania: admodum nobile est oppidum, Felix quidam incolabat. Vir summa probitate, summa virtute, summaque liberalitate præditus. Hic Ioannam sibi matrimonio cõiunxerat, puellam quidē venustam, mulieribusque officiis ornatam. Ex hac Christi optimi maximi munere duos suscepit filios, Dñicum, & Antonium. Eos, vt cõsuetudinis est instituendos, & ad omne officij munus instruendos curauit. Quo factum est, vt cum ætate progredierentur, in sacerdotum numerum adscriberentur, Antonius quod mira pollebat misericordia, his qui in summa erant medicitate, egregiam nauabat operam: omnibus siquidem & parebat, & seruebat. Vt morte defunctus est, multa sunt ab eo signa perpetrata. Dominicus autem contemptis huius mundi illecebris, sese religioni addidit. Nō illius signi memoriam abiiciam. Nam cum mater eum cõtineret alio, visa est se continere catulum facem ore ferentem ardentem. Vt verò puerum enixa est, confestim totus orbis enituit. Iam ætati paululum roboris accesserat, cum ad templa proficisceretur Deum venerans colensque. Ita eum parentes erudierant. Ab omnibus, non molli strato, sed duro iacens vsque ad extremum tempus ætatis conspectus est. Erat puero a unuculus quidam, cui ex sacerdotibus principatus deferrebat. Hic illius erudiendi, atque ad res sacras instruendi curam susceperat. Breui & doctrina, & his artibus, quibus ætas puerilis informari solet, peritus euasit, & quæ ad sanctam religionem pertinebant, nihil est eorum ab illo prætermisissim. Nondum quartum & decimum, cum ab eo, quæ diximus, gerebantur, egressus erat annum, admirabantur omnes, quod adolescens de le tam grandia polliceretur. Iam tēpestate Palenciæ in omni scientiarum genere ingenia florebat. Eò parentis iussu profectus est Dominicus discendarum literarum gratia. Difficile dictu est, in quam frugem euaserit: nō modo æquales, sed natu etiam maiores superauit. Verum ne vel minima labe inquinaretur, nō modò non scortorum, sed etiam virginum matronarum societate recusabat. Adde ebrios, aleatores, testamentarios, atque omnes bonorum corruptores, quos tanquam acerbissimam pestem vitabat. Voluptates, blandissimas dominas, ne ipsum à ratione detorquerent, contempni habebat. Ad virginitatem, quam Deo dicauerat, conseruandam, omni erat cura intētus. Ferunt ipsum omnes liberales disciplinas memoria tenuisse, vt ipsis quibus in illis discendis vsus fuerat, præceptoribus excellere videretur. Nec his contentus esse voluit, quod qui contempta omnium scientiarum regina Theologia in philosophia operā contulissent, hos alpernabatur, eosque, industriam atque oleum perdidisse affirmabat, qui in illa ætatem consumpsissent. Ego etiam nullis sim disciplinis ornatus, à Dominico minime dissentio. Quis enim Platonius, quis Aristoteles, quis Anaxagore, quis cæteris stultis mundi sapientibus laudem dederit, cum nunquam ad sanctæ veritatis disciplinam peruenire potuerint? Vellem Christum optimis faceret, vt ipse sanctorum sapientum princeps Aristoteles ab inferis excitaretur. Anni profectò mille octingenti tres & triginta circumacti sunt, cum extremum vitæ diem morte consecit. Quærerem quid ei Plato, philosophiaque profuissent, quando tot annos de ipso tam exquisitum apud inferos sumptum sit supplicium. Fateor eum sine dubio fuisse prodigium, grandeque miraculum in tota natura. Fateor ei penè fuisse insulsum, quicquid naturaliter est capax humanum genus. At huius mundi sapientia, apud Deum, vt inquit ille, stultitia est. Quis eum sapientem censuerit, quem charitas non informat, cuius intellectus non captiuatur ad fidem, cuius cor ad Christi seruitutem non inclinatur? Sub vt ad id redeam, vnde digressus sum, qui Theologiam callebant, hos quatuor annos audiuit. Nequeo verbis consequi quæ clarus euaserit, vt vnum esse Dominicum omnes admirarentur, qui virtute, sacratissimis moribus, & doctrina superasset ætatem. Fortè ita casus tulit, vt non modò ciuitas ipsa, sed omnis quoque Hispania fame laboraret, & ita laboraret, vt ciues, externique, siue nobili, siue infimo essent genere, carnibus omnis generis quadrupedum, & corijs, herbisque vesci cogerentur. Qui egestatis referti erant, fame absumebantur. Tum Dominicus vehemēti in eos commotus misericordia, vniuersam supellectilem tum librorum, tum earum rerum, quæ illi in vita opuserat, venum, vt his subueniretur, dedit. Sub idem tempus Episcopus Oxomensis, cui Didaco erat nomen (erat hic & diuinarum literarum studijs, & optimis moribus expolitus) omnes cogitationes suas ad augendā Christi religionem referebat. Quod si virū cõperisset probitate præditum, disciplinamque imbutum, huc ad se allicere adnitebatur, & amplissimis afficiebat muneribus, crebrisque admonitionibus, vt sese religioni dicaret, hortabatur. Inter cætera beati Augustini religionem summè efferebat laudibus. Ex quo illi, quod canonica esset (sic enim Augustinus

*Dominicus
Signum.*

Didacus.

Augustinus.

eam vocant) assentirentur. Cōplures in hunc modum ad sententiā suā traducebat. Ad hūc san-
ctarum actionum Dñici fama puenit. Quò factum est, vt eum ad se accersiri iusserit. Cōfessum
ipsum Canonicatu regulari (ita eam dignitatem nuncupabant) ornandum duxit. Non postquam,
quantò gaudio exilerit, oratione cōplecti: quin se per beatum assererat, q̄ hoēm pium, probū,
sanctis literis exculit in aedē suam collocasset. Interea Dñicus, vt caelestium numerum auge-
ret) siquidē ad diuinam domū ppenisimo ferebatur aīo) nullum sibi laboris, si labor dicēdus
est, genus defugiendum putabat. Igitur librum, quas patrum collationes vocant, ad se adferri
iulit. Quē cum diligenter, accurateq; legisset, instituit eorum quos vitā piē & sanctē instituit
se cōspexerat, sese haud dissimilem fore, neq; ab humilitate, quā virtus laudatissima est, ab-
esse. Vt enim ad Christi nuptias inuitabatur, omnibus honorem deferebat, eosq; iubebatur
anteire. Apud Christo dicatos, est in more positum, vt vnus q̄ praeside (quem priorem vocat)
excepto, reliquis praesit, deligatur. Is, q̄rum cōiectura cōsequi possum, praesidēs, si negotiis im-
peditus abire, munus sustineat. Adeo Dñicus in ea mole se praesidit, vt ne vllum quidē factum
suum iure reprehendi posset. Quod enim sui fuit muneris atq; officij, id cōsilio, fide, grauitate,
vigilantia executus est. Nocte atque interdiu vacabat orationibus nunq̄ ieiunus abstinens.
Adeo cibi potitionisque parcus erat, vt vix vires rescirentur. Decennium vino abstinuit, quā
res eius stomacho plurimum obsuit. Id Episcopus cum animo suo considerans, ne in politum
ita vini parcus esset, suo iure commouit. Qui vel inopia, vel sollicitudine, vel dolore pre-
mebantur, eorum incredibilis ipsum capiebat miseratio. Quòd si flagitia admittentur, ne-
quaquam ei deerat misericordia, quin stillabant per ora lachrymā. Qui verò nullis se sceleribus
inquinabant, his gratulabatur, q̄ omni illorum cura posthabita sese ad Deum tota mēte
cōuertissent. Haec dum à Dñico gerebantur, qui Hispaniē imperabat Alphonfus ad Didacum
Episcopum literas perferri curat, quibus illum docet, vt ad se iter suscipiat, q̄ ad Pontificem
maximum mittendus sit legatus. Nec vllam moram interponit Didacus, ne regis voluntati
deesset, socio sibi adiuncto Dñico, Castellam, quā caput est Hispaniē, contendit. Cum Tolo-
sam peruenisset, cognouit magnam vim incolarum haeretica prauitate impeditam. Tum Do-
minicus (nam ad hospitium diuerterat) hospitem ad se acciri iubet. Quærit ex eo, quē sibi de
religione Christiana animo sedeat sententia. Vt ipsum percepit eodem errore implicari, cō-
fessum quid sequendū, quid fugiendū esset, illi aī oculos posuit. Hospes Dñicum aīa diu-
no locutum existimans, errati veniam petiit: se posthac nunquam tanta lapsurū imprudētia
pollicitus est: quin Dñico, q̄ ex eius animo opinione tā penitus instam, & tam vetustā eul
sisset, amplissimis verbis gratias egit. Haec est prima de colluctatore nostro Dñici victoria. Iā
Didacus legationem obierat, cum quid ei esset in animo Pōtificem cōmouit: se malle, vt sibi
in tanta dignitate alter succederet, quòd Albanenses, peruersa haeresis occuparet, se nulla
spe, quin eos tanto liberaret errore, decidere. Id se facturum Pontifex recusauit. Ex quo Di-
dacus ad regē regressus est. Paucis post diebus ad Cistercium, q̄ monachorū, qui id religio-
nis genus proficebantur, vsum sibi iucundum futurum sperabat, eundem. Multis verbis vitro
citroq; habitis, in eorum numerum adscriptus est. Tertia post die cum compluribus mona-
chis comitibus, quòd ab eis Cisterciensium institutis pceptisq; erudiretur, inde excessit. Nec
Dominicus quidem aberat. Cum ad montē Pessulanū peruenissent, Abbatē xij, nonnulliq;
Episcopi, quos Innocentius tertius Pontifex Max. haeresis Albanensium reprimendē ac dele-
dā gratia eò proficisci iusserat, ipsius obtiniam prodeunt. Repentē Didacus, cateriq; ex equis
desiliunt. Tum qui apud eos maximo erat in honore Abbas quidam: Nos, inquit, patres op-
timi, Pontificis iussu ad reuocandos ab erroribus Albanenses huc iter contulimus: quòd ad tā
sanctam nauandam operam, nobis praesidio sitis, vos oēs oratos volumus. Non enim scimus,
nec si sciamus dicere audemus, quid praestabilius efficere possitis, quā tantū animarū gregē
diaboli dominatu liberare. Casu accidit vt Abbas Euangelij mentionem faceret: qđ cum se
planum facere adiretetur: Quæ tibi, inquit Didacus, oratio elapsa est? Si sic sentias, ē recta
via declinas: Concede in sententiam meam. Quod homini Christiano fas est optare, id ad-
pisceris: Non te spes tua frustrabitur. A vobis (me enim ad vos conuerto) cum infinita hoīm
multitudine non opinionibus, non sermonibus, sed re cōgrediendum est. Tum Abbas: Nos
te cōsiliij participē habemus: Tua exequi mandata nobis statutū est ac decretum. Igitur Di-
dacus comitibus suis vnā cum preciosa supellestite, vt sese patriæ redderēt iussit: Nos, inquit,
in oppido cōmorabimur: Quæ à nobis sient, eadem à vobis siant: O spectaculū memoratu di-
gnum, ac semp̄ literis, laudibus, monumentisq; decorandū. Subsequēbatur Didacum Abbatē
atq; Episcopi temporum suorū clarissima lumina. Nec Dominicus à tanto munere se iugeba-
tur. Cum igitur oēs tantam haeresim obliterare instituisset, atq; ad rectam viuēdi formā eos
traducere, cōperit p oppidum pedibus iter facere. Nullus fore vicus erat, qui ibi sacra Chri-
sti Euangelia exponerent, ipsius paupertatē explicant. Fuit haec nimirū religiois p̄dica-
torum species. Eam rem qui haeresi impediabantur adeo inimico ferebat aīo, vt ardentius &
importu-

Alphonfus.

Tolosa.

Prima Dominici
victoria de diabolo.

Albanenses.

importunus ex suggestis mentis suæ cogitata denunciarent. Verūm Didacus sic spectatē erat
virtutis & prudentiæ, vt in se haereticorum oculos cōuerteret. Quin apud Iudices causa ipsa
acta est. Qui veritati accedebat, libellos p̄ferebat Christianæ fidei indices. Age, Dñicus libellū
p̄tulit, quo multa tū exēplis cōfirmata, tū sanctissimorū virorū sententiis corroborata cer-
nebantur. Libuit haereticis vt de libellis suis periculū fieret: his vt ignis iniectus est, procius
incendio conflagrarent. Semel, iterum, tertio Dñici libellus igni admotus est, nunq̄ absumi
potuit, quin semp̄ resilliebat, dixisset ipsum à nullo sensu abhorre. Quos haeresis occupabat,
hos non mediocriter capiebat admiratio. Quo factum est, vt hi se ab errore quo implicati erāt,
ad rectam viam reuocarent. Qui verò se ab eo se iungebant, exultabāt lætitia, & triumphabāt
gaudio. Accedebat alia calamitas. Nam quibus nullæ erant opes, nullæque facultates, hi filias
haereticis educandas, atq; eorū p̄ceptis erudiendas tradiderāt. Id Didacus inique ferens in
loco qđ Prulianū vocant, monasterium vbi puellæ habitaret, iussit extrui. Cōfecto biennio Di-
dacus oēs qbus in exponēdis Euāgelij vsus fuerat, socios ad se accersit: cumq; eos, ne coepia
desisterent, cōmouisset, his Dñicum praefecit. Paucis post diebus sese patriæ reddidit. Non
multo deinde interiecto tempore vi morbi oppressus est. Id vbi his, quorum familiaritate v-
tebatur, nunciatum est, ab his cogitationibus ad alia cōsilia se cōtulerunt, atq; ad patriā irre-
dibili celeritate aduolarunt. Querebantur se eo principe destitutos: quē si fieri poterat, immor-
talem esse oportebat. At Dñicus dolorem quē acceperat, tum sanctissimi viri, tū amicissimi
morte, ferre moderatē nitebatur. Si quidē nō cōmoueri nō suā arbitrabatur esse humanitatis.
Quis enim non moueretur tali ac tanto viro orbatū? Interea cum Innocentij 3, verbis & li-
teræ redduntur, quibus vt ad expugnandā Albanensium haeresim p̄ficatur, sit certior, se nō ve-
reri, quin de hoīs abiectis, & luce indignis amplissimam sit reportaturus victoriā. Sub idē
tempus Simō quidam nulla egens virtute (praerat is oppido, quē Montem fortem nuncupa-
bāt) Dñicum incredibili bñuolentia cōplectebatur. Ille pupillorum, ille viduarum, ille cōplo-
rum tutelam suscipiebat. Ille miseris, qui nullis erant opibus praediti, subueniebat. His p̄te-
rea, q̄ à Christiana veritate dissentiebat, male optabat, seq; acerrimū hostē p̄stebatur: quin etiā
Dñicus apud eos maximo odio inuisus erat. Detrahebant p̄diti hoēs de sanctissimi viri digni-
tate, q̄ se oīs ridendum praerberet. Sed viro cōstanti, & religionis Christianæ p̄pugnatori
fortissimo, ne vllum quidem meum intuciebant. Vt igitur Pōtifici audiēs esset, comite op-
pidi Episcopo sibi addito, ad conferendum cum hostibus praelium contendit. Euntibus fortē
obuius fuit ex haereticis quidam: Ex eo petunt vt ad haereticos (is namq; ab ipsis nulla im-
peditus haeresi putabatur) deducatur. Homo vafer eos extra viam egit, cuius calliditatem cum
percepissent: Vos, inquit Dñicus, viri optimi, nullus subeat timor: sit vobis in Deo spes omnis
cōstituta: ipse nobis erit firmū magnumq; subsidium. Vix sinē dicēdi fecerat, cum ille q̄to in er-
rore versaretur mente agitans, Deū quò sibi tetrū crimen condonaretur, precibus fatigauit. In
hunc modū respuit. Igitur multū itineris per syluas emens ad Aregiam amnē peruenit. Dū
ipsum per vada nota traiciūt, libell⁹ Dñico, quo in tribuēdis Deo laudib⁹ utebatur, manib⁹
p̄lapsus decidit. In sequēti die à piscatore hamo captus est, & à muliere ad eū allatus. Est hoc
nimirū loco miraculi habendū, cum nulla esset aqua cōspersus. Dies cōplures intercesserunt,
cum nōnullis comitibus assumptis ad aliud flumē puenit, quod vt vidit, & altitudine aq̄e, &
rapiditate ad transeundū difficile, portitorem ad se accersit, is praesto fuit. Cum oēs lintre tra-
ieciisset, vt sibi pecunia exolueretur, petiit, Ad vnū oēs, extra Dñicum exoluerunt. Ad quem ille
se vertens vestem leniter manu traxit. Heus tu, inquit, vt mihi satisfiat iube. Nihil est, inquit
Dñicus, mihi neq; auri neq; argenti, Cœpit ille inclamare, nequaquā cū eo bene agi, qui alienis
abutatur laboribus. Tum Dñicus p̄cidit, atq; ad caelū suspiciens: Ne me, inquit, Christe Opt.
Max. deseras. Repetē è terra numus egressus est, quem cum portior legisset, excesserunt oēs.
Annos plures ob delendam haeresim Tolosæ cōmoratus erat, cum nōnulli superbia & nequi-
tate p̄diti de eo occidendo cōsilia inierūt. Quin si ipsis fuisset obuius, suis manibus peritorū
minitabantur. Cum ei ex vrbe abeundum esset, hoēs quibus nulla fides, nulla charitas, nulla
stabilis beneuolentia erat, q̄ de eius discessu cortiores facti erant p̄gressi, loca quā iter face-
re statuerat, insederūt. Eò cum vir sanct⁹ venisset, sese ipsi obiciunt. Ex his vnus: Tene, inquit,
mortis tenet metus? si praehensus esses, quo fuisses animo? Vt mentem meam, inquit Dñicus,
teneas, nil mihi iucundius est, q̄ vt possim martyrio coronari. Vtinam Christus opt. Max. mi-
hi hāc optioem deferret. Vos hoc corpore vtrini iudicio vestro: pro Christo, cui maximis
sum beneficiis obstrictus, nullum laboris, cruciatu, mortis genus recuso. Haec audientes, cœ-
de abstinerunt. Haud sanē intelligo, quī fieri possit, vt qui à charitate alien⁹ existit, is caelestium
numeri sit auctoris, cum Paulus Apost. se nihil utilitatis, si à charitate abiret, cōsequi affirmet;
quāuis exquisitissimus subeat cruciatus. Igitur Dñicus ne à tanta virtute se iungeretur, hæ-
retico, cui nullæ erant opes, in hūc modū subueniendum duxit: Nā cum ipsum ad haeresi qua
diu implicatus fuerat, ad rectā viam reuocare omnibus ingenij viribus adniteretur, perstabat
homo

Miraculum.

homo miser in sententia, nec precibus suis mouebatur, q. se eò calamitatis deuenturū affirmabat, vt ipsi victus ac velutis defuturi essent. Vir sanctus, quò illi que in vita opus erant, suppe dicantur, instituit vt sui fieret vgnundatio. Fuit ei in aio in Asiam traicere, Qua verò rōe ad ductus de sententia discesserit, parum cōpertum habeo. Per idē tēpus matronæ quedā nobiliū genere naræ ad hæresim defecerat: id vbi Dñico nunciatus est, confestim ad ferendā illis opem comite vno contendit. Igitur intēdentibus se tenebris ad matronarū domiciliū proficiscitur, pulsatur, aperitur, honorificè confurgitur: vt Dominicus salutatione functus est, matronæ (nā cœnē satisfecerant) eos ad sumendā potionē inuitant. Id illi, q. ieiunio indulgebant, reuenerūt. Tandē eos in cubiculum, quod peripetasmatibus ornauerant, deducunt. Cubile præterea aulēis operuerāt. Tū vir S. Nō est, inquit, nostrē cōsuetudinē cū quieti operā damus, tam molli, tā delicato vti strato. Iubete ad nos tabellas deferri, super eas cubabimus. Matronæ mandata exequuntur, seq; inde proripiūt. At Dominicus manibus sublati p̄cidit, Deumq; vt missillarum mentibus lumina præferret, precibus obsecrauit. Hoc tā præclaro facinore effectū est, vt matronæ posthac nullo laberentur errore. Phanum Iouis, ita incolæ vocant, oppidum est nō longē distans à Tolosa: id infinita hæreticorū multitudo incolebat. Cū igitur ad illā p̄sternēdā omni studio duceretur, cōmonendē ipsius gratia illuc iter cōtulit. Descendenti ex iugello mulieres 9. mira pollentes nobilitate se obiciunt. Quæ grauis erat annis, ad eius genua procidens: Nos, inquit, viroꝝ sapientū, quos hæreticos vocas, vestigia sequimur. Ab illorū op̄nione mirum in modum dissentis: nobis quā sententiā secutus sumus, iniicitur scrupulus ac dubitatio quædā. Tu pater optime animū nostrum tāta suspitione libera. Iuus iste Deus, de quo tam grandia prædicas, qui præceptis suis fidē habendā putabunt, his cœlestē ac diuinam domum vitrò pollicetur. Tu si ea de re signum edideris, p̄fectō ex sumus, quæ nunq; de tua sententia decedemus. Vir S. incredibilem quandā p̄cepti aīo voluptatē, q. nec oleū, nec imp̄sam, vt tritū est pronerbiū, pdidisset. Igitur paululum se colligē: Si, inquit, cōstantē vestrā minimē defueris, à Dño edetur signū, quo cōpulsē falsam istā religionē vestrā sempiterna obliuione delendā cōsēbitis. Cui ante hac seruiturē seruieritis, res ipsā declarabit. Cū hāc orationē locutus esset, repente felis, quem mulionem voco, erat is tantæ magnitudinis, vt in se omnium oculos cōuerteret, ex illarum medio profilit. Præterea vultus adeo deformis erat, vt eum nemo sustinere posset. Omitto quem exhibebat odorē ingratum, vt propē oēs se inde abdicare cogerentur. Semel, iterum, tertio mulieribus obābulauit. Tandē ad turrim iter intēdit, vbi reste nolæ suspensa in summum euasit. Cum aliquantulum cōstitisset, ab oculis, & in caliginosas descendit tenebras. Dñicus in mulieres oculos cōiciens: Quid, inquit, timuistis? Cur tantus vos opprimit timor? Vobis in Christo Opt. Max. spes oīs cōstituenda est. Igitur mulieres beneficij memoriam minimē abiicientes, errores abiecerunt, seq; sanctæ religioni addixerunt. Annos x. Galliam Narbonensē peragrauerat Dominicus prædicando, populos docendo, eosq; ab hæresi reuocando. Nemo vnquam inuētus est, qui cum hæreticis tam forti, & tam cōstanti animo arma cōrulerit. Accedebat sententiæ suę is, de quo supra memorauī, Simō princeps, qui eos ferro igneq; castigabat. Id causæ fuit, cur mutua se beneuolentia p̄sequerentur, illudq; Dñico cum Simone cōmune esset, in quo oīs vis esset amicitie. Cum igitur apud Simonē inter hæreticos & Christianos de rebus ad sanctā fidē spectantibus esset oborta cōtentio, Dominicus libellos sua manu exscriptos exhibēs: Soluite, inquit, hæc, si potestis argumēta. Quidā ex Barbaris hæresi oppressus: Cōspiciam, inquit, an libelli igne corrumpantur. Non defuit Dominicus illius voluntati. Cum igitur libelli in ardētissimum ignē iniicerentur, confestim resilliebant. Id actum nō semel, sed sæpius. Tum hæretici se in orbē colligentes suis edicunt, ne de tāta re quisquam admoneatur, q. magno sit omnibus futura periculo. Sed res ipsa nō diu in obscuritate latuit. Per ea tempora Dñicus aliud secundum cum hostibus prælium fecerat, qñ ad templum die in noctem inclinante iter cōferebat, cuius ianuā vestibus clausam, cum is qui se comitem præbuerat, animaduertisset: Nos, inquit, difficili tēpore huc venimus. Non enim, vbi noctem agamus, vllus est locus. Nulla te, inquit, Dominicus, dubitatio subeat. Hoc on° Christus Op. Ma. sibi suscipiet. Subitō ianuæ patuerunt. Illi tēplum ingredienti, Deo gratias egerunt. Cōmonefaciebat populum Dñicus, cum ad eum deductus est homo diaboli dominatu oppressus, hunc suarum orationum beneficio tanta seruitute liberauerat. Sunt & alij ad eum adducti, qui infirma erant valetudine, quos pristinæ sanitati restituit. Alter præterea dæmoniaco hunc stola primum suo, deinde dæmoniaco collo cincta, de aduersarij manibus eripuit, illi mandans, ne in posterum hoēm eadem afficeret molestia. Hęc dum à Dñico gerebantur, Simō nō longē à Tolosa castra posuerat, eam noctē & interdiu tormentis, cæteriſq; telorum generibus verberabat. Igitur Anglici quidam, quos ad quadraginta fuisse accepimus, quò ad Iacobi templum ipsis proficiscendum erat, Tolosē appropinquauerant. Cū vrbem intrare non auderent (nam Tolosani Pōtificis iussu à piorum cede cētūq; abacti erant) ad flumen aduerterunt. Nauem piscatoriam, vt transueherentur, conscenderunt.

Dum

Dum transueherentur, nauis q. putris erat, & admodū vetustate dilabens, nimio p̄dere soluta est. Cuncti flumine ablorpi sunt, maximus tum p̄tis lanceis ad ripam factus est militū cōcurſus. Clamor ingēs tollitur, ad quē Dñicus excitus: nō enim prociū aberat, occurrit. Quid tātū sibi velit militū clamor scitatur. Rē exponit: tū ipse qui nunq; misericordiā proſcripserat, procidit, ac nullis lachrymis tēperans ad cælum suspexit, atq; ita locutus fertur: Christe Opt. Max. cui imperio cœli, terra, mariaq; subiciuntur, qui vt p̄petua genus humanū seruitute liberaret, ne mortē quidē ipsam recusasti: cōmoueas oro & obsecro, in hos peregrinos misericordia: q. vt cū eis piē sancteq; ageretur, à gurgitibus exhausti sunt. Faci: o, ne tantā de miseris victoriam hostis cōsequatur. Hanc abs te operam exigo. Præbe te mi, præbe te misericordē peregrini tuis. Hęc vbi dicta dedit, ad vnū oēs caput manusq; aqua extulerunt. At Dñicus se ad eos vertēs: Cōcedite, inquit, ad me viri, opt. Max. debetis Deo beneficia, cui⁹ admirabili sapiētia à mortuis excitati estis. Qui in ripa stabant milites, prodeuntibus læceas porrigebant: quibus manu prehēsis ad ripam trahebatur, iam Dñicus adeo lignorū gloria florebat, vt nemo esset exceptis hereticis, q. ab eo alienum haberet aīum. Episcopi, Archiepiscopi, cæteriſq; edis sacre principes nō mō eū diligebant, verū etiā amabant. Tribus potuit orari Episcopatib⁹: Id semp̄ renuit. Malebat vir sanctus Christi sequi vestigia, q. honorib⁹ caducis & mobilib⁹ honestari. Nil sibi iucundius esse affirmabat, q. vt posset & diuitibus & egenis esse p̄sidio. Se nō abelle à spe, quin oēs hæreticos ad sanctā religionē reuocaturus esset. Interea Tolosani cū nimium diuturna & graui obsidione premerētur, legatos ad Alpholum Arragoniæ regē p̄ficiēti iubēt, q. auxiliū implerent. Rem in mala spe esse, nec vereri, quin ipsi, nisi subueniatur, cogantur iugū lubre seruitutis. Rex robustissimas legiones illis in p̄sidiū misit. Ex quo nunq; illucescebat, quin Tolosani vrbem egredierentur cū hostibus signa collaturi. Erat id tēporis apud Dñicum homo qdam religioni Cisterciē dicatus: Is Dñicum adiens: Qñ, inquit, tātis bellis finis imponetur? Cū ei Dñicus taciturnitate respōderet: Quid taces vir sancte? ni De⁹ subuenierit, de nobis profus actum est: Tum Dñicus: Macte, inquit, iuuenis, constanti & forti esto aīo. Tantis calamitib⁹ Dñs optima adhibebit remedia. Nec vereor, quin Tolosanos sit subitura penitencia, ipsi suis malis docti respiscant, Res non diu morabitur. Multis ferro vita eripitur. Cū ventum erit ad manus, Rex lætali vulnere accepto mortem occumbet. Interim Simō, qui in Tolosanos magno æstuebat odio, vt illucescebat, signa portis inferebat. Id Tolosanis indignum visum est. Igitur patenti porta erumpunt. Prælium cōferunt, victoria neutro inclinata stetit. Ex Tolosanis plus x. capti sunt, quos vt cognitum est heretica prauitate impeditos, cōfestim in vincula cōiciuntur. Cū in sententia p̄manerent, q. senio consciebat: Nos, inquit, quoad aīum efflauerimus, eo sumus aīo, nunq; sententijs vestris accedem⁹, de nobis quod vultis supplicium sumite. Igitur in quæstionem adhibentur. Miseri re confessa sub ea conditione carnicij traduntur, vt nulla interiecta mora, eos succensis ignibus torreat. Dum ignis miseris adm̄ vuerat, ex captiuis vnus in Dñicum oculos coniciens: Iubebis, inquit, vir Christi interpres, cineres meos ne igne amburantur, seruari. Iudices misericordia cōmoci, nulla ipsam morte afficiendam dixerunt. Annos xx. hunc misellum hæresis occupauerat. Ex quo abiecto errore sese religioni prædicatorum addixit. Adeo vigeabant egregia Dñici facinora, vt apud omnes summa esset dignitate & existimatione. Fortē filiā Simon ex vxore susceperat. cū vt à Dñico aqua quo lauacro peccata carnis aboleret, ringeretur, instituit. Filij præterea nuptias, quæ breui celebrandæ erant, benedictione afficeret. Erat id temporis Turelianē Episcopus, vir nulla egens virtute: hunc populi venerabantur, obseruabant, colebāt. Inter prædicandum: illud, inquit, denuncio, illud significo, quendā p̄stō futurū, qui summus prædicator censerī poterit. In eo tanquā in speculo, quis vitam suam intueri poterit. Abbas quoq; Ioachimus cū multa literis memorieq; prodidisset, vnum futurum affirmavit, à quo prædicatorum religio extruenda esset. Hunc ipso vita functo fratres sui & amarēt, & honore prosequerentur. Haud falsus vates fuit. Monachus quidam cū sanctē vitā instituisset, in morbū incidit. Ex quo tres dies extra se positus est, & quasi mente alienatus. Tandē ad se rediens, quæ viderat, omnes celatos voluit. Nō multo interiecto tempore cū in templū iter face-

Oratio Dominici.

Miraculum.

Alphonse.

Simon.

Simon.
Anglici.

Monachus.

Eulcho.

Prædicatorū religio.

Domi

Dominicū intueri, qui suppositis humeris ruinæ obliteret. Vt è somno excitatus est, cepit quæ per quietem viderat, cū animo suo cōsiderare. Tandē Fulcheriis & Dominicū voluntatī parendū duxit, Dominicū autē, vt se ad fratres suos, cū quibus de inuenda prædicatorū religione cōsultaret, reciperet, admonuit. Ea statuerent quæ sanctitatis plena essent, & religionis Christianæ, Pōtificis voluntati morē gessit Dominicus. Posteaq̄ madata diligētē exposuit, fratres incredibili fuit voluptate affecti. Cuncti se eos fore affirmarunt, qui quicquid Dominicus statuisset, firmū ratumq̄; habituri essent. Multa oratione vltro citroque habita, in hanc sententiam cōuenērunt, vt B. Augustini prædicatoris ditionis essent: ipsiq̄; prædicatorēs nuncuparentur. Hęc dum gerebatur, Innocētius de vita exiuit: huic Honorius tertius successit. Quę Innocētius instituerat, hic auctoritate sua cōfirmavit: iussitq̄; vt prædicatorū religio vna esset, quæ hereticis sese obiceret. At Dominicus Romā regressus erat, qui cū noctū sanctis orationib⁹ indulgeret, Christū intuitus est in peccatores ira cōmotum, q̄ eos de medio tollere instituisset, præter Mariā cœli Reginā illi resistere posse neminē. Hęc precibus obsecrabit, ne quos suo sanguine redemerat, eos irerē perditū. Vnū esse Dominicū, cuius virtute & sanctimonia pleriq̄; se ab erratis reuocaret. Hęc quanq̄ ita sint, nequaquā tamē, inquit Christus, se iungendus est Franciscus, cū omnī sic virtutū simulachrū. Hic eā puincā minimē recusabit. Iā nox in diē inclinabat, cū Dominicus quæ cōspexerat cū aimo suo cōsiderans ad tēplum iter suscipiebat. Fortē illi obuius fuit Franciscus, cōfessim ipsum amplexus est, & deoscular⁹; atq̄; ita verba fecisse fertur: Nos Christi opt. max. munere societatē inuenimus. Illud oneris p̄ religione Christiana suscipiamus oportet, nec vllū defugiamus laborē, vt qui à Christo deficiēt, hos prosternamus, deleamusq̄;. Reprimēda erit eorum q̄ ppter rationē appetitū obteperabunt, iniquitas atq̄; insolētia. Accelsit Franciscus Dominici lentētia. Reb⁹ in hunc modum cōpositis Dominicus Tolosam se retulit, fratribusq̄; accitis eo se esse animo denunciavit, qui illis suaderet, vt per orbē terrarum Christi Euāgelium prædicatum p̄ficiscerēt, q̄ Dñs ea esset voluntate. Multos admiratione cepit quid ea sibi vellet profectū. Princeps Simō Archiepiscopus Narbonē. Episcopus Tololanus, cōpluresq̄; ædis sacre principes hanc sententiā ex eius aimo euellere nitebatur. Tum Dominicus: Nolite, inquit, dolore affici. Quæ à me aguntur, nulla temeritate aguntur. Vos autē fratres mei iure meo cōmoneo, in literas incūbite, prædicate, vt monasteria ædificētur curate. Nullus vos subeat metus. Optati vestris oīa rēspōdebunt. Paruerūt oēs volūtatī suę. Ipse Romā iter cōtulit. Fortē ita casus tulit, vt prædicationē exerceret, cui eū adesset matrona Romana vīdua (erat huic Gutadōne nō mē) incredibili exilliebat gaudio. Huic cū Dominico summa erat familiaritas. Filiū habebat infirma valetudine occupatū, domi māserat, vt Dominicus sinē dicēdi fecit matrona domum regressa est, quę vt filii animā exhalasse animaduertit, lachrymarū multū pfudit, & se filium amisisse quæsta est. Eius querelę cū null⁹ cōsilio opprimi possent, accessit ancillis cadauer ad Dominicū deportari iussit. Casu Dñicus ad capitulū (sic eū locū vocat) ianuā erat cū matrona ancillis comitata puenit: atq̄; ad illius genua p̄cidents: Ego, inquit, misera atq̄; infelix orbata vni vnicō filio. Vnum illud erat solacium senectutis meæ: Quo me vertē? quē implore. Potes ipsum excitare à mortuis. Omnis oratio mea ad misericordiā tuā, q̄ plurimi qui nō viuēbāt, vixerunt, cōfertur. Summa tibi est potestas. Redde eum incolumē. Dominicus miserecordia adductus: Ne te, inquit, mulier ex crucia, Christi op. max. optima. adhibebit remedia. Tu cōstanti & forti sis animo. Hęc cū dixisset, se paulum abdicauit p̄breuiq̄; oratione vsus ad cadauer cōtendit, illudq̄; salutaris signi impressione armauit, ac ipsum manu prehēdēs: Viuit, inquit, o mulier, filius tuus, voti cōpos facta es. Quæ vt eum inspexit iter pedibus faciētem: præ gaudio penē desipuit. Tum Dominicus, vt ea de re oēs celaret, ipsos admonuit. Vix dies intercessit, cū fato nescio quo de tam memorabili facinore ad Honorium tertium alatus est nuncijs. Destinauerat id miraculi vulgo explicare, ni Dominicus inimico tulisset animo. Quōd si in sententiā māssit, hic mare traicere instituerat, sic res ipsa taciturnitate tecta est. Virgines cōplures se Christo dicauerāt, quarum saluti atq̄; vtilitati cōsulendum erat. Igitur iussu Pōtificis ea cura Dominico nōnullisq̄; Cardinalibus demādata est. Cū inter se cōfabularentur, nuncijs aduenit, inclamans, & in fletum p̄rumpens, q̄ nobilissimus adolescēs, cui Neapuleō nomē erat, ex equo lapsus esset, & fato functus. Qui illi sanguine cōiungebatur Stephanus (hunc priore anno Honorius cardinalatus dignitate ornauerat) tantum acciperet dolorē, vt eum moderatē ferre non posset. Ex quo Dominicus quā benedixerat, ipsum aqua consperxit, iussitq̄; cadauer in cubiculum quod non longē aberat, deportari. Atq̄; Tā credo ad se accerito: parato, inquit, aram, quōd mihi celebranda sint missarum solennia. Cū vir sanctus hostiā salutarē immolaret, stillabāt per ora lachrymā. Qui aderant, non admirari non poterant, q̄ vir castissimus Christi corpus purissimis manibus tenēs magnitudini cubiti in altū tolleretur. Celebratis solennibus ad cubiculum profectus est. Sequebantur ipsum Cardinales, quies

quies ipsi seruitutem seruiebant, nonnulli præterea sacerdotes. Vt fuit ad cubile, conspicatur corpus exanimū, membraq̄; quassata. Tum eas suis locis disposuit, vacauitque orationi: cuius cū finē fecisset, salutaris signi impressione cadauer armauit. Atq̄; manu ipsū prehēdēs, magna voce inclamat: Te suscipiet Neapuleō Dñs noster Iesus Christus. Qui hæc spectatū venerant, admiratione cōmouebantur, quōd adolescēs à mortuis reuiuisceret. Igitur Neapuleon se ad Dominicū vertens: Facito, inquit, vt cibi potusq̄; desiderio satisfaciam. Eius sententiæ assensit Dominicus. Sub idē tēpus qui se prædicatorū religioni addixerat, Romę habitabant nō longē à tēplo Sixti. Ex quo Honorius Pontifex (non mediocri insuper in Dominicū erat beneuolētia) iussit vt ad Sabine tēplū habitatiū proficiscerentur. Mons est Romę, quem Auentinū vocat. In eo cōplurium deorū fallorū, & humana manu factorum Iunonis, Maturæ, Mineræ, Dianæ, Lucinæ, exstructa erant tēpla, Honorius & qui illi ætate antecesserant Pōtifices maximi propulsatis gentiliū erroribus, ea sanctis martyribus dedicarūt. In eo mōre sitū est monasteriū B. Sabine, quod ab Honorio fratribus prædicatoribus, vt in eo habitarent, dono datū est. Verū quæ se Christo dicauerant virginib⁹, vt Sixti monasterio habitationis loco vterentur, cōcessū. Hoc primū virginū iuit monasterium, quod à Dominico Christo dicatū est. Eas cū cōsolatione afficeret, moneretq̄; ne erecta via declinarēt, factus est maximus populi concursus. Tū mulier quædam aduertarij nostri dominatu oppressa, in Dominicū oculos coniciens: Perditē, perditē, inquit, mea opera, mea industria, meo labore quatuor mihi vendicaueram mulieres, his ab te priuata sum. Quæ modō mihi est, ne tū eā quidem ē manibus meis eripies. Tū Dominicus: Silentij agito. At illa: Septē sumus qui hanc vi tenemus. Nunquā hinc egrediemur. Christe opt. max. q̄ variæ, q̄ horrendę voces à muliere mittebantur, vt audientibus terrorem iniicerent. In cōto tumultu Dominicus manum tollens (nā crucem in frōte signauerat) Vobis, inquit, ex Iesu Christi autoritate, vt inde exeatis præcipio: Nec in posterū mulieri vel minimo sitis impedimento. Hęc cū dixisset, vehementer mulier cōmota est, magnāq̄; vim carbonū exhalauit, quam incredibili sanguinis multitudine subsecuta est, vt qui aderant, eā obtulisse mortē arbitrarētur. Repente Dominici iussu extra ædē deportata est, & vt curaretur accessit sunt medici. Vt in pristinā valetudinē redijt, se se Christo dicauit, eiq̄; Dominicus Amariæ nomen imposuit, à qua post hac vita sanctē acta atque decursa est. Magna erat Dominicus apud Romanos autoritate. Omnes admiratione percellabantur, q̄ vnus esset cuius imperio demones subicerentur. Sub idē tēpus Episcopus Aurelianensis Arnoldus Decanus, eorū qui ætate sua in ius Pontificiū incūbebant, nulli secundus, Romam p̄fectus fuit. Huic Cardinalis quidā q̄ ei cū hoc summa erat familiaritas, sui cōueniendi potestātē fecit: hic quid sui esset cōsiliū diligētē exposuit, se eo esse aīo, qui Christū inopē inops sequebatur, nondū se satis mēte agitasse, quonā modo posset ad eū exitū peruenire. Tum Cardinalis: Si hanc, inquit, opinionem, mēte comprehendisti adest Dominicus nouæ religionis autor. Hic sese Christo dicauit, Euangelia vulgo explicat, Quæ faciendā, quę fugiēda sunt prædicat, denunciat, ante oculos ponit. Huicsemodi oratio Arnoldum incredibili voluptate affecit. Igitur Dominicū conuenit, & mentis suæ cogitata enunciat, quę cū Dominicus summis laudibus collaudasset, ille sese religioni prædicatorū adijt. Haud multo dies intercesserunt, cū in febrem incidit, & satis molestant. Vt curaretur ad ipsum deducuntur medici, hi desperata salute retrō iter verterunt. Interea Arnoldum ardensima febris vexabat, cum Maria cœli Regina, quam puellę duæ mira venustate ornarē comitabatur, sese illi obiecit, quæ cum ægrotū cōtēplata esset: Pete, inquit, quæ tibi sunt cordi. Tuis obsequar studijs. Cū quid petiturus esset, ipsius animum diu cogitatio subiisset, vna ex puellis: Ne vltius quidem postulationis, inquit, tibi sit cura. Ipsa in hoc on⁹ incūbet. Haud abfuit Arnold⁹ à puellæ voluntate. Tum virgo sanctissima egroti os, manus, oculos, nares saluari quōd detulerat perunxit vnguento: nec ei deerant verba pro mēbris vngendis accommoda. Vt ventū est ad renes: Renes, inquit, tui castitatis cingulo obstringūtur. Hęc sic fata euauit. At Arnoldus in pristinā valetudinē restitutus est. Ex quo medicos non mediocri admiratio cepit. Hauri rē Dominicus minimē ignarus erat, tanq̄ eius intercessione illa gesta essent. Tertio post diē Dñicus atque Arnoldus inter se suauissimos sermones cōferebant, cū virgo sanctissima adfuit, quæ iterū Arnoldū eodē punxit vnguento. Vir quidā & religioni & hospitalitati dicatus, hęc se oculis vidisse affirmavit. Eiusmodi vnguetum id Arnoldo vtilitatis attulit, vt libidinis vinculis, quoad in humanis fuit, semper laxatus fuerit. Abdixit autē Dominicum in fecretū, eumq̄; ne harum rerū quenq̄, quoad ipsi vita suppeteret, cōficiū redderet, oratum voluit. Id ille se facturum pollicitus est. Ex quo Arnoldo vita sancto, cuncta fratribus exposuit. Dimidiū fermē noctis erat, eū Dominicus se se eum locū cōtulit, vbi Christo dicatos sopor operimit, ibi sanctissimis orationibus, vt sue cōsuetudinē erat, indulgenti, virgines tres, quarū quæ meda erat cæteris venustate præstabat, sese visendas præbuerunt. Ex his alia vas sacre

Auentinū mons

Amata.

Arnoldus.

Principium religionis prædicatorum.

Honorius tertius pōtiffex maximus.

Christus iratus in peccatores.

Dominicus.

Franciscus. Franciscus fit obuius Dominico. Verba Dominici ad Franciscum.

Verba Dominici.

Gutadonna.

Miraculum.

Virgines.

Neapuleon. Stephanus.

Taceredo.

atq; afflicto, Confestim inundavit amnis, vt vado nequaquā superari posset. Id illi admirati ob-
stupuerunt, ac retro verterunt iter. Cūm Dñicus mulieres quāsdā Christo dicatas non medi-
ocri consolatione affecisset (nondū nox in diē inclinabat) ad Sabinæ tēplū professionē suscep-
pit. Comitati sunt ipsūm Tancredus atq; Odo. Referā rem memoratu dignā. Nā proficē-
tes formosum prospectant iuuenē. Hic eos p̄cibat, ipsi sublequebantur. Erat iuueni in mani-
bus baculus. Vt fuerunt ad templum, valūā suspiciūt firmissimis teris clausam. Iuuenis gradū
relicuit. Tum porta repente reſerata est. Omnes intro se recipiunt. O mirū. Vt iuuenis egres-
sus est, valūam iterum obferatam intuentur. Vix hora circumacta est cūm à fratribus noctur-
na celebrata sunt officia. Admirabantur omnes quod Dominicus, Tancredus, Odoq; foribus
clausis aedem intrassent. Quonā fato fieri dixerim, vt aduertarius nollet tot ac tanta, quāz ho-
minem illicere possunt, pro laqueis habeat? Iacobus ciuis Romanus se p̄dicaturum religi-
oni tradiderat, nec quid ei esset in animo ratum habebat, cūm colluctator ille, vt de tā san-
cto negotio desisteret, ipsum nocte atque interdiū sollicitabat. Tandem illius fraudibus excep-
tus habitum deposuit. Dominicus eius calum dolens, ita locutus est: Consule illi saluti tuæ.
Multos ista ad interitū p̄cipitavit via. Tu me hic p̄stolare: Vt rediero agito ad voluntatē.
Igitur in cellulā se cōtulit, & ad Christi optimi maximi simulachrum procidit, orans, obse-
cranſq; ne misellū sineret se ire perditū: homini misericordiā tribueret, eū esse, cuius tāta viā
esset, que aduersario subdolo & veruſto frenum semper inieciſſet. Huiusmodi oratio haud
fuit sine effectu. Quippe vix dicēdi sinē fecerat, cūm Iacob⁹ quantum sceleris admittur⁹ esset,
cōsiderans, Dominicū adit, aque errāti veniam suplex petit. Dominico virgines religioni de-
ditas vt in sanctissimā frugē euaderēt hortante, callidissimus aduersarius in Tyberis ripa cō-
sedit. Erant ei duo capita miræ magnitudinis, nunc vnū attollere, nūc alterū demittere, nūc
in virgines impetū facere, nunc pedem referre. Non latuerunt eius doli Dominicum. Quin
se ad eum conuersus: Cui, inquit, verba? quid istas succinis ambages? Tibi luditur, effluis a-
mens. Nullus ō virgines vos subear metus, Ego hanc beluam conficiā: vt se in Tyberis
p̄cipitem immitat, & p̄cipio, & iure meo commoneo. Ille prospectantibus cunctis ex
Dominici egit sententia. In sequenti anno Dominicus in Hispania profectus est. Quid cau-
ſe fuerit haud compertum habeo. At ferunt ipsūm virginibus detulisse munuscula. Cūm igitur
ad urbem regressus esset, biduum, quōd de via fessus erat, se in monasterio cōtinuit. Ter-
tio post die ad virgines contendit. Vt mutę sunt ab omnibus salutes adscriptę, cœpit Chri-
sti Euangelia exponere. Tum hostis versutus specie passeris super virginum capita volans
immoderato alarum remigio sanctissimis verbis intercessit. Dominicus minimē risum cō-
tinens: P̄hendito, inquit, ō Maximilla hanc auē, & ad me deportato. Haud defuit virgo il-
lius voluntati. Subitō vir sanctus auem impennatam reddidit. Ea res omnibus risum mouit.
Tandem auem de manibus deposuit. Atque ad auem conuersus: Quid, inquit, aselle tibi vis?
Strepitum excitabis, nulli tamen iacturam inferes. Mos erat virginibus sanctissimam Marię
cœli Reginę aram igne perpetuo colere. Quippe scyphus vitreus olei plenus vase æneo cō-
tinebatur. Id ē lacunari cathenis ferreis appentum demittebatur. Vas auis ascendit, magno
strepitu cathenas cōcutiens. Quo factum est vt scyphū inuertent. Virgines ad strepitum ex-
citę mirabantur scyphum inuersum oleum continentem, cūm p̄sertim nihil esset, quod eū
sustentaret. Passer se ab oculis omnium eripuit. Vacabat Dominicus orationi nocturnę, cūm
aduersarius specie simi seſe illi obiciens scurrile nescio quid exercebat. At ille: Depone, in-
quit, aselle, has scurrilitates, & funalem cereum ardentē manibus sustine, quoad igne absum-
ptus fuerit. Non possum risum continere, flamma & beluę digitos & funale obiuit, misera &
infelix in dolore fletumq; p̄cipit. Tū Dominicus, Abi in malū cruciatū. Illa nec vltrā ap-
paruit. Duo in Hispania Dominicus extruxerat monasteria, cūm ei ad Tolosam iter suscipi-
endum fuit. Religiosi complures se illi comites exhibuerunt. Casu accidit vt cœnatis so-
lus scyphus vini plen⁹ esset. Tum Dominicus: Sumite, inquit, amphorā, eāq; opplete aqua. Il-
li imperata faciunt. Satisfacite, inquit Dominicus, desiderio potioniis. Cūm vino scyphos op-
pleret, vehemēter admirabatur. Admirabatur, p̄fectō aquā in vinū conuersam. Rupes amatoria
(ita in colā eum locum vocant) à Parrisiō non longē abest, ibi extractum est tēplū Marię sa-
crum. In eo pernoctauit Dominicus. Erat huic Beltrandus, quē patres prioratus dignitate or-
nauerant, & multis officiis, & summa familiaritate coniunctus. Inde abeuntibus occurrunt
Germani quidā. Hi Dominicū psalmos exponerē audietes, summis laudibus efferunt, seq; ad
eum adiungūt. Quattidui iter pariter fecerāt. cūm Dominico. O Beltrāde, inquit, nos cū Ger-
manis in amicitia coniuim⁹ diuersa natio est, diuersi mores, diuersa natura, Christi precibus
facigem⁹, vt quam ipsi loquūtur, nos orationē p̄cipiamus. Peroratis precib⁹, dixisses Dñicum;
Beltrandumq; Germanos, quippe sermo german⁹ oibus cōmunis erat, vt illi mirarentur, quō
hi breui germanā orationē loquerētur, intelligerētq;. Paucis post dieb⁹ Parisiū oēs puenērūt.
Tum Do-

Tancredus.
Odo.

Iacobus

Nota rem videlicet
Iosam.

Tū Dñicus Beltrādum in secretū abduxit, atq; ita orsus est: De his quę inspexisti, oēs celatos
velis. Tu quęso in sententiā meā cōcede. Multa à Deo p̄petrata sunt signa, quę si edidoris, ve-
reor, ne nobis malē cōsulamus. Quis mihi p̄ster, ne in insolentiā p̄cedamus? Quare si quid
p̄cibus apud te possum, neminē cōscium reddes. Vt verō naturę cōcessero, ad voluntatē agito.
A natali Saluatoris anni erat 1219. cūm Dñicus Parrisiō proficiscens ad castrū, cui Castel-
lioni est agnomē, puenit. A sacerdote oppidi benignē, humaneque acceptus est. Huius nepos
solarū cōcendens, se à lapsu sustinere non potuit. Mater, cognatq; eū rati exhalasse animā, se
lachrymis ac tristitię tradiderunt. Vt Dñicus vidit lamentationē nequaquā sedari, subitō ma-
nus ad cœlū tendit, & precib⁹ ac lachrymis, vt puer incolumis redderetur, à Dño consecutus
est. In exitu anni Bononiā venit, quo tēpore Arnold⁹ religioſorū multitudine abūdabat. Is vt
venientē intuitus est, magnoperē letatus est. In ea ciuitate oēm etatē duxit, etſi antea Romā,
Bergomū, Mediolanū iter intendisset. Verū quā cōtempserit diuitias, hinc facile sciri potest.
Nā cūm Odoricus Gallicianus optimis p̄ditiū monasteriū donasset, extaretq; syngraphū, &
recusauit, & rescindi iussit, nec passus est vt religioſis essent p̄dia. Quin ipsi victū, vestitumq;
precibus exposcerēt cōtenti domusculis. Sub idē temp⁹, Rodolph⁹ hō spectatę virtutis p̄di-
catorū religioni deditus monasterij curā susceperat. Is cellas fratribus habitandas insanus sub-
structionibus magnificas reddebat. Id vbi Dñicus animaduertit, vehemēter cōmorus est, &
lachrymas p̄fundens: Quonā, inquit, hęc est insolentiā? quę superbia? q̄ grauis atq; intolera-
bilis arrogantiā? Vos oblectant recta magnifica. Antequā in Gallias, & in Hispaniā traicerem,
vos vt Christi paup̄tatem coleretis, nō inuitus admonui, ne ab ea discederetis. Vt recta mar-
morea, signa, tabulas, argentum, aurum, opes Corinthias cōtineretis, vos monitos etiam atq;
etiam volui. At p̄clara illa, egregia, p̄stantisque illa Hieronymi sententia vestra memoria
dilatatur. Malebat homo sanctissimus, q̄ sapientiā cum religione coniunxerat, Pauli tunicam,
quā regum purpurā cum regnis suis. Vbi Christi Euangelia, in quib⁹ si vultis, potestis ipsius, tā-
quam in speculo, vitā intruere: Quid loquar de Paulo Apo. cui⁹ epistolās cūm lego, sanctissimā
videor mihi nauare operā? Non diuitiarū, non auri, non argenti, non insanarū substructionū
illi appetentes fuerunt. Imitamini obsecro, quantū in vobis est, illorū vestigia. Nemo fuit quī
in Dñici sententiā consentiret, summisq; efferret laudibus, q̄ nulla charitatis cura posthabita
ad honestā sanctamq; habitaculi formā eos traduxisset. Reuocatis ab errore fratris Arnoldū
ad se accersit, iussitq; vt Parisiū iter conferret Christi Euangelia p̄dicatur⁹. Id q̄ fratres
non æquo tulerunt aſo. Arnoldus Dñici sententię paruit. Tanti viri laudes nullo silentio p̄-
teribo. Vt enī populus ei cōmonendus erat, tāta charitate & beneuolētia mētis suę cogitata
annunciabat, vt oēs eſi de cœlo delapsūm arbitarentur. Apud illū Prophetarū, Euangelistarū,
Oratorū, Poetarū valebat memoria. Dixisses eum Paulū Apoſt. Nā vt suggestū conscendebat,
maxim⁹ hebat virorū & mulierū concursus. Fatebantur oēs se nunquā vidisse hoē, qui san-
ctitatis, fidei, religionis, charitatis illustrius p̄ se ferret exemplū. Sed vt propositū prosequar,
haud multi menses intercesserunt, cūm vi morbi oppressus est. Animā extremis (vt aiunt) la-
bris tenebat, cūm ad eum visendū, qui monasterio p̄erat, Mattheus profectus est. Eū in hęc
sententiā verba fecisse tradunt: Non terrearis miles Christi formidine mortis. Tu egregiā cū
aduersario pugnā semper pugnaſti. Victorię compos factus est. Fortunata est mors tua, quā
naturę debita pro Christo potissimum reddis. Consequeris, mihi crede, piorum sedem & lo-
cum. Omnibus breuis vita data est. Sed ei⁹ bene reddite p̄mia consequemur æterna. P̄-
clarē tecum actum est Christi miles. Quare & constanti & forti sis animo. Cum Christo eris,
& sanctorum misceberis choris. Legimus in sanctis literis qui se castos integrosque seruā-
runt, seſeq; ab omnibus sceleribus senocarunt, his ad Deum facilem patere aditum. Sub hęc
verba vir sanctissimus ē vita exiuit. Vt de eius obitu Dominico allatus est nuncius, non dolo-
re non potuit, cūm p̄sertim eum virum amississet, qui & morū probitate, religione, & inge-
nij elegantiā fuerat ornatus. Ipse interea de oī re quę ad sanctam religionem spectabat, fratres
erudiebat. Est hoc profectō loco miraculo habendum, vt nullum vnquam ab eius ore verbum,
quod vel minima reprehensione dignum censeret, exciderit. Neminem vnquam in ira-
cundiam adduxit, nec de eius dignitate detraxit. Casu accidit, vt fratres cibo potuq; reficē-
di essent: ex quo Rodolphus, de quo supra memorauim⁹, Dominicum conuenit, affirmans duos
tantum panes apud se esse, nec fieri posse, vt tanta hominum multitudo tam paruo cibo cō-
tenta esset. Dominicus cui in Christo Opti. Max. spes omnis constituta erat: Benedicito, in-
quit, Rodolphus mandata exequitur. Seruus cui ea cura demandata erat, canistrum sumit, bi-
panis frusta erant reposita, & mensas panibus onerat. Ad vnum omnes naturali cibi delide-
rio fatiscerunt. Plus panis deportatum est, quā fuerat appositum. Deerat vinum. Confe-
stim Dominicus se ad sanctam orationē proiecit. Tū vas diuinitus vino oppletū est. Postquā
r r iij exempta

Miraculum

Rodolphus

Dignitas

Obitus Arnoldi
cum Reginaldi.

Diuina Iano Dñi
minuta

exempta fames epulis, mensæque remotæ, cuncti Deo optimo amplissimis verbis gratias egerunt. Multa mihi verba de signis à Dominico perpetratis fecisse video. Quare in exponendis eius moribus, q. memoratu digni existunt, mea versabitur oratio. Polliceor autem ea ne scripturâ, quæ nulli sunt cõtaminata mēdacio. Est enim rerum scriptoribus lex hæc imposta, ne qd tali dicant, ne qd veritate abint ab omni suspitione gratiæ, tollatur ois similitas Dominicus igitur ne inuolentia noceretur, à quo vitio semper abhorruit, vestitus voluit habendam esse rationē. Erat ei vestis, & quidē vnica atq; abiecta, & ad pedes defluens, nec turpe dicebat ea ferre, quāq; ei principes conueniendi torent. Hac vtebatur, siue vis frigidis, & hyemis instaret, siue ardor ætatis. Vsq; ad mortē super lectū implumē cubitauit, siue profpera, siue infirma esset valetudine: somni parcus erat, in quo vestē nunqā deposuit. Calceos tantum deponere. Semper catena terrea nudatos renes cinxit. Vt enim supremum vitæ diē egit, Rodolphus corpus spoliavit, spoliato catenā detraxit, detractā Iordani dedit munerī. Crepulo noctis solus tepū ingrediebatur, sanctissimis orationib⁹ indulgens, nec anteq; horæ 4. intercessisset, abibat. Ades ipsa ei⁹ gemitu ploraturq; personabat, vt quos sopor opprēlerat, hi sepe excitarentur. Non unquā adeo parua noctis pars ab eo quieti dabatur, vt recumbentē somnus premeret. Age, diuitias, vt supra memorauī, mirum in modū cōtempit, q. hæc essent q̄ religiosus maximē foret iacturæ. Paupertatē adeo dilexit, vt ad eā cōpescendā fratres hortaretur, atque de religiosus qui paruis essent opibus, & facultatibus præditi, bñ speraret. Multi agros, domos, officinas suas monasterio cōcesserant, honore, bñuolentia, charitate quā Dñico debebant, compulsi. Cuncta recusat, quin eos monuit præceptiq; vt q̄ prædicatorū religionem plicerent, paupertate contenti existerent, nec se diuitiis implicaret, q. eorum mētes distraherentur, fultis præterea, ne aræ auro, argento, ferisq; ornamentis, calice excepto, ornarentur, q. ea res quædā esset diuitiarum ostentatio. Qui iter susciperent, hos monuit, ne villas portarent pecunias, cum nō deessent, q. eis cibū potumq; erogant. In sequenti anno Pōtiffice max. minimē discentente instituit, vt ab his, à quibus ei successum foret, synodi sapienter merō haberetur, in qbus de religionis cōseruatione ageretur: In eos qui in errore incidissent, animaduersio fieret. Qui optimi iudicati essent, ad hos aut prioratus, aut vicariatus aut generalatus deferretur. Ex quo factum est, vt eodem anno Parisiū ad Iordanem, cuius mentionē habui, literas perferri iussit, quib⁹ ille, vt assumptis tribus comitibus, q. synodus celebranda erat, Bononiā pliceretur, cōmonebatur. Iordanes se ad Dñici voluntatem cōfirmavit. Neq; enim ab eo honestē dissentire poterat. Sūt & plures ex aliis nationibus euocati: q. cū cōuenissent, vt prædiorum proventibus perpetuō renunciaretur, instituerūt. Erogationib⁹ contenti essent. Multa tandē oratiōe vltro citroq; habita iussit vir sanctissimus, vt viri cōplures autoritate & gravitate pstantes, qbus decernēdi, diffiniēdi, ordinādi summa esset potestas deligeretur. Instituit præterea, vt ob multa vitorū genera, ppulsanda, colendāq; virtutes quorū nī synodus celebraretur. His exactis Iordanes sese patriæ reddidit. Esti antehac Dñicus ad prædicatorum religionem erigendam oem operā cōtulisset, atq; ill. cōfirmationi Pōtiffice max. minimē defuisset, tū vt ab alio sibi succederetur, à patribus benignē petiit. Hi non modo que ab eo acta erant, summo studio, magnoq; consensu approbarunt, verū etiā instituerūt, vt eadē in posterum dignitate fungeretur, cum q. illi vel præferri vel equari posset, inueniretur nemo. Nam quantū cura, labore, vigiliis, autoritate, cōsilio eniti atq; efficere poterat, nihil prætermittēbat, quod ad religionē cōseruandā augendamq; p̄tinere arbitraretur. Abstinentia, ieiuniis, vigiliis, orationib⁹, in quas summē incumbēbat, se aliis in exemplum statuebat. Noctē atq; interdiū cum diuina celebraretur oratio, à choro nunq; aberat. Non enim ex eius memoria præclara illa sententia exciderat: Tūc esse exercitiū, quanti Imperatorem. Age, fragilitas humana quanta est? Labimur, erram⁹ decipimur. incognita pro cognitis habemus. Qui se errore inquinaissent, hos humane reprehēdebat, & castigabat, ac ne in posterū vilo notarentur errore, quibus poterat precib⁹ obsecrabat. Nunq; illucēcebat, qui fratres ad sanctā viuēdi formā, nī necessitas ipsum abduxisset, hortaretur. Quāta erat illa charitas, qua illū in eos qui vel aduersā fortuna vexaretur, vel min⁹ p̄pera valetudine impediretur, vsum legimus? Oib⁹ orationib⁹ p̄sidio succurrebat. Cōplures desperatiōe adductos adeo cōsolat⁹ est, vt fortunę telis resistere, atq; his contēptis sp̄e oem, fidēq; ī Deo collocaret. Vt ei faciendū iter erat, aut literis incūbendū, aut fratres cōmonendū, primū ad Christi simulachrū procidebat, nec lachrymis, nec sanctis orationibus abstinentis, vt ea efficeret, quæ & aīa suæ cōducerent, & aliis honori emolumentōq; existerent. Nemo vnquā ei stomachū mouit, nunquā in iracundiā adduct⁹ est, quod oēs cogitationes, oīa cōsilia ad Christū referebat. Ad oēs animi p̄urbationes semper patientiam accōmodauit. Semp pedestri itinere profect⁹, est sine calceatu, nunquam atollens oculos. Vt vrbes ingrediebatur, calceo pedes induebat. Eos nonnunquā si à præcutis lapidibus læsus esset, induere cogebatur, Interdum flumina imbribus augebātur, vt ne vllō quibem vado

Lex scriptorum.

Nota diligenter.

De frequentandis capitulis.

Nota.

vado pertransiri possent, ad quæ cum ventum erat, se saluari crucis signo armabat, iubebatq; comitem, quāquā metu percelleretur, anteire, illi animū deferens, ipse sublequebatur. In hūc modum flumina transitū difficilia transgrediebantur. Nunquam dies illucēcebat, quin ab eo missarū solēnia celebraretur, magnā vim lachrymarū pfundente. Vt ad hospitium diuerterat, ad ædē exibat orandi gratia. Ab eo menses plus septe totius anni ieiunio tribuebantur, non modō carnibus temp abstinuit, verū & cibaris abdomine cōditis. Cum Romæ iter haberet, morbi gravitate impeditus est, Omne genus carnis recusauit, solis pomis contentus. Idē aliās factitiae memorię litesiq; pditum est. Lectitabat Matthæi Euangeliū, & Pauli Epistolā, nec eas vnquā, vt ocij quicquā nanciscebatur, de manibus deponere. Inter cetera maximum illud ipsum, vt oim animę Christianorū, ad sempiternā atq; beatā vitā domiciliū p̄ficiērentur, capiebat desiderū. Quod verō Gentiles & Mahumetani in tanto errore versaretur, & morerebat & flebat. Id temporis mulier quædā nobili genere nata, ad Dñicum, quod eius frater à Saracenis & captus, & in carcere cōiectus esset, querimoniam detulit. Repente virū sanctū (ita ei natura inbiti erat) tantē illius calamitatis, incredibilis quædā cepit miseriam. Igitur cum nullā sibi p̄ccanā essent, qbus captiuus redimī posset, sui vendendū animū cogitatio subiit. Ita Christū fecisse aiebat, q. vt humanum genus saluum redderet, nullū laboris, cruciatu, mortis genus defugerat. Postero die, fratres ad se acciri iussit, vt q. cōsilio mentēq; agerent, illis expoluit. Sibi esse in aīa in Aliam traicere, vt eas nationes tantis quibus implicabatur erroribus, liberaret. Nec vereri quin Christo opt. Max. cōsentiente ad eū exitū, quē sibi p̄posuisset p̄uenturus esset. Se religioni semel dicatū, Apostolorū admitti sequi vestigia: qui vt populo ab erroribus reuocaret, totū terrarū orbē pagrasset. Ipsi suo exemplo docti Deū colerent, in eo sp̄e oem fidemq; cōstituerent, pecuniam cōtemnerent, qn hoīm pietate, & charitate prædicatorū elemosynis recreādi essent. Hęc cū dixisset, comitibus duobus assumptis, terrestre iter ingressus est. Et religiosi duo casu obuī fuerunt, q. cum fame vehemēter laborarent (nā media, dies coquente desup sole feruebat) Nos, inqt alter, summis affectū sumus difficultatibus. Neq; enī est qui nobis cibū p̄beat, ne minimū quidē panē q̄spiam petentibus erogauit. Nullæ adiunt pecuniæ, Hęc audiens Dñicus: Qualis, inqt, ex ore vobis excidit sermo? Vos ad Deum mentes erigite, atq; extollite. Qui brutis animalibus cibū exhibet, seruis suis nō exhibebit? Non lōgē abest ager, ad quē p̄uenturi estis. Apud hūc vicus est, quē viri incolūt ab humanitate minime alieni. Sacerdos quidam vobis occurret, qui manu p̄henfos vos tuebitur. Si quidem miles externus aderit, q. vtrumq; à sacerdote nitetur extrahere. Interea q. tēplo p̄sident, vos, sacerdotem, militem ad lumendum cibum inuitabit. Hęc locutus abiit. Tandem Parisium venit, q. et si fratrum paucitatem intueretur, eos tñ ad Christi Euangelia prædicanda vehemēter hortabatur. populos admoneret, q. ex ea amplissimum essent fructum cōfecuturi. Eos & piā & sanctam, si q. peccarunt, sceleratēq; fecerūt, hos admoneret, & erroribus leuaret, nauare operam. Ipsi in Deo omnis esset fiducia, q. ab eo nullus iuandi locus prætermittēretur. Illi predicandi imperitiam causati, responderunt eum religioni honestius cōsulere, si peritioribus, doctioribusq; tantā molem imponeret. Nolite, inqt, Dñicus, de spe decidere. Ipse rerū opifex, Dñi q; mundi De⁹ maximo vobis erit p̄sidio. Eius igitur cōsilio obteperantes in Germania ad quoddā Cisterciensium monasterium p̄fecti sunt. Huius p̄sidem, cui Heberardus nomen erat, cōueniunt: Qua causa adducti in eā regionē iter cōtulerint, exponunt. Se p̄dicatores esse, qui p̄ salute populorum quis pericula, laboreq; subire instituerint. Heberardus sub hęc verba, sese ad eorum genua p̄stravit, seq; vnā cū monachis suis non illos pedes nouis calceis induens, in p̄dicatorum numerum adscribi voluit. Nō hæc à me finguntur. Dñicus Mutinam venerat, cum Decanus qdam Gallus eum secretō alloquitur, & qd faciendū esset cōsilio cōtulit, de salute sua actū esse, quoniā p̄ceps ferretur in libidine, se impediri quō in sanctā frugem nō posset euadere. Tū Dñicus: Ne desperatione adducaris, misericordiā tibi retribuet Dñs. Tu ne animū cōtrahas ac demittas, ne quicquā tēporis dederis otio. Nā quantum iacturæ homini suggerat ocium, Poeta ingeniosus his versibus expressit.

Otia si tollas, periēre cupidinis artes: Contempteq; iacent, & sine luce faces.

Ego verō Deum, vt te à tā nefario scelere defendat, precabor, venerabor, implorabo. Hęc ubi vir sanctus dicta dedit, nunquā decanus libidine impeditus est, quin castissimus euasit, & ois officij diligentissimus. Postero die Dñicus Bononiā venit. Ea tempestate Conradus Germanus (callebat hic sacras literas) ipsam urbem incolebat. Is si qui sub Dominici tutela erant, cum eō amicitia inuissent, iucundissimum dicebat. Interim vir quidam, cui Cisterciensis religionis prioratus delatus erat, in Gallias regrediebatur. Summa ei cum Dñico, cum vterque Romæ esset, fuerat familiaritas. In Gallias regrediebatur. Summa ei cum Dñico, cum vterque Romæ esset, fuerat familiaritas. In Gallias regrediebatur. Summa ei cum Dñico, cum vterque Romæ esset, fuerat familiaritas. In Gallias regrediebatur. Summa ei cum Dñico, cum vterque Romæ esset, fuerat familiaritas.

Heberardus

Conradus

Audi quid dicat S. Dominicus.

Semper optatis meis respōdit. Huiusce rei quoad mihi vita suppetet, neminē cōsiliū reddideris. Prior admiratione pp̄e attonitus, q̄ summus rerū Creator in Dñicu suā volūtate cōtulisset. Cū hęc, inquit, ita sint, Deum ꝑcibus fatigato, vt Cōradi menci lumē ꝑferat, quō fratru tuorū sententię accedat. Hęc sibi opinionē, vt is in eorū numerū adscribat, deferri optant. Nec vereor quin ea res ipsorū desiderio sit accessura. Tū Dñicus: Apud me ꝑnotato. Vterq; Deū, vt illi voci cōpores fiāt, ꝑcibus exposcet. Totā noctē in eade oratū est. In aurora Cōrad⁹ adfuit, ꝑetiitq; vt in ꝑdicatorū numerū referretur. Obteperauit cōsilio suo Dñicus. Verū ille ꝑcis ꝑst mensibus morbo extinctus est. Anni 1221. agebantur, cū iullu Dñici Bononię habitata est synodus. Religiosis quibusdā eō ꝑficiscentibus, aduersarius noster nunciij specie sese obiecit, eiq; hęc verba exciderūt. Quo iter intenditis? Ad synodum aiūt illi. Quibus de rebus, inquit, hoc cōsiliū habetur? De exponēdis, respōdēt illi, Christi euāgelij. Nos iussu patrū nostrorū ꝑnotum terrarum orbē iter facturi sumus, ea ratione adducti, vt oēs doceamus quo pacto Christi vitā adipisci possint. Hęc cū dixissent, miser horrendā vocē emisit: Veltra, inquit, religio nostra est cōsilio. Repetē ex oculis eorum euauit. Qui vt Bononiā appulerunt, hęc Dñico & reliquis patribus enarrarunt. Quę in synodo acta sunt, referre mei nō est cōsiliū, ne scribendo modum excedā. Dñicus igitur, vt reliqua ꝑsequar, statura fuit mediocri. Corp⁹ habuit exile, atq; extenuatum, barbā & capillos rufos, oculos claros ac nitidos, quibus inerat quiddam diuini vigoris. Etsi multa de sanctissimis eius moribus dixerim, illud tñ minimē ꝑtermittendum duco. Si quidem in singulas noctes corpus suum, nulla libidine, nullo scelerē, nullo dedecore inquinatum flagello ferreo verberabat. Id ea ratione factum sapientissimi viri asserunt, vt ei Deus ceterisq; ꝑccato labentibus, & his qui nondum purgationem agunt, misericordiam tribueret. Nullas tenebat lachrymas. Vt synodi finis fuit, in Galliam Cisalpinam iter suscepit, Vgolini Hostiensis Episcopi, qui id temporis Pōt. Max. vicem in ea gerebat, visendi gratia. Cū Bononiā se recepisset, in grauisimum morbum, q̄ de via fellus erat, incidit. Ventura, cui priorat⁹ ꝑuincia demandata erat, ipsum vt aliquid noctis quieti daret, vehementer exorare, Negare ille, ni orationē ante ꝑosset. Vt orationibus noctibus, quibus adfuit finis impositus est, cōpit ex capite, & ex intestinorum exulceratione laborare. Accessit febris valida. Hos morbos æquissimo tulit aīo. Cū verō diē extremū, quem morte confecturus erat, haud procul abesse non ignoraret, eos qui nondum ꝑfessi nomen subierant, ad se acciri iussit. Omnes ad religionem hortatus est, q̄ ea esset, quę, vt inquit ille, pro laboribus requiem, pro morte vitam, pro tenebris claritatē largiri posset. His dimissis, de eius sententia accessit sunt sacerdotes xij. quos cū actionum suarum conscios fecisset, in hanc sententiam locutus fertur: Quantis sim Deo immortalis beneficijs obstrit⁹, vel hoc vno maximē cognosci potest, qñ suo cōsilio, sua virtute, suo munere effrenatam libidinem cohiberi. Nullum vnq; me libidinis desiderium cepit. Quare vt nūquā tantā turpitudinis notam subeatis, & oro, & obtestor. Vitanda vobis erit, non solum nefaria fœminarum societas, sed impudici quoq; sermōnes, qui teste Apostolo, optimos solēt mores corrumpere. Haud scio, nec si sciam dicere aūsim, quid eo religioso, qui libidinis aspergatur infamia, turpius inueniri queat. Est in Prouerbiū celebratum, eorum qui bonę famę curam ꝑsthabendam putant, salutem esse desperandam. Vos eam pro virili vestra parte amplecti debetis. Inconstantia nil turpius esse, cū singulis hoibus, tū verō religioni dicatis, nō solū qui veritati accedūt Christiani, sed Gētilis quoq; affirmant. Semel cū Deo cōiuncti estis, ꝑstare in sententia, & quod illi ꝑliciti estis, id exitu ꝑstare, Conferte cū cœlesti ac diuina domo huius mundi illecebras, quę fragiles sunt & caducę. Nimirū cognoscetis, qui eam incolunt, hos beatissimos esse qñ suauissimo regno potiantur, cui finem nulla ætas vnquā est allatura. Non est vobis ꝑsthabenda charitas. Paulus Apost. is cuius mentionē habui, hos negat cœlestium numerū acturos, qui à se charitatē fecerunt. Quinetiā M. Tullius ipsa sublata nihil iucundum arbitrat. Nolite insolescere, quin vt nulla superbie in vobis sit suspitio, operam date. Quid loquor de paupertate? Ne hęc quidē contēnenda est. Magistrū atq; autorē habetis Christi, quem in ea re imitari potestis, & debetis. Quis mihi eas diuitias laudi debuerit, quę aut surripi, aut igne absumi, aut vetustate deleri possunt? Mea semper sententia fuit, vt his rebus, quę mobiles sunt & instabiles, domus illa æterna ꝑreponeretur. Nihil sit alteri altero iucundius, cū ꝑstertim religioni additi sitis. Estote inter vos coniunctissimi. Id quod Christus suo iure cōmonuit: Breui sum excessurus ē vita, ꝑ meam in vos, & vestram in me beneuolēciam oro, quęloq; vt Deū quō in hanc animulam misericordia inducatur, ꝑcibus obsecretis. Huiusce modi oratio omnibus lachrymas excusit. At prior, quantū in eo erat, illiꝑ animū omni molestia leuare annitebatur, ac vt in spem erigeretur consequendę valeatudinē, multos in difficiliorem morbum incidisse, qui Christi Opt. Max. munere redditi sunt incolumes, asserbat.

Attende vocē a diabolo emissam.

Statura beati Dominici.

Grauisimo morbo laboras Dominicus?

Oratio B. Dominici.

Bona fama Constantia.

Charitas.

Amor mutus.

Finis orationis.

cœli Regine sacratum. In eū locum Dominicus medicorū cōsilio, quoniā morbi difficultate premebatur, deportatus est. Quippe cœli est ibi salubritas, nec aëris spiritus vlla paludum graui nebula inficitur. Sed cū Dominicus nihilo melius haberet, quin etiā valetudo ipsa mulde desperatione (siquidē noctes duas in somnis egerat) priorē, cui fratres xij. se comites ꝑbæbuerunt, ad se acceriri iussit. Quo in statu, inquit, res mea sit, vobis ꝑspectum puto. Quod extremi temporis superest, id ad Christi memoriā referuo. Illud peto, vt mihi sub fratrum meorum pedibus cōstituat sepulchrū. Sed ne Prior fide haud sincera secū ageret, suspitioe ꝑculsus, se in vrbe reportari iussit. Qui eū reportabant, his ne in itinere vitaungeretur, metus animum verſabat. Tandem Christi benignitate in cubiculum delatus est. Rodolphus sudorē facie detergebat. Oēs in stertum prorumpēbant, q̄ se tanto viro, & omnium virtutum simulachro ꝑnatum iri animaduertebant. Ipse in eos oculos cōiiciens: Cur, inquit, tanti gemitus stetusq; sunt? An inertes, & improbi felicitati meę inuidetis? Magna me spes tenet bene mihi euenire. Cū in amoenissimum locū peruenero, maiori vobis ero vtilitati quā dū vitā agebā. Qui priorat⁹ gerebat: Te, inquit, pater obtestor atq; obsecro, ne nostri memoriā abiciās: Commendato nos diuinę maiestati. Tam Dñicus manibus in cœlum sublati: Tibi, inquit, pater cœlestis, hos omnes quos mihi ruēdos dedisti, cōmendo. Vos verō (nam mors mihi nunc obanda est) in orationes diuinas incūbite. In hęc verba vir sanctissimus spiritū exhalauit. Quo tempore Dominicus ē vita exiuit, eo tempore Guolla, cui monasterij Brixienſis prioratus delatus erat, altissimo somno premebatur. Huic ꝑ quietem visum est cœlū aperiri: inde scalas duas mirę albedinis demitti, quarum altera Christi opt. max. altera Marię manibus sustentabatur. Has alios Angelos scandere, alios descendere. Inter eas sellam esse, occupariq; ab homine ꝑdicatorū veste induto. Ipsas tandem a Christo ac Maria in cœlestē domum trahi, mox cœlū ipsam claudi. Gualla somno excitatus, vt ea quę dormiēti sese ꝑ somniū obtulerant, patribus exponeret, Bononiā cōtendit. Vt Dñicum exhaulisse spiritum cognouit, repētē cōfessus est, quę ꝑ somniū viderat, ad Dñicum referri oportere. Tancredus cuius supra mentionē habui, cū religioso, cui Raon erat nomen, vsu cōiunctus erat. Vnā iter pedibus faciebant. Aduentante noctē, ad hospitiiū diuerterunt. Insequenti die Raon re diuinā facturus ad arā iter suscepit. Tancredus q; ei de valetudine Dñici minus ꝑspera nunciatū fuerat: Cūm rē, inquit, diuinam facies o Raon, ne memoria tua elabatur, qui apud nos patris grauitate obtinet, Dñicus, illum Deo cōmendabis, graui enim implicatur morbo. Raon cū eorū qui vitam viuunt (nā ad aram iter cōtulerat) mentionē haberet, subitō ad Dñici memoriā animum suum reuocauit, & sublati in cœlū oculis, Dñicum intuitus aureo diademate ornatum, quē viri duo modesti & prudentes sequebantur. Quin ei tantus inerat fulgor, vt oculos submittere cogereret. Anni plures interceperunt, cū huius rei ne vllum quidem participem fecit. Postremō a Deo admonitus, quod viderat ad oēs detulit. Sed vt ad Rodolphum redeat, ipsius iussu corpus sanctū in adē elatū est. Non modō ipse, sed oēs quoq; quibus socius ꝑæceptorq; fuerat, illud cōplexi sunt, & lachrymis cōsperserunt. Ea tempestate Vgolini Cardinalis Hostiensis in Gallia Cisalpina Pōtificis maximi munus sustinebat. Is cōpluribus nobilissimis viris in societatem suam receptis, Bononiā venit. Vt ei de sanctissimi viri obitu renūciatū est, subitō ad corpus sepeliendum oēs cogitationes suas reulit, oēm ei reuerentiā ꝑstitit, q̄ a teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis mutua se fuerant beneuolentia cōplexi. Iussu autem Rodulphi, cui seniores eam curam demandauerant, capsa lignea fabricata est, & in ea corpus conditum, fixi, ne aperiretur, insuper clauī. In hunc modum in sepulchro reconditum est, & magno lapide, ne deportaretur, cōtectum. Anni verō cū vir sanctissimus nature concessit, agebantur 1221 octauo Idus Augusti. Antequam huic libro extremam manū imponam, respondebo ad ea quę mihi ab his qui se inter historiarum scriptores Africanos putant, obijciuntur. Id a me consulto efficitur, ne videar honoris mei abieciſse memoriā. Est is mea sententia, in sanctorum numerum adscribendus, qui iniuriam illatam non inimico fert aīo. Aiunt me veritatem non mediocri contaminasse mēdacio, q̄ Dñici corpus Bononię in Nicolai templo sepulchro scripserim, quando grauisimi & sapientissimi viri Alsifij in sepulchro conditum asserunt. Extant literę Clementis quarti Pontificis maximi, quibus si fidē nullam habendam putant, vereor ne ad insaniam redigantur, vel sint natura leuissimi. In his & magistro & fratribus religionis ꝑdicatorum, vt in vrbe Bononiensī, nobiliorē ꝑ sanctissimo Dominici corpore in sepulchro constituendo ad voluntatem deligant locum, potestatem facit, se in illo transferendo eorum sententię accedere. Dominicum ita castē, ꝑiē, sancteq; vitam inſtituisse, vt q̄ se Christianos ꝑstentur, eum venerari & colere debeant. Venerunt & ad manus meas Vincenſis Episcopi literę, quās cū diligenter accurateq; legissem, coactus sum eos sateri aniliter desipere, qui Dominici corpus ad Alsifium delatū, atq; in Francisci templo sepulchro asserunt. Affirmat vir grauisimus cū corpus transferebatur ad

Quarta humilitas?

Obit⁹ S. Dominici Gualla.

Tancredus Raon.

Capsa lignea.

Digestio.

Clemens papa.

suiffe

fuisse. Hæc eius verba sunt. Cùm Dñici corpus quod humili iacebat lecto, transferendū esset, conuenit Bononiam fratrum multitudo. Accersiti sunt Arnulfus ac Egidius, quorū alter Hunianens, alter Torfallanens. Episcopatus dignitate præditus erat. Imperator præterea Bononiens, Contulensq; ac Tribuni plebis: omitto populum Bononiens, vniuersum, qui ad rem perspicendam profectus est. Dixilles ipsam Bononiam propè conuulsam sedibus suis. Quippe omnium generum, ætatum, ordinū viri, ac mulieres omnis fortunæ ad perspectandum corpus, & auulum ab humeris caput, iter contulerunt. Haud grauabuntur qui mei sunt studiosi, si librum pro uexero. Siquidem signa quæ à Dominico, morte obita sunt perpetrata, si silentio prætereunda duxero, vereor ne illis fiat iniuria. Nec tñ cuncta cōplectar, quòd vna hæc est materia, cui ille ipse eloquentiæ Romanæ magister & princeps M. Tullius succumberet. Mulier erat Hispana nobili genere nata, hæc membris, ingenio, moribus, muliebribus officiis, atq; operibus reliquis antecellebat. Putasses eam Christo dicatam, tanta pollebat religione. Cùm igitur viro in matrimonium collocaretur, nec vlos coniugij fructus daret, se ad Dominici, quem semper in ueneratione habuerat, simulachrum abiicit, vouitq; vbi marem in lucem procreasset, illum se prædicatorum religioni dicaturā. Exacto anno feminam enixa est. Quod vbi ex mulieribus intellexit, intolerabilem cōcepit aīo dolorem. Igitur Dominico & precibus, & orationibus ab ea fatigato: Inspicite, inquit, partum. Mulieres mandatum exequentes, marem confessa sunt, qui vt duodecimum egressus fuit annum, ad prædicatorum religionem aduolauit. Vbi cūm esset annos v. & xx. natus, morbo contracto decessit. Asculum ciuitas est Piceni, à quo nō longè abest amnis, cui Truento est nomen. Huc se mulier quædam linteum lotura contulerat. Subsequēbatur eam filius nondum quintum annū agens. Is dum in ripa ludum ludit, fato nescio quo in flumen decidit. Imperitum nandi hauserunt gurgites. Sic absorptus impetu aquæ, ad molendinum quoddam deductus est. Mater vbi filium exanimem audiuit, dolore cōmota iuges lachrymas cōtinere non poterat. Quæ aderant mulieres accurrunt. Miseram cōsolantur. Illud vnum superesse, vt cadaver extrahatur, sepeliaturq;. At matrē, quanq; puerum pro egressione aquæ pedibus appendisset, nec succederet exurus, magna spes tenebat illum in vita rediturū, si ad Dominici tēplum, in cuius sacrario eius dens, qui ab ipsius ore, dū vitā agebat, exciderat seruabatur, deportasset. Igitur mortui super aram cōstituti, ventrē fratres dente cōtingerunt, subito defunctus reuocatus est, & qui non vivebat, vixit. Eques quidam auratus Apulus Dominico amplissimos honores habebat. Qui prædicatorū religioni addicti erant, si ad oppidum suū diuēterant, hos humanè benigneq; excipiebat. Erat huic in cubiculo nō longè à cubili tabella Dominici signo ornata. Casu accidit, vt quas habitabat cedes, corruerent. Ipse vniuersaq; familia præter vnū filium in cubiculo relictu absent. Ad rem inspiciendā factus est hominū cōcurfus existimantium equitē vnā cum familia periisse. Semotis lapidibus inuentus est puer illeſus, tabellaq; incorrupta, ac nullis maculis infecta. Quærebant ex eo vllōne fuisset metu percussus. Nullo aiebat ille, q. eum Dñicus tutatus esset. Gallus quidā virtute, existimatione, nobilitate præditus, cūm anni cōplures intercessissent, nullos ex vxore filios suscipere poterat. Is Dñicum, & Petrum martyre amplissimis honoribus honorabat. Horum munere id cōsecutus est, vt ei filius nasceretur. In hanc piā actionem aduersarius noster inuidia estuans, specie peregrini ad eum profectus est, vt sibi pecuniam erogaret postulans. Imminebat nox. Eam erogationem pro Dominico & Petro martyre sibi susciperet. Paruit Gallus studiis aduersarij. Fortè ita casus tulit, vt mater ad templū cōtenderet. Tum hic, de quo loquor, aduersarij; puerum qui nodum è lecto egressus erat, occidit, occisum per artus cōcidit, cōcisum in vase lapideo super ignem ebulliente posuit. Tanto scelere admisso, in malam crucē abiit. Pedisse qua tantę crudelitatis ignora, ad culinā iit. Confestim quid intuita sit, matri exponit. Mater vt rē ipsam nulli explicet, pedisse quā admonet. In capsā reponat mēbra. Se quin Dominici, ac Petri martyris beneficio vitam adepturus sit puer, nulla spe decidere. Totam noctē insomnem egit, illos orans atque obsecrans, & nullis lachrymis temperans, vt puer vitę redederetur. In sequenti die Gallus, nam nulli peregrini apud ipsūm pransi erant, ex fenestra prospiciens, duos vidit prædicatorum religioni addictos, ad eius oppidum iter facientes: eos accersiri iussit, quāuis tanti sceleris nescius. Vt religiosi in Triclinium venerunt, ad sumēdum cibum inuitauit. Id illi recusarunt, ni primum quæ potiora habuissent, in eorum conspectum deportarentur. Tum ille: iube, inquit, ð vxor, quo nihil potius habemus, puerum ad nos acceri. Mulier timore adducta, quò se veritatē ignorat. Verūm qui senex erat, proiecteq; ætatis religiosus: Nulla, inquit, ð mulier tibi iniiciatur dubitatio: Ipse rerum Dominus consolationem adferens aderit: Mulier illius verbis fidem habens, vas lapideum, quo pueri membra continebantur detulit. Id quod patri admirationem fecit. Tum viri sancti pueri membra suis locis disposuerunt, & ita disposuerunt, vt repente puer resurrexerit incolumis. Post tam admirabilem nauatam operam, qui essent exposuerunt, seque ab illorum oculis eripuerunt.

F I N I S.

Typ. Rcyneri Velpij Diss

